MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

LEGVM
TOMVS V.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXV—MDCCCLXXXIX.

TOMO LEGUM V. CONTINENTUR:

[illegible]

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Varia iuris monumenta sine certo ordine digesta hic Legum tomus quintus complectitur, quem ante multos annos inchoatum propter fata et vicissitudines eorum, qui Legibus edendis praeerant vel operam dabant, prius absolvere non licuit. Primum fasciculum edidit b. m. Georgius Heinricus Pertz anno MDCCCLXXV. Alter, paginas 185—288 comprehendens, curam agente b. m. Georgio Waitz elaboratus atque anno MDCCCLXXXIII. divulgatus est. Tertio fasciculo, quem nunc in publicum emittimus, tam hic tomus quam tota antiquior Legum series terminatur. Aliud autem corpus iuris Germanici antiqui auctum emendatum meliusque ordinatum nova Legum illa series praebebit, quam forma minore paratam b. m. Georgius Waitz incipiendam curavit, nobis autem continuandam reliquit.

Datum Berolini
a. MDCCCLXXXIX.

HEINRICUS BRUNNER.

LEGES SAXONUM

EX EDITIONE

KAROLI LIBERI BARONIS DE RICHTHOFEN

IUR. UTR. ET PHIL. DR.

ET

KAROLI FRIDERICI DE RICHTHOFEN

FILII EIUS[1].

Omnem paene notitiam, quam de antiquissimo Saxonum iure et rei publicae statu habemus, hauriamus oportet ex tribus illis legibus, quae dicunt capitula de partibus Saxoniae, legem Saxonum et capitulare Saxonicum. Ex quibus quamquam ambo capitularia iam Legum tomo primo inserta sunt, bonum tamen atque utile duxi, ea cum lege Saxonum, quae hic edenda mihi commissa est, coniungere, quia ipsam legem Saxonum totumque ius antiquissimum Saxonicum intelligere vix possumus, nisi simul animum adversuri sumus ad ea, quae utroque capitulari praescribantur. Itaque consilium inii, ut tres illas leges continuo typis imprimam, quales aliam post aliam edictas esse putem, atque studeam demonstrare, quomodo singula praecepta, quae in illis capitularibus inveniuntur, referenda sint ad singula legis Saxonicae capitula, et quomodo haec ipsa unum capitulare deinceps corrigat, altero modo commutetur modo explanetur. Ex mea enim sententia lex Saxonum posterior est capitulis de partibus Saxoniae, quae anno 777 *publici iuris facta esse mihi videntur, prior vero capitulari Saxonico anno* 797 *edicto, itaque inter annos* 777 *et* 797 *circa annum* 785 *a Karolo Magno rege statuta. Sed antequam hanc opinionem exponam atque coarguam, opus est dicenda dicere de codicibus manuscriptis et libris typis impressis, qui codicum instar sunt, et de genuino legis Saxonum textu, qualis a legislatore edita sit*[2].

I. Textum legis Saxonum memoriae prodiderunt duo codices saeculo nono vel decimo manu scripti duaeque legis editiones saeculo decimo sexto typis impressae, quarum unaquaeque deperdito aliquo codice manuscripto usa est. Quos quidem quatuor libros primum perlustremus.

A) Codex manuscriptus Spangenbergianus. *Hoc nomine dicere solemus* 15 *folia membranea ab Ernesto Spangenbergio b. m. in taberna quadam scrutaria Hammaburgensi, ut fertur, olim inventa atque empta, in quibus leguntur: fragmentum legis Ribuariorum, lex Saxonum, fragmenta quatuor capitu-*

1) Cum morbo impeditus inceptum a se opus pater absolvere non posset, ad finem perduxit et typis imprimi fecit eius filius. 2) Quae in hac praefatione brevi stilo scripsi, omnia fusius disputavi in libello meo: Zur Lex Saxonum. Von Dr. Karl Freiherr von Richthofen. Berlin 1868.

larium Karoli et Ludowici imperatorum, initium legis Alamannorum, finis legis Burgundionum. Quarum legum lectiones varias, quae in his foliis occurrunt, Spangenbergius ipse publicavit in libro suo: Beiträge zu den Teutschen Rechten des Mittelalters. Halle 1822. *p.* 186 *sqq. Mortuo vero viro docto dicta folia anno* 1834 *a Museo Britannico empta in Angliam translata sunt atque exinde* 5 *Londinii inter libros Musei Britannici manuscriptos Egertonianos Nr.* 269 *asservantur, ubi iam anno* 1823 *ab ipso descripta celeberrimus vir Pertzius anno* 1844 *ea reperit, v. Archiv der Gesellschaft für ältere Deutsche Geschichtskunde V. p.* 301; *IX. p.* 487. 493. *Paucis annis post (circa annum* 1850*) a viro b. m. I. Holmes, qui custos tunc fuit Musei Britannici, maior quaedam eius-* 10 *dem codicis pars, unde laudata* 15 *folia Spangenbergiana deprompta sunt, felicissimo casu inventa est in numero librorum, quos Ill. Comes Ashburnham a v. d. Barrois emerat et in bibliotheca sua, quae est in Asburnham-Place in confinio Battle villae, ad hodiernos dies sub sign. Barrois Nr.* 214 *conservat, vide Pertz in Histor. Abhandl. der Academie der Wissensch. zu Berlin aus* 15 *dem Iahre* 1857. *p.* 89. *Tertium denique eiusdem codicis fragmentum recognitum est in codice quodam olim a Claud. Puteano possesso, qui nunc inter codices bibliothecae imperialis Parisiensis sub Nr.* 4633 *asservatur, de quo V. Cl. Pertz Archiv VII, p.* 49. 759 *disputavit. Postquam autem Merkel Legg. III, p.* 5 *coniecit, hunc codicem partem esse eiusdem, cui etiam Spangenbergiana* 20 *folia adnumeranda sunt, luculenter demonstravit V. Cl. Pertz in Histor. Abhandl. etc. p.* 93, *qua ratione singula folia libri manuscripti Spangenbergiani, Ashburnhamensis et Parisiensis coniungenda atque ordinanda essent, ut antiquus codex in tres fasciculos nunc disiectus restitueretur (cfr. Legg. III. p.* 515*). Ceterum medio saeculo XVI. Spangenbergiana atque Ashburnhamensia folia simul* 25 *a Petro Pithoeo viro doctissimo possessa sunt, quod verba nonnulla in utroque codice propria manu viri docti scripta plane comprobant. Mortuo vero anno* 1554 *Petro Pithoeo ex Francisci Pithoei filii eius bibliotheca Fridericus Lindenbruchius v. d. eodem usus est in edendis legibus Saxonum et Francorum Salicorum, v. libros a Lindenbruchio editos: „Liber legis Salicae ex bibliotheca Franc. Pithoei.* 30 *Paris.* 1602“ *et „Codex legum antiquarum. Francofurti* 1613“, *in quo repetitus est legis Salicae anno* 1602 *ab ipso editus textus, et lex Saxonum prodiit, aucta, ut dicit p.* 1337, *„innumeris locis ad manuscriptum vetustissimum“, qui est olim a Petro Pithoeo, postea a Spangenbergio v. clar. possessus codex, nunc Londinii asservatus, de quo paullo ante disserui, cfr. infra p.* 4. — *Anti-* 35 *quum vero illum codicem tres in partes nunc disiectum exeunte saeculo nono vel ineunte saeculo decimo conscriptum esse, nos docet V. Cl. Pertz. Atque leguntur in eo lex Salica, lex Ribuariorum, lex Saxonum, complura capitularia Karoli et Ludowici imperatorum, lex Alamannorum, lex Baiuwariorum, lex Romana Wisigothorum, lex Burgundionum. Qua vero in regione ipse codex* 40 *scriptus sit, nos fugit; sed liceat negare, istius scribam in Saxonia aliave in quadam Germaniae septemtrionalis parte vixisse atque scripsisse, quia in codice legitur lex Romana Wisigothorum, et desunt leges Frisionum atque Thuringorum; neque concedam, hominem aliquem Saxonicae linguae peritum Germanica legis verba* mordhtotum, screona, ruoda, wlitiwam *depravaturum fuisse* 45 *in vocabula omni sensu egentia* mordumtotum, sereona, ruodu, uultauam, *inprimis autem in legis Saxonicae capitulo* 47 *loco verborum Ostfalaiorum et Angariorum scripturum fuisse:* aut faida et angaria. *Ceterum legi Saxonicae, cuius textum ab ipso descriptum V. Cl. Pertz mihi paravit, praecedit index*

quidam legis, quem indicem Spangenbergiani codicis dico. — Cfr. Zur Lex Saxonum p. 1—26.

B) Codex Corbeiensis, *in scriniis archivi provincialis Monasteriensis asservatus, in usum abbatiae Corbeiensis conscriptus est saeculo decimo; v. Pertz in Legg. Tom. I. pag. XXIII. Pauca vero verba recentiora saeculo quinto decimo codici adscripta esse, adnotat Pertzius, cfr. Zur Lex Saxonum p.* 66. *Usus est codice ineunte saeculo XVIII. Martene, cfr. Wigand in Archiv für ältere Deutsche Geschichtskunde IV. p.* 346; *eùmque medio saeculo XVIII. descripsit Chr. Ulr. Grupen doctissimus vir. Ex libro vero, quem hic scripsit, ad hodiernum tempus in tabulario Cellensis iudicii asservato, varias lectiones legis Saxonum publici iuris fecit v. d. E. Spangenberg in libro suo: Beiträge zu den Teutschen Rechten des Mittelalters.* 1822. *p.* 181. *Atque eodem anno* 1822 *v. d. P. Wigand de ipso codice legibusque, quae in eo leguntur, verba fecit in Archiv etc. IV. p.* 346. *Paullo post circa annum* 1826 *in usum Monumentorum Germaniae varias lectiones, quae in codice inveniuntur, V. Cl. Pertzius quam accuratissime notavit. Quarum notularum ope v. d. Merkel denuo Corbeiensi codice collato in editione sua legis Saxonicae, quam Berolini* 1853 *paravit, ipsum codicis textum imprimi fecit. Mihi quidem ad perficiendam hanc editionem praesto sunt, quae Pertzius notavit. Amplectitur vero codex Corbeiensis leges Saxonum et Thuringorum, capitulare Saxonicum anno* 797 *editum, tria capitularia a Ludowico imperatore circa annum* 817 *promulgata (LL. I. n.* 112—114. *p.* 209—216*), librum poenitentialem, privilegia Corbeiensia saeculi noni et decimi; cfr. Spangenberg Beiträge p.* 181, *P. Wigand in Archiv IV. p.* 346, *Pertz in LL. I. p. XXIII, Zur Lex Saxonum p.* 58—67.

C) Tiliana editio. *Legis Saxonicae editio princeps* 16 *paginarum minimae formae neque editorem neque locum annumve, quo publicata sit, dicit. Parisiis vero hunc libellum inter annos* 1550 *et* 1555 *auctore Ioanne Tilio, i. e. I. du Tillet celeberrimo episcopo Meldorum, typis impressum esse constat, v. Bluhme in Rheinisches Museum für Iurisprudenz* 1833. *VI. p.* 386 *et O. Stobbe Beiträge zur Geschichte des Deutschen Rechts. Braunschweig* 1865. *p.* 85. *Postquam idem Ioannes Tilius complures leges Germanicas vetustas similiter edidit, singulae post mortem editoris anno* 1570 *defuncti in unum fasciculum coniunctae atque hoc titulo generali auctae sunt:* Aurei venerandaeque antiquitatis libelli, Salicam legem continentes...., item leges Burgundionum, Alamannorum, Saxonum, Baiuuariorum, Ripuariorum. Ex veteribus libris emendatiores et auctiores. Parisiis ex officina Iacobi du Puys, sub signo Samaritanae 1573, *v. Biener in Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft* 1825. *V. p.* 401. *In bibliotheca regia Berolinensi tria exemplaria legum a Ioanne Tilio editarum asservantur, quorum unum tantum titulum laudatum praebet, in unaquaque vero legis Saxonicae editio in finem fasciculi insuta est. Quem codicem Ioannes Tilius ad edendam legem Saxonum adhibuerit, incompertum habemus.*

D) Editio Heroldiana *inest libro:* Originum ac Germanicarum antiquitatum libri. Opera Basilii Ioannis Herold. Basileae 1557, *fol.* 121 *sqq. Ex quo codice Heroldus legis Saxonicae textum hauserit, memoriae traditum non est.*

Codices manuscriptos, quibus in edenda lege Saxonum Tilius et Heroldus usi sunt, et inter se diversos fuisse et alios atque eos, quos dicimus codicem

Spangenbergianum et codicem Corbeiensem, luculenter probatur collatis singulis verbis variisque lectionibus, quas laudati quatuor legis Saxonicae textus praebent, et suis locis infra adscripsi, continuo vero enumeravi in libro Zur Lex Saxonum p. 22. 56. 66. 70.

Praeter hos quatuor codices editionesve neque alius exstat neque de deperdito aliquo notitiam habemus[3]. *Omnino enim non possum, quin dissentiam a viris doctis*[4], *qui putant Lindenbruchium ad editionem suam deperditum aliquem legis Saxonicae codicem manuscriptum adhibuisse. Immo vero Spangenbergiani codicis textum Lindenbruchius typis imprimi fecit, paucis admodum locis ad editionem Heroldianam Tilianamque emendatum, atque singulis ex Heroldiana editione haustis inscriptionibus titulorum auctum. Nihil enim est quod dubitem, quin illud „manuscriptum vetustissimum", quo se usum esse ipse Lindenbruchius commemorat (vid. supra p.* 2), *Pithoeanus codex fuerit, quem Pithoei doctissimi viri beneficio ad legem Salicam edendam eum adhibuisse constat, cuius particulam quandam nunc Spangenbergianum codicem dicimus (v. supra); saepissime scilicet mendosissima huius verba in Lindenbruchii editione leguntur, e. g.* wltawam *loco* wlitiwam, *et Spangenbergiana, quae dico, additamenta (cfr. infra) ibidem repetuntur; cfr. Zur Lex Saxonum p.* 79—84.

In omnibus legis Saxonicae editionibus recentioribus textus codicum quatuor sub litteris A—D *laudatorum vel unius alteriusve repetitus est*[5].

3) In dissertatione quadam, quae inscripta est: *Differentias iurium in aetate puberum et maiorum, praeside I. P. de Ludewig, respondebit C. H. Fuhrmann. Halae* 1725. 4. p. 53 verba facta sunt de codice quodam legum Wisigothorum, cuius „litterae vetustatem habent saeculi XII. Animus est... recudere codicem totum; eique iungere alias Normannicas, Andegavenses, Saxonicas, Frisicas, quas in membranis possideo pariter manuscriptas". Fefellit, ut puto, opinio viros doctos I. G. Müller, Fragment. observat. ad veterem legem Sax. pag. 17; Gaupp, Recht und Verfassung der alten Sachsen p. 78; Merkel, Lex Sax. p. 4, qui coniicerent, laudatis verbis dissertationis auctorem dicturum fuisse, ipsum possidere etiam legis Saxonum antiquae codicem membraneum; immo nescio quae leges recentiores Saxonicae putandae sunt. 4) Cfr. Gaupp, Recht und Verfassung der alten Sachsen pag. 77; Merkel Lex Saxonum p. 4. 5) Hasce tredecim legis Saxonicae editiones habemus: 1. Tiliana editio, circa a. 1550, deperditi alicuius codicis textum nobis asservat; v. p. 3. 2. Heroldiana editio (1557) similiter typis descripsit aliquem codicem, quem ignoramus; cfr. p. 3. 3. Fr. Lindenbrog, Codex legum antiquarum. Francofurti (1613) pag. 471—478 textum Spangenbergiani codicis secutus, eum adhibita editione Heroldiana Tilianaque emendaturus fuit; cfr. supra. 4. Godefr. Guilielmi Leibnitii Scriptores rerum Brunsvicensium, Hanoverae 1707, I. p. 77 repetiverunt Lindenbruchianae editionis textum. 5. Carol. Guil. Gaertner, Saxonum leges tres, Lipsiae 1730, Heroldianum textum descripsit, additis nonnullis variis lectionibus ex Lindenbruchii editione. 6. Georgisch, Corpus iuris Germanici antiqui, consilio I. G. Heineccii, Halae 1738, textum Gaertneri i. e. Heroldi iteravit. 7. Ioh. Gottl. Mueller, Fragmenta observationum ad veterem legem Saxonum, Lipsiae 1799 (4), Tilianam editionem denuo typis edidit, quod commemorat Gaupp, Recht der alten Sachsen p. 78. 8. Canciani, Barbarorum leges antiquae, Venet. 1781 (fol.) sola Gaertneri editione usus est, itaque Heroldianum textum tradidit. 9. Christ. Heinr. Gottl. Koechy, Thesaurus iuris Saxonici, Lipsiae 1796, tom. I. sect. 1. p. 30—66 verbo tenus Muelleri editionem descripsit, ideoque Tilianum textum praebuit, cfr. Gaupp, Recht der alten Sachsen p. 78. 10. (Ernestus Spangenberg, Beiträge zu den Teutschen Rechten des Mittelalters, Halle 1822, p. 185 non totam legem Saxonicam in librum suum inseruit, sed solas varias lectiones, quas codex Spangenbergianus et Corbeiensis codex continent.) 11. Ferd. Walter, Corpus iuris Germanici antiqui, Berolini 1824 (8.), I. p. 383 maxima ex parte Gaertneri editionem i. e. Heroldianum textum secutus est, interdum vero commutavit atque auxit additis nonnullis lectionibus variis et ex editionibus Heroldi Lindenbruchiique et ex codicibus tam Spangenbergiano quam Corbeiensi, quoad Spangenbergius eas in libro suo paullo ante laudato publicaverat. 12. E. Th. Gaupp, Recht und Verfassung der alten Sachsen, Breslau 1837. Imprimis Heroldianum legis Saxonum textum, qualis in editione Gaertneri legitur, vir doctissimus in librum suum recepit, eum vero compluribus in locis ex Tiliana editione emendandum esse censuit; insuper varias quasdam lectiones partim ex ceteris legis editionibus partim ex Walteri collectione lectionum parum accurate congestas adiecit. 13. Ioh. Merkel, Lex Saxonum, Berlin 1853. Textus legis Saxonum, quem vir doctissimus Merkel usui tradidit, est codicis Corbeiensis ab ipso collati, nonnullis in locis emendatus; idem in notulis varias lectiones ex Spangenbergiano codice manuscripto atque ex editionibus Heroldi, Tilii, Lindenbruchii adiecit; in nonnullis vero enumerandis erravit. — Singula fusius disputantur in libro meo Zur Lex Saxonum p. 93—96. 27.

E) *Codex Palatino-Vaticanus Nr.* 289, *olim Maguntiacus, cuius scriptura in Legum tomo primo tab. I,* 3 *proposita est, saeculo nono conscriptus, quamquam non legem Saxonum tradit, hic commemorandus est, quia et capitula de partibus Saxoniae et capitulare Saxonicum anno* 797 *editum praebet. Quem postquam Ferdinandus Fuerstenberg Paderbrunnensis episcopus invenit (cfr. Fuerstenberg, Monumenta Paderbornensia p.* 324*), Lucas Holstenius (†* 1661*), qui tunc fuit Romanae bibliothecae custos, utrumque capitulare primus ad eius exemplar edidit*[6]. *Postea anno* 1822 *v. d. Pertzius ipso codice usus est; cfr. Archiv V. p.* 305, *LL. I. p. XXII; quae ipse adnotaverat, iis usus est Merkel ad comparandam editionem suam in* Lex Saxonum *p.* 16—20. *Mihi quidem Pertzii notulae manuscriptae ad edendum capitulare Saxonicum praesto sunt; ad capitula de partibus Saxoniae edenda adhibui, quae Pertzius in Legum tomo primo p.* 48—50 *iis adscripsit. Ipse vero codex perbonus solus ad hodiernum tempus capitulorum de partibus Saxoniae textum asservavit, et ad constituendum capitularis Saxonici textum multo maioris ponderis est, quam supra laudatus Corbeiensis codex, cui hoc quoque capitulare inesse supra p.* 3 *commemoravi.*

II. In constituendo legis Saxonicae textu ex mea quidem sententia primum locum tenet Heroldiana editio; proxime ad eam accedunt Spangenbergianus codex et codex Corbeiensis; infimum demum locum obtinet Tiliana editio, quam ad genuinae legis textum restituendum minimi esse ponderis contendam. Segreganda vero sunt a quoque libro nonnulla verba ceteris aliena, quae recentiora additamenta habeam.

A) *Ad textum, quem in codice suo repererat* Heroldus, *addidisse eum puto titulorum divisiones inscriptionesque, quae neque Spangenbergianum codicem neque Corbeiensem neque editionem Tilianam legenti occurrunt.*

B) Spangenbergiano *textui plerisque librarii mendis depravato in medias capitulorum periodos quater verba nonnulla ex recentiore aliqua constitutione de adhibendo iure territoriali excerpta, quae veteri legi Saxonum omnino aliena erant, inserta sunt.*

C) *Textus* Corbeiensis *a) cum lege Saxonum maiorem aliquam legis Thuringorum partem, quam ipsius legis Saxonicae esse duxit, miro errore ductus coniunxit, b) inscriptionem* Lex Francorum *capitulo legis Saxonicae vicesimo tertio adiecit, c) et ad finem legis de aestimando pretio rerum quarundam vocabula nonnulla ex capitulari Saxonico hausta apposuit.*

D) *In* Tiliano *textu ad ultimum legis Saxonicae capitulum ex capitulari Saxonico verba quaedam, quae sunt de rerum pretio taxando, adiecta leguntur; praeterea compluribus in locis verba, quae ex auctoritate ceterorum legis Saxonicae codicum genuina habenda sunt, ita in Tilii editione vel emendata vel commutata sunt, ut faciliora essent ad intelligendum.*

Hi quatuor legis Saxonicae textus eundem omnium capitulorum ordinem

6) Post Holstenium utrumque capitulare editum est in hisce libris: 1. Fuerstenberg, Monumenta Paderbornensia p. 329—335. 2. Hermannus Conring, De origine iuris Germanici (1655 etc.). 3. Stephan. Baluzius, Capitularia regum Francorum, Paris. 1687. I. p. 250. 275. 4. Herm. Andr. Meinders, Tractatus de statu religionis et reipublicae sub Carolo Magno et Ludovico Pio, 1711, p. 23—108. 5. Carol. Guil. Gaertner, Saxonum leges tres, Lipsiae 1730, p. 117—172. 6. Georgisch, Corpus iuris Germanici antiqui, Halae 1738. 7. Walter, Corpus iuris Germanici antiqui, Berolini 1824, II. p. 104. 126. 8. Pertz, Monumenta Germaniae historica. Legum tom. I, Hannoverae 1835. p. 48. 75. 9. Ioh. Merkel, Lex Saxonum, Berlin 1853, p. 16. 19.

observant, excepto capitulo 55, *quod Heroldus ratione habita rerum, quae ibi tractantur, post capitulum* 57. *transposuisse videtur. Spangenbergianus index neglegentia ductus et suprema sex capitula et capitulum* 7. *omittit. Ceterum Heroldus id quod supra commemoravi, singula capitula, qualia in tribus reliquis textibus tradita tenemus, partim in* titulos *coniunxit, partim in* paragraphos *divisit; cfr. tabulam hanc comparativam:*

In codice Spangenberg.	*In codice Corbeiensi.*	*In editione Tiliana.*	*In editione Herold.*
Cap. 1—10.	*Cap.* 1—10.	*Cap.* 1—10.	*Tit. I.* §. 1—10.
„ 11.	„ 11.	„ 11.	§. 11—15.
„ 12.	„ 12.	„ 12.	§. 16.
„ 13.	„ 13.	„ 13.	§. 17—20.
„ 14—20.	„ 14—20.	„ 14—20.	*Tit. II.* §. 1—7.
„ 21.	„ 21.	„ 21 *(pars prior).*	§. 8.
„ 22.	„ 22.	„ 21 *(pars altera).*	§. 9.
„ 23.	„ 23.	„ 22.	§. 10.
„ 24—28.	„ 24—28.	„ 23—27.	*Tit. III.* §. 1—5.
„ 29.	„ 29.	„ 28.	*Tit. IV.* §. 1.
„ 30.	„ 30.	„ 29 *(pars prior).*	§. 2.
„ 31.	„ 31.	„ 29 *(pars altera).*	§. 3.
„ 32—36.	„ 32—36.	„ 30—34.	§. 4—8.
„ 37—39.	„ 37—39.	„ 35—37.	*Tit. V.* §. 1—3.
„ 40.	„ 40.	„ 38.	*Tit. VI.* §. 1—3.
„ 41. 42.	„ 41. 42.	„ 39. 40.	*Tit. VI.* §. 1. 2.
„ 43.	„ 43.	„ 41.	§. 3. 4.
„ 44.	„ 44.	„ 42.	§. 5.
„ 45.	„ 45.	„ 43.	§. 6. 7.
„ 46.	„ 46.	„ 44.	§. 8.
„ 47.	„ 47.	„ 45.	*Tit. VII.* §. 1—4.
„ 48.	„ 48.	„ 46.	*Tit. VIII.*
„ 49.	„ 49.	„ 47.	*Tit. IX.* §. 1. 2.
„ 50. 51.	„ 50. 51.	„ 48. 49.	*Tit. X.* §. 1. 2.
„ 52.	„ 52.	„ 50.	§. 3. 4.
„ 53.	„ 53.	„ 51.	§. 5.
„ 54—56.	„ 54—56.	„ 52—54.	*Tit. XI.* §. 1—3.
„ 57.	„ 57.	„ 55.	*Tit. XII.* §. *unic.*
„ 58. 59.	„ 58. 59.	„ 56. 57.	*Tit. XI.* §. 4. 5.
„ 60.	„ 60.	„ 58.	*Tit. XIII.*
„ 61.	„ 61.	„ 59.	*Tit. XIV.* §. 1.
„ 62.	„ 62.	„ 60.	§. 2. 3.
„ 63.	„ 63.	„ 61.	*Tit. XV.* §. 1. 2.
„ 64 *(omissis ultimis verbis).*	„ 64.	„ 62.	*Tit. XVI.*
„ 64 *(ultima verba).*	„ 65 *(pars prior).*	„ 63 *(pars prior).*	*Tit. XVII.* §. 1.
„ 65 *(initium).*	„ 65 *(pars altera).*	„ 63 *(pars altera).*	§. 2.
„ 65 *(finis).*	„ 66 *(pars prior).*	„ 64 *(initium).*	*Tit. XVIII.* §. 1—3.
Deest.	„ 66 *(pars altera).*	„ 64 *(finis).*	*Deest.*

Sed supra commemorata legis Saxonum additamenta, quae in singulis quatuor codicibus inveniuntur, paullo accuratius perscruter necesse est.

A) **Heroldianus textus.** *Praecedens tabula comparativa nos docet, et in utroque codice asservato et in Tiliana editione legem Saxonum similiter in capitula, quibus numeri continui adiecti sint, esse divisam, in una vero Heroldiana editione in titulos atque paragraphos. Hanc partitionem ab Heroldo factam esse arbitror una cum additis titulorum inscriptionibus. Cuius opinionis argumentum est, quod et titulorum divisio saepissime cum rerum distributione*

omnino non congruit et singula Heroldianis titulis inscripta verba parum apta sunt. Exempla afferam. Primi tituli, quem Heroldus dicit, inscriptio de vulneribus *haud convenit ad id, quod in capitulis* 6. 8—10, *quae eiusdem tituli partem efficiunt, statutum est: haec enim nequaquam de vulneribus verba fa-* 5 *ciunt. Neque separari potest a primo secundus Heroldianus titulus* de homicidiis *inepte inscriptus, cui capitula* 14—23 *ab Heroldo attributa sunt; verba enim Tit. II. §.* 2*:* quicquid de superioribus factis in feminam committitur, si virgo fuerit, dupliciter conponatur; si iam enixa, simpliciter conponatur, *inter* facta superiora, *quorum multae virginibus dupliciter solvendae sint,* 10 *et corporis laesiones, quas primus Heroldianus titulus commemorat, et homicidia, de quibus est secundus titulus Heroldi, computat. Capitulis denique* 24—28, *i. e. tertio ab ipso confecto titulo, absurdam inscriptionem Heroldus adiecit:* de coniuratione et laesa dominatione, *quae demonstrat scriptorem rem non intellexisse; insuper ea, quae in capitulo* 27 *et* 28 *statuta sunt, om-* 15 *nino non potest illa inscriptio amplecti. Adde quod in ipso Heroldiano legis textu duo tituli numero VI signati sunt, quorum prior* de coniugiis, *alter* de haeredibus et viduis *inscriptus est, in indice vero eiusdem libri tituli duo laudati coniuncti et nominati sunt:* Titulus VI. De coniugiis, haeredibus et viduis. *Sed longum est omnes titulos, quorum inscriptiones in lectionum* 20 *variarum numerum inserui, inquirere; sufficiant prolata exempla.*

Heroldum autem ipsum inscriptiones titulorum finxisse, ex miro consensu probabiliter confici potest, qui est inter titulorum inscriptiones insertas in leges Thuringorum, Frisionum, Saxonum. Verbi gratia proponam hasce:

De delictis servorum: *Titulus X leg. Sax. (i. e. c.* 50—53*),*
25 De delictis servorum: *Titulus XVII leg. Thur. (i. e. c.* 59*),*
De delictis servorum: *Titulus XII leg. Fris.*

Neque hae inscriptiones in ullo legum codice manuscripto leguntur, neque tres istae leges umquam verbo delicti usae sunt.

De coniugiis: *Titulus VI legis Saxonum (i. e. c.* 40*),*
30 De liti coniugio: *Titulus XVII leg. Sax. (i. e. c.* 65*),*
De coniugiis ignoratis: *Titulus VI leg. Frisionum.*

Coniugii vocabulum in neutra lege usquam nobis occurrit.

De coniuratione et laesa dominatione: *Titulus III leg. Sax. (i. e. c.* 24—28*),*
De eo qui animal laeserit: *Titulus XIII leg. Sax. (i. e. c.* 60*),*
35 De animali alieno laeso: *Titulus XVIII leg. Thur. (i. e. c.* 60. 61*),*
De ictu laesis: *Titulus II leg. Thur. (i. e. c.* 4. 5*),*
De transpunctione et membris laesis: *Tit. VI leg. Thur. (i. e. c.* 10—25*),*

Heroldus sub laedendi vocem, quae in ipsis legibus Thuringorum et Saxonum hunc in modum non reperitur, sententiam aliquam valde incertam subiicit.

40 De vulneribus: *Titulus I legis Sax. (i. e. c.* 1—13*),*
De vulneribus: *Titulus III legis Thur. (c.* 6. 7*),*
Compositio vulnerum: *Titulus II Add. leg. Fris.*

Hanc tituli primi legis Saxonicae inscriptionem, quam cum rebus dissentire iam supra exposui, originem sumpsisse ducam ex nonnullis verbis, quae 45 *genuinae legis Frisionum erant, Heroldus vero errore ductus inscriptionem habuit; cfr. Monum. Germ. LL. III. p.* 683. *not.* 34.

De homicidiis: *Titulus II leg. Sax. (i. e. c.* 14—23*),*
De homicidiis: *Titulus I leg. Thur. (i. e. c.* 1—3*),*
De homicidiis: *Titulus I leg. Fris.*

In edenda lege Frisionum Heroldus prima eius verba: Et haec est simpla compositio de homicidiis *ita dissolvisse videtur, ut universae legi vocabula:* et haec est simpla compositio, *titulo autem primo verba* de homicidiis *inscriptionis loco proposuerit. Eandem vero inscriptionem duabus reliquis legibus inseruit, eamque omnino discordem cum rebus, quae in capitulis ad istum titulum adnumeratis tractantur, vide supra p.* 7.

Itaque cum singulas ab Heroldo editas leges deinceps perlustrem, persuasum mihi habeo, ipsum studiosum fuisse, ut legi cuique in librum suum receptae formam aequalem tribuat. Quo consilio ductus et leges similiter in titulos divisit, titulisque breves inscriptiones praeposuit, et titulorum verba in minimas particulas distribuit, quarum unicuique paragraphi vocabulum, quo ipsae leges antiquae Germanicae nusquam usae sunt, adscripsit. Quae cum ita sint, non est, quod dubitem, quin tituli, titulorum inscriptiones atque paragraphi, quae in Heroldiana editione legum Saxonum, Thuringorum, Frisionum leguntur, ab ipsis codicibus manuscriptis, quibus usus sit Heroldus, alienae fuerint atque ex legum textu removendae. — Cfr. Zur Lex Saxonum p. 47—56.

B) Textus Spangenbergianus. *In legis Saxonicae textum, quem memoriae prodidit codex Spangenbergianus, quater nonnulla verba inserta sunt, quae iubeant, crimina quaedam a Saxonibus extra Saxoniam commissa non secundum patrium rei ius, sed secundum ius loci, ubi facinus perpetratum sit, puniri, ita scilicet ut, si qui Saxones singillatim enumerata quaedam scelera ex iure Saxonico capitalia extra ipsorum patriam commiserint, non capitis supplicio afficiantur, sed mitioribus poenis, quales in regionibus illis legitimae fuerint.*

Quatuor illa legis Saxonicae capitula, de quibus disputamus, ad Spangenbergianum codicem huc transscribam atque in verbis a vetere legis Saxonicae textu alienis imprimendis utar litteris cursivis:

a) Cap. 21. 22. Qui in ecclesia hominem occiderit vel aliquid furaverit, vel eam effregerit, vel sciens periuraverit, *si infra patriam fuerit factum,* capite puniatur, *sin autem infra patria non fuerit, in qualicumque loco fuerit, secundum illorum legem.* Et qui nesciens periuraverit, manum suam redimat auctor sacramenti.

b) Cap. 23. Qui homini ad ecclesiam vel de ecclesia die festo pergenti, id est dominica, pascha, pentecosten, natale Domini, sanctae Mariae, sancti Iohannis baptistae, sancti Petri et sancti Martini, insidias posuerit eumque occiderit, *(si) infra patria fuerit; sin autem in quali loco, secundum illorum legem;* si non occiderit, tamen insidias fecerit, bannum solvat de reliquis.

c) Cap. 36. Quicquid vel uno denario minus tribus solidis quislibet furto abstulerit, novies conponat quod abstulit; et pro fredo, si nobilis fuerit, solidos 12, si liber 6, *de hac re, quod superius dictum est de furto: qui infra patriam furaverit aliquid unde morire debet, si foris patriae est, hoc fecerit, non moriatur, sed secundum illorum legem ubi factum fuerit,* si litus 4, et conscius similiter.

d) Cap. 38. Qui domum alterius vel noctu vel interdiu suo tantum consilio volens incenderit, capite puniatur, *in qualicumque loco est, secundum legem illorum.*

Quisquis laudatorum quatuor capitulorum verba cursivis litteris impressa perlustret, ei appareat necesse est, eadem veteri legi Saxonum postea adiecta esse. Ego quidem censeam, eadem ab aliquo librario ad marginem deperditi alicuius codicis adscripta fuisse, atque postea a scriptore Spangenbergiani codicis, qui eorum sensum parum intellexerit, male in capitulorum tenorem inserta esse. Rem demonstrat tertium a me allatum capitulum (36)*; in mediam enim legis periodum:* si nobilis fuerit, solidos 12, si liber 6, si litus 4,

male iniecta sunt illa verba, primo certe ad ultimam partem capituli 36, *quod finit, quae de furti poenis constituta sunt, adscripta. Cum enim ex lege Saxonum fur graviore furto commisso capitis damnaretur, leviore autem novies rei ablatae pretium solveret, inserta sunt in medium capitulum* 36, *quod est de minore, non de maiore furto, vocabula* quod superius dictum est de furto *etc., quamquam illa additio ad priora sola capitula, quae verba faciunt de graviore furto, referenda est, neque ullo modo cum capitulo* 36. *convenit. Itaque contendo Spangenbergiani codicis scriptorem nequaquam intellexisse, quid sibi velint verba ad marginem codicis ab ipso descripti adnotata, atque ea ita male in legis textum recepisse, ut verborum sensus omnino turbatus sit. Sed quaeras, unde deperditi illius, quem Spangenbergiani codicis scriptor secutus sit, codicis auctor illa deprompserit.*

Cum animum intendamus ad miram convenientiam verborum, quae posteriore aliquo tempore in enumeratos quatuor locos inserta sunt, coniiciamus oportet, librarium, qui ista verba ad marginem codicis alicuius deperditi adscripserit, ea ex aliqua constitutione hausisse, quae ius in lege Saxonica statutum emendatura fuerit. Rem docere videtur concentus vocabulorum, quae similem in modum laudata quatuor capitula repetunt:

in a) sin autem infra patria non fuerit, in qualicumque loco fuerit, secundum illorum legem;
in b) sin autem in quali loco, secundum illorum legem;
in c) si foris patriae hoc fecerit, non moriatur, sed secundum illorum legem, ubi factum fuerit;
in d) in qualicumque loco est, secundum legem illorum.

Ex constitutione igitur, quam secutus est scriptor, in prioribus tribus locis rem copiosius excerpsit, in quarto autem pauciora quam quae dicant, quomodo iis legis capitulum emendatum sit, et alii nisi ipsi scriptori constitutionem ab ipso commemoratam in memoriam revocent.

Omnino vero ignoramus, quae fuerit constitutio illa, ex qua laudata verba in Spangenbergianum codicem inserta deprompta sint. Eam vero saeculo nono edictam esse contendam; legem enim Saxonum, quam regnante Karolo Magno conceptam esse certo certius dicam, eadem emendatura est, atque ipse Spangenbergianus codex, cuius librarius aliquem codicem, cuius ad marginem ista adnotata erant, descripsit, exeunte nono-saeculo vel ineunte decimo ortus est. Porro ius ipsum in constitutione illa, quam coniicimus, conditum tale est, ut arbitrer, ante ultima decennia saeculi noni id decretum non fuisse. Etenim constat, toto regno Francorum quemlibet ineunte saeculo nono iudicatum fuisse secundum patrium ius, quod dicunt ius personale, non secundum ius terrae[7]. *Prima vero lex in Francorum regno edicta, quae territorialis iuris mentionem faciat, est edictum Pistense a Karolo Calvo rege anno* 864 *promulgatum*[8].

7) Cfr. Capitular. Pippini circa a. 768 c. 10 in Mon. Germ. Legg. II. p. 4; Capitular. Carol. M. circa a. 811. c. 2—4 in Legg. I. p. 169 et in Ansegis. libr. III. c. 65. 66; Capitul. Ludowici imp. circa a. 819. c. 8 in Legg. I. p. 227; Ansegis. cap. append. I. c. 71 in Legg. I. p. 321; et Ansegis. cap. append. II. c. 35: *Si aliquis Saxo caballos in sua messe invenerit, et ipsos caballos inde ducere pro suo damno ad conprobandum voluerit, si quis liber homo hoc ei contradixerit, aut aliquod malum pro hoc ei fecerit, tripla conpositione secundum legem et secundum ewam contra eum emendare studeat, et insuper bannum dominicum solvat, et manum perdat, pro eo quod inoboediens fuit contra praeceptum domni imperatoris, quod ipse pro pace statuere iussit. Si servus hoc fecerit, secundum suam legem omnia in triplum restituat, et disciplinae corporali subiaceat.* LL. I. p. 324 (et p. 170). 8) Vide edictum Pistense c. 13. 16. 20 in LL. I. p. 491. 493; et cfr. Savigny, Geschichte des Römischen Rechtes im Mittelalter I. p. 177; Gaupp, Germanische Ansiedlungen (1844) p. 238; Waitz, Deutsche Verfassungsgeschichte III. (1860) p. 297; Zur Lex Sax. p. 10—17.

C) *In* Corbeiensi *legis Saxonicae textu tria additamenta inveniuntur, quae accuratius examinemus:* a) *Legi Saxonum descriptae continuo maior quaedam pars legis Thuringorum adiuncta est; scilicet post capitulum* 66. *legis Saxonum nulla inscriptione nisi* de alodibus *intercedente leguntur legis Thuringorum capitula* 26—61, *quae Heroldiana editio dicit titulos VII—XVIII, atque capitulum* 61. *legis Thuringorum sequuntur in ipso codice verba:* Finis appendicis legum Saxonum. *Itaque scriptor haec legis Thuringorum capitula partem legis Saxonicae habuit. Neque est dubium, quin iste plane erraverit; et laudata capitula a lege Saxonum segreganda sunt.* b) *Legis Saxonicae capitulo* 24. *praescriptum est in hoc codice:* Lex Francorum. *Quam inscriptionem genuino legis textui alienam aut ad solum capitulum* 24. *aut ad capitula* 24—26. *referendam esse, infra exponam.* c) *Ultimo legis Saxonicae capitulo in codice Corbeiensi et in Tiliana editione verba nonnulla partim ex capitulari Saxonico a.* 797 *desumpta adiecta sunt, quae sunt de pretio rerum quarundam in solvendis compositionibus pecuniae loco datarum. Quod ut ostendam, licet primum transscribam finem legis Saxonicae secundum omnes codices; atque ea, quae in textu et Heroldiano et Spangenbergiano et Corbeiensi et Tiliano congruenter insunt, vulgaribus litteris, cursivis vero, quae solo in codice Corbeiensi vel in sola editione Tiliana leguntur, imprimere faciam, et post haec capitulum* 11. *capitularis Saxonici anno* 797 *promulgati, apponam, quo facilius intelligatur, quae lex Saxonum originaria, capitulare Saxonicum a.* 797, *additamenta legis Saxonicae nobis in Corbeiensi codice atque in editione Tiliana occurrentia praescribant.*

Legis Saxonicae capitulum 66.

Solidus est duplex: unus habet duos tremisses, quod est bos anniculus 12 mensium, vel ovis cum agno; alter solidus tres tremisses, id est bos 16 mensium; maiori solido aliae conpositiones, minori homicidia conponuntur.

[Additamentum Tilianae editionis.]	*[Additamentum codicis Corbeiensis.]*
Westfalaiorum et Angrariorum et Ostfalaiorum solidus est secales sceffila 30, *ordei* 40, *avenae* 60; *apud utrosque: duo sicle mellis, solidus.*	
Quadrimus bos, duo solidi; duo boves, quibus arari potest, quinque solidi; bos bonus, tres solidi; vacca cum vitulo, solidi duo et semis.	*Quadrimus bos, duo solidi; duo boves, quibus arari potest,* 5 *solidi; bos bonus,* 3 *solidi; vacca cum vitulo, solidi duo et semis. Vitulus anniculus, solidus* 1. *Ovis cum agno, et anniculus agnus ei super adiunctus, solidus* 1.

Capitularis Saxonici anno 797 *promulgati capitulum* 11.

Illud notandum est, quales debent solidi esse Saxonum, id est bovem annoticum utriusque sexus, autumnali tempore sicut in stabulum mittitur, pro uno solido; similiter et vernum tempus, quando de stabulo exiit; et deinceps quantum aetatem auxerit, tantum in pretio crescat. De avena[9] vero Bortrini pro solido uno scapilos quadraginta donant, et de sigale viginti; septemtrionales autem pro solido scapilos triginta de avena et sigale quindecim. Mel vero pro solido, Bortrensi sigla una et media donant; septemtrionales autem duos siclos de melle pro uno solido donent, item ordeum mundum sicut et sigale pro uno solido donent. In argento duodecim denarii solidum faciant. Et in aliis speciebus ad istum pretium omnes aestimationes conpositionis sunt.

9) *Annona* Vat.; in Corb. deest; *avena* emendavi. Ceterae lectiones variae atque emendationes infra adnotatae sunt.

Perlustremus oportet pretia singularum rerum his in locis statuta.

1) *In* genuina lege Saxonica *edictum est:*

1 *solidus minor (i. e. duo tremisses Saxonici* = $^2/_3$ *solidi Franconici)*
= 1 ovis cum agno.
5 = 1 bos anniculus duodecim mensium.

1 *solidus maior (i. e. tres tremisses Saxonici* = 1 *solidus Franconicus)*
= 1 bos sedecim mensium.

2) *In* capitulari Saxonico *est constitutum:*

1 *solidus Saxonicus (i. e. solidus minor duorum tremissium* = $^2/_3$ *so-*
10 *lidi Franconici)*
= 1 bos annoticus.
= 40 *scapili (i. e. modii dimidii) avenae apud Bructeros.*
30 *scapili avenae apud Saxones septemtrionales.*
= 20 *scapili secalis apud Bructeros.*
15 15 *scapili secalis aut hordei apud Saxones septemtrionales.*
= 1$^1/_2$ *siglae (vel sicli, i. e. amphorae) mellis apud Bructeros.*
2 *siglae mellis apud Saxones septemtrionales.*

12 *denarii (i. e.* 12 *denarii Franconici, vel* 1 *solidus Franconicus, vel*
1 *solidus trium tremissium, vel* 1 *solidus maior).*
20 = 1 *solidus in argento solvendus.*

Brevia legis Saxonicae verba, ex quibus bos anniculus 12 mensium *solido minore aestimandus fuit, accuratius capitulari Saxonico explicantur, cum hoc constitutum sit, qui boves variis mensibus nati minore solido taxandi, et quo tempore anni anniculi dicendi sint. Sub Bortrinorum vel Bortrinensium voce,* 25 *qua laudatum capitulare Saxonicam aliquam nationem septemtrionalibus Saxonibus opponit, ex mea sententia*[10] *Bructeri intellegendi sunt, atque Tilianum additamentum eo nomine Westfalaos dictos esse nos docet; id enim in usum Westfalaorum eadem repetit, quae de pretio avenae secalisque Bructerorum in Saxonico capitulari constituta sunt.*

30 *Ultima vero capitularis Saxonici positione* in argento duodecim denarii solidum faciant *constitutum est, ut duodecim denarii (i. e.* 12 *denarii Franconici) loco solidi unius in argento dandi sint, itaque hoc in casu, ut eandem sententiam aliis verbis dicam, solidi Franconici solvendi sint, qui solidis minoribus Saxonicis oppositi in lege Saxonum maiores solidi nominantur, et tribus* 35 *tremissibus vel duodecim Franconicis denariis efficiuntur.*

3) *In* appendice legis Saxonum, quam tradit Tilianus *textus, edictum est:*

1 *solidus (i. e. solidus minor duorum tremissium, vel* $^2/_3$ *solidi Franconici).*
= 60 *scapili avenae*
= 40 *scapili hordei* } *apud Westfalaos, Angrarios et Ostfalaos.*
40 = 30 *scapili secalis*
= 2 *siclae (i. e. amphorae) mellis apud Angrarios et Ostfalaos.*

Hae Tiliani additamenti positiones in laudata capitularis Saxonici constitutione nituntur, de qua antea (sub Nr. 2) *verba facta sunt. Sed pretium secalis, hordei avenaeque in recentiore loco diminutum atque per totam Saxoniam idem redditum* 45 *est; mellis vero pretium, quod dictum capitulare in usum Saxonum septemtrionalium statuerat, idem repetitum est ab Angrariis et Ostfalais solvendum, quos septemtrionalium Saxonum nomen in capitulari illo amplexum esse videatur.*

10) Rem fusius et copiosius disputavi in iis, quae infra ad 11. capitulum Saxonici capitularis enucleandum adscripta sunt.

4) *In* ea legis Saxonicae additione, quae communiter in Corbeiensi codice et Tiliana editione leguntur, *haecce boum pretia commemorantur:*

bos quadrimus = 2 *solidi (i. e. solidi minores).*
bos arator = 2½ *solidi.*
bos bonus = 3 *solidi.*
vacca cum vitulo = 2½ *solidi.*

Apparet, his boum aestimationibus ea accuratius explicari, quae in capitulari Saxonico statuta fuerunt, ubi iis verbis, quae de pretio anniculi bovis facta sunt, additum est: et deinceps *(i. e. postquam primum annum transgressus est)* quantum aetatem *(bos)* auxerit, tantum in pretio crescat; *quadrimo scilicet bovi iam capitulo* 33. *legis Saxonicae pretium duorum solidorum impositum fuit.*

5) Ultima *denique* ex codice Corbeiensi supra descripta verba *pretia nonnulla in vetere Saxonica lege constituta repetunt. Sensus enim vocabulorum* vitulus anniculus solidus 1 *haud differt ab iis, quibus lex Saxonica ipsa usa est:* solidus est... bos anniculus 12 mensium; *atque reliqua verba* ovis cum agno, et anniculus agnus ei super adiunctus, solidus 1 *ea quae in lege Saxonum leguntur:* solidus est ovis cum agno *explicare tantum videntur.*

Sin vero omnia rerum pretia, quae sub numeris 1—5 *ex lege Saxonum, capitulari Saxonico, additamentis legis Saxonicae excerpsi, diligenter perlustramus, patet, primo legem Saxonum nonnulla pretia constituisse, postea haec iis, quae capitulare Saxonicum proponit, accuratius explicata esse, atque aliquo adhuc posteriore tempore ad prius legis Saxonicae capitulum* 66. *ea adscripta esse, quae dicimus legis Saxonicae additamenta, eaque partim ex capitulari Saxonico esse deprompta. Itaque lex Saxonum antecedit capitulari Saxonico, et capitulare Saxonicum additamentis ad genuinam legem in codice Corbeiensi atque in editione Tiliana adscriptis; atque haec additamenta in constituendo legis Saxonicae textu originario ad auctoritatem Heroldiani textus et Spangenbergiani reiicienda sunt.*

D) Tiliana editio. *De verbis, quae Tilianus textus ultimo legis Saxonum capitulo de pretiis quarundam rerum addit atque partim ex capitulari Saxonico hausit, supra sub littera* C. 3 *et* 4 *disputavi. Sed etiamsi hanc recentiorem appendicem a reliqua lege discernimus, lectiones tamen variae, quas subter legis Saxonicae textu posui, ex mea quidem sententia dilucide demonstrant, saepissime auctorem textus Tiliani ad libidinem vera legis Saxonicae vocabula, quae congruenter ceteri tres textus praebent, ita vel emendavisse vel commutavisse, ut, quae ex librarii sententia dictura fuerint, clarius exprimant. Exempli gratia conferendum est legis Saxonicae capitulum* 14, *ubi loco verborum* in premium, *quae fortasse a scriptore obscura putabantur, Tiliana editio praebet* interpremium, *quod omnino intelligi non potest. Similiter emendavit atque in emendando erravit in capitulo* 11*; loco enim genuini textus, quem Spangenbergianus codex atque Heroldiana editio nobis tradiderunt:* qui oculum unum excusserit, 720 solidos componat; si ambos, 1440 solidos componat, *in codice Corbeiensi primus numerus solus false* (620 sol.) *legitur, in Tiliana vero editione uterque:* 620 sol., sol. 1240, *ut hi numeri inter se, non vero cum reliqua lege consentiant. Item corruptum textum habet Tiliana editio c.* 17, *cum scribat:* si a liberto vel lito, pleno sacramento negetur; *vocabulum* si *adiectum et liberti vocabulum ex liberi voce depravatum esse videatur. Omnino autem depravatus est ab auctore Tiliani textus sensus capituli* 47*; hic enim legitur:* si foemina filios genuerit dotem *(loco vocabulorum:* habeat dotem*)*

quam in nuptiis accepit quamdiu vivit filiosque *(loco verbi* filiisque*)* dimittat. *Longum est plura exempla proferre; gravissima quoque insunt in legis Saxonicae capitulis* 8. 16. 42. 46. 56. 60. 62. 63*; cfr. lectiones varias infra ad unumquemque locum adnotatas. Quin etiam inter omnes lectiones, quas sola Tiliana editio nobis asservavit, ne una quidem est, quam ceteris potiorem dicam. Itaque contendo Tilianam editionem ad restituendum legis Saxonicae textum genuinum minimi esse ponderis, neque possum non dissentire a compluribus viris doctis, qui ipsam summis laudibus extulerint*[11]. *Cfr. Zur Lex Saxonum p.* 68—74.

Sin vero singula sub litteris A. B. C *laudata verba, quae posteriore aliquo tempore ad priscam legem Saxonum in textu vel Heroldiano vel Spangenbergiano vel Corbeiensi adscripta esse demonstraturus fui, a legis tenore removerimus atque aliquot scribendi menda maiore ex parte manifestissima correxerimus, tres illi libri ita congruunt, ut appareat, eos eundem textum secutos esse. Atque hic antiquus legis codex medio saeculo nono extitisse putandus est, quia exeunte saeculo nono ab auctore codicis Spangenbergiani descriptus est et iam tunc additamentis quibusdam ex deperdita aliqua constitutione de adhibendo iure terrae promulgata haustis deformatus fuit. Negandum autem est, hunc antiquum legis Saxonicae textum eundem fuisse, quem primo auctor legis Saxonicae promulgaverit, vel originalem, ut ita dicam, legis Saxonicae textum. Quod ut comprobem, dua argumenta proferre velim.*

a) Antiquus ille codex, quem quatuor nobis asservati textus legis Saxonicae secuti sunt, duobus in capitulis de eadem re eadem fere verba fecit, neque dubium est, quin ista repetitio aliena fuerit ab originali legis Saxonicae textu; auctor enim tam brevis legis Saxonicae idem bis constituisse omnino non putandus est. Verba autem ipsa utriusque capituli haec sunt:

Cap. 56*:* Qui laqueum fossamve ad feras capiendas fecerit, et haec damnum cuilibet fecerint, qui eas fecit, multam solvat.

Cap. 58*:* Si fossa vel laqueus ad feras capiendas praeparata damnum quodlibet fecerint, a quo parata sunt, conponatur.

Contendam, in genuina lege Saxonum haec vocabula unum tantum capitulum confecisse, eaque scriptorem aliquem negligentia ductum in duobus capitulis repetivisse.

b) In legis Saxonicae textu, quem quatuor illi saepe laudati codices memoriae prodiderunt, verba nonnulla olim certe legi praemissa desiderantur, quae annum, quo lex lata sit, et regem, qui eam promulgaverit, sollemnem in modum dicant, eius modi puta, cuius principium capitularis Saxonici est. Heroldiano in textu legis Saxonicae initium hoc est: In Christi nomine incipit legis Saxonum liber. De Vulneribus. Titulus I. Paragraph. 1. De ictu nobilis *etc. Ex quibus verba* De Vulneribus. Titulus I. Paragraph. 1 *ab Heroldo legi adiecta esse, p.* 7 *exposui, reliqua vero* In Christi nomine incipit legis Saxonum liber *mutilam aliquam partem eorum ducam, quae inchoaverunt originalem legem Saxonum. Atque eadem in brevius coacta reperire velim in primis verbis codicis Corbeiensis, quae sunt:* Incipit liber legis Saxonum. Capitul. 1. De ictu nobilis *etc. Quae laudatorum verborum loco in Spangenbergiano codice leguntur:* Incipit cap̄. liber legis inprimis Saxonum, *ea ab originario legis initio magis recedere mihi videantur. Posteriore autem aliquo tempore ea conscripta*

11) Cfr. Eichhorn, Deutsche Staats- und Rechts-Geschichte (1843) I. p. 573. n. *ee*; Gaupp, Recht und Verfassung der alten Sachsen p. 76. p. V.

esse, quae in principio Tilianae editionis nobis occurrunt: Vetus lex Saxonum, res ipsa nos docet; haec enim cum nullo tempore conveniunt, nisi cum aliquo, quo lex Saxonica ob praeteriti temporis longitudinem revera vetusta dici potuerit. Quae cum ita sint, coniiciam, ipsi legi Saxonum olim nomen impositum fuisse: Liber legis Saxonum.

III. Superest, ut quaeramus, quo tempore lex Saxonica condita sit. Quod ut discernamus, primum investigemus, utrum lex Saxonum recentior an vetustior sit et capitulis quae dicuntur de partibus Saxoniae et capitulari Saxonico. Ego quidem demonstraturus sum, prima esse promulgata capitula de partibus Saxoniae, secundam legem Saxonum, tertium capitulare Saxonicum. Quod nisi me fallit, certis argumentis probavi, legem Saxonum esse conditam ante annum 797, quo capitulare Saxonicum edictum est, et post capitula de partibus Saxoniae, quae, quamquam annum promulgationis non dicant, post incepta bella Saxonica, i. e. post annum 772, promulgata esse constat.

Legem Saxonum ante capitulare Saxonicum promulgatam esse dico. Cuius rei id argumentum habeo, quod legislator in concipiendo capitulari Saxonico saepius usus est lege Saxonum. Gravissimum exemplum est capitularis Saxonici capitulum undecimum, quod genuinae legis Saxonum capitulum supremum secutum et postea ad conscribenda verba quaedam huic legi in duobus codicibus adiecta adhibitum est. Cum id supra p. 10—12 copiosius demonstrare studuerim, liceat hic pauca commemorare. Ea, quae vera lex de taxando bove anniculo generaliter edixerat: solidus (minor) est bos anniculus duodecim mensium, explicantur atque fusius tractantur in Saxonico capitulari, cum dicat, solidum esse = bovem annoticum utriusque sexus autumnali tempore, sicut in stabulum mittitur, similiter et vernum tempus, quando de stabulo exiit, et deinceps, quantum aetatem auxerit, tantum in pretio crescat. Hic igitur statutum est, quales boves anniculi putandi, et quo anni tempore solido uno aestimandi sint; atque additur, qua ratione maiores natu boves taxandi sint. Porro capitulare Saxonicum et consilio omisit, quae lex iam statuerat, et aliarum rerum pretia cognitu digna adiecit, quorum nonnulla postea legi Saxonicae adscripta in additamentis leguntur. Sed liceat, quamvis id unum sufficiat ad comprobandum, capitulare Saxonicum posterius esse lege Saxonum, idem compluribus argumentis confirmare. — Cum conferas ea, quae in legis Saxonum capitulo 38. constituta sunt, cum iis, quae in capitularis Saxonici capitulo 8. leguntur, credere omnino non possis, hunc locum talem in modum, qualem habemus, conceptum fuisse, nisi iam antea lex Saxonica promulgata fuisset. Lex enim Saxonum (c. 38) iubet capitis supplicio eum affici, si quis domum alienam sua sponte incenderit; capitulare vero Saxonicum, cum in cap. 1. singula octo crimina enumeret, quibus commissis multa sexaginta solidorum, quem regium bannum dicunt, solvenda sit, inter ea incendium dolo factum commemorat, et cum postea in cap. 8. de eodem scelere denuo disputet, exponit, incendium poenae loco a pagensibus decerni posse, voluntario autem incendiario regium bannum esse dandum. Constitutionem vero, ut incendiarius capitis damnetur, ex antiquissimo iure, quod Saxones a Karolo rege nondum victi custodierint, haustam atque postea continuo per Saxoniam esse observatam, constat; cfr. infra ad leg. Sax. c. 38. adnotata. Itaque lex Saxonica priscum ius litteris mandavit, eique edicto capitulari Saxonico novum aliquod decretum, quod nondum, cum lex Saxonum promulgabatur, legitimum

fuit, *postea adiectum est. Idemque apparet comparatis singulis verbis*, *quibus utraque lex utitur*:

Legis Saxonum cap. 38.	*Capitularis Saxonici cap.* 8.
Qui domum alterius vel noctu vel interdiu suo tantum consilio volens incenderit *etc.*	De incendio convenit, quod nullus infra patriam praesumat facere propter iram aut inimicitiam aut quamlibet malivolam cupiditatem.....; de ipso placito commune consilio facto secundum eorum ewa fiat peractum, et non pro qualibet iracundia aut malivola intentione.

Verba enim suo tantum consilio *et* commune consilio *se invicem interpretantur. Neque credam*, *legislatorem his verbis usum fuisse*, *nisi animum ad legem prius editam advertisset. In capitulari vero Saxonico multo fusius et accuratius de re disputatur (cfr.* propter iram aut inimicitiam aut quamlibet malivolam cupiditatem; pro qualibet iracundia aut malivola intentione), *ut vix credibile sit*, *legem Saxonum omissis verbis rem obscuriorem reddidisse*, *immo vero capitulare eam explanavisse. Neque potuit legis Saxonicae auctor hoc in capitulo*, *si antea capitulare Saxonicum editum fuisset*, *de banno regio solvendo tacere*, *dummodo post capitulare anno* 797 *promulgatum scripsisset. Ceterum*, *quamquam reliqua capitula capitularis Saxonici*, *quod imprimis de regio banno disserit*, *nusquam lege Saxonica usa esse videntur*, *contendam tamen*. *totam legem non potuisse ita concipi*, *si et de banno regio et de aliis rebus singula accurate praecepta fuerint*, *quae in illo capitulari inveniantur. Non potuit lex triplex missorum regiorum weregildum silentio praeterire*, *si id antea aliqua lege praeceptum fuisset; capitulare vero Saxonicum hoc quoque constituit. Alia exempla proferre supervacaneum dico. Sed liceat coniicere*, *capitularis Saxonici capitulum* 10, *cum verbis usa sit* secundum ewa Saxonum, *ipsam legem Saxonum commemoraturum fuisse. Quamvis enim negari non possit*, *licere ista vocabula ad ius non scriptum referre*, *malim contrariam opinionem sequi*, *quia istud capitulum de capitalibus criminibus verba facit*, *atque lex Saxonum omnia scelera*, *quae capitalia duxerit*, *enumeratura fuisse videatur. Hoc vero etsi quis in dubio relinquere velit*, *propter supra enumerata argumenta nihilo minus ei concedendum esse puto*, *legem Saxonum esse capitulari Saxonico vetustiorem atque ante annum* 797 *promulgatam.*

Recentiorem vero esse contendo legem Saxonum quam capitula de partibus Saxoniae, *quae quo anno promulgata sint*, *postea investigemus. Complura enim exempla nos docent*, *legem Saxonum secutam esse verba illius capitularis et constitutiones in eo praescriptas modo repetivisse modo commutavisse. Liceat animum ad singula advertere.*

Capitula de partibus Saxoniae.	*Lex Saxonum.*
Cap. 11. Si quis domino regi infidelis apparuerit, capitali sententia punietur.	*Cap.* 24. Qui in regnum vel in regem Francorum vel filios eius de morte consiliatus fuerit, capite puniatur.
Cap 12. Si quis filiam domini sui rapuerit, morte moriatur.	*Cap.* 26. Qui filiam domini sui occiderit, vel filiam aut uxorem aut matrem stupraverit, iuxta voluntatem domini occidatur.
Cap. 13. Si quis dominum suum vel dominam suam interfecerit, simili modo punietur.	*Cap.* 25. Qui dominum suum occiderit, capite puniatur.

Non casu certe factum est, *ut continuo post crimen laesae maiestatis utraque lex de criminibus illatis hominibus singulis ex familiis dominorum*

verba faciat, et ut utraque simul de homicidio stuproque disputet. Sin vero singula observamus, apparet legem Saxonum et fusius de re, quae tractatur, disserere et capitulorum seriem in meliorem ordinem redegisse. Nempe legis Saxonum capitulum 26. suo iure sequitur capitulum 25, quorum hoc domini ipsius mentionem faciat, illud liberorum eius et uxoris matrisque. Neque quisquam hanc rem ante illam ponere potuit, qui legem Saxonum novit; id vero in conscribendis capitulis de partibus Saxoniae cap. 12. et cap. 13. factum fuisset, si ea posteriora essent. Porro lex Saxonum totam dominicam familiam enumerat, capitulare vero nonnullos modo domini propinquos nominat. Atque similiter ii, in quos maiestatis crimen committi possit, a legislatore in lege Saxonum multo magis disiunguntur quam in capitulis de partibus Saxoniae. Quae cum ita sint, neque credere possumus, homini, qui unam legem conceperit, alteram ignotam fuisse, neque coniicere licet, legem Saxonum priore tempore constitutam esse quam capitula de partibus Saxoniae[12].

Idem nos docet comparatio mutuorum verborum, quae in legis Saxonum capitulo 21. et in tertio capitulo capitulorum de partibus Saxoniae leguntur.

Capitula de partibus Saxoniae.	*Lex Saxonum.*
Cap. 3. Si quis ecclesiam ... intraverit et in ea per vim vel furtu aliquid abstulerit, vel ipsam ecclesiam igne cremaverit, morte moriatur.	*Cap.* 21. Qui in ecclesia ... aliquid furaverit, vel eam effregerit, ... capite puniatur.

Quae verba collaturi non censeamus, latorem unius legis alteram ignoravisse. Quod vero lex Saxonum omisit ipsam ecclesiam igne cremaverit, *eo evenit, quod talis constitutio inutilis fuit, postquam lege edictum fuit, ut quisque incendiarius mortis supplicio afficiatur. Itaque mirari nequeas, quod haec vocabula in capitulis de partibus Saxoniae leguntur, quae laudatum praeceptum non complectuntur, in lege Saxonum desiderantur, cuius in capitulo 38. id legitur. Itaque hoc quoque argumento comperimus, capitula de partibus Saxoniae ante legem Saxonum esse conscripta. Idem cognoscimus comparatis iis, quae in utraque lege de iureiurando statuta sunt. Capitula enim de partibus Saxoniae postquam praeceperunt in cap. 32, ut christiano more in ecclesia iuretur, nihil dicunt nisi* de periuris secundum legem[13] Saxonorum sit; *id est: de periurandi poenis idem custodiatur, quod, dum Saxones liberi atque pagani fuerint, ius eorum non scriptum et consuetudo inveterata observari voluerit, ut capitis damnetur et is qui consilio et qui nesciens peieraverit. Hoc antiquissimum ius Saxonicum commutavit lex Saxonum (cap. 21 et 22) mitiores rationes secuta, aliam poenam sanciendo, si quis* sciens periuraverit, *aliam si quis* nesciens periuraverit. *Adde quod lex Saxonum periurorum poenas in eodem capitulo constituit, quod est de ceteris criminibus in ecclesia commissis, itaque rerum natura ducta ad*

12) Idem sentiunt Eichhorn, Deutsche Rechtsgeschichte I. p.574. §. 146, et Gaupp, Recht und Verfassung der alten Sachsen p. 57. 128. Econtra Gaertner, Leges tres Saxonum p. 135, arbitratus est, lege Saxonum usa esse capitula de partibus Saxoniae. Stobbe, Deutsche Rechtsquellen I. p. 191, in dubio reliquit, utra lex prior fuerit. Solus vero Usinger, Forschungen zur Lex Saxonum, Berlin 1867, p. 12 contendit, ei, qui posteriorem legem conceperit, priorem ignotam fuisse. 13) Gaertner, Saxonum leges tres p. 152, Chr. Ulr. Grupen, Praefatio ad legem Saxon. in Spangenberg Beiträge etc. p. 192, Merkel, Lex Saxonum p. 6, Stobbe, Geschichte der Deutschen Rechtsquellen I. p. 189, censent capitula de partibus Saxoniae l. l. de iure scripto, scilicet de ipsa lege Saxonum verba facere. Ego quidem infra exposui, hanc opinionem esse reiiciendam, neque hac re tamquam argumento probari sententiam, ex qua aut tota lex Saxonum aut nonnulla eius capitula recentiora fuerint altera lege; cfr. quae adnotata sunt ad capitulum 33. capitul. de part. Sax., ad legis Saxon. cap. 21. 22. Vide Zur Lex Saxonum p. 115—117. 236—239.

hanc rem progressa est, capitula vero de partibus Saxoniae multo post capitula, in quibus de criminibus ecclesiasticis verba facta sunt (cap. 3 *etc.), constitutionem condiderunt, ut in ecclesia iuraretur (cap.* 32*), eique decretum illud, de quo disputamus, adiecerunt, ut periuri non secundum Francicum ius sed*
5 *secundum Saxonicum damnarentur (c.* 33*). Haec quoque capitulorum rerumque series nos docet, posteriorem esse legem Saxonum.*

De criminibus capitalibus lex Saxonum in capitulis 21—38 *ita disputat, ut credamus oporteat, eam omnia enumeraturam fuisse. Ideo ea quae in lege Saxonum et in capitulis de partibus Saxoniae hac de re statuta sunt, digna*
10 *sunt, quae inter se comparentur. In capitulis de partibus Saxoniae quatuordecim scelera capitalia commemorata sunt, ex quibus omnia in lege Saxonum repetita esse videntur praeter ea, quibus capite sancitum est, si quis religionem christianam contempserit, vel clericum interfecerit*[14]*. Haec casu praeterire lex Saxonum non potuit. Immo ea iccirco rem omisisse putanda est, quod,*
15 *cum lex concipiebatur, ista supplicia capitalia in usu esse iam desierant. Id enim coniicere licitum non est, capitula de partibus Saxoniae post legem Saxonum edicta eas poenas primum induxisse, quae antea legitimae non fuerint, atque propterea eas ab isto, qui legem Saxonum conscripserit, non commemoratas esse; statim enim post subactam Saxoniam paganus cultus exstirpandus*
20 *ideoque istae poenae in prima lege a Karolo rege Saxonibus lata proclamandae fuerunt. Itaque lex Saxonum ea, quae in capitulis de partibus Saxoniae constituta sunt, partim consilio omisit partim repetivit, ut postea prius capitulare in oblivionem ire potuerit. Singillatim vero, quomodo ius, quod inest in lege Saxonum, cum iis constitutionibus, quae in capitulis de partibus Saxo-*
25 *niae inveniuntur, consentiat easque modo commutet modo confirmet, in iis demonstrare studui, quae infra ad unumquodque eorum capitulum adnotavi. Id unum liceat hic addere, quod lex Saxonum (cap.* 23*), cum de diebus festis ad dies dominicas aequiparandis verba faciat, singulos enumerat itaque longe maiore diligentia usa est, quam capitula de partibus Saxoniae, quae in simili*
30 *aliqua occasione (cap.* 18*) nihil dicunt nisi* in festivitatibus praeclaris; *atque hanc accuratiorem diligentiam aetatis posterioris esse puto. Haec omnia me eo adducunt, ut certo certius censeam, capitula de partibus Saxoniae esse ante legem Saxonum promulgata.*

Quae cum ita sint, demonstravisse me arbitror, legem Saxonum in eo
35 *annorum spatio esse conceptam, quod interiacet inter annum* 797 *et eum annum, quo capitula de partibus Saxoniae condita sint.*

IV. Cum vero ipsa capitula de partibus Saxoniae annum, quo edicta sint, nobis non tradant, non possumus non perquirere, quando ea publici iuris facta sint. Sed antequam singulos deinceps annos perscrutemur, opus est
40 *animum intendere in singularum constitutionum, quae in ista lege insunt, vim atque naturam. Quamquam enim re ipsa apparet, eam promulgatam esse, postquam Karolus rex Saxoniam ditioni suae subegerit, nullo modo tamen nisi hac re dispecta intellegere possumus, id post partam victoriam illico factum esse.*
45 *Omnes constitutiones, quae in capitulis de partibus Saxoniae inveniuntur, si earum vim inspicimus, decreturae esse videntur:* 1) *ut regia dignitas antea Saxonibus ignota regiis iuribus donetur atque a sceleribus tuta reddatur,*

14) Hanc quoque rem fusius disputavi in libro meo: Zur Lex Saxonum pag. 323—330.

2) ut Saxonia, quam Karolus rex victricibus armis regno paterno adiunxerat, ad exemplum reliquarum Francicarum regionum in provinciae formam redigatur, comitumque dignitas instituatur, 3) ut pagani mores restringantur et christiana religio publice proclametur, 4) ut per Saxoniam loco templorum paganorum christianae ecclesiae aedificentur atque securae reddantur, 5) ut clericis pax singularis tribuatur, iique habeant, unde victum sibi parent, 6) ut novae nonnullae poenae criminales constituantur atque mulctae nonnullae poenae loco solvantur. Ad hasce sex materias omnia decreta referenda sunt, quae in singulis capitulis capitulorum de partibus Saxoniae leguntur. Rem singillatim exponamus.

1) Ad primam constitutionum seriem, quae sunt de regia dignitate, adnumeranda sunt haec praecepta: ut omnes regi fideles sint (c. 11), ut ad regis partem solvantur confiscanda bona (c. 30) aliaeque mulctae publicae tam freda quam vectigalia (c. 16), ut ad regem cuique se conferre liceat, si quis iustitiam, quam legitimo iudicio laesam duxerit, reclamaturus sit (c. 26), ut regis sit capite damnatis vitam concedere (c. 2), ne ullae conciones per Saxoniam habeantur, nisi quas regii magistratus, sive missi sive comites, ex regio mandato convocaverint (c. 34), ut omnes conspirationes cum paganis nationibus in regem factae summo supplicio afficiantur (c. 10).

2) Porro comitibus ministeria atque singula munera tribuuntur, de missis edicitur, de iustitia facienda singula praescribuntur. Itaque decernitur, ut comites in suo quisque a rege commisso districtu, i. e. in suis ministeriis *(c. 31 34), qui ab ipsorum nomine* comitatus *dicebantur (c. 24), regio nomine mandata edant, i. e.* bannos mittant *(c. 31) atque reditus publicos exigant (c. 31); ut eorum sit, iudicia vel* placita *exercere (c. 34) atque rem iudicatam exigere (c. 34), ut videant ne pax turbetur (c. 29), et latrones ceterosque sceleratores persequantur (c. 24); ut comitibus maior quidam honos et dignitas tribuatur quam ceteris (c. 30), inobedientes vero vel neglegentes singularibus poenis afficiantur (c. 24. 38).*

3) Magna aliqua capitulorum pars atrocissimis poenis cultum paganum coercet. Capite sancitum est, si quis Saxo ad baptismum venire contempserit (c. 8), sive spreta religione christiana ieiunias neglexerit (c. 4), sive homines daemonibus paganis immolaverit (c. 9), sive vivos combusserit humanamque carnem deceptus pagana superstitione ederit (c. 6), sive defunctos secundum ritum paganum sepeliverit (c. 7, cfr. c. 22), sive cum paganis in christianos conspiraverit (c. 10). Statuitur, ut pecuniam mulctitiam det, si quis pagano cultui adhaeserit (c. 22); christiana vero religio publice proclamatur (c. 4. 10), atque edicitur, ut omnes baptizentur (c. 8. 19), sacris publicis insint (c. 18), statuto tempore se carne abstineant (c. 4), neve quis matrimonium ab ecclesia vetitum ineat (c. 20).

4) Quarto constituitur, ut loco fanorum paganorum christianae ecclesiae construantur (c. 1), et unaquaeque aream, aliquantum agrum, certumque quendam servorum numerum recipiat (c. 15), ut decimae omnis quaestus, quin etiam vectigalium mulctarumque ad fiscum solutarum, iis dentur (c. 17 et 16), ut in ipsas honos a Saxonibus antiquitus fanis tributus transferatur isque augeatur (c. 1) atque ecclesiae speciali quadam tuitione fruantur (c. 3), ut fugitivis malefactoribus, dum in iudicium deducantur, ecclesiae asylum praebeant (c. 2), ut omnia sacramenta in ecclesiis dentur (c. 24).

5) Sicut ecclesiae ita clerici privilegiis specialibus tutiores redditi sunt;

itaque imperatur, ut clericorum interfectores capite damnentur (c. 5), ut iis, qui sacerdoti alicui peccata sua confessi sint, is capitalis supplicii remissionem comparare possit (c. 14), ut clerici christianos a servando ieiunio liberare (c. 14) et permittere possint, liberorum baptismum ultra praescriptum primum aetatis annum trahi (c. 19), ut magi atque fatidici ipsis tradantur (c. 23), ut videant clerici ne illicitae conciones convocentur neve comites missive commisso sibi quisque munere male fungantur (c. 34).

6) De proclamandis denique poenis capitalibus praecepta plurima insunt in capitulis 3—13, et de solvendis pecuniis mulctitiis in capitulis 19—23. 27. 31. 32, ut omni fere in capitulo talis constitutio inveniatur.

Ecce decreta, quae leguntur in capitulis de partibus Saxoniae. Singulorum vero cum perquiramus naturam, dilucide apparet, totum capitulare, cum Saxonia vix devicta et adhuc pagano cultui dedita fuerit, esse edictum, ut christiana ecclesia et Francorum regnum condantur et primum legitime promulgentur.

Ea enim, quae excerpsi, demonstrant, in Saxonia, cum capitula de partibus Saxoniae edicta sint, tunc paullo ante templa pagana fuisse destructa. Si enim hoc se aliter haberet, Karolus numquam imperasset, ut ecclesiae Christi... non minorem habeant honorem, sed maiorem quam fana habuissent idolorum *(cap. de part. Saxon. c. 1). Tunc certe adhuc exstabant fana atque primae aedificabantur ecclesiae. Memoriae vero traditum est, plurima pagana templa in Saxonia deinceps usque ad annum 777 esse destructa, atque constat, templorum eum fuisse antea honorem, quem capitula de partibus Saxoniae transferant in ecclesias, cfr. Zur Lex Saxonum p. 180—199 et ea, quae infra ad edita capitula de partibus Saxoniae adnotata sunt. Item permulta illius legis capitula ita mentionem faciunt paganorum, ut cognoscamus, magnum eorum numerum etiam tunc in Saxonia vixisse atque legislatorem eos vi christianos redditurum fuisse. Quamquam enim etiam multo postea vestigia cultus pagani in Saxonia nobis occurrunt atque posteriores quoque leges superstitiones paganas poenis opprimunt, in uno tamen hoc capitulari cognoscimus Saxones ab omnibus sacris christianis alienos, daemones adorantes, homines pro victimis immolantes. Quae demonstrant, hac lege gentilitatem primum esse interdictam, et christianum cultum primum esse institutum, itaque ab omnibus rebus distant, quibus cum lex aliqua, quae non statim ipsam victoriam secuta sit, convenire possit.*

Cum igitur demonstratum sit, capitula de partibus Saxoniae christianam religionem in paganam Saxoniam induxisse, et rem publicam ad exemplar Francicorum morum ordinavisse, nostrum est perscrutari, quo tempore Karolus adeo victor Saxoniae primum exstiterit, ut lex aliqua eiusmodi et edicenda fuerit et edici potuerit. Id vero ante annum 775 vel 777 factum fuisse nego. Quod ut coarguam, paullo accuratius opus est res tunc gestas perquirere.

Anno 772 primum Karolus rex cum Saxonibus arma conseruit. A meridionalibus partibus Saxoniam intravit, Aeresburgum[15] castrum expugnavit, fanum antiquum Saxonicum, cui nomen fuisse tradunt Irminsul[16], funditus

15) Eres-burg vel Mars-berg, castrum quoddam situm ad Diemel fluvium, postea dictum est: Ober-Marsberg vel Stadt-berg; cfr. Seibertz, Landes- und Rechtsgeschichte des Herzogthums Westfalen (1860) I. p. 183. 16) Annal. Lauriss. maior. a. 772: *ad Ermensul usque pervenit, et ipsum fanum destruxit, et aurum vel argentum, quod ibi repperit, abstulit,* Mon. Germ. SS. I. p. 150; *idolum Saxonum, quod Irminsul vocabatur, evertit (destruit, combussit),* Annal. Einh., Script. I. p. 151. Fuld. p. 348. Iuvav. p. 88; *fanum Saxonum quod vocatur Irminsul destruxit (subvertit),* Ann. Lauris-

destruxit, domum profectus est, postquam ii, qui Saxoniae in meridiem spectantes regiones habitaverunt, se pacem servaturos esse promiserunt, nihil vero de mutanda religione pacti sunt. Tunc igitur neque tota Saxonia in Francorum potestatem redacta neque Christi doctrinam amplexa est. Ceterum pax turbata est quam celerrime. Saxones enim, cum subsequenti anno 773 *compertum habuissent, Karolum profectum esse in Italiam, fidem datam fregerunt atque Hassiam depopulati sunt. Mense Septembri* 774 *reversus cum in Ingelheim moraretur, quatuor agmina immisit Karolus in Saxoniam; nulla vero pax secuta est*[17].

Anno vero 775 rex, *ut aiunt annales Einhardi,* consilium iniit, ut perfidam ac foedifragam Saxonum gentem bello adgrederetur, et eo usque perseveraret, dum aut victi christianae religioni subiicerentur, aut omnino tollerentur *(Mon. Germ. SS. I. p.* 153*). Karolus igitur Rhenum flumen transgreditur, Ruram fluvium sequitur, Sigiburg, quod oppidum ad ostium Lennae fluminis cum Rura confluentis situm hodie dicitur Hohen-Syberg, occupat, Eresburg oppidum a Saxonibus anno* 773 *destructum munitionibus sepit, Visurgim apud Brunesberg, quam civitatem nostri dicunt Braunsberge, transmeat, ad Ovacram, quod flumen hodierna aetas nuncupat Ocker, proficiscitur. In regione illa, ubi nunc situm est Braunschweig oppidum, Saxonum partem, quos dixerunt* Ostfalaos *vel* Astreleudos *vel* Austrasios *vel* orientales Saxones, *in ditionem suam redegit. Apud hodiernam civitatem Bückeburg Angrarii, secunda illius gentis pars, apud Hlidbeki, quem vicum nostri appellant Lübbeke prope Mindam, Westfalai similiter ad Karolum regem se contulerunt. Atque hi omnes* dederunt obsides, iuxta quod placuit, et iuraverunt se fideles esse partibus domini Caroli regis *(Ann. Lauriss. a.* 775, *Script. I. p.* 154*), id est* sacramentum fidelitatis iuraverunt *(Ann. Einh., Script. I. p.* 155*). Iamiam tota Saxonia, quam tripartitam dicunt scriptores, exceptis Saxonibus Transalbinis, fuit debellata et Francorum regno addita. Victoria contentus mense Octobri eiusdem anni* 775 *reversus est Karolus ad Dueren. Fortasse coniicere liceat, tunc praeclarissimum regem res Saxonicas ordinavisse et legem aliquam similem capitulis illis, quae de partibus Saxoniae constituta sunt, edidisse; causa enim suppeditabat. Sed cum neque hoc memoriae traditum habeamus neque historiarum annales referant, maiorem aliquam Saxonum partem ad Christi doctrinam fuisse conversam, malim arbitrari, tempus edendarum legum regi defuisse, praesertim cum Longobardorum rebelliones eum cogerent quam celerrime in Italiam proficisci, ubi ineunte anno* 776 *eum commoratum fuisse constat. Ubi cum versaretur, Saxones pacem iuratam contemnentes denuo bellum inceperunt, Aeresburgum castrum destruxerunt, et cum Francis de expugnando Sigiburgo contenderunt. Nuncio allato Karolus quam celerrime ex Italia reversus est, mense Augusto anni* 776 *Wormatiae placitum generale habuit, inde ingenti cum exercitu in Saxoniam intravit. Sed Saxones cum ipso rege proelium conserere*

ham., Script. I. p. 30, Hersfeld., Script. III. p. 37, Chron. Moissiac., Script. I. p. 295; *fanum et lucum Saxonum famosum Irminsul subvertit,* Lauriss. min., Script. I. p. 117; *pervenit ad locum qui dicitur Ermensul, et succendit ea loca,* Ann. Petav., Script. I. p. 16; *truncum quoque ligni non parvae magnitudinis in altum erectum sub divo colebant, patria eum lingua Irminsul appellantes, quod latine dicitur universalis columna, quasi sustinens omnia,* Rudolf. Fuld. Translat. s. Alexandri c. 3, Script. II. p. 676. Cfr. I. Grimm Mythologie p. 104. 327. 759; v. Ledebur, Beleuchtung einiger Puncte in den Feldzügen Karls des Grossen (1829) p. 13. Situm fuisse videtur Irminsul sacrum prope Altenbeken neque procul a Driburg. Cfr. Zur Lex Saxonum p. 130. 131.

17) Annales, qui singula memoriae tradiderunt, deinceps laudare atque excerpere, non est huius praefationis. Praecipua eorum verba una cum rerum tunc gestarum historia vide in libro meo Zur Lex Saxonum p. 130 sqq.

non ausi undecumque ad Lippiae fluminis fontes concurrerunt et reddiderunt patriam per vadium omnes manibus eorum, et spoponderunt se esse christianos, et sub ditione domini Caroli regis et Francorum subdiderunt, *atque paullo post* venientes Saxones una cum uxoribus et infantibus innumerabilis multitudo baptizati sunt, et obsides dederunt, quantos dominus rex ex eis quaesivit *(Ann. Einh. a.* 776, *Script. I. p.* 156*). Quibus rebus ita peractis Karolus Saxoniam duxit terram sibi subactam et ad Christi doctrinam traductam. Quod se ita habuisse et ea nos docent, quae Karolus postea fecit, et omnes fere tradunt annales*[18]. *Aestivo anni* 777 *tempore Paderbrunnum generale placitum convocavit, quod primum fuit in Saxonia*[19]. *Putem, Karolum regem tunc non potuisse non legem edicere, qua res novae provinciae ordinaverit ad exemplar iuris publici Franconici; non potuit legis alicuius promulgationem in posterius quoddam tempus differre. Undique enim cum Saxones subacta patria annis* 775—777 *in Karoli nomen iuravissent, fidemque dedissent, et ubique avitis sacris desertis christianae doctrinae addicti essent, cum milites Francici perenni praesidio in Sigiburg et in Eresburg oppidis collocati, et variis in regionibus Saxonicis ecclesiae essent constructae, cum Karolus in Franciam reversus sacerdotes*[20] *atque magistratus in terra vix in ditionem suam redacta reliquisset, prorsus certe necessariam legem aliquam, qua omnia et statuerentur et ordinarentur, duxisse clarissimus rex putandus est. Quamquam enim non tot decreta tunc lata sunt, quot nunc, demonstrant tamen legum ab ipso promulgatarum volumina ad nostros dies asservata Karolum legibus edicendis non pepercisse. Quae cum ita sint, coniiceremus oporteret, talem aliquam legem*

18) Cfr. Annal. Fuld. a. 777: *Saxones post multas caedes et varia bella adflicti, non valentes resistere, tandem christiani effecti Francorum ditioni subduntur*, Mon. Germ. Script. I. p. 349; Ann. Lauriss. min. a. 776, Script. I. p. 118; Ann. Fuld. antiq. ad a. 776: *conversio Saxonum*, Script. III.; Ann. Laurisham. a. 776: *rex Carolus conquisivit maximam partem Saxoniae, et conversi sunt Saxones ad fidem Christi, et baptizata est eorum multitudo innumera*, Script. I. p. 30; Annal. S. Amandi a. 776: *Karolus iterum fuit in Saxonia, et subiugati Saxones, dederuntque obsides, ut fierent christiani; et Carolus fecit castellum super fluvium Lyppia*, Script. I. p. 12; Annal. Petav. a. 776: *timore perculsi venerunt maiores natu ad dominum regem Karolum postulantes pacem, et baptizata multa turba populi; aedificaverunt Franci in finibus Saxonum civitatem, quae vocatur urbs Karoli*, Script. I. p. 16; Chron. Moissiac. a. 776: *ingressus est in Saxonia, et maximam partem Saxoniae accepit, et conversi sunt Saxones ad fidem Christi, et multi Saxones baptisati sunt*, Script. I. p. 296. Me quidem hae notitiae ad eam opinionem adduxerunt, quam supra exposui. Aliter sentit Abel, Iahrbücher des Fränkischen Reichs unter Karl dem Grossen I. p. 211, cum dicat: *schwerlich hat Karl selbst die Eroberung des Landes schon 776 für fertig angesehen.* Vide Zur Lex Saxonum p. 133 sq.

19) De hoc placito generali Paderbrunnensi a. 777 historiae annales haec verba faciunt: Annal. Lauriss. a. 777: *tunc dominus Carolus rex sinodum publicam habuit ad Paderbrunnen prima vice; ibique convenientes omnes Franci, et ex omni parte Saxoniae undique Saxones convenerunt*, Mon. Germ. Script. I. p. 156; Annal. Laurosham. a. 777: *habuit Carlus conventum Francorum, id est magiscampum, in Saxonia ad Padresbrunnon, et ibi paganorum Saxonum multitudo maxima baptisata est*, Script. I. p. 31; Annal. Petav. a. 777: *habuit in loco Patresbrunna magnum placitum, et ibi convenerunt Saxones ad baptismum catholicum, et baptisata multa millia populorum gentilium*, Script. I. p. 16; Annal. S. Amandi, Script. I. p. 12; Alam. Guelferb. Nazar., Script. I. p. 40; Quedlinb., Script. III. p. 37.

20) Sturmi abbatis Fuldensis exstat vita ab Eigilo conscripta, cuius in capitulo 22 haecce leguntur de rebus anno 772, ut puto, factis: *Rex Karolus congregato grandi exercitu Saxoniam profectus est, adsumptis universis sacerdotibus, abbatibus, presbyteris et omnibus orthodoxis atque fidei cultoribus, ut gentem, quae ab initio mundi daemonum vinculis fuit obligata, doctrinis Christi subire fecissent . . . . , et post non longum tempus* (i. e. a. 775) *totam provinciam illam in parochias episcopales divisit et servis domini ad docendum et baptisandum potestatem dedit. Tunc beato Sturmi pars maxima populi et terrae illius ad procurandum committitur.* Cap. 23: *Quo cum multum temporis praedicando et baptisando cum suis presbyteris peregisset, et per regiones quasque singulas ecclesias construxisset, iterum postea* (a. 778) *Saxonum gens prava et perversa a Christi fide devians, variis erroribus se implicavit.* Mon. Germ. Script. II. p. 376. Singula explanare studui Zur Lex Saxonum pag. 150—155.

a Karolo anno 777 *conditam esse deperditam, nisi quod simile edictum ad nostros dies pervenisset. Sed nihil est, cur dubitemus, quin ipsa haec constitutio, quam desideraturi essemus, capitula, quae dicuntur de partibus Saxoniae, sint. Nam omnia fere, quae erant ordinanda, ordinatura sunt capitula de partibus Saxoniae. Quin etiam, ni fallor, memoriae traditum est, anno* 777 *Karolum regem constitutionem aliquam eiusmodi edidisse.* Ex omni *enim* parte Saxoniae, *qui* undique Saxones convenerunt *Paderbrunnum*, in tantum se regis potestati permisere, ut ea conditione veniam accipere mererentur, si ulterius sua statuta violarent, et patria et libertate privarentur[21]. *Malim credere, haecce* statuta *fuisse scripta et ipsa illa capitula de partibus Saxoniae. Atque ut omnia, quae in iis edicuntur, perbene cum rebus Saxonicis, quales fuerunt anno* 777, *conveniunt, ita dissentiunt cum posteriore tempore. Quae de propagatione cultus christiani et historiae annales et praeclarissima vita Sturmi nos docent, ea plane demonstrant, tunc Saxones magis fortasse legis acerbitate perterritos et regiis mandatis obedientes quam clericorum praedicationibus persuasos christianos factos esse, ut opinio repudianda sit, postea rem tot praecepta de nova religione et de instituendo habitu christiano poposcisse, quot insunt in capitulari illo, de quo disputamus. Quae cum ita sint, contendam, anno* 777 *edicta esse capitula de partibus Saxoniae. Adde quod in temporis spatio, quod inter illorum publicationem et legem Saxonum interiacet, annus* 779 *inesse videtur, quia hoc anno* 779 *editum quoddam capitulare (in cap.* 10, *Mon. Germ. Legg. I. p.* 36*) differentiam prae se fert inter periuros nescientes atque conscios, quam capit. de part. Sax. omittunt, lex prima inducit*[22]. *Neque putem crudelitatem, quae saepissime capitulis de part. Sax. vindicatur propter frequentem usum capitis damnationum, sufficere ad posterius legis tempus coniiciendum*[23]. *Constat enim hanc poenam in ipso iure antiquissimo Saxonico fuisse usitatissimam, neque concedendum est, postea Karolum in ordinanda Saxonia crudeliorem fuisse quam initio. Ceterum ipsum capitulare talibus verbis utitur, ut dubitare nequeamus, quin publici iuris factum sit, postquam in placito generali deliberatum est (cfr. infra, quae ad initium capitulorum de partibus Saxoniae adnotata sunt), ubi Saxones quoque aderant. Nullum vero placitum rem meditanti se praebet nisi Paderbrunnense illud anno* 777 *convocatum*[24].

V. Iamiam redeamus ad legem Saxonum, quam supra demonstravi inter promulgata capitula de partibus Saxoniae atque capitulare Saxonicum esse

21) Cfr. Annal. Einhardi a. 777: *Cum rex Padrabrun venisset, totum perfidae gentis* (Saxonum) *senatum ac populum, quem ad se venire iusserat, morigerum ac fallaciter sibi devotum invenit: nam cuncti ad eum venerunt praeter Widichindum, unum ex primoribus Westfalaorum, qui multorum facinorum sibi conscius, et ob regem veritus, ad Sigifridum Danorum regem profugerat. Ceteri, qui venerant, in tantum se regis potestati permisere, ut ea conditione veniam accipere mererentur, si ulterius sua statuta violarent, et patria et libertate privarentur. Baptizata est ex iis ibidem maxima multitudo, quae se quamvis falso christianam fieri velle promiserunt*, Script. I. pag. 159; Annal. Lauriss. a. 777: *Ibique* (ad Paderbrunnen) *multitudo Saxonum baptizati sunt, et secundum morem illorum omnem ingenuitatem et alodem manibus dulgtum fecerunt, si amplius immutassent secundum malam consuetudinem eorum, nisi conservarent in omnibus christianitatem vel fidelitatem domini Caroli regis et filiorum eius vel Francorum*, Mon. Germ. Script. I. p. 158; Annal. Fuld. a. 777: *Et conventus habitus in Padrabrunno ....., ibi Saxones baptizati, ingenuitatem et omnem proprietatem suam secundum morem gentis abdicantes, regi tradiderunt, si a die illa et deinceps christianitatem, et regi et filiis eius fidelitatem abnegassent*, Mon. Germ. Script. I. p. 349. 22) Cfr. supra pag. 16 et infra. Zur Lex Saxonum pag. 236—239. 119. 352. 23) Cfr. Zur Lex Saxonum p. 218—330, inprimis p. 328. 24) Alias virorum doctissimorum opiniones, ex quibus capitula de partibus Saxoniae valde diversis temporibus conscripta esse dicantur, enumeravi infra.

conditam. Cum vero illa anno 777, hoc anno 797 conscripta sint, efficitur, legem Saxonicam in eo temporis spatio, quod in his viginti annis inest, edictam esse. Omnino autem non possumus eam certo alicui anno addicere, nisi rerum tunc gestarum historiam perquisituri.

Paullo post promulgata capitula de partibus Saxoniae bellum denuo ortum est. Cum Karolus rex in Hispania abesset, percrebuit in Saxonia fama, remotissimis in illis regionibus Francos esse devictos. Insuper Widukindus homo nobilissimus Westfalicus, qui, cum reliqui Saxones omnes annis 775 et 777 Francis se subdidissent, unus cum paucis sociis hostis remanserat atque in Daniam aufugerat, inde in patriam reversus omnes adhortabatur, ut fortunae favore usi iterum rebellarent. Quo factum est, ut omnes ubique Saxones anno 778 a Francorum regno deficerent, hostiliter regiones finitimas invaderent, ad Duitzium progrederentur et cum Francis saepissime arma consererent. Itaque opus, quod putabat perfectum, denuo erat incipiendum Karolo regi. Anno 779 Saxoniam intrat, Saxones haud procul a Bockholt oppido devincit, Westfalaos in ditionem recipit. Unde cum ad Wisaram profectus esset, Angrarii quoque et Ostfalai denuo fidelitatem iureiurando promiserunt. Postquam per hiemem Wormatiae versatus est, quamvis rebelliones non iteratae sint, instante vere anni 780 consilium cepit agminum ducendorum in eam Saxoniae orientalis partem, quae ad septemtrionem spectat, quo antea se nondum contulerat. Placito igitur generali in loco, quem nostri dicunt Lippspringe, habito, ad Ohrum, quod oppidum in ripa Ovacrae fluminis situm est, perrexit, ibique res Saxonum, *ut aiunt annales Einhardi, Mon. Germ. Script. I. p. 160,* qui citeriorem, quam et Sclavorum, qui ulteriorem fluminis *(Albis)* ripam incolunt, conponendas operam inpendit; quibus tunc pro tempore ordinatis atque dispositis in Franciam reversus est. *Quamquam ignoramus, quomodo singula hoc anno ordinaverit atque disposuerit, omnino tamen non possum hanc notitiam ad generale aliquod edictum, quod toti Saxoniae ius condiderit, referre, qualia sunt capitula de partibus Saxoniae; de nulla enim re sunt illa verba, nisi de mandatis regiis ad singulam aliquam partem Saxoniae spectantibus. Sed liceat coniicere, Karolum regem, antequam remotissimas illas Saxonicas regiones Slavis finitimas diligentius ordinaverit, propinquiores Saxoniae tractus ordinavisse et singula ad eas imperio regendas idonea constituisse, quod cum eorum sententia disgruit, qui censeant, post annum 780 edicendis capitulis de partibus Saxoniae Karolum et christianos ritus et comitum iura primum instituisse atque decrevisse. Ad legem vero Saxonum laudata verba iccirco spectare non possunt, quia huius natura omnino distat ab iis rebus, quae tunc statutae esse narrantur.*

Ceterum pax, quam victricibus armis Karolus anno 780 paraverat, anno 781 *nusquam turbata est. Sequente anno 782 convocavit rex annuum placitum generale aestivo tempore ad Lippiae fluminis fontes, quo se Colonia cum exercitu contulerat,* ibique, *aiunt annales Laurissenses, Mon. Germ. Script. I. p. 162,* omnes Saxones venerunt, excepto *Widukindo uno, qui nondum se Francorum potestati subdidit. Inter cetera negotia Karolus rex tunc super nonnullos Saxoniae pagos comites constituit ex ipsa natione Saxonum ortos*[25]*; idque ibidem primum fecisse videtur, quia historiae annales praeter hunc locum rem*

25) Annal. Lauresham. a. 782: *Habuit Carlus rex conventum magnum exercitus sui in Saxonia ad Lippibrunnen, et constituit super eam ex nobilissimis Saxonum genere comites,* Mon. Germ. Script. I. p. 32; cfr. Annal. Mosell. a. 782, Mon. Germ. Script. XVI. p. 497. Quae verba non queo cum Abel, Iahrbücher des Fränk. Reichs unter Karl dem Grossen I. p. 343, ita intelligere, ut putem, primos comites in Saxonia anno 782 constitutos esse. Contrariam autem meam sententiam exposui Zur Lex Saxonum p. 139.

nusquam memoriae tradiderunt, neque tunc id notatu dignum duxissent, si res se aliter habuisset. Quibus peractis reversus est in Transrhenanas regiones.

Subito affertur nuntius, Soraborum agmina infesto animo Francicum regnum intravisse, Thuringiam atque Saxoniam vastare depopularique. Karolus rem non gravem arbitratus misit, qui exercitum colligant Sorabos repulsurum. Sed Widukindus tempus novae rebellioni favere ducit, exsul redit, bellum parat. Quae cum audivisset, Theodericus comes suis ex Ripuaria auxilio accurrit. Pugnaturi iuxta Wisaram prope montem Suentel, qui est affinis portae, quam dicimus Westfalicam, in certamen descendunt. Saxones exstiterunt victores, Francorumque magna strages facta est. Iratus advolat Karolus, rebellionis originem perscrutatus auctores exquirit. Cum ipse Widukindus, cui omnes culpam imputabant, fuga lapsus abesset, de rebellionis sociis gravissimum supplicium sumpsit et iuxta Verdam de 4500 *Saxonibus legitimam*[26] *rebellionis poenam exegit eosque decollari iussit. Sed res eum fefellit, si forsan putavisset, Saxones crudelitate perterritos tranquillos remansuros esse. Econtra anno* 783 *Saxones undique concurrerunt, et bellum gravissimum oritur. Neque vero prospera fortuna usi sunt Saxones. Immo vero Karolus postquam in initio expeditionis prope Detmold oppidum iam pugnando vicit, paullo post apud Hasam fluvium Saxonum agmina in fugam convertit et maximam deportavit victoriam. Longius resistere nequeunt Saxones. Ipse rex annis* 783. 784. 785 *hinc illinc per Saxoniam perrexit, omnia igni ferroque vastavit, pacem paravit*[27]. *Mense Iunio* 785 *placitum generale Paderbrunni habuit*[28]. *Frustra se Karolo resistere, nunc ipse Widukindus intellexit et cum suis ex Transalbinis regionibus reversus porro se fidelem fore Francis promisit et baptizatus est. Itaque factum est, ut anno* 785 *tota Saxonia vera pars regni Francorum esset et sub Karoli dominationem etiam magis quam antea umquam subacta esset*[29]. *Quae cum ita sint, nihil certe miraremur, si proditum esset memoriae, tunc regem legem aliquam generalem edixisse, qua Saxonicum ius singillatim conderetur. Frustra vero perscrutamur historiarum annales ceteraque monumenta historica, nihil eiusmodi narrant. Sed si leges a Karolo promulgatae omnes essent deperditae, quot possemus enumerare? Illa enim aetas legislatorum facta in ea, quae posteris tradebat memorabilia, inserere solita non est. Itaque quia scriptores rem tacent, eam in dubium vocare non licet. Ego quidem nihilo minus contendam, talem legem generalem anno* 785 *publici iuris esse factam, eamque esse ipsam legem Saxonum, quam manibus terimus.*

26) Rebelles igitur ea poena affecti sunt, quae capitulis de partibus Saxoniae c. 11 statuta atque inducta fuit: *Si quis domino regi infidelis apparuerit, capitali sententia punietur;* cfr. pag. 22. not. 21.

27) Singulas res tunc gestas enarrare, huius praefationis non est; equidem de iis disputavi Zur Lex Sax. p. 139—149.

28) Ann. Lauriss. a. 785: *Sinodum publicum tenuit ad Paderbrunnen,* Mon. Germ. Script. I. pag. 166; Ann. Lauresham. a. 785: *rex Carlus demoratus est in Saxonia ad Heresburg de natale Domini usque in mense Iunio; et aedificavit ipsum castellum a novo, sed et basilicam ibidem construxit, placitumque habuit ad Paderbrunnun cum Francis et Saxonibus,* Script. I. p. 32; Annal. Einh. a. 785: *Publicum populi sui conventum in loco Padrabrunno more solemni habuit,* Script. I. p. 167.

29) Haec plane ostendunt ipsi historiarum annales; cfr. Annal. Lauriss. a. 785: *et tunc tota Saxonia subiugata est,* Mon. Germ. Script. I. p. 168; cfr. Annal. Fuld. a. 785, ibid. p. 350; Annal. Quedlinburg. a. 785: *quibus baptizatis tota Saxonia domino Carolo subiugata est,* Script. III. p. 38; Annal. Petav. a. 785: *tunc adquisivit Saxones,* Script. I. p. 17; Annal. Alam. Guelferb. Nazar. a. 785: *rex Karolus Saxones in pace conquisivit,* ibid. p. 41; Annal. S. Amandi a. 785: *Carlus adquisivit Saxoniam et Widichindus convertitur,* ibid. p. 12. Cfr. epistolam ineunte anno 786 ab Hadriano I. papa Carolo regi conscriptam: *de vestris triumphis conperientes: qualiter saevas adversasque gentes, scilicet Saxonum, ad Dei cultum atque sub vestra eorum colla redacta sunt potestate ac dicione, eorumque optimatum subiugantes universam illam gentem Saxonum ad sacrum deduxistis baptismatis fontem; unde ... gens paganorum in vera et magna deducentes religione atque perfectam fidem vestrisque regalibus substernuntur dicionibus.* Jaffé, Biblioth. rer. German. IV. (1867) p. 246.

Nullum enim fere tempus exstat praeter hunc annum 785, quo talem legem generalem Saxonicam latam esse coniiciamus. Cum enim supra demonstraverim, legem Saxonum esse recentiorem capitulis de partibus Saxoniae, priorem vero capitulari Saxonico, ideoque inter annos 777 et 797 conceptam putandam esse, ea quae de rebus 777—785 gestis excerpsi, plane ostendunt, legem istam ante annum 785 promulgari non potuisse. Omnino enim verisimile non est, brevissimo illo anni 782 tempore, quo pax turbata non fuit, eam in generali placito, quod fuit in Lippiae fontibus, esse conditam, quia Saxoniae status tunc nondum id permisisse videtur, atque annus 782 annum 777 paene secutus est; aliud vero ad legem concipiendam idoneum tempus octo illis annis (777—785) non interfuit. Neque ante annum 782 causa suppeditavisse videatur. Tunc vero omnes res Saxonicae ordinandae fuerunt, praesertim cum una illa, quae ad Saxoniam spectabat lex, quae dicimus capitula de partibus Saxoniae, a commutata rerum natura valde decederet, neque aliud voluisset nisi res ad vix devictam terram maxime necessarias initio statuere (v. supra p. 19). Sed ut contendo, ante annum 785 legem Saxonicam edictam non esse, ita verisimile esse nego, eam inter annos 785 et 797 promulgatam esse. Quod ut appareat, perquiramus necesse est duodecim illorum annorum historiam.

Per septem priores annos, qui sunt inter annum 785 et 792, pax a Saxonibus nusquam turbata est. Econtra ubique Karolo fideles exstiterunt neque defuerunt in bellis gerendis, quae infra hoc tempus regi modo cum Tassilone rebelli modo cum Slavicis nationibus modo cum Avaris erant. Sed quamquam ipsae Saxonicae res legi ferendae impedimento non erant, negem his annis legem Saxonum esse inserendam. Huiusmodi enim lex longiores investigationes iurisque observati perscrutationes maioresque meditationes exposcebat, quam quae inter arma fieri potuissent. Putem igitur tunc regem tali legi ferendae non vacavisse propter magnum expeditionum numerum. Neque placitum generale tunc fuit in ipsa Saxonia, ubi fuerat anno 785, atque probabilius ducam, legem hanc, quae accuratissimam rerum Saxonicarum scientiam exposcebat, in ipsa Saxonia fuisse publici iuris factam. Adde quod plura edicendo capitulari Saxonico mutata sunt, quam quae putanda essent, si inter annum 797 et eum annum, quo lex Saxonum conscripta fuit, pauci admodum anni interiacerent. Quae cum ita sint, quamvis mihi concedendum sit, si quis putet legem inter annos 785 et 792 conceptam fuisse, eam coniccturam non omnino refelli posse, tamen me melioribus rationibus uti opiner, cum eam ipsi anno 785 attribuam. Post annum 792 autem fieri nullo modo potuit, ut lex aliqua Saxonica, in iure privato versata, promulgaretur.

Hoc enim anno 792 Saxones nescio quibus causis ducti denuo rebellaverunt, Francorumque agmina ex insidiis deleverunt. Ipse Karolus anno demum 794 cum exercitu Saxoniam invasit. Deinceps omnes simulabant subiectionem. Sed undecumque Karolus discesserat et occasio pellicebat, pugna conserta est. Itaque per annos 794—797 coactus fuit rex per totam Saxoniam ingenti exercitu iterum iterumque passim proficisci et modo proeliari modo pacisci[30]. Sed ne tunc quidem, cum hiems anni 797 incepit, pacem confirmatam arbitratus in ipsa Saxonia iuxta Visurgim circa locum Heristelli hiemavit. Paullo vero ante moratus Aquisgrani generali placito[31], quod fuit mense Octobri exe-

30) De rebus Saxonicis a. 785—797 gestis cfr. Zur Lex Saxonum p. 331—335. 31) Annal. S. Amandi: 797. *Carlus rex ad Aquis palatium consilium habuit cum episcopis, abbatibus, monachis, de coenobium sancti Pauli, qualiter constituere deberet; et in ipso anno perrexit in Saxonia, et ibidem hiemavit.* Mon. Germ. Script. I. p. 14; alias similiter.

ante, interfuit. Tunc Karolum regem capitulare Saxonicum edidisse constat; ipsius enim verba prima rem dilucide ostendunt: Anno ab incarnatione . . . . Christi 797, . . . regnante domino Carolo . . ., convenientibus in unum Aquis palatio in eius obsequio venerabilibus episcopis et abbatibus seu inlustribus viris comitibus 5. Kalendas Novembris, simulque congregatis Saxonibus de diversis pagis, tam de Westfalahis et Angrariis, quam et de Ostfalahis, omnes unanimiter consenserunt *etc. Ceterum si ad descriptum hunc notatu dignissimum modum edicendi capitularis Saxonici animum nostrum accuratius advertimus, sententia nostra, ex qua capitula de partibus Saxoniae circa annum* 777 *et lex Saxonum circa annum* 785 *promulgata sint, tamquam novo adminiculo adiuvatur. Vix enim devicta nova rebellione statim conditum est illud capitulare, consiliantibus una Saxonibus ipsis convocatis ex omnibus Saxoniae regionibus, primo in placito generali, quod bellum secutum est. Quae item in utraque priore lege ferenda facta esse coniecimus.*

Lex ipsa igitur Saxonum ex mea sententia inter capitula de partibus Saxoniae, quae anno 777 *concepta esse videntur, et capitulare Saxonicum anno* 797 *publici iuris factum, circa annum* 785 *condita est. Idem compluribus quoque aliis argumentis confirmatur, quae hic allaturus sum.*

Sin lex Saxonum post annum 799 *composita fuisset, legislator alium in modum scripsisset capitulum eius* 23. *Hic enim in diebus festis enumerandis dicitur:* pascha, pentecosten, natale Domini, sanctae Mariae, sancti Iohannis baptistae, sancti Petri et sancti Martini, *itaque unus tantummodo dies sollemnis sanctae Mariae commemoratur. Ex statutis vero Salisburgensibus, quae circa annum* 799 *promulgata esse Pertz in Legg. I. p.* 80 *et Merkel in Legg. III. p.* 248 *comprobant, comperimus, anno* 799 *loco unius iam quatuor dies festos sanctae Mariae in regno Francorum celebrari solitos fuisse. Itaque si quis postea scripsisset:* dies festus sanctae Mariae, *quod in Saxonica lege (c.* 23*) legitur, omnino omisisset explicare, quem diem in mente habuisset. Non vero multo antea adhuc unum sollemne sanctae Mariae fuisse celebratum, coarguit Rettberg, Kirchengeschichte Deutschlands II. p.* 290*; cfr. Zur Lex Saxonum p.* 235. 352. *Atque ut post annum* 799 *unum illud legis Saxonum capitulum alium in modum conceptum fuisset, ita generatim post annum* 798 *tribus solis illis nationibus Saxonicis, quarum mentionem facit lex Saxonum, Ostfalaorum, Westfalaorum, Angrariorum, nulla lex constituta fuisset, sed eadem Saxones, qui dicuntur Nordelbingi vel Nordleudi, amplexa fuisset. Quamquam enim pro comperta re non habemus, quo anno ista Saxonum gens in Francorum ditionem redacta fuerit, constat tamen id ante annum* 798 *factum fuisse, quo Karolus rex in regiones illas missos suos legasse narratur*[32]*; cfr. Zur Lex Saxonum p.* 351. — *Annum vero* 779 *ei praecedere, quo lex Saxonica concepta sit, id nos docet, quod in periuriis puniendis haec (in c.* 21 *et* 22*) periurorum consciorum atque ignorantium discrimen facit, antea cum in Saxonia tum toto Francorum regno inusitatum, et similis aliqua constitutio ad Francos spectans primum in capitulari aliquo a.* 779. *c.* 10 *(Legg. I. p.* 37*) invenitur, antea vero tam ex Francorum quam ex Saxonum legibus periuri omnes iisdem suppliciis affecti sunt; cfr. supra p.* 22, *Zur Lex Saxonum p.* 236. *Recentiore igitur iure utitur lex*

32) Annal. Einh. a. 798: *Saxones Transalbiani . . . legatos regis, qui ad eos ob iustitias faciendas missi erant, comprehensos interficiunt, paucis eorum quasi ad redimendum reservatis,* Mon. Germ. Script. I. p. 185; cfr. epist. reclam. Saxonis cuiusdam: *domnus imperator patruelem meum Richolf misit in missaticum super Elbam cum his inferius scriptis, id est Rorih comite, Gotesscalc comite, Had comite* etc.; Jaffé, Bibliotheca rer. Germ. III. p. 320.

Saxonum, quam quod ante annum 779 *alicubi legitimum fuerit. Quin etiam ad coniiciendum promulgationis annum* 785 *adducimur, si ea, quae in secunda legis Frisionum parte, quam anno* 785 *conscriptam esse demonstrare studui Legg. III. p.* 650, *Zur Lex Sax. p.* 350. 354, *et in lege Saxonum constituta sunt,* 5 *invicem comparamus: utraque mordhtotum weregeldo hominis occisi novies sumpto puniri iubet (Leg. Sax. c.* 19; *Leg. Fris.* 20, 2*), et simillima de bannis solvendis aliisque rebus praescribit.*

Itaque his quoque variis argumentis sententia, quam exposui, adiuvatur, atque liceat contendere, legem Saxonum circa annum 785 *esse edictam.*

10

VI. Sed necesse est perlustremus priorum virorum doctorum contrarias opiniones de tempore quo lex Saxonum lata sit, et rationum, quas dixerunt, vim atque pondus perscrutemur. Quoniam vero ad ipsam quaestionem discernendam annus, quo edicta sint capitula de partibus Saxoniae, maximi mo- 15 *menti est, primum liceat virorum doctorum diversas sententias exquirere, ex quibus ista lex alio tempore edita sit.*

Antequam huius legum collectionis tomus primus typis impressus est, plerique viri doctissimi, inter quos numero Gaertner, Saxonum leges tres (Lipsiae 1730*) p.* 119, *et Eichhorn, Deutsche Staats- und Rechts-Geschichte I. §.* 134 20 *(in tribus prioribus huius libri editionibus), secuti sunt sententiam, quam primus rettulit* Baluzius *in editione sua capitularium Francorum. Ex hac capitula de partibus Saxoniae anno* 788 *promulgata sunt, quia capitularia quaedam duo, quibus nomen est* praecepti pro Trutmanno comite *atque* praecepti de institutione episcopatuum per Saxoniam, *anno* 789 *ipsa edita esse tradunt,* 25 *atque haecce putabantur cum capitulis de partibus Saxoniae coaeva fere, ut Saxonicas res et saeculares et ecclesiasticas, quas haec breviter circumscripsissent, illa similem in modum accuratius ordinatura essent. Cum vero inter omnes hodie constet, utrumque capitulare esse spurium, ista opinio omni argumento caret. Ceterum ab ea iam recessit v. d.* Grupen *(†* 1767*) in Praefa-* 30 *tione ad legem Saxonum, quam inseruit Spangenberg libro suo Beiträge zu den Teutschen Rechten des Mittelalters (*1822*) p.* 192. *Quocum quamquam consentiamus oportet, priore cum aliquo anno capitula illa magis congruere, attamen nego ea anno* 780 *esse promulgata, quia quae cum hoc anno conveniunt, eadem omnia cum anno* 777 *respondent, et cetera supra a me enume-* 35 *rata argumenta hunc annum multo probabiliorem reddunt. Hae vero opiniones paene in oblivionem venerunt. Postquam enim vir clarissimus* Pertzius *in Mon. Germ. Legg. tomo primo p.* 48 *demonstrare studuit, capitula de partibus Saxoniae publicata esse anno* 785, *omnes fere viri docti consenserunt atque idem contenderunt, ex quibus dico* Gaupp, *Recht und Verfassung der alten* 40 *Sachsen (*1837*) p.* 14, Wilda, *Strafrecht der Germanen (*1842*) p.* 100, Erhard, *Regesta Westfaliae (*1847*) I. p.* 71, Rettberg, *Kirchengeschichte Deutschlands (*1848*) II. p.* 409, Merkel, *Lex Saxonum (*1853*) p.* 6, Seibertz, *Landes- und Rechts-Geschichte des Herzogthums Westfalen (*1860*) I. p.* 292, Stobbe, *Geschichte der Deutschen Rechtsquellen (*1860*) I. p.* 193, Waitz, *Deutsche Ver-* 45 *fassungsgeschichte (*1860*) III. p.* 123, Abel, *Iahrbücher des Fränkischen Reichs unter Karl dem Grossen (*1866*) I. p.* 401, Usinger, *Forschungen zur Lex Saxonum (*1867*) p.* 30. *Rationes vero, quibus ductus Pertzius hanc opinionem constituit, invenimus ante typis impressa capitula de partibus Saxoniae ab ipso collectas. Anno demum* 785 triennio post caedem Adalgisi et Geilonis

exacto, tota Saxonia supplicio Ferdensi, pugnis ad Theotmelli, ad Hasam et ad Lippiam, et continuis Francorum caedibus, rapinis et vastationibus ad internecionem usque deleta *ex Pertzii sententia Saxonia Karolo regi adeo fuit subacta atque pacificata, ut talis aliqua lex edici potuisset; prioribus vero annis, putat ille, ea quae illi capitulari insint, nequaquam respondere. Quae supra scripsi, eo consilio allata sunt, ut coarguam, res Saxonicas iam prius, scilicet inde ab anno* 775, *tales fuisse, cum quibus capitula de partibus Saxoniae perbene convenerint. Neque concedere potui, post annum* 785 *in ordinandis rebus Saxonicis Karolum maiore crudelitate usum fuisse quam antea. Itaque et ea, quae in capitulis de partibus Saxoniae constituta sunt, cum anno* 777 *omnino consentiunt et ceterae rationes, quas attuli, me eo adducunt, ut credam, hoc capitulare anno* 777 *neque vero anno* 785 *promulgatum esse.*

Ipsam vero legem Saxonum item viri docti diversissimis temporibus addixerunt, eamque modo ante Karolum regem modo saeculo decimo edictam esse arbitrati sunt: 1) *Quamquam vero nihil est, quod accuratius disseram de sententia* **Lindenbruchii**, *quam exposuit in prolegomenis ad codicem suum legum antiquarum* (1613), *ex qua subactae a Karolo rege Saxoniae ista lex antecesserit; omnino enim id improbandum esse demonstravit iam Grupen* Praefatio ad legem Saxonum *in Spangenberg Beiträge etc. p.* 181, *quia christiana religio et Francorum rex in ipsa lege commemorata sint.* 2) *Neque gravibus rationibus ductus esse mihi videtur I.* **Grimm**, *Geschichte der Deutschen Sprache* (1848) *p.* 629, *cum concedat, legem quidem Saxonum a nobis possessam regnante Karolo Magno conceptam esse, sed coniiciat, iam antea legem aliquam Saxonicam exstitisse, quae conscripta fuerit, dum Saxones adhuc liberi atque pagani fuerint. Quamvis hoc enim non omnino negare possim, tamen parum probabile dicam, neque sciam, quid illam coniecturam verisimilem reddat.* 3) *Similiter* **Grupen**, *l. l. a veritate discedere videtur, arbitratus legem Saxonum priorem esse capitulis de partibus Saxoniae, quae anno* 780 *concepta fuisse coniecit; rem enim esse contrariam supra p.* 15—17 *fusius coargui.* 4) *Eodem errore ducti* **Biener** *et* **Spangenberg**, *Beiträge zu den Teutschen Rechten des Mittelalters* (1822) *p.* 181, *contendunt capitula de partibus Saxoniae conscripta esse anno* 788, *atque legem Saxonum paullo antea; ex mea quidem opinione haec lex posterior est illa, cfr. p.* 17. 5) *Quae* **Falck**, *Encyclopaedie §.* 112 *probaturus legem, de qua disputamus, paullo ante annum* 800 *promulgatam esse commemorat, nihil demonstrant, nisi quod lex ante* 800 *lata sit, quamquam magni non existimo solam istius causam, quam dicit enarrando, legem de rege Francorum neque vero de imperatore verba facere.* 6) *Sed licet fortasse hanc quoque rem opponamus sententiae illi, quam vulgatam dico, ex qua lex Saxonum annis* 802 *vel* 803 *vel* 804 *edita sit. Ex iis, qui hanc opinionem secuti sunt, nomino* **Gaertner**, *Saxonum leges tres* (1730) *p.* 11, **Eichhorn**, *Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte I. §.* 144 *et §.* 146, **Kraut**, *Grundriss zu Vorlesungen des Deutschen Privatrechts p.* 25, **Gaupp**, *Recht und Verfassung der alten Sachsen* (1837) *p.* 47. 53, **Pertz**, *in Mon. Germ. Legg. I. p.* 106, **Wilda**, *Strafrecht der Germanen* (1842) *p.* 101, **Seibertz**, *Landes- und Rechtsgeschichte des Herzogthums Westfalen* (1860) *I. p.* 290, *omnes qui consenserunt cum Merkelii sententia, quam paullo post accuratius perquiram opus est, ex qua ipsa lex ex tribus vetustioribus legibus anno* 802 *in unam composita sit. Totam vero legem Saxonicam tunc conscriptam fuisse, nego compluribus rationibus ductus, quas supra attuli, praesertim cum coarguisse putem, ipsam*

saepius Saxonico capitulari usam fuisse, neque credam, toties contrariam sententiam approbatam esse, si codices manuscripti perquisiti et appendices legis ipsius inquisitae fuissent. Argumentum autem praecipuum illorum est id, quod annales Laureshamenses et Einhardus in Vita Karoli c. 29 *referunt, omnium* 5 *nationum ad Francorum regnum pertinentium leges anno* 802 *emendatas atque iis, qui scripta lege antea nondum usi fuerint, novas leges latas esse. Sed ad legem Saxonicam haec referri omnino non possunt, quia ea, quae supra a me allata sunt, comprobant, eam circa annum* 785, *certissime vero ante annum* 797 *conscriptam fuisse. Adde quod neque memoriae traditum est Saxonibus* 10 *quoque legem aliquam anno* 802 *conditam, neque dubium est, quin propositum atque susceptum opus legum ferendarum tunc non absolutum et ad finem perductum sit; id enim iidem referunt annales, atque ceterae Germanorum tunc Karolo regi subiectorum leges demonstrant, rem esse coercendam*[33]. *Iidem viri docti contendunt, legem Saxonum post capitulare Saxonicum promulgatam esse,* 15 *quia hoc illa usa sit in conscribendo capitulo* 66, *et nonnulla praecepta de minore banno, quae capitulare Saxonicum primum instituerit, in lege Saxonica reperiantur. Quod ad legis Saxonicae capitulum* 66 *attinet, studui p.* 10—12. 14 *demonstrare, genuinum legis textum ad conscribendum capitulare Saxonicum adhibitum fuisse, atque hoc esse antiquius quam recentiora quaedam legis istius addi-* 20 *tamenta. Atque minor bannus publicatis capitulis de partibus Saxoniae in* 15 *solidos more Francorum constitutus est; sed ex capitularis Saxonici capitulo quarto compertum habemus, semper in Saxonia minorem bannum* 12 *solidorum* solito more *Saxonico pensum fuisse, ut putemus necesse sit, primo Francos victores patrium minorem bannum proclamavisse, sed eius loco paullo post denuo* 25 *priorem bannum Saxonicum solutum esse. Quae cum ita sint, nego, capitularis Saxonici capitulo* 3 *demum hunc bannum in minorem magnitudinem fuisse redactum; itaque cum lex Saxonum c.* 36 *mentionem faciat fredi duodecim solidorum*[34], *nequaquam inde nascitur, ut haec lex post annum* 797 *lata sit.* 7) *Neque graviore ratione usus esse videtur* Usinger, *Forschungen zur Lex Saxonum* 30 *Berlin (*1867*), cum nuperrime exponat, eum, qui legis Saxonicae capitula* 50—53 *conscripserit, ad redigendum librum* capitula quae in lege Ribuaria mittenda sunt *anno* 803 *a Karolo imperatore promulgata adhibuisse (Mon. Germ. Legg. I. p.* 117. *cap.* 5*). Quamquam enim concedendum est, legis Saxonicae verba cum hoc capitulari ita convenire, ut aut altera lex altera, aut utraque* 35 *tertia aliqua lege usa esse putanda sit, tamen, cum graviores rationes — si haec sola capitula respicimus — neutram sententiam nitantur, omnino negem, ad concipiendam legem Saxonicam illud capitulare adhibitum esse, quia reliqua omnia, quae supra enumeravi, argumenta id reiiciendum esse coarguunt. Immo vero aut capitulare ad legem Ribuariam adiectum usum est lege Saxo-* 40 *num, aut utraque ex deperdito aliquo priore capitulari hausit. Id enim, quod idem Usinger contendit, legis Saxonicae capitulis mutilum aliquem sensum inesse, infra improbare studui; cfr. ea quae ad legis Sax. c.* 50 *adnotata sunt. Ceterum Wilda, Strafrecht der Germanen p.* 658, *arbitratus est, legem Saxonicam hic esse illius capitularis fontem*[35]. 8*) et* 9*) Sententiam vero eorum,* 45 *qui aetatem legis Saxonum latae etiam posteriorem duxerunt, longum est accuratius perquirere; parvi enim ponderis sunt rationes, quas protulit* Luden, *Geschichte des Deutschen Volks V. p.* 55, *probaturus, capitula de partibus*

33) Cfr. Zur Lex Saxonum p. 352—357. 34) Cfr. Zur Lex Saxonum p. 341—347. 35) Cfr. Zur Lex Saxonum, Beilage VI. p. 418—430.

Saxoniae promulgata esse anno 804, ipsamque legem Saxonum circa annum 842, vel Spelmannus in Glossario suo sub voce Lex Saxonum expositurus, legem circa annum 984 publici iuris factam esse: utrumque enim similiter cum tota rerum historia dissonat; neque putandus est ille talem opinionem commentus fuisse, nisi omnino lex a rebus Saxonicis, quales ille animo finxerat antiquissimas, discesserit; atque hic ductus est notitia aliqua ab Adamo Bremensi, Alberto Stadensi, Helmoldo memoriae tradita, quae est de legibus anno 984 ab Haraldo rege Danorum Saxonibus Transalbinis editis, itaque ad legem illam Saxonum, quae ad nostros dies pervenit, spectare nequit. 10) Iam iam veniamus ad disputandam sententiam paullo ante a me commemoratam, quam primus constituit Iohannes Merkel, Lex Saxonum (Berlin 1853) p. 5, atque plerique ratam habuerunt, inter quos enumero Walter, Deutsche Rechtsgeschichte (ed. II. 1857) I. §. 156, Siegel, Geschichte des Deutschen Gerichtsverfahrens (1857) I. p. 282, Waitz, Deutsche Verfassungsgeschichte (1860) III. p. 119, Stobbe, Geschichte der Deutschen Rechtsquellen (1860) I. §. 15. p. 187. 192, Abel, Iahrbücher des Fränkischen Reichs unter Karl dem Grossen (1866) I. p. 344. Merkel contendit, legem Saxonum, qualem Heroldianus textus praebet, anno p. Chr. n. 802 compositam esse ex tribus legibus prioribus, quarum prima ante annum 785 circa annum 782 lata capitula 1—23, secunda inter annos 785 et 797 promulgata capitula 24—60, tertia post annum 797 fortasse anno 798 edicta extrema sex capitula legis amplectatur. Quod hisce argumentis, quae singillatim perlustrem necesse est, probaturus est. Cum in capitulo 33 capitulorum de partibus Saxoniae, quae una cum viro clarissimo Pertz anno 785 publicata esse putat, legatur: de periuris secundum legem Saxonorum est, hic intellegendam esse censet scriptam aliquam legem, atque hanc esse ipsam legem Saxonum, cuius capitula 21 et 22 legislator in animo habuerit. Ego quidem iam supra commemoravi, laudatis legis Saxonicae capitibus antiquum ius Saxonicum commutatum esse, atque laudatum illud capitulare verba facere de antiquissimo iure Saxonico non scripto, quod legis Saxonorum verba significare possunt; cfr. Stobbe Geschichte der Deutschen Rechtsquellen I. p. 189, Zur Lex Saxonum p. 115. n. 3. Itaque huc nullum prodit argumentum, quo vel tota lex Saxonum vel aliquanta eius pars capitulis de partibus Saxoniae prior putanda sit. Quae cum ita sint, non est cur commemorem, ex mea sententia capitula de partibus Saxoniae non anno 785 promulgata esse; immo vero negem allatum argumentum ullius esse ponderis. Sin Merkel addit, sola illa prima 23 capitula legis Saxonum esse ein Adelsstatut und verbrieftes Landrecht des herrschenden Stammes, opponam oportet, nobiles Saxonicos ut in prioribus legis Saxonicae capitulis, ita in reliqua eius parte et in utroque saepissime laudato capitulari spectante ad res Saxonicas praecipue a legislatore tractatos esse (cfr. Leg. Sax. c. 36; cap. de part. Sax. c. 19—21. 31; capit. Sax. c. 3. 5), praeter eos autem priora quoque capitula de Saxonibus aliorum ordinum verba facere (cfr. Leg. Sax. c. 17; c. 8. 16. 18; c. 17; c. 15), atque ea, quae capitula 21—23 de puniendis sceleribus constituunt, aequum in modum de omnibus Saxonibus valitura esse; quin etiam capitula 21—36 re quodammodo inter se coniuncta sunt. Itaque contendo priorem, quam Merkel dicit, legis Saxonicae partem nequaquam segregandam esse a sequentibus capitulis, neque usquam ab iis differre, sed eam quoque recentiorem esse capitulis de partibus Saxoniae. Neque maioris ponderis id existimo, quod ad definiendos fines, quos supponit, primarum duarum partium

Merkel affert; ex mea enim sententia verba illa lex Francorum, *quae unus Corbeiensis codex inter capitula* 23 *et* 24 *legis Saxonum ponit, genuino legis textui aliena sunt, neque novam quandam legis partem, cuius inscriptionem ea Merkel ducit, initiatura sunt, sed solam originem, quam subsequentia capi-* 5 *tula* 24—26 *ex scriptoris illius sententia sumpserint, dicunt, atque fortasse ad ipsa capitula de partibus Saxoniae (c.* 11—13*) referenda sunt; cfr. supra p.* 10. *Libentissime autem concedo, legis Saxonicae capitula* 24—60 *recentiora esse quam capitula de partibus Saxoniae, antiquiora quam capitulare Saxonicum, quamquam idem de tota lege contendo. Porro putem, initium capi-* 10 *tuli* 60 *legis Saxonum nullam tertiam eius partem incipere. Nam si index codicis Spangenbergiani suprema sex legis capitula omittit, id ne minimum quidem demonstrat atque casu vel neglegentia factum est; quisquis enim illum codicem conscripserit, nequaquam ea, qua debuit, usus est diligentia; ut exemplis utar: idem ille legis index septimum quoque legis capitulum praeterit. Ceterum* 15 *quaeramus licet, quomodo factum sit, ut ille priores duas legis partes, quas Merkel coniicit, diversis temporibus promulgatas et anno* 802 *coniunctas in eundem ordinem redegerit, quem postea rectum atque aptum duxit legislator, nisi si legislator antea iam legem composuisset? Valde nimirum aliter res se haberet, si Merkel revera demonstravisset, capitulum legis Saxonum* 64 *ante an-* 20 *num* 798 *conceptum non esse: ipse putat in hoc capitulo, quod est de hominibus in exilium missis, verba facta esse de nobilibus Saxonicis anno* 798 *Karolo regi obsidum loco traditis. Sed neque solo anno* 798 *Saxonum multitudo ex patria obsidum loco deducta est, sed etiam annis* 772, 775. 776, 779, 780, 785, 794, 795, 797, *ut memoriae tradiderunt historiarum annales, neque* 25 *de nobilibus in exilium missis sed de liberis hominibus in exilium missis illic verba facta sunt, neque ii, qui in exilium missi dicuntur, putandi sunt obsides dati, sed, ni res me fallit, homines exleges redditi, qui patriam perpetrato magno aliquo facinore fugerint. Itaque facere non possim, quin negem, Merkelium demonstravisse, hoc capitulum post annum* 798 *esse conceptum.* 30 *Immo vero contendo, legem Saxonum nequaquam in tres partes dividi posse, sed totam esse simul edictam. Eadem vero, quae antea ceteris viris doctis opposui, repetenda mihi sunt repudiaturo Merkelii sententiam, ex qua tripartita lex anno* 802 *in eam formam redacta sit, quam nobis praebet editio Heroldiana. Neque apparet, quid tunc factum sit, praesertim cum me supra* 35 *p.* 7 *demonstravisse putem, singulorum titulorum inscriptiones, quas praebet Heroldiana editio, alienas fuisse a genuino legis textu atque ab Heroldo esse adiectas. Nulla autem alia notatu digna differentia est inter textum Heroldianum et ceteros codices. Quae cum ita sint, contendo, universam Merkelii sententiam esse improbandam, neque ullum ab ipso allatum argumentum a me* 40 *enumeratarum rationum vim minuere, quibus ductus proposui legem Saxonum totam anno* 785 *fuisse conceptam.* 11*) Quadammodo cum Merkelio consentit* Usinger, *Forschungen zur Lex Saxonum (Berlin* 1867*), quamquam compluribus in locis iisque gravibus ab eo differt. Usinger arbitratus est, duabus ex partibus legem Saxonum effici, quarum prior* 60 *capitula prima,* 45 *altera vero sex suprema amplexa sit, atque illam inter annos* 803 *et* 811, *hanc paullo post conscriptam esse, neutram vero esse veram legem, sed opus a privato homine conceptum. Sed ex mea opinione nihil earum rerum, quas contendit, certis argumentis coarguit. Nam cum confirmet, ratione scribendi diversa utramque partem usam fuisse, id mihi omnino non videtur comproba-*

visse; neque stilus neque singularum constitutionum natura in hac alia sunt quam in illa, atque iis, quae infra ad capitula 60—66 *adnotavi, demonstrare studui, ea nequaquam ad certum aliquod momentum edicta esse, sed aeque atque reliquam legem ius sempiternum constitutura fuisse. Nulla igitur exstat causa, propter quam legem in duas partes dividamus. Capitulum vero* 66 *usum esse capitulari Saxonico itaque hoc ipsum, quod Usinger secundae legis parti addixit, ante annum* 797 *conscriptum putandum esse, supra exposui; cfr. p.* 14. 10—12. *Quae cum ita sint, nego, legem Saxonum in duas partes esse disiungendam. Illi vero rationi, qua ductus Usinger comprobaturus est, legem Saxonum vel aliquam eius partem post annum* 803 *conceptam esse, nullam tribuendam esse vim, supra p.* 29 *demonstrare studui. Sin vero idem omnium fere virorum doctorum opinionem impugnat, atque contendit, legem Saxonum nullam esse legem, sed librum aliquem ab homine nescio quo privato conscriptum, proposuisse videtur sententiam aliquam re ipsa parum verisimilem, quam omnino coarguere non potuit. Cum enim eo argumento tamquam praecipuo utatur, quod singulae legis Saxonum constitutiones et cum reliquis legibus Francorum et cum ipso iure Saxonico valde dissentiant, nihil est cur dicam rem difficillimam probatu esse, immo vero omnes discrepantiae, quae illi occurrerunt, nequaquam exstant; idque iis, quae ad ipsam editam legem deinceps adnotavi, comprobare studui; licet nonnulli loci alium in modum explicentur, dissensus singularum constitutionum nondum certe probatus est. Adde quod tota lex in unoquoque capitulo ea dicendi ratione usa est, quae legum est, quod ius in capitulis de partibus Saxoniae statutum commutat et postea capitulari Saxonico ipsa derogata est, quod multa insunt in lege Saxonum, quae ex Francorum iure originem sumpserunt atque tempore posteriore in Saxonia legis vigorem habuerunt, quamvis ignoraremus, qua lege ista statuta essent nisi ipsa lege Saxonica. Itaque multa sunt, quae mihi comprobent, legem Saxonicam veram esse legem, nihil vero, quod ad contrariam sententiam me adducat. Quae cum ita sint, contendo hanc quoque Usingeri sententiam esse improbandam*[36].

VII. Ipsius legis Saxonum summam singillatim exponere atque rationes, propter quas singulae eius constitutiones redactae atque conscriptae sint, inquirere huius praefationis non est. Sed liceat commemorare, totam legem ratione habita singularum rerum, de quibus singula deinceps capitula disserunt, in sex partes esse discernendam: 1) *Capitula* 1—20 *sunt de weregeldis ceterisque compositionibus;* 2) *cap.* 21—38 *de capitis suppliciis decernendis; in adiecto cap.* 39 *nonnulla de probandi modo praecepta sunt;* 3) *cap.* 40—49 *sunt de iure hereditario dotalique;* 4) *cap.* 50—60 *de eo, cui damnum a propriis animalibus servisque datum in ipsum recipiendum sit;* 5) *cap.* 61—65 *de alienationibus;* 6) *cap.* 66 *de pretio rerum nonnullarum pecuniae loco in compositionibus solvendis datarum. — Quamquam igitur dici non potest, legem Saxonum ad artem esse compositam, certum tamen aliquem rerum ordinem ea observat. Notatu autem dignissimum mihi id videtur, quod prima legis Saxonicae pars vel prima* 20 *eius capitula cum sedecim primis titulis legis Ribuariorum ita cohaerent, ut et constitutionum series eadem sit et multa utriusque legis verba simillima sint. Itaque necesse est putemus, latorem legis Saxonicae habuisse rationem legis Ribuariorum, quamquam nusquam ipsum*

36) Varias virorum doctorum sententias de tempore conditae legis Saxonum fusius explanavi atque disserui: Zur Lex Saxonum p. 335—339, cfr. ibidem p. 97—126, Beilage VI.

ius Saxonicum ad eius exemplar commutatum esse videtur[37]. *Immo lex Saxonum merum ius Saxonicum tradit. Sin vero quaeras, cur singula praecepta in brevissimam legem recepta, alia omissa sint, nequimus ubique rationes enumerare, quibus legislator ductus fuerit. Totum vero ius Saxonicum describere iste in animo certe non habuit. Sed voluit modo novas constitutiones, quae necessariae videbantur, edere modo dubia decernere. Quoad fieri potuit, in iis, quae ad singula capitula infra a me adnotata sunt, id singillatim demonstrare studui. Illud autem constat, legem Saxonicam derogaturam fuisse capitulis de partibus Saxoniae. Illa ius generale praecipit, itaque multo utilior est ad ediscendum antiquum ius Saxonicum, haec pauca constituunt, quae ad ordinandam Saxoniam vix devictam necessaria putabantur, sed admodum ad tempus valitura erant. Capitulis vero de partibus Saxoniae post promulgatam legem Saxonum legis vim non amplius infuisse, codicum quoque manuscriptorum natura nos docet. In Corbeiensi enim codice, qui leges atque privilegia ad abbatiam Corbeiensem utilia collegit, inest et lex Saxonum et capitulare Saxonicum, neque vero capitula de partibus Saxoniae.*

Fontibus Mattiacis pridie Idus Maias a. 1868.

37) Singula inter se collata capitola utriusque legis mirum in modum consonant: leg. Sax. c. 1: *De ictu nobilis* = leg. Ribuar. titul. I: *De ictu ingenuorum;* l. Sax. c. 3: *si sanguinat* = l. Rib. tit. II: *de sanguinis effusione;* l. Sax. c. 5: *si os fregerit* = l. Rib. t. III: *de osse fracto;* l. Sax. c. 5 (pars posterior) = l. Rib. IV; l. Sax. c. 11 = l. Rib. t. V. §. 3. 1. 2. 4. 8, t. VI; l. Sax. c. 12 *(manca pependerint, medietatem)* = l. Rib. t. V. §. 6. 1 *(mancum pependiderit, medietatem, si membrum abscissum fuisset,* cfr. l. Sax. c. 11: *si unum abscisum fuerit);* l. Sax. c. 13 = l. Rib. t. V. §. 5. 7; l. Sax. c. 14 = l. Rib. t. VII; l. Sax. c. 15 = l. Rib. t. XII—XIV; l. Sax. c. 19 *(mordtotum* c. lection. var.: *mordritoton)* = l. Rib. t. XV *(mordridus);* l. Sax. c. 20 *(Si nobiles nobilem extra solum vendiderit et reducere non potuerit ... Si vero reduxerit eum ... De muliere similiter)* = l. Rib. t. XVI *(Si quis ingenuus ingenuum ... extra solum vendiderit, et eum ad solum non potuerit reducere ... Et si eum in solum reduxerit ... De femina ingenua similiter).* — Cfr. Zur Lex Saxonum p. 371 sqq.

LEGES SAXONUM.

I.

CAPITULA DE PARTIBUS SAXONIAE.

CAPITULA[1] HAEC[a] DE PARTIBUS SAXONIAE[2] CONSTITUTA SUNT.

1. **P**rimum de maioribus capitulis[3] hoc placuit omnibus, ut ecclesiae Christi, quo[b] modo construuntur[4] in Saxonia et Deo sacratae sunt, non minorem habeant honorem, sed maiorem et excellentiorem, quam fana[c] habuissent idolorum[5].

Ex codice manuscripto Palatino-Vaticano, qui solus huius legis est, edidit capitula de partibus Saxoniae Pertzius in Mon. Germ. Legg. I. p. 48—50. Hanc editionem hic seculi sumus. Cfr. supra p. 5. a) *Codicis inscriptionem* CAPITULATIO DE PARTIBUS SAXONIE CONSTITUTE SUNT *correxit Baluzius:* Capitulatio de partibus Saxoniae. Haec de partibus Saxoniae constituta sunt; *Pertzius:* Capitula quae de partibus Saxonie constituta sunt; *Waitz, Verfassungsgeschichte III. p.* 123: Capitula haec de partibus Saxonie constituta sunt. b) quomodo *Vat.; Gaertner emend.:* quae modo. c) vana *Vat.*

1) Ut plerisque capitularibus ita huic anno 777, ut puto (v. praefationem p. 21 sq.), de partibus Saxoniae paullo ante a Karolo rege in ditionem suam subactae promulgato capitulari sollemne initium deest; deperdita autem verba fuisse similia iis, quae capitulare Saxonicum incipiunt, coniicere liceat. Verum autem capitulare vel regium edictum nostrum esse, ex hoc perspicuum est, quod quoties alia disseri coepta sunt, toties fere adiecta sunt, quae commemorent, re deliberata singula esse praecepta et edicta promulgata; cfr. c. 1: *primum de maioribus capitulis hoc placuit omnibus ut . .*, c. 15: *de minoribus capitulis conseniserunt omnes*, c. 16: *et hoc Christo propitio placuit ut*, c. 17: *similiter secundum Dei mandatum praecipimus ut*, c. 18: *ut*, c. 19: *similiter placuit his decretis inserere, quod*, c. 19: *et hoc statuimus ut*, c. 22: *iubemus ut*, c. 23: *constituimus*, c. 26: *ut*, c. 29: *ut*, c. 31: *constituimus*, c. 34: *interdiximus ut*. Eundem in modum capitulare Saxonicum divisum, simileque eius esse dicendi genus, infra exposuimus; neque magis hacc abhorrent a ceteris capitularibus. Omnino certe alia ratione usa est lex Saxonum, in qua nusquam talia verba nobis occurrant. Unde dinosci potest legi illi aliam inesse vim atque pondus, aliam capitularibus. 2) *De partibus Saxoniae*, i. e. de diversis Saxoniae regionibus vel de Saxonia. Neque est cur censeamus, legislatorem ad certas quasdam partes Saxoniae animum advertisse, neque ad pagos singulos neque ad tres illas partes, quarum cum plerique scriptores tum initium capitularis Saxonici mentionem faciunt. Ceterum regionis vel tractus sensus saepissime vocabulo partis subiectus est; cfr. capitul. a. 806: *Haec capitula missi nostri cognita faciant omnibus in omnibus partibus*, Mon. Germ. Legg. I. p. 146; epist. Mogunt. n. 4: *Saxones facta transmigratione de Saxonia per partes educti sunt*, Jaffé Biblioth. rer. Germ. III. p. 320; cap. a. 805. c. 7: *de negotiatoribus qui partibus Sclavorum et Avarorum pergunt, quousque procedere cum suis negotiis debeant, id est partibus Saxoniae usque ad Bardaenowic*, Legg. I. p. 133; Ann. Lauriss. a. 777: *ad Paderbrunnen ex omni parte Saxoniae convenerunt, excepto quod Widochindus . . . in partibus Nordmanniae confugium fecit*, Script. I. p. 156, etc. 3) Verbis *maioribus capitulis* respondent, quae in cap. 15 leguntur: *minoribus capitulis*. Maiora autem dicuntur graviora capitula eaque praestantiora; in primis enim 14 paragraphis agitur de mortis suppliciis, postea de rebus aliis. Capitulorum vocabulo, ut praetermittam hunc locum, utitur totius huius decreti inscriptio: *capitula haec de partibus Saxoniae constituta sunt*, et capitulare Saxonicum a. 797. c. 1: *de illis capitulis, pro quibus Franci, si regis bannum transgressi sunt, solidos 60 conponant, similiter Saxones solvent, . . . haec sunt capitula . . ; si quis supra dicta octo capitula transgressus fuerit.* Neque putem, hoc vocabulo inesse sensum paragraphi, sed eadem hoc sonare, quae *causa;* cfr. cap. de part. Sax. c. 31: *bannum mittere de faida vel maioribus causis in solidos 60, de minoribus vero causis comitis bannum in solidos 15.* 4) Constructas esse ecclesias christianas in Saxonia ante annum 785, scilicet inde ab anno 775, memoriae compluries proditum est. Cfr. Ann. Lauresham. a. 785: *Rex Carlus demoratus est in Saxonia ad Heresburg de natale Domini usque in mense Iunio, et edificavit ipsum castellum a novo, sed et basilicam ibidem construxit* (loco alius destructae ecclesiae, quae anno 775 aedificata fuisse mihi videtur), Script. I. p. 32. Ann. Lauriss. a. 776: *apparuit gloria Dei supra domum ecclesiae, quae est infra castrum* (Sigiburg), Script. I. p. 156. Ann. Sanctgall. a. 777: *Hoc anno fuit domnus rex Karlus in Saxonia ad Patrisbrunna, et ibi aedificavit ecclesiam in honorem Salvatoris*, Scriptor. I. p. 63. Ann. Petav. a. 777: *et aedificaverunt in loco Patresbrunna ecclesiam Franci*, Script. I. p. 16. In Vita Sturmi abbatis c. 23 narrantur anno 778 Saxones rebellavisse, cum clarissimus abbas in Saxonia *multum temporis praedicando et baptizando cum suis presbyteris peregisset et per regiones quasque singulas ecclesias construxisset*, Script. II. p. 376. Ann. Petav. a. 780: *eodem quoque tempore aedificaverunt ecclesias* (Saxones), Script. I. p. 16. V. Willehadi c. 5: *Anno incarnationis Domini 781 Willehadus per Wigmodiam ecclesias coepit construere, ac presbyteros super eas ordinare, qui libere populis monita salutis ac baptismi conferrent gratiam*, Script. II. p. 381. Vita Liudgeri I. c. 18: *Widukint* (anno 782) *combussit ecclesias et expulit Dei famulos*, Script. II. p. 410. Cfr. Rettberg Deutsche Kirchengeschichte II. p. 417. 431-435. 437. 447. Zur Lex Saxonum pag. 175. 153. 155. 154. 151. 137. 159. 160. 5) Inter *fana idolorum* et ipsa

2. Si[6] quis confugia fecerit in ecclesiam, nullus eum de ecclesia per violentiam ex-

pagana templa Saxonica et alias res religiosas computata esse putandum est; de his confer quae infra de sacris fontibus, arboribus, lucisque ad cap. 21 in notis 42. 43. 44 adnotata sunt, de illis inprimis ea, quae de Irminsul in praefatione p. 19 excerpsi. Irminsul fuisse narratur *truncus ligni non parvae magnitudinis*, circumdatus sancto aliquo luco aedibusque sacris, ubi aurum atque argentum thesauri loco asservabantur; eaque dicitur *universalis columna, quasi sustinens omnia;* Karolus rex ineunte bello Saxonico iam anno 772 eam evertit atque destruxit combussitque; v. p. 19. De aliis delubris Saxonum eorumque Frisionum finitimorum, qui una cum Saxonibus a Francis debellati sunt, haecce notatu digna liceat afferre. V. Sturmi c. 22: *ut idola et simulacra* (Saxones) *derelinquerent, Christi fidem susciperent, deorum suorum templa destruerent, lucos succiderent, sanctas quoque basilicas aedificarent,* Script. II. p. 376. Anno 776 misit Albericus presbyter Ultraiectensis Liudgerum cum sociis nonnullis in dictas regiones Frisicas, *ut destruerent fana deorum, et varias culturas idolorum in gente Fresonum;... at illi iussa conplentes, attulerunt magnum thesaurum ei, quem in delubris invenerant; ex quo Karolus imperator duas partes accepit, tertiam vero partem ad usus suos Albricum recipere praecepit,* V. Liudgeri I. c. 14, Script. II. p. 408. Circa annum 777 cum Willehadus ex Dockum villa, quae fuit in Asterga pago Frisico, in Thriantam pagum Frisiae adfinem se contulisset atque discipuli eius *fana in morem gentilium circumquaque erecta coepissent evertere et ad nihilum, prout poterant, redigere,* ab iratis incolis invasi coacti sunt aufugere, v. V. Willehadi I. c. 4, Script. II. p. 381. Posteriore aliquo tempore, post annum 787, ut coniiciam, Liudgerus a Karolo iussus perrexit ad Helgoland, in insulam a Frisionibus septemtrionalibus habitatam, quae tunc *a nomine dei sui falsi Fosete Foseteslant est appellata,* ibique cum suis *destruxerunt omnia eiusdem Fosetis fana, que illic fuere constructa, et pro eis fabricaverunt ecclesias,* Vita Liudgeri I. c. 19, Script. II. p. 410. Ubicumque igitur Karolus rex imperare coepit, ibi quam celerrime destruxit pagana templa frequentia. Neque aliter fecerunt antecessores eius. Vix Karolus, quem dicunt Martellum, Frisiam mediam inter Fli et Laubachi sitam, quam Poppone victo Francorum regno adiunxit, intraverat, cum *fana eorum idolatriae contrivit atque combussit igni,* vide Fredegar. Cont. c. 109, Bouquet rer. Gall. Script. II. p. 455, atque *lucos et fana subvertit* Ann. Lauriss. min. a. 729, Mon. Germ. Script. I. p. 114. Cfr. Zur Lex Saxonum p. 181—183. 157; V. Willibrordi c. 10 (cfr. ad leg. Sax. not. 59), c. 14, Mabillon Acta SS. III. T. I. p. 611; V. Bonifacii c. 22, Mon. Germ. Script. II. p. 343; l. Fris. XI, 1. Quae cum ita sint, compertum habemus ante subactam a Karolo rege Saxoniam ibi permulta fuisse templa pagana atque iis tantum attributum esse honorem, ut Karolus, cum illis destructis non *minorem honorem* habere ecclesias christianas iuberet, eas summis honoribus affecisset, quod singillatim ad capit. de part. Sax. c. 3 et ad leg. Sax. c. 21 expositum est. Neque mirum esse videtur, quod debellatis Saxonibus Karolus illico talia praecepit, sicut arbitrati capitula de partibus Saxoniae anno 777 esse promulgata coniecimus. Immo vero cum ceteris Karoli legibus moribusque minime convenisset, si rem gravissimam ordinandam atque legem ferendam ad annum 785 protulisset. 6) Hoc capitulo praeceptum est, ut, si quis perpetrato scelere, antequam sententia fuisset dicta, in ecclesiam aliquam tanquam in asylum confugisset, tutus esset ab omni persecutione, neve ullus ipsum laesurus ex ecclesia expellere auderet, dum res in iudicium deducta fuisset, quo facto iste debito supplicio afficiendus, interdum tamen ipsa poena mitior reddenda esset. De longe autem alia re lex Saxonum c. 28 statuit: *capitis damnatus nusquam habeat pacem; si in ecclesiam confugerit, reddatur;* cfr. ad leg. Sax. not. 77. Ceterum pagana templa asyla non fuisse, contendam, quia talia nusquam tradita habemus, sed scimus malefactores, qui templa violaverint, coactos fuisse ex iis discedere, quamquam armati homines in ea intrare non debebant, atque tranquillitas et silentium in iis versabatur; cfr. Konrad Maurer Bekehrung des Norwegischen Stammes zum Christenthum (1856) II. p. 205; Zur Lex Saxonum p. 189. 187. Itaque arbitrer necesse est, Karolum hac in constitutione magis ecclesiarum christianarum ius quam templorum secutum fuisse. Atque cum iis, quae Karolus hic edixit, convenit ecclesiarum commune ius in conciliis confirmatum. Cfr. Concil. Aurelian. I. a. 501. can. 1: *De homicidis, adulteris et furibus, si ad ecclesiam confugerint, id constituimus observandum, quod ecclesiastici canones decreverunt et lex Romana constituit: ut ab aecclesiae atriis vel domo episcopi eos abstrahi omnino non liceat, sed nec aliter consignari, nisi ad evangelia datis sacramentis, de morte, de debilitate et omni poenarum genere sint securi, ita ut ei, cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conveniat,* Mansi Concil. VIII. p. 350. Ibid. can. 2: *De raptoribus..., ut si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit,... raptor, mortis vel poenarum impunitate concessa, aut serviendi conditioni subiectus sit, aut redimendi, si liberam habeat facultatem,* l. l. p. 351. Concil. Aurelian. IV. a. 541. c. 21: *Si quis necessitatis impulsu ad ecclesiae septa confugerit, et... eum quisque de locis sacris vel atriis, seu vi seu dolo abstrahere aut sollicitare fortasse praesumpserit, ut inimicus ecclesiae ab eius liminibus arceatur,* Mansi IX. p. 117. Decret. Chlotacharii II. circa a. 595. c. 6, Legg. I. p. 12; Capit. a. 779. c. 8: *Ut homicidas aut caeteros reos, qui legibus mori debent, si ad ecclesiam confugerint, non excusentur, neque eis ibidem victus detur,* cum fusiore textu recentiore: *De homicidiis et ceteris malefactoribus, qui legibus aut pro pace facienda morire debent, nemo eos ad excusationem in ecclesia sua introire permittat; et si absque voluntate pastoris ibidem introierit, tunc ipse, in cuius ecclesia est, nullum victum ei donet nec alio dare permittat,* Legg. I. p. 36. 37; Capit. in leg. Sal. a. 803. c. 3: *Si quis ad aecclesiam confugium fecerit, in atrio ipsius aecclesiae pacem habeat, nec sit ei necesse aecclesiam ingredere, et nullus eum inde*

pellere praesumat, sed pacem habeat usque dum ad placitum praesentetur; et propter honorem Dei sanctorumque ecclesiae ipsius reverentiam concedatur ei vita et omnia membra; emendat autem causam, in quantum potuerit et ei fuerit iudicatum, et sic ducatur ad praesentiam domini[a] regis, et ipse eum mittat[7], ubi clementiae ipsius placuerit.

3. Si[8] quis ecclesiam per violentiam intraverit, et in ea[b] per vim vel furtu aliquid abstulerit, vel ipsam ecclesiam igne cremaverit, morte moriatur.

4. Si[9] quis sanctum quadragesimale[c] ieiunium pro despectu[d] christianitatis contempserit, et carnem comederit, morte moriatur; sed tamen consideretur a sacerdote[10], ne forte causa necessitatis hoc cuilibet proveniat, ut carnem comedat[e].

5. Si[11] quis episcopum aut presbyterum sive diaconum interfecerit[f], similiter capite punietur.

a) domini, *corr.* domni *codex.* b) eam, *corr.* ea. c) quadragensimale *cod.* d) dispectu, *corr.* despectu. e) commedat *cod.; em.* comedat. f) interficerit *cod.*

per vim abstrahere praesumat; set liceat ei confiteri quod fecit, et inde per manus bonorum hominum ad discussionem in publico perducatur, Legg. I. p. 113. Commune igitur Francorum fuit ius, quod capitula de partibus Saxoniae hoc loco praescribunt, ut ecclesiae sceleratoribus asylum praebeant, dum legitimo iudicio praesententur, ut iusta poena afficiantur. Illa vero, quae huic constitutione addita sunt, ut iisdem postea capitis damnatis vita concederetur, et gratiae causa alia poena in eos sanciretur, nusquam nobis occurrit, sed eodem miti animo Karolus iussisse id videtur, quo generale praeceptum capituli 14: *si pro his mortalibus criminibus . . . . aliquis ad sacerdotem confugerit, ... testimonio sacerdotis de morte excusetur*, ut christianitatem Saxonibus gratam atque dulcem, et clericorum vim maximam esse demonstret. 7) Malefactori capitis damnato interdum regis clementia ex capitulis de partibus Saxoniae vita concedebatur, ut rex mutato supplicio eos *mittat, ubi clementiae ipsius placuerit.* Relegatio autem, cui hic occurrimus, certa quaedam puniendi ratio apud Francos fuit antiquitus. Neque dissimilis eius fuit missio quae dicitur in exilium, qua posterius exleges homines usi sunt, v. infra ad leg. Sax. c. 64. Varia quidem exilii genera in antiquis legibus non semper satis accurate distinguuntur, atque re quodammodo inter se cohaesisse videntur, quod demonstravit Wilda Strafrecht der Germanen (1842) p. 280. 518; cfr. Zur Lex Saxonum p. 110. 255. Nostrae constitutioni simillima est, quam idem Karolus eodem fere tempore promulgavit; capitul. a. 779. c. 22: *Si quis pro faida precium recipere non vult, tunc ad nos sit transmissus, et nos eum dirigamus, ubi damnum minime facere possit. Simili modo et qui pro faida pretium solvere noluerit, nec iustitiam exinde facere, in tali loco eum mittere volumus, ut pro eodem maius damnum non crescat*, Legg. I. p. 39. 8) Quae lex Saxonum in cap. 21. observari vult, hinc originem duxerunt; ibique (in not. 58. 59) exposuimus, capitale supplicium in sacrilegum constituisse Karolum regem secundum antiquum templorum paganorum Saxonicorum ius, quod a se in ecclesias translatum esse ipse in primo huius capitularis capitulo dicit. Ceterum in lege Saxonica necessarium non habuit repetere decretum: *Si quis ecclesiam igne cremaverit, morte moriatur*, quia in eiusdem legis cap. 38. generaliter edixerat: *qui domum volens incenderit, capite puniatur*, atque non minorem poenam in incendiarios ceterorum aedificiorum quam in incendiarios ecclesiarum sancitam esse, et res ipsa docuit et illa verba, quae nullum exciperent, confirmaverunt. Ex qua re tamquam ex certo argumento colligi potest, esse legem Saxonum post capitula de partibus Saxoniae conditam, v. praefationem p. 14. Falsam igitur dicamus oportet contrariam sententiam, quam Merkel Lex Saxonum p. 5 proposuit, ex qua capitula de part. Sax. hic ex lege Sax. tamquam ex fonte hauserint, vel eam, quam Usinger Forschungen zur Lex Saxonum (1867) p. 12 probabilem reddere studet arbitratus, unius legis scriptorem alteram omnino ignoravisse. Sin vero capitula de partibus Saxoniae primum haec statuerunt, coniiciendum est, ea post devictam Saxoniam, cum vix primae ecclesiae in terra paullo antea pagana aedificarentur, id est anno 777 (vel 775), esse publici iuris facta, quia novae res talia decreta exposcebant; neque putandum est, Karolum primam eius modi constitutionem ad annum 785 distulisse. 9) Saxonia sub ditionem suam redacta Karolus illico omnes Saxones christianos fieri et christianos cultus adhibere iussit. Unde factum est, ut capitula de partibus Saxoniae, quae erat prima lex Francorum Saxonibus edicta, et regnum Francorum et doctrinam christianorum induceret, atque rebellionem et apostasiam poenis atrocissimis puniret. Quo animo ductus rex mihi videtur annuorum quoque ieiuniorum contemptionem quasi ex *despectu christianitatis* factam mortis supplicio affecisse. Ceterum nusquam traditum habemus, alias idem crimen ecclesiasticum saecularibus poenis et mortis condemnatione infectum fuisse; atque ipsa lex hoc non repetivit. Itaque arbitrer, ipsam constitutionem esse ad tempus datam atque consilio traditam oblivioni, postquam cum regno novus cultus ab omnibus magni aestimari et custodiri coepit. 10) *consideretur a sacerdote]* cfr. cap. 34: *a sacerdotibus consideretur* et infra not. 77. 11) Longum est dicere quinto hoc capitulo novum ius in Saxoniam esse inductum, idque diversum cum a legibus ceterarum nationum, quae ad Karoli regnum pertinebant, tum a iure posteriore Saxonico. Minores enim clerici interfecti soluto ipsorum weregildo, maiores multiplicata ea pecunia, quae iisdem personis, nisi sacerdotes facti fuissent, debita fuisset, componendi erant secundum leg. Alam. Hloth. 11—16, Legg. III. p. 49; leg. Baiuw. I, 8—11, Legg. III. p. 274; leg.

6. Si quis a diabulo deceptus[12], crediderit secundum morem paganorum, virum aliquem aut feminam strigam esse et homines[a] comedere[b], et propter hoc ipsam incenderit, vel carnem eius ad comedendum[c] dederit, vel ipsam comederit[d, 13], capitis[e] sententia[f] punietur.

7. Si[14] quis corpus defuncti hominis secundum ritum paganorum flamma consumi[15] fecerit, et ossa eius ad cinerem redegerit[g], capite[h] punietur.

a) omnes, *corr.* homines. b) commedere *cod.* c) commedendum *cod.* d) commederit *cod.* e) capitali, *corr.* capitis *cod.* f) sententiae *cod.* g) redierit *cod.*; *Gaertner em.*: redegerit. h) capitae *cod.*

Rib. XXXVI, 5—8; leg. Sal. LV et novell. 259. 342 ed. Merkel p. 80. 88; capitul. in leg. Sal. a. 803, Legg. I. p. 113; cfr. Zur Lex Saxonum p. 272. Atque lex Saxonum, quae capitalia crimina omnia enumerat, clericorum homicidium capite non sanxit; capitulare vero Saxonicum, quod est lege Saxonica recentius, anno 797 promulgatum presbiteris duplex weregildum attribuit (cfr. quae ad capit. Sax. c. 6 adnotavimus). Quae cum ita sint, putemus necesse est, singularem aliquam constitutionem ad tempus valituram capitulis de partibus Saxoniae conditam esse, qua nova sacra eorumque magistri redderentur tuti ac securi, idque paullo post occupatam Saxoniam anno 775 vel 777 factum esse, postea vero rem consilio repetitam non esse atque in oblivione iacuisse. 12) Verba *a diabulo deceptus* et *secundum morem paganorum* idem significare puto, quod in priore capitulo: *pro despectu christianitatis*. Pagana enim superstitione, de qua hoc capitulum disputat, ducti si qui homines vivos cremavissent et carnem humanam comedissent, ii apostatae et manifesti contemptores cultus christiani habebantur, itaque ex iis rationibus condemnabantur, quas capitulum 10 dicit: *si quis cum paganis in adversitate christianorum perdurare voluerit, morte moriatur*. Aliud scilicet huic capitulo inesse censet I. Grimm Mythologie p. 1021: *nicht Zauberei, sondern Tödtung vermeinter Zauberer nennt das aufgeklärte Gesetz etwas Teuflisches und Heidnisches.* Revera autem aliis iisque magis christianis rationibus ductum constituit edictum Rotharis c. 379: *Nullus praesumat aldiam alienam aut ancillam quasi strigam, quam vulgus dicit, aut mascam occidere: quod christianis mentibus nullatenus est credendum, nec possibile est, ut mulier hominem vivum intrinsecus possit comedere. Si quis deinceps talem illicitam ac nefandam rem perpetrare praesumpserit, si aldiam occiderit, conponat* eam illius weregildo et solvat insuper 60 solidos: Walter Corp. iur. Germ. I. p. 751. Ut omnia praecepta, quae ad cultum atque doctrinam attinent, ita hoc quoque edictum, quod in hoc capitulo cap. de part. Sax. legitur, in posterioribus legibus Saxonicis repetitum non est. Quae demonstrant, quam celerrime esse inveteratum ius illud singulare, quod necessarium duxit Karolus, quo Saxoniam, quam ex edicto christianam reddiderat, a paganis moribus deterreret. 13) Ipsa illa superstitio, quam capitula de partibus Saxoniae repulsura sunt, in eo versabatur, ut pagani Saxones crederent, hominem aliquem esse magum vivos homines devorantem, atque eo ducti vivum eum igni cremarent atque ipsius carnem tamquam medicamentum sociis edendam offerrent. Similiter omnes fere nationes Germanicae putaverunt, singulis inesse potestatem in bestiarum speciem formandi humanam figuram ipsorum aliorumque, et praecipue sub luporum vultu homines comedendi; quod iam narrat Bonifacius: *strigas et fictos lupos crediderunt*, cfr. I. Grimm Mythologie p. 997. 1048. V. leg. Sal. LXIV: *Si quis alterum chereburgium clamaverit, hoc est strio-porcio aut illum qui eneo portare dicitur ubi strias cucinant, solidos* $62^1/_2$ *culpabilis iudicetur. Si quis mulierem stria clamaverit, et non potuerit adprobare solidos* $187^1/_2$ *culpabilis iudicetur. Si stria hominem comederit et ei fuerit adprobatum, solidos* 200 *culpabilis iudicetur*, ed. Merkel p. 34. 73. Ed. Roth. c. 379 (in nota 12 excerpt.). Vix ridicula certe est opinio eorum, qui hac nostra constitutione ducti contenderunt, Saxones antiquos anthropophagos fuisse. Immo qui carnem strigarum istarum comederunt, putaverunt, admirabilem ei inesse vim sanandorum morborum; itaque etiam multo postea fuerunt, qui sanguinem sceleratorum securi percussorum biberent morbis medendi causa; cfr. I. Grimm Mythologie pag. 1125. 50. 90; Zur Lex Saxonum p. 211—213. 14) Ut omnem paganorum ritum, ita eorum modum cadaverum sepeliendorum Karolus rex edicendo hoc capitulari vetuit, atque iussit (in cap. 22) sepulturas christianas factum iri. Cum vero Saxones veros christianos duxit, inutilem habuit repetitionem istius constitutionis, itaque neque in lege Saxonica neque in capitulari Saxonico a. 797 invenitur. Ergo cum ex prioribus tum ex hoc capitulo perspicuum est, ea a Karolo condita esse pagano populo vix debellato, idque circa annum 777 factum esse verisimile esse videatur. 15) De paganis Saxonicis moribus sepeliendorum hominum defunctorum cum nostrum capitulare et hoc in 7. et in 22. capitulo verba faciat, utrumque genus commemorat, quod ex innumerabilibus sepulcris nuperrime detectis apud Germanos simul in usu fuisse constat. Solebant enim aut *corpus defuncti hominis flamma consumi facere et ossa eius ad cinerem redigere*, aut *corpora ad tumulos paganorum deferre*. Illud fuisse Saxonicum, docet nos epistola quoque a Bonifacio circa annos 744—747 de rebus Saxonicis Aethilbaldo regi conscripta: *aliquando cogunt eam* (adulteram), *propria manu per laqueum suspensam, vitam finire, et super bustum illius incense et concrematae corruptorem eius suspendunt*, Jaffé Biblioth. rer. German. III. p. 172. Eundem Thuringorum fuisse morem saeculo septimo, compertum habemus ex Vita Arnulfi c. 12: *rege* (Dagoberto) *properante, nihil aliud angustianti consilii aderat, nisi languentis capite amputato, more gentilium cadaver ignibus comburendum traderetur*, Mabillon Acta sanct. Bened. saec. II. p. 152. Alterum autem sepeliendi genus fuit solum Francorum, Alamannorum, Baiuwariorum,

8. Si[16] quis deinceps in gente Saxonorum[17] inter eos latens non baptizatus se abscondere voluerit, et ad baptismum venire contempserit paganusque permanere voluerit, morte moriatur.

9. Si[18] quis hominem diabulo sacrificaverit, et in hostiam more paganorum daemonibus obtulerit, morte moriatur[19].

Langobardorum, quales ex legibus discernimus; cfr. l. Sal. LV, 1. c. Nov. 143 ed. Merkel p. 70; l. Rib. LIV, 1 et 2; l. Alaman. L; l. Baiuw. XIX, 1 et 6; Ed. Rothar. c. 15. Septemtrionalibus autem Germanis uterque modus simul in usu fuit; cfr. Westgöta-lagen utg. af Schlyter (1827) p. 295: *Fyrsti war Lumbaer, oc of hanum aeru Lums-lagh callaeđ, fore þy at han sighs havae huxaet oc gört en mykin loth af laghum warum; han war föđaer i Wangum, oc þaer liggaer han i enom collae, fore þy at han war heđþen. Annar war Biorn Kialki, han war af Maeđþalby, þaer war han jorđþaeđþaer i enom collae, fore þy hanum war eygh kunugh haelaegh crisnae.* Vide I. Grimm Ueber das Verbrennen der Leichen, in Abhandl. d. phil. histor. Kl. d. Berlin. Akademie 1849. p. 192; Weinhold Die heidnische Todtenbestattung in Deutschland, in Sitzungsberichte d. phil. histor. Kl. d. Wien. Akad. 1858. XXVIII. p. 117—209, a. 1859. XXX. p. 171—226; Zur Lex Saxonum p. 215.

16) Carolus edixit, ut omnes Saxones baptizarentur, atque inobedientes tam gravibus suppliciis affecit, ut si quis paganum cultum retenturus sacramento illi se ipse subtraxisset, morte eum condemnari, nisi quis infantes infra statutum tempus attulisset, eum duplicem bannum regium solvere iuberet (cfr. cap. 19). Unde perspicuum est, capitulare nostrum paullo post occupatam terram Saxonicam esse promulgatum; praesertim cum omnibus ceteris legibus et Saxonum et reliquarum nationum Germanicarum capitalis sententia in hoc crimen statuta omnino ignota sit. Singulare igitur hoc praeceptum commutato tempore longius non custodiebatur.

17) Loco regularis verbi formae *Saxones*, quam ipse Vaticanus codex, quem in edendis capitulis de partibus Saxoniae sequimur, in cap. de part. Sax. c. 34 et in cap. Sax. a. 797. c. 1—3. 9—11 praebet, hoc in cap. 8 et in cap. 33 legitur: *Saxoni* et in cap. 22: *Saxani*. Neque raro iisdem nominis figuris utuntur scriptores, qui tunc vixerunt, e. gr. Ann. Laureshamenses a. 796: *Saxani*, a. 797: *Saxoni*, Script. I. p. 37.

18) Paganis Saxonibus morem fuisse immolandorum daemonibus hominum cum hic tum alias nobis traditum est. Hoc narrat Sidonius Apollinaris († paullo post 484) lib. VIII, epist. 6: *priusquam* (archipiratae Saxonici) *de continenti in patriam vela laxantes hostico mordaces ancoras vado vellant, mos est remeaturis, decimum quemque captorum per aequales et cruciarias poenas, plus ob hoc tristi quod superstitioso ritu necare; superque collectam turbam periturorum mortis iniquitatem sortis aequitate dispergere; talibusque eligunt votis, victimis solvunt. Et per huiusmodi non tam sacrificia purgati quam sacrilegia polluti, religiosum putant caedis infaustae perpetratores de capite captivo magis exigere tormenta quam pretia*, Leibnitii Script. rer. Brunsvicens. I. p. 26. Vita Wulframni antiqua c. 5: *Praedicante sancto pontifice in populo* (Fresionum) *contigit die quadam puerum ex ipsa Fresionum natione ortum, diis immolandum duci ad laqueum. Orabat autem vir sanctus* (Rathbodum) *ut huius pueri vitam sibi donaret... Appenditur deinde puer in patibulum*, Acta sanct. Martii a. I. Bollando coll. a. 1668. III. p. 145. Ibidem c. 6: *Alii quoque adolescentes ex praedicta Fresionum natione similiter ritu profano daemonibus immolandi, missa sorte, more patrio sunt deprehensi. Pro quibus supplicaturus inclytus praesul Wulfrannus accessit, sed gentiles ... praefatos pueros proiecerunt in pelagus, ut illic inter fluctus illis necatis sacrificium execrabile perficerent daemonibus*, l. l. p. 145. V. Wulframni recentior c. 6—8, Mabillon Acta SS. Bened. s. III, 1. p. 357. 359—361; Gregorii III. epist. a. 732 Bonifacio conscripta: *Et hoc inter alia discrimen agi in partibus illis dixisti, quod quidam ex fidelibus ad immolandum paganis sua venundant mancipia*, Jaffé, Bibl. rer. German. III. p. 94; Alcuinus († 804) in vita s. Willibrodi a se conscripta (c. 11) narrat Willibrordum Helgoland in insula Frisica ante annum 714 baptizavisse paganos atque pecora Fositae deae sacra cecidisse, qua re comperta rex Radbodus *iniurias suorum deorum ulcisci cogitabat, et per tres dies semper tribus vicibus sortes suo more mittebat, et numquam damnatorum sors super servum Dei aut aliquem ex suis cadere potuit, nec nisi unus tantum ex sociis suis sorte monstratus martyrio coronatus est*, quia rex *violatores sacrorum illius atrocissima morte damnare solebat*, Mabillon Acta sanct. Bened. saec. III. T. I. p. 609. In legis Frisionum XI, 1 appendice incerti auctoris scriptum est: *Hoc trans Laubachi: Qui fanum effregerit et ibi aliquid de sacris tulerit, ducitur ad mare et in sabulo, quod accessus maris operire solet, finduntur aures eius, et castratur, et immolatur diis quorum templa violavit* (cfr. not. 63 ad leg. Sax. cap. 21). V. Liudgeri I. c. 18: *Widukint dux Saxonum eatenus gentilium* (anno 782) *evertit Frisones a via Dei, et usque ad Fleo fluvium fecit Fresones Christi fidem relinquere et immolare idolis iuxta morem erroris pristini*, Script. II. pag. 410; Rudolf. Fuld. translatio s. Alexandri c. 2: *coluerunt* (Saxones pagani) *eos, qui natura non erant dii; inter quos maxime Mercurium venerabantur, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare consueverant*, Script. II. p. 675; V. Lebuini: *omnis concionis illius* (in Marklo) *multitudo primo suorum proavorum servare contendit instituta, numinibus videlicet suis vota solvens ac sacrificia*, Script. II. p 362. Hasce diversissimas notitias cum perscrutemur, comperimus Saxones Frisionesque paganos daemonibus immolavisse violatores templorum sacrorumque, alienigenas captivos, servos ad mactandum emptos, atque ingenuos populares; interfectas esse autem victimas modo gladio campionum vel gladiatorum, modo laqueo, modo aqua suffocatos, modo patibulo suffixos. Cfr. Zur Lex Saxonum p. 203—213.

19) Ut quae priora capitula edixerunt, ita huius 9. constitutio in posteriores leges Saxonicas recepta

10. Si quis cum paganis consilium adversus christianos inierit[20], vel cum illis in adversitate christianorum perdurare voluerit, morte moriatur. Et quicumque hoc idem fraude contra regem vel gentem christianorum consenserit, morte moriatur.

11. Si quis domino regi[a] infidelis apparuerit[21], capitali sententia punietur.

12. Si quis filiam domini sui rapuerit, morte moriatur.

13. Si[22] quis dominum suum vel dominam suam interfecerit[b], simili modo punietur.

14. Si vero pro his mortalibus criminibus latenter commissis aliquis sponte ad sacerdotem[23] confugerit, et confessione data agere[c] poenitentiam voluerit, testimonio sacerdotis[d] de morte excusetur[24].

a) *rege, corr.* regi *cod.* b) interficerit *cod.* c) ageri *cod.; leg. ex emend. Gaertneri* agere. d) testimonia sacerdote, *corr.* testimonio sacerdotis *cod.*

non est. Neque fuit cur id fieret, redacta Saxonia ad doctrinam christianam. Ad tempus igitur datam legem postea fuisse inveteratam contendo. 20) Quae cap. 10. et 11. de crimine laesae maiestatis constituunt, iisdem fere verbis repetit lex Saxonum c. 24. Diferentia vero, quae inter utriusque constitutionis verba interest, haec est, quod lex Saxonum addit: *qui in filios regis de morte consiliatus fuerit, capite puniatur*, itaque recentior lex locupletius amplificat illud *quicunque fraude contra regem consenserit, morte moriatur*, id est *qui in regem Francorum de morte consiliatus fuerit, capite puniatur* (l. Sax. l. l.); cfr. praefat. p. 15. Alia autem, quae in capitulis de partibus Saxoniae leguntur, omittit lex Saxonum, sed negem hoc casu factum esse; nam cum Francorum regnum tutum esse videretur, et christiana religio a Saxonibus culta esset, supervacaneum duci potuit, ea denuo statui. Huiusmodi haec tria praecepta insunt in hoc capitulari: a) *si quis cum paganis consilium adversus christianos inierit*, b) *si quis cum paganis in adversitate christianorum perdurare voluerit*, c) *quicumque fraude contra gentem christianorum consenserit*. Cfr. ad leg. Sax. c. 24. not. 69. 21) Criminis maiestatis, quale hic circumscriptum est, supplicium ante Karolum regem in Saxonia fuisse ignotum, res ipsa docet. Similia autem scelera apud Germanos antiquitus hoc capitali supplicio affecta fuisse, Tacitus iam memoriae prodit, Germ. c. 12: *proditores et transfugas arboribus suspendunt*. Atque easdem rationes sunt secutae variae leges antiquiores; cfr. leg. Alam. Hlothar. XXIV et XXV: *Si quis in mortem duci consiliatus fuerit et exinde probatus, aut vitam perdat aut se redimat... Si quis homo gentem extraneam infra provinciam invitaverit, ut ibi praeda vastent hostiliter vel domos incendant, aut vitam perdat aut exilio exeat, ubi dux miserit, et res eius infiscentur in poplico*, Legg. III. p. 53; similiter l. Baiuv. II, 1. 2, Legg. III. p. 281; Ed. Roth. c. 3—6; l. Rib. LXIX, 1: *Si quis homo regi infidelis exstiterit, de vita componat et omnes res eius fisco censeantur*. Singulorum autem horum scelerum mentionem facit capit. a. 794. c. 9: *quod ille in mortem regis sive in regno eius non consiliasset, nec ei infidelis fuisset*, Legg. I. p. 73. Atque ipsum Karolum saepius hoc iure usum esse, comperimus ex historiarum annalibus; cfr. Ann. Einh. a. 788: *noxae convictus* (Tassilo) *ut maiestatis reus capitali sententia damnatus est*, Script. I. p. 173; Ann. Lauriss. a. 788: *iudicaverunt Tassilonem ad mortem*, Script. I. p. 172. Ipso autem anno 777, cui promulgationem capitulorum de partibus Saxoniae attribuendam esse exposui, memoriae proditum est, Saxones fidelitatem iureiurando promisisse, atque esse edictum, ut, si qui infideles extitissent, ingenuitatem atque omnem proprietatem perdant; cfr. quae supra p. 21 adnotata sunt; simile vero iam anno 775 factum esse, iidem referunt, v. p. 20. Adde quod, quamquam capitis supplicium in infideles tunc sancitum fuisse memoriae traditum non habemus, anno 782 Karolus infideles hac poena affecisse narratur; cfr. Ann. Lauriss. a. 782: *ubi Alara confluit in Wisora, omnes Saxones iterum convenientes subdiderunt se sub potestate domno rege et reddiderunt omnes malefactores illos, qui istud rebellium maxime terminaverunt, ad occidendum, quatuor milia quingentos; quod ita et factum est*, Script. I. p. 164; Ann. Einh. a. 782: *Rex accitis ad se cunctis Saxonum primoribus, de auctoribus factae defectionis inquisivit; ... caeterorum qui totum facinus peregerunt, usque ad* 4500 *traditi et super Alaram fluvium in loco Ferdi iussu regis omnes uno die decollati sunt*, Script. I. p. 165; cfr. Ann. Fuld. l. l. p. 350; Ann. Lauresh. l. l. p. 32; Ann. S. Amandi l. l. p. 12; Ann. Laubac. l. l. p. 13; Ann. Alam. l. l. p. 40; Ann. Quedlinb. Script. III. p. 38. Quae cum ita sint, apparet Karolum promulgandis capitulis de partibus Saxoniae ius aliquod antiquissimo Germanico simile condidisse, quod ita in ceteris quoque provinciis regni Francorum custodiebatur, atque ipsos Saxones anno 782 scivisse, rebellionem esse crimen capitale. Cfr. Zur Lex. Sax. pag. 132—140 et 321. 22) Ex capitulis 12 et 13 capitulorum de partibus Saxoniae tamquam ex fonte hauserunt legis Saxonicae cap. 25 et 26; vide quae ad haec capitula in nota 70 adnotata sunt. Dictos autem dominos, quamquam res ambigua est, malim credere esse nobiles tutores hominum ingenuorum quam feudorum dominos, quod exponere studui ad leg. Sax. not. 71. Singula autem in domini familiam commissa scelera, de quibus verba faciunt capitula de partibus Saxoniae, scilicet homicidium domini eiusve uxoris et stuprum filiae istius, repetit lex Saxonum enumerans: a) homicidium domini eiusve filii, b) stuprum filiae uxorisve vel matris domini. Quae criminum series quamvis paululum inter se distet, non tamen dubitem quin contendam legem Saxonicam amplificavisse constitutiones capitulorum de partibus Saxoniae, quod est recentioris legis, cfr. supra p. 16. 23) Christianos sacerdotes, quorum mentionem faciunt capitula de partibus Saxoniae c. 4. 5. 14. 16. 17. 19. 23. 34 (cfr. 1—3. 8. 15. 18. 21. 22. 32), inde ab anno 775 atque eo certe anno, cui ea addicimus, 777 per Saxoniam passim versatos esse, et ex ecclesiis tunc in Saxonia constructis (v. not. 4. p. 34) dinoscamus licet, et expressis verbis nobis traditum est; cfr. supra p. 21; Zur Lex Sax. p. 177. 24) His statutum est, ut si

15. De minoribus capitulis[25] consenserunt omnes, ad unamquamque ecclesiam[26] curtem[a] et duos mansos terrae, pagenses ad[b] ecclesiam recurrentes condonant, et inter centum viginti[27] homines, nobiles et ingenuos[c] similiter[d] et litos, servum et ancillam eidem ecclesiae tribuant.

16. Et[28] hoc Christo propitio placuit, ut undecumque census aliquid ad fiscum[29] pervenerit, sive in frido[30], sive in qualecumque banno[31], et in omni redhibitione[e] ad regem pertinente, decima pars ecclesiis et sacerdotibus reddatur.

17. Similiter secundum Dei mandatum[32] praecipimus, ut omnes decimam partem

a) curte *cod.*; *em.* curtem. b) pagensis, *corr.* pagenses ad *cod.* c) ingenuis *cod.*; *em.* ingenuos. d) similiter et litos seruum *cod.*; *contra Baluzius ita distinxit:* similiter et litos, servum. e) redibutione *cod.*; *teste Gaertner Saxonum leges tres p.* 137 *em. Meinders:* redhibitione.

quis crimine perpetrato, antequam res in iudicium deducta fuerit, peccata sua clerico confessus fuerit, huius testimonio, si postea reus existat, *de morte excusetur*, id est, ne mortis supplicio afficiatur sed ei veniae causa vita concedatur. Hoc capitulum cum alia undecim, quae crimina capitalia enumerant, atque sunt *de maioribus capitulis*, ita sequatur, ut capitulum 2, quod est huius 14. simillimum, iisdem praecedit, ad ea omnia esse referendum ducam. Nusquam invenimus, presbyteris tantam umquam concessam esse vim. Neque Karolus rex id hic iussisse putandus est, nisi ductus fuisset ea sententia, ut Saxonibus christianam clementiam christianaque sacra grata redderet; cfr. supra p. 36. In Saxonicis vero legibus posterioribus similia non reperiuntur. 25) Capitulum quintum decimum quodammodo secundam huius capitularis partem incipit, quarum illa *de maioribus capitulis*, haec *de minoribus capitulis* verba facit; cfr. supra p. 34. not. 1; Wilda Strafrecht p. 479; Waitz Verfassungsgeschichte III. p. 126; Stobbe Rechtsquellen I. p. 193. 26) Subacta Saxonia, res ipsa demonstrat, Karolum statim edixisse, ut ecclesiae in Saxonia construantur earumque presbyteris tribuatur unde vivant. Itaque haec statuta magis cum anno 777 quam cum anno 785 vel alio anno posteriore conveniunt. Quae postquam ordinata fuerunt, non erat cur constitutio huius similis iterum promulgaretur; itaque neque in lege Saxonica neque in capitulari Saxonico aequa repetita sunt. Docemur vero hoc capitulo, Saxoniam in regiones esse divisam, et in unaquaque debuisse homines circa ecclesias paullo ante constructas habitantes curtem et duos mansos condonare et tot familias serviles, quoties 120 homines paroeciae cuique adscripti fuerint. Singulare hoc est praeceptum neque invenias simile eius. 27) *inter centum viginti homines]* Fuerunt qui putarent, haec verba demonstrare, Saxoniam aut ante Karolum regem aut terra ab ipso debellata fuisse in centenas divisam. Illud contendit Weiske Grundlagen (1836) p. 30, hoc Stobbe in Zeitschrift für Deutsches Recht XV. p. 114; cfr. Waitz Deutsche Verfassungsgeschichte I. (ed. prima) p. 106, III. p. 126, I. (ed. sec.) p. 153; Abel Iahrbücher des Fränkischen Reichs unter Karl dem Grossen I. pag. 405. Neutri sententiae accedam, sed censeam Karolum regem a centenis vicenis hominibus poposcisse, ut unicuique ecclesiae *servum et ancillam* condonent, eaque toties binos servos accipiat, quoties centeni viceni homines casu ad eam pertinuerint; numerum autem 120, quem dicunt magnum centum, loco 100 (cfr. l. Baiuw. I, 13) positum esse ducam ratione habita pristini moris Saxonis numerandi. Sin alia sententia recta esset, non fuissent certe coniecti nobiles, ingenui atque liti; cfr. Zur Lex Saxonum p. 176. 380–391. 28) Iisdem ex rationibus, quibus ductus Karolus rex capitulum 15. edixit, ecclesiis atque earum sacerdotibus consulturus in c. 16. et 17. sanxit, ut decumae darentur. Cui generali praecepto ecclesiastico in Saxonia maiorem rerum partem subire voluit, quam quae alias eas solvere deberent, omnem fructum et publicum et privatum. Ut ex omni reditu privato decumae exigerentur, saepius praescriptum est; cfr. encycl. Pippin. a. 765: *ut unusquisque homo, aut vellet aut nollet, suam decimam donet*, Legg. I. p. 32; capit. a. 779. c. 7: *ut unusquisque suam decimam donet*, l. l. p. 36; cap. Francof. a. 794. c. 25: *omnis homo ex sua proprietate legitimam decimam ad ecclesiam conferat*, l. l. p. 73; cap. Aquisgr. a. 801. c. 6: *decimas totius facultatis aecclesiis divinis debite offerant*, l. l. p. 87; capit. de villis a. 812. c. 6: *iudices nostri decimam ex omni conlaboratu pleniter donent ad ecclesias, quae sunt in nostris fiscis*, l. l. p. 181. Sed non invenias, solvendas fuisse usquam decumas reditus publici, nisi hoc in capitulo; cfr. Rettberg Kirchengeschichte II. p. 714. Ceterum nonnulla diplomata referunt nobis, Karolum ius exigendarum decumarum tribuisse singulis ecclesiis Saxonicis; cfr. dipl. Ludowici Pii a. 826: *capellam, quam dudum... Karolus imperator in castello Heresburg construi iussit, cum omnibus rebus ac mancipiis ac decimis ad eam pertinentibus*, Seibertz Westfäl. Urkundenbuch I. p. 2; dipl. Ludew. a. 853: *ecclesiam Eresburg, quam avus noster Karolus primo construens in Saxonia decimis dotavit circumquaque habitantium per duas Saxonicas rastas*, Erhard Reg. Westfal. I. p. 16. Inter omnes leges, quas Karolus in Saxonia instituit, vix ulla apud Saxones invidiosior fuisse videtur decumarum impositione; itaque in Alcuini quadam epistola (Nr. 72) legitur: *Decimae, ut dicitur, Saxonum subverterunt fidem.* Neque censeam, eas revera per longum tempus similem in modum fuisse exactas. Nam neque recentiores leges Saxonicae hoc praeceptum repetunt, neque postea in Saxonia ita res observabatur: immo una cum toto capitulari de partibus Saxoniae hoc eius capitulum paullo post in desuetudinem venit. 29) Ex publicis exactionibus capitula de partibus Saxoniae nullas commemorant nisi pecunias mulctaticias fisco solvendas, in c. 19. 31. 20. 21. 24–28. 30. 30) *in frido]* cfr. ad leg. Sax. c. 36. adnotata. 31) *in qualecumque banno]* cfr. ad leg. Sax. c. 23. not. 66. 32) *secundum Dei mandatum]* cfr. c. 16: *et hoc*

substantiae et laboris sui[a] ecclesiis et sacerdotibus donent; tam nobiles quam ingenui similiter et liti, iuxta quod Deus unicuique dederit christiano, partem Deo reddant.

18. Ut in dominicis diebus[33] conventus et placita publica non faciant, nisi forte pro magna necessitate, aut hostilitate cogente[34]; sed omnes ad ecclesiam recurrant ad audiendum verbum Dei, et orationibus vel iustis operibus vacent. Similiter et in festivitatibus[35] praeclaris Deo et ecclesiae conventui deserviant, et secularia placita[36] demittant.

19. Similiter placuit his decretis inserere, quod[37] omnes infantes infra annum baptizantur. Et hoc statuimus, ut si quis infantem intra circulum anni ad baptismum offerre contempserit sine consilio vel licentia sacerdotis, si de nobile[38] genere[b] fuerit, centum viginti solidos fisco[39] conponat[c]; si ingenuus[d], sexaginta; si litus, triginta.

a) suis *cod.*; *leg. cum Baluze:* sui. b) generi *cod.* c) conponant *cod.* d) *initio legebatur* ingenuos...litos.

Christo propitio placuit. Iam multo ante saecularia edicta decimarum exactionem imperantia, quae supra in not. 28 excerpsimus, ecclesiastici canones rem iusserunt, e. gr. concil. Matiscon. II. a. 585. c. 5, iique contenderunt, id esse divinitus edictum; cfr. leg. Baiuw. Add. IV[ta]. c. 5: *De decimis Deo reddendis profeta testatur, ut si quis decimam non dederit, ad decimam revertatur,* Legg. III. p. 457 (c. not. 46—49). Itaque divino iussu se ductum esse, prae se fert Karolus rex. 33) Karolus Saxones debellatos illico ad Christi doctrinam traducturus cum omnem ritum christianum observari iuberet, inter prima certe putandus est constituisse, ut dies dominici festique colantur. Quod cum hac lege factum esse perspiciamus, coniiciamus oportet, eam primam esse, quam post victoriam suam edixerit. Postea vero rebus magis ordinatis inutilem duxisse videtur rex iterationem illius praescripti, itaque frustra similia in lege Saxonum vel in capitulari Saxonico exquiras. Nam quae lex Saxonum c. 23 constituit, de pace praescripta sunt iis tribuenda, qui se ad ecclesiam conferre velint, ut sacris adsint. Quamquam saepissime lege edictum est, ut diei dominici quies nullis operibus turbetur, cfr. l. Alam. Hloth. XXXVIII; l. Baiuw. App. I cum iis, quae Merkel adnotavit Legg. III. p. 335. not. 1—9, p. 57. not. 74, p. 404. not. 61. Atque specialiter interdum est cautum, ne iudicia fiant dominicis diebus; cfr. capit. a. 789. c. 80: ***statuimus ut diebus dominicis... nec ad placita conveniant,*** Legg. I. p. 66; capit. a. 813. c. 15: ***Non in dominicis diebus fiat placitum, ubi quis ad mortem iudicetur aut ad poenam,*** Legg. I. p. 190; capit. miss. a. 853. c. 8: ***Ut missi nostri comitibus firmiter ex verbo nostro praecipiant, ut a quarta feria ante initium quadragesimae, nec in ipsa quarta feria, usque post octavas paschae, mallum vel placitum publicum, nisi de concordia et pacificatione discordantium, tenere praesumant,*** Legg. I. p. 419. Sed accuratiora et maiora in capitulis de partibus Saxoniae de hac re praecepta sunt quam ulla in lege saeculari. Nusquam enim ullum edictum invenimus, ut ***in dominicis diebus omnes ad ecclesiam recurrant ad audiendum verbum Dei, et in festivitatibus praeclaris Deo et ecclesiae conventui deserviant,*** nisi hoc in capitulari; idque maxime convenit cum tota hac lege, quae res saeculares et ecclesiasticas similiter ordinet; diversa enim sunt, quae in capit. a. 789. c. 80, a. 789. c. 9 Legg. I. p. 66. 88 leguntur. 34) Praeter legitima placita extra ordinem ***pro magna necessitate aut hostilitate cogente*** aliqua toto regno Francorum indici solita fuisse, quis est quin sciat? Idem in Saxoniam a victoribus fuisse inductum, hinc comperimus, et res posteriores comprobant. De re ipsa cfr. capit. a. 769. c. 12: *ut ad mallum venire nemo tardet, primum circa aestatem, secundo circa autumnum. Ad alia vero placita, si necessitas fuerit, vel denunciatio regis urgeat, vocatus venire nemo tardet,* Legg. I. p. 33; Waitz Verfassungsgeschichte IV. p. 308; III. p. 463. 35) Quae festivitates praeclarae habendae sint, Karolus rex hic non definit, in recentiore vero lege Saxonum (c. 23) eas enumerat. 36) Secularia placita vel placita publica dicta esse videntur legitima placita regularia litibus dirimendis constituta, quae bis vel ter annuatim convenerunt; iisque opposita sunt et extraordinaria placita iudicialia pagensium (v. supra not. 34) et ***conventus,*** id est maiora quaedam concilia (cfr. pag. 46. not. 73). Totum vero, ut ita dicam, apparatum rei publicae Francorum gerendae in Saxoniam capitulis de partibus Saxoniae esse inductum, haecce maxime ostendunt capitula; cfr. p. 18. 37) Capitulo 19. sancitum est, ut omnes infantes Saxonici, antequam primum aetatis annum implevissent, baptizarentur, atque multaticia pecunia statuta est, si quis id praeceptum contempserit. Neque dubitem, quin haec constitutio, quacum capitulum 8. coniungendum est, edita sit paullo post devictam Saxoniam doctrinae christianae propagandae causa. Itaque neque in posterioribus Saxonicis neque in ceteris a Karolo rege promulgatis legibus simile ullum praeceptum reperitur. Praeter hunc locum enim id unum edicere solebant, ut baptismi ritus nonnullis festis diebus, scilicet paschae vel pentecostes, peragerentur, neque umquam momentum ullum tamquam ultimum baptismatis tempus constitutum est. Cfr. capit. a. 803. c. 10: ***Ut nullus baptizare praesumat, nisi in pascha et pentecosten, excepto infirmo,*** Legg. I. p. 125; epist. de oratione dominic. a. 804, l. l. p. 128; Rettberg Kirchengeschichte II. p. 783. 38) De tribus ordinibus Saxonicis nobilium, ingenuorum, litorum cfr. ad leg. Sax. c. 1. n. 4, c. 17. not. 38, c. 16. not. 31. 39) Hos 120 solidos i. e. geminatum regium bannum sexaginta solidorum, quamvis crimine mere ecclesiastico perpetrato solvendi sint, fisco componendos fuisse, et numerus 120 et cetera verba dilucide demonstrant. Itaque contendam, etiam pecuniam propter illicitum coniugium contractum et propter adorationem paganorum idolorum solutam (c. 20 et 21) ad partem regis compositam fuisse.

20. Si quis prohibitum vel inlicitum coniugium[40] sibi sortitus fuerit, si nobilis, solidos sexaginta; si ingenuus[a], triginta; si litus, quindecim.

21. Si[41] quis ad fontes[42] aut arbores vel lucos[b, 43] votum[44] fecerit, aut aliquid[c] more gentilium obtulerit et ad honorem daemonum comederet[d]; si nobilis[e] fuerit, solidos sexaginta; si ingenuus, triginta; si litus, quindecim; si vero non habuerint unde praesentaliter persolvant, ad ecclesiae servitium[45] donentur, usque dum ipsi solidi solvantur.

a) ingenuis ... litos *cod.* b) lucas *corr.* lucos *cod.* c) aliquis *corr.* aliquit *cod.*; *em.* aliquid. d) commederet *cod.* e) nobiles *corr.* nobilis *cod.*

40) Capitulum 20 constituere, ut si quis nobilis coniugium, quod contrahi canones ecclesiastici vetent, inierit, bannum regium 60 solidorum solvat, si ingenuus, dimidiam, si litus, quartam eius partem, contendam cum Wilda Strafrecht p. 856, Konrad Maurer Ueber das Wesen des ältesten Adels der Deutschen Stämme (1846) p. 121. Simillima igitur leguntur in lege Frisionum Add. III, 77. 78: *Si quis illicitas nuptias contraxerit, separabitur ab uxore sua, et liceat tam ei quam uxori legitime nubere; si vero separati fuerint, et iterum ad invicem fuerint reversi, weregildum suum uterque componat.* Cfr. edict. Rothari 185: *De incestas et inlecetas nuptias,* Legg. IV. pag. 44. Neque possum accedere opinioni eorum, qui putent, capitula de partibus Saxoniae hic verba facere de matrimonio inter homines diversae conditionis, puta inter nobilem virum et uxorem ingenuam, contracto, quod legibus in antiqua Saxonia ante occupatam a Francis terram vetitum fuisse constat, cfr. Translat. s. Alexandri c. 1: *Quatuor igitur differentiis gens illa Saxonum consistit, nobilium scilicet et liberorum, libertorum atque servorum; et id legibus firmatum, ut nulla pars in copulandis coniugiis propriae sortis terminos transferat, sed nobilis nobilem ducat uxorem, et liber liberam, libertus coniungatur libertae, et servus ancillae. si vero quispiam horum sibi non congruentem et genere praestantiorem duxerit uxorem, cum vitae suae damno componat,* Script. II. p. 675; cfr. Zur Lex Saxonum p. 223—229. Idem ius commutata solum poena denuo a Karolo constitutum esse, arbitrati sunt Gaertner Saxonum leges tres p. 140, v. Savigny Vermischte Schriften IV. p. 48. Waitz Verfassungsgeschichte III. p. 126 censuit utramque sententiam a veritate non abhorrere. Ego quidem negem, secundam opinionem hic intelligi posse, quia et poenarum differentia et communis sensus verborum *inlicitum coniugium* tali coniecturae obstat, neque verisimile est, Karolum talibus privilegiis favisse. Tertia aliqua sententia, quam proponit Usinger Forschungen zur Lex Saxonum (1867) p. 45, nulla re mihi probabilis reddita esse videtur, ex qua legislator matrimoniorum a nullo clerico consecratorum mentionem fecerit. 41) Veram apostasiam ex capitulis de partibus Saxoniae supplicio mortis afficiendam fuisse, supra p. 18, 36. not. 9 expositum est. Si qui autem Saxo christianus paganos mores imitatus sacra, quae idem, dum erat paganus, adoraverat, pio animo coluerit, ut is regio banno 60 solidorum mulctetur, edicit hoc capitulum 21. 42) Germanos paganos fontes adoravisse, saepius traditum nobis est; accuratiora relata sunt de Frisico eorum cultu. In Vita enim s. Willibrordi c. 10 narrantur Frisiones insulam Fosetesland a Fosete deo nuncupatam, quam hodierna aetas Helgoland dicit, tam pio animo coluisse, ut nemo *gentilium ... a fonte, qui ibi ebulliebat, aquam haurire nisi tacens ausus sit,* Mabillon Acta SS. III. T. I. p. 611 (v. infra ad leg. Sax. c. 21. not. 59); Vita Liudgeri I. c. 19: *baptizavit* (Liudgerus) *habitatores terrae* (Foseteslant) *in fonte, qui ibi ebulliebat, in quo s. Willibrordus prius homines tres baptizaverat,* Script. II. p. 410; cfr. I. Grimm Mythologie p. 210. 1210; Friedrich Oetker Helgoland (1855) p. 116; Zur Lex Saxonum p. 165. 43) De lucis arboribusque a Saxonibus antiquitus cultis scriptores nonnulla memoriae tradiderunt. Irminsul illud a Carolo rege anno 772 destructum fanum fuisse constat vastum arboris truncum infra sanctum quendam lucum situm templisque circumdatum; cfr. pag. 19. not. 16, 35. not. 5. Atque postea Sturm abbas adhortatus esse Saxones narratur, *ut ... lucos succiderent, sanctas quoque basilicas aedificarent,* Script. II. p. 376 (c. 22). Cfr. Ann. Lauriss. min. a. 729: *Karlus navali evectione (in) Fresonum regnum penetravit, interfectis Fresonibus Popponem ducem interimit, lucos et fana subvertit,* Script. I. p. 114. Liceat id in memoriam revocare, quod s. Bonifacius in Hassia circa annum 725 quercum quandam Donar deo sacratam cecidit; cfr. V. Bonifacii c. 22, Script. II. pag. 343; Grimm Mythologie pag. 62. 155; Rettberg Kirchengeschichte I. p. 344. Quin etiam undecimo saeculo Saxones quodammodo superstitiosam illam venerationem retinuisse, testis est Adamus Brem. hist. eccl. II. c. 46: *Unwanus* († 1029) *omnes ritus paganos praecepit funditus amoveri, ita ut ex lucis, quos nostri paludicolae stulta reverentia frequentabant, faceret ecclesias renovari,* Script. VII. p. 322; cfr. V. Meinwerci c. 17, Script. XI. p. 114. 44) *Votum fecerit]* cfr. supra p. 38 in not. 18: Sidon. Apoll. VIII, 6: *talibusque eligunt votis;* V. Lebuini: *numinibus videlicet suis vota solvens ac sacrificia.* 45) Modo temporalem modo perennem servitutem ut subiret debitor, qui weregeldum aliamve mulctam propter penuriam pecuniae solvere non potuisset, non Saxonum solum sed omnium Germanorum fuit ius. Cfr. leg. Baiuw. I, 10: *et si non habet tantam pecuniam* (qua episcopi a se interfecti weregeldum solvat), *se ipsum et uxorem et filios tradat ad ecclesiam illam in servitio, usque dum se redimere possit,* Legg. III. p. 275; l. Baiuw. II, 1: *conponat secundum legem; si vero non habet, ipse in servitio deprimat, et per singulos menses vel annos, quantum lucrare quiverit, persolvat cui deliquit, donec debitum universum restituat;* l. Baiuw. XVI, 5; IX, 4; leg. Alam. Hlothar. 46, 2; leg. Liutpr. d. a. 731. c. 121; l. Burg. XIX, 7; capit. in l. Rib. a. 803. c. 3: *Homo ingenuus qui multa qualibet solvere non potuerit, et fideiussores non habuerit, liceat ei semetipsum in wadium ei, cui debitor est, mittere, usquedum multa, quam debuit, persolvat,* Legg. I. pag. 117. Alia exempla allata sunt Zur Lex Saxonum p. 294. Sed ubique

22. Iubemus, ut corpora christianorum Saxanorum ad cimiteria[46] ecclesiae deferantur, et non ad tumulus[47] paganorum.

23. Divinos[48] et sortilegos[49] ecclesiis et sacerdotibus dare[50] constituimus.

24. De[51] latronibus et malefactoribus, qui de uno[a] comitatu[52] ad alium confugium fecerint, si quis eos receperit in suam potestatem[b], et |septem[c] noctibus secum detenuerit,

a) una *cod.* b) potestate *cod.* c) VIIem *cod.*

debitor servituti obnoxius creditori traditur. Quam regulam generalem Francos, cum pecunia fisco solvenda fuerit, secutos esse, docet capit. Bonon. a. 811. c. 1: *quicumque liber homo in hostem bannitus fuerit et venire contempserit, plenum heribannum, id est solidos* 60, *persolvat, aut si non habuerit unde illam summam persolvat, semet ipsum pro wadio in servitium principis tradat, donec per tempora ipse bannus ab eo fuit persolutus; et tunc iterum ad statum libertatis suae revertatur*, Legg. I. p. 172. Cuius regulae generalis exceptionem capitula de partibus Saxoniae c. 21 statuunt et praescribunt: *si non habuerint unde praesentaliter* (fisco) *persolvant* (bannum regium), *ad ecclesiae servitium donentur, usque dum ipsi solidi solvantur.* Quod cur edictum sit, nullo modo intelligere possumus, nisi animum adversari ad totum hoc capitulare, quod aequum in modum ecclesiae atque rei publicae consulat et earum commoda omnino coniungat. 46) Christianorum fuit tunc temporis cadavera humana aut in ipsas ecclesias aut in ecclesiarum atria vel cimiteria sepelire, quia arbitrati sunt hominum defunctorum concremationem non convenire cum resurrectionis doctrina; cfr. Adam. Brem. hist. eccl. Brem. Schol. 140: *de sepultura paganorum, quamquam non credant resurrectionem carnis, more tamen antiquorum Romanorum busta et exequias eorum omni veneratione colunt*, Script. VII. p. 382. Sed coeperunt episcopis aliisque hominibus egregiis sepulturam in ipsa ecclesia reservare; itaque primum anno 578 in concilio Autisiodor. et postea saepius interdictum est, ne personae minores ibi sepeliantur; cfr. capit. a. 809. c. 14: *ut nullus* (presbyter) *deinceps in ecclesia mortuum sepeliat*, Legg. I. p. 161; capit. a. 813. c. 20: *ut mortui in ecclesia non sepeliantur, nisi episcopi aut abbates vel fideles presbiteri*, l. l. p. 190; v. Rettberg Kirchengeschichte II. p. 790. Itaque capitula de part. Sax. edicunt, ut cadavera *ad cimiteria ecclesiae deferantur*, neque concedunt ea in ipsa ecclesia sepeliri. 47) Germanos paganos cadavera modo igni consumenda tradidisse modo tumulis intulisse, supra p. 37. not. 15 expositum est. 48) Complura capitularia, quae diversos ritus moresque paganos interdicunt, inter antiqui cultus reliquias sortilegorum et divinorum mentionem faciunt; cfr. Karlomanni capit. a. 742. c. 5: *ut populus Dei paganias non faciat, sed ut omnes spurcitias gentilitatis abiciat et respuat, . . . sive sortilegos vel divinos, sive filacteria et auguria*, Legg. I. p. 17; Karoli capit. a. 769. c. 6, Legg. I. p. 33; capit. a. 769. c. 7: *episcopus parrochiam suam sollicite circumeat et prohibere paganas observationes divinosque vel sortilegos aut auguria, phylacteria, incantationes vel omnes spurcitias gentilium studeat*, l. l. p. 33. 49) Sortibus paganos Saxones diversum in modum usos esse, memoriae saepius proditum est; cfr. Sidon. Apoll. VIII. ep. 6: *mos est remeaturis* (Saxonicis piratis), *decimum quemque captorum per aequales et cruciarias poenas, plus ob hoc tristi quod superstitioso ritu necare; superque collectam turbam periturorum mortis iniquitatem sortis aequitate dispergere*, Leibnitii Script. rer. Brunsvic. I. p. 26. Beda hist. eccl. V. 10. §. 381: *Non enim habent regem iidem antiqui Saxones, sed satrapas* (i. e. principes pagorum) *suae genti propositos, qui, ingruente belli articulo, mittunt aequaliter sortes, et quemcumque sors ostenderit, hunc tempore belli ducem omnes sequuntur et huic obtemperant; peracto autem bello, rursum aequalis potentiae omnes fiunt satrapae.* Rudolf. Translat. s. Alexandri c. 2: *Auspicia et sortes quam maxime observabant* et cetera partim ex Taciti Germania c. 10 desumpta, Script. II. p. 675. De Frisico sortiendi more cfr. V. s. Willibrordi c. 11 (p. 38. not. 18); V. Wulframni antiqua c. 6 (ibid.); l. Fris. XIV, 1; Mon. Germ. Legg. III. p. 667. not. 4. 7, p. 668. not. 9. 50) Verba *ecclesiis et sacerdotibus dare* idem dicere videtur, quod c. 21: *ad ecclesiae servitium donentur*, cfr. not. 45. 51) Si quis latronibus aliisve malefactoribus hospitium praebet, habendus est vel particeps vel adiutor sceleris. De puniendis autem consciis criminum leges Saxonum admodum pauca constituunt; cfr. l. Sax. c. 36: *et conscius* (furtorum) *similiter*, capit. de part. Sax. c. 30: *si quis comitem interfecerit, vel de eius morte consilium dederit.* Quae constitutiones cum reliquis legibus ita conveniunt, ut commune ius Germanicum fuisse appareat, ut scelerum conscii eadem poena afficiendi sint, qua iste, qui rem perpetraverit; cfr. l. Rib. LXXVIII; l. Baiuw. IX, 7; Chloth. II. capit. c. 5, Legg. I. p. 11; capit. a. 801. c. 7, Legg. I. p. 84; capit. Aquisgr. a. 806. c. 2: *Quicumque . . . latrone mansionem dederit, . . . cum duodicim similibus suis iuret, quod latronem eum fuisse non sciret; si hoc iurare non potuisset, qualis latro et infidelis iudicetur; quia qui latro est, et infidelis est noster et Francorum, et qui illum suscepit, similis est illi*, Legg. I. p. 146; v. Wilda Strafrecht p. 634. 52) Comitum dignitatem promulgatis capitulis de partibus Saxoniae in Saxonia primum esse institutam, idque perbene cum anno 777 vel 775 convenire, cum posteriore vero aliquo tempore dissentire, supra p. 23 fusius exposui. Omnino enim non est cur cum Abel Iahrbücher Karl des Grossen I. p. 343 etc. censeamus, anno demum 782 Karolum Saxoniam administrandam comitibus tradidisse, nam cum Annales Laureshamenses a. 782 referant: *Habuit Carlus rex conventum magnum exercitus sui in Saxonia ad Lippuibrunnen, et constituit super eam ex nobilissimis Saxones genere comites*, Script. I. p. 32 (cfr. Ann. Mosell. a. 782, Script. XVI. p. 497), iam supra p. 24 demonstrare studui, tunc primum esse comites ex Saxonica natione ortos nominatos. Itaque nonnulli comites in Saxonia iam ante annum 782

nisi ad praesentandum[a], nostrum bannum solvat[53]. Similiter si comes[b] eum absconderit, et ad iustitiam faciendam[54] praesentare noluerit, et ad hoc excusare non potest, honorem suum perdat[55].

25. De pignore[56], ut nullatenus alterum aliquis pignorare praesumat; et qui hoc fecerit, bannum persolvat.

26. Ut nulli hominum contradicere viam ad nos[57] veniendo pro iustitia reclamanda[c] aliquis praesumat; et si aliquis hoc facere conaverit, nostrum bannum persolvat.

27. Si[58] quis homo fideiussorem invenire non potuerit, res illius in forbanno mittantur[59], usque dum fideiussorem praesentet; si vero super bannum in domum suam intrare praesumpserit, aut solidos decem aut unum bovem[60] pro emendatione ipsius banni conpo-

a) praesentendum *cod.* b) comis *cod.* c) reclamandi *cod.*

commemorantur; cfr. V. Liutburgis c. 1: *Karolus rex quendam inter primores et nobilissimos gentis illius, nomine Hessi, cum aliis quam pluribus quibus comitatum dederat, magnis etiam sustentavit honoribus, quia fidelem sibi in cunctis repererat*, Script. IV. p. 159; dipl. Hersfeld. a. 777 (spur.?): *ecclesias in Altstede,... in Ritstedi,... in Osterhusun,... in comitatu Alberici et Markwardi* (in Hosegau pago Saxonico sitas), Wenck Hessische Landesgeschichte III. Urkundenbuch p. 14; dipl. Hersf. a. 780 ibid. p. 13. Alia vestigia, quae demonstrent, iam ante annum 785 et 782 in Saxonia comites fuisse, vide Zur Lex Saxonum p. 172. Atque penitus ignoraremus, quali dignitate praeditis viris Karolus rex debellatam Saxoniam administrandam dedisset, nisi comites instituisset; cfr. Zur Lex Saxonum p. 139. 172. 53) Simillima huic constitutioni nobis saepius occurrunt; cfr. leg. in Amore c. 30: *Si quis infra pagum latronem comprehenderit, et ante illum comitem eum non adduxerit, aut ante suum centenarium, solidos sexaginta componere faciat*, ed. Gaupp p. 32; cap. a. 779. c. 9: *Ut latrones... ad comitum placita praesentetur: et qui hoc non fecerit, beneficium et honorem perdat. Et qui beneficium non habuerit, bannum solvat*, Legg. I. p. 36. 54) Iustitiam facere modo comes modo rei dicuntur, ut ea verba modo significent, comitem muneribus iudicialibus fungi, modo reos in iudicio agere vel iudicatum perficere; cfr. cap. de part. Sax. c. 34: *unusquisque comes placita et iustitias faciat*, c. 26: *pro iustitia reclamanda* (reus venit); cap. Sax. a. 797. c. 8: *si* (reus) *iustitiam facere noluerit*, c. 4: *si iustitiam facere renuerit*, c. 8: *in praesentia nostra iustitiam reddat;* cap. in l. Rib. a. 803. c. 7: *et de re qua interpellatus fuerit, iustitiam fatiat*, Legg. I. p. 117. 55) Cap. 24 et 28 constituunt, ut comes infidelis atque negligens dignitate sua privetur, *honorem suum perdat*. Similia edicta sunt in capit. a. 779 (v. not. 53), in capit. Langob. a. 782. c. 7: *si comis Franciscus distulerit iustitias faciendum, de illorum honore fiat, sicut Francorum est consuetudo*, Legg. I. p. 43. Haec igitur *Francorum consuetudo* a Karolo rege in debellatam Saxoniam promulgatis capitulis de partibus Saxoniae statim introducta est. 56) Capitulo hoc 25 interdictum est, ne quis pecunias sibi debitas exacturus de debitore vi pignus capiat. Idemque apud Francos ineunte saeculo sexto vetitum est, cfr. Chlodowechi reg. cap. c. 10: *Si quis debitorem suum per ignorantiam sine iudice pignorare praesumpserit, et debitum perdat, et insuper similiter si male pignoraverit cum lege componat, hoc est capitale reddat et* 15 *solidos culpabilis iudicetur*, Legg. II. p. 3. Nequaquam autem laudato capitulo cautum esse, ne quis animalia, quae, dum ipsi damnum dederint, invenerit, pignoris loco retineat, eo demonstratur, quod postea Saxones continuo hoc iure utebantur; cfr. Ansegisi capitul. app. II. c. 35: *Si aliquis Saxo caballos in sua messe invenerit, et ipsos caballos inde ducere pro suo damno ad conprobandum voluerit, si quis liber homo hoc ei contradixerit, aut aliquod malum pro hoc fecerit, tripla compositione secundum legem et secundum ewam contra eum emendare studeat, et insuper bannum dominicum solvat*, Legg. I. p. 324. 170; Sachsenspiegel Landr. II. 47. §§. 1—4. III. 20. §. 2, II. 27. §. 4, 28. §. 2, I. 54. §. 4, III. 87. §. 2. Sed putem ante promulgata capitula de partibus Saxoniae in Saxonia licitum fuisse pignus capere et de debitore et de eo, qui damnum dederit, quod leges Langobardicae omnino concedunt; quamquam ceterae antiquissimae Germanorum leges rem restringunt atque edicunt, ut id fieri non debeat nisi auxiliante iudice, cfr. l. Baiuw. XIII, 1. 3 etc. 57) Cfr. l. Sax. c. 37, capit. Saxon. c. 4, et his locis adnotata. 58) Capitulum 27 verba facit de debitoribus, qui statuto die neque pecuniam sibi creditam reddere neque invenire potuerint, qui fidem pro ipsis interponant, atque edicit, ut istis bonorum possessio ad tempus interdicatur atque dematur; quo facto ipsis domum intrare non licebat. Sin vero illi adhibuerint, qui se fide data obligaverint, ut debitum statuto tempore solvatur, statutum est, ut fideiussor, si res poposcerit, aut solvat aut in damnum cum sponsione coniunctum ipse incidat, postea vero debitor fideiussori duplum restituat. 59) *Res illius in forbanno mittantur]* id est hereditas atque omnia bona debitori iussu comitis regio nomine subtrahantur, ut ad ea accedere non debeat; cfr. cap. in l. Rib. mitt. a. 803. c. 7: *possessio eius in bannum mittatur*, Legg. I. p. 117; cap. Aquisgr. a. 807. c. 34: *ut comes qui in latronem in forbanno miserit, vicinis suis comitibus notum faciat, eundem latronem esse forbannitum, ut illi eum non recipiant*, l. l. p. 155; cap. de exped. exerc. c. 6: *si comes suam domum illi in bannum miserit, nullam exinde habeat reverentiam, nisi intret in domum suam*, l. l. p. 169; cfr. Waitz Verf.-Geschichte IV. p. 440. 441, Walter Deutsche Rechtsgeschichte II. (ed. altera) p. 346. 60) Neque mulctam decem solidorum, quorum loco bannus minor quindecim solidorum coniiciendus sit, umquam in Saxonia solutam neque unum bovem in aequo positum fuisse decem solidis, ullo ex loco

nat; et insuper unde debitor exstitit, persolvat. Si vero fideiussor diem statutum non observaverit[a], tunc ipse tantum damni incurrat quantum manus sua fideiussoris exstitit. Ille autem qui debitor fideiussori exstitit, duplum restituat pro eo quod fideiussorem in damnum cadere permisit.

28. De praemiis et muneribus, ut munera super innocentem[b] nullus accipiat; et si quis hoc facere praesumpserit, nostrum bannum solvat; et si, quod absit, forte comes[c] hoc fecerit, honorem suum perdat[61].

29. Ut universi comites pacem et concordiam ad invicem habere studeant; et si forte inter eos aliqua discordia aut conturbium ortum fuerit, aut nostrum solatium vel perfectum[62] pro hoc non demittant.

30. Si[63] quis comitem interfecerit[d], vel de eius morte consilium dederit[64], hereditas illius ad partem regis eveniat et in ius eius redigatur[e, 65].

31. Dedimus potestatem comitibus[66] bannum mittere infra suo ministerio de faida[67]

a) observaberit *cod.* b) innocente *cod.* c) comis *cod.* d) interficerit *cod.* e) redicatur *cod.*

compertum habemus; bovis enim summum pretium in Saxonia fuisse trium solidorum, ex lege Saxonum c. 66 et ex capitulari Saxonico c. 11 dinoscimus. Itaque fuerunt, qui putaverint, numerum esse lapsu calami depravatum et emendandum, cfr. Langethal Geschichte der Landwirthschaft I. p. 112, Walter Deutsche Rechtsgeschichte II. (ed. altera) §. 712, Usinger Forschungen Zur Lex Saxonum p. 27. Sed, quoniam numerus 15 a nobis expectandus sit, hac coniectura difficilis locus non explanatur. Neque credere possumus, in reliquā lege de solidis minoribus, in hoc uno capitulo de solidis maioribus verba facta esse, ut multa decem solidorum (maiorum = triginta tremissium) idem dicat, quod mulcta quindecim solidorum (minorum = 30 tremissium); totum enim capitulare de solidis maioribus disserit; cfr. Guérard Polyptyque de l'abbé Irminon (Paris 1844) I. p. 145, Müller Deutsche Münzgeschichte I. p. 360. Sed in regionibus Francicis, quae a Rheno ad occasum vergunt, exeunte saeculo octavo bovem pretio decem solidorum saepissime emptum fuisse, nos docet Guérard Polyptyque I. p. 151. Quae cum ita sint, arbitrer, Karolum, cum capitula de partibus Saxoniae promulgaverit, Saxonicas res adhuc ignoravisse atque ratione habita pretiorum Francicorum bovem, quem solvendum esse voluit, decem solidis aequiparasse; cfr. Zur Lex Saxonum p. 393. 394. 61) *Honorem suum perdat]* cfr. p. 44. not. 55. 62) Gaertner Saxonum leges tres p. 149 loco vocabuli *perfectum* suo iure emendaturus est *profectum.* 63) Miremur fortasse licet, quod interfectores comitum capitali supplicio affecti non sunt. Neque scirem, quo modo haec interpretari possem, sin rectam atque comprobandam haberem sententiam illorum virorum doctorum, qui contendunt Karolum regem crudelius reddidisse ius Saxonicum, quam quod ante terrae occupationem fuerit, ex quo quidem *dominorum* istorum homicidia morte condemnabantur (cfr. supra p. 39. c. 13). Cum vero ex mea sententia Karolus in promulgandis capitulis de partibus Saxoniae mitiores rationes easque Francorum sequeretur, equidem oportet hanc constitutionem conferam cum reliquis legibus a Karolo editis, quae sunt de similibus rebus. Quod cum faciam, perspicuum est, Karolum hic paullo acerbiore iure usum fuisse, quam alias. Lex in Amore c. 7. 8: *Si quis comes in suo comitatu occisus fuerit, in tres weregildos, sicut sua nativitas est, componere faciat. Si quis missum dominicum occiderit,' quando in missaticum directus fuerit, in tres weregildos, sicut sua nativitas est, componere faciat.* Similiter igitur comes atque missus interfectus weregeldo triplici componendus fuit; idque ius Francorum commune fuisse docet nos l. Sal. LIV, 1: *Si quis grafionem occiderit, solidos* 600 *culpabilis iudicetur*, et l. Rib. LIII: *De eo qui grafionem interfecerit. Si quis iudicem fiscalem, quem comitem vocant, interfecerit, sexcentis solidis multetur.* Atque idem ius inest in posteriore capitulari Saxonico a. 797. c. 7: *De missis regis statuerunt, ut si ab eis aliquis interfectus evenerit, in triplum eum componere debeat, qui hoc facere praesumpserit;* neque dubitem, quin contendam capitulare Saxonicum de comitibus et missis idem edicturum fuisse. Quae cum ita sint, proponam, cap. 30 capitulorum de partibus Saxoniae, quod est mitius antiquiore iure Saxonico, crudelius tamen legibus Francorum, statim post devictam Saxoniam esse promulgatum, postea vero in oblivionem ivisse et capitulari Saxonico novum ius cum Francico congruum esse conditum. 64) *Consilium dederit]* cfr. p. 43. not. 51. 65) Confiscationis omnium bonorum poenam, quae hic in comitum homicidas statuta est, saepissime stipulati sunt Saxones, si sit ut regno Francorum infideles existant; cfr. Ann. Einh. a. 775, Ann. Fuld. a. 777, Ann. Lauriss. a. 777 supra p. 20. 21. 66) Quae capitulum 31 edicit, putanda sunt debellata Saxonia statim constituta esse, ibique primum comitatus instituisse. Atque ut supra p. 18 exposui, capitulis de partibus Saxoniae omnia comitum iura instar morum Francorum in Saxonia esse promulgata, ita hic quoque edicitur, ut bannus minor sit secundum Francorum leges 15 solidorum, neque vero ex usu Saxonico 12 solidorum. Sed cum aliae tum haec huius capitularis constitutio quam celerrime in oblivionem venit, itaque in lege Saxonum atque in capitulari Saxonico prior bannus minor Saxonicus duodecim solidorum nobis occurrit, cfr. quae ad leg. Sax. c. 36 et ad cap. Sax. c. 3. 4 adnotavimus. 67) De faida conferenda sunt adnotata ad leg. Sax. c. 27. not. 75.

vel maioribus causis[68] in solidos[a] 60; de minoribus vero causis comitis bannum in solidos[b] 15 constituimus.

32. Si cuilibet homini sacramentum debet aliquis, aframeat illum ad ecclesiam[69] sacramenta ad diem statutum; et si iurare contempserit, fidem faciat[70], et solidos quindecim componat qui inactivus apparuit, et deinceps causam pleniter emendare faciat. 5

33. De[71] periuris secundum legem[72] Saxonorum sit.

34. Interdiximus ut omnes Saxones generaliter conventus[c] publicos[73] nec faciant, nisi forte missus[d. 74] noster de verbo nostro[75] eos congregare fecerit; sed unusquisque[e] comes[76] in suo ministerio placita et iustitias faciat. Et hoc a sacerdotibus[77] consideretur, ne aliter faciat. 10

a) solid. *cod.* b) solid. *cod.* c) contos *corr.* conventus *cod.* d) messus *corr.* missus *cod.* e) unusque *corr.* unusquisque *cod.*

68) In his causis maioribus definiendis praecipue versatur capitulare Saxonicum a. 797; cfr. c. 1—3 et singulas notas. 69) Quod in cap. 32 generaliter praeceptum est, ut in Saxonia omnia iuramenta in ecclesiis praestentur, idem similiter in capit. in l. Rib. mitt. a. 803. c. 12 de aliis regionibus praescriptum est: *omne sacramentum in aecclesiae aut supra reliquias iuretur,* Legg. I. p. 118. Itaque Rettberg Kirchengeschichte II. p. 732 demonstravit, saepissime a clero sacramenta per arma tamquam paganum in morem iurata esse vetita atque esse edictum, ut omne iusiurandum in ecclesia ederetur. In promulgandis igitur capitulis de part. Sax. Karolus rex christianas rationes secutus est. Postea vero priorem iurandi modum ipse concessisse videtur; in legis enim Saxonicae cap. 8 iste mos nobis occurrit, cfr. ad leg. Sax. c. 8. not. 14. 70) Errare contendam Gaertnerum, cum dicat Saxonum leges tres p. 152: *fidem faciat, id est: ille qui alterum aframivit, testes, quos eum citando adhibuit, producat.* Id enim cum toto capitulo omnino non convenit, quod ita potius intelligendum est, ut sit, qui iurare noluerit, pro convicto, et solvat quod debuit, satisdet autem accusatori, *fidem faciat,* donec exsolverit. 71) Antiquum ius Saxonicum, quod fuerit de periuris, omnino non commutari, sed, quamvis distet a legibus Francorum, totum retineri, iubet Karolus rex hoc in cap. 33. Illud autem voluit, ut periurus omnis supplicio capitali afficeretur, sive nesciens, is qui iurasset, sive conscius peieravisset. Scilicet ante capitulare quoddam anno 779 promulgatum neque ex legibus Francorum neque cetero ex iure Germanico umquam periuri varium in modum puniti esse videntur, ut ista differentia penitus ignorata fuerit. Cum vero postea lege Saxonum periuri conscii alium in modum damnarentur, inde colligi potest, ut inter istas leges annus 779 interiacuerit; cfr. p. 22; leg. Sax. c. 21. 22. not. 60—63; Zur Lex Saxonum p. 118. 236. 352. 72) Legis vocabulo modo dictum esse ius scriptum modo ius non scriptum, constat; cfr. p. 30; adnotata ad leg. Sax. c. 47; can. 39 concil. Tribur. a. 895: *de Francia nobilis quidam homo nobilem mulierem de Saxonia lege Saxonum duxit in uxorem,* Mansi Conc. XIX. p. 151. Sed cum aliis rationibus demonstravisse censeam, legem Saxonum promulgatam esse post capitula de partibus Saxoniae, neque scripta lex Saxonica sit, quam hic intelligere possimus, nihil dubitem, quin contendam sub legis Saxonicae vocabulo hic sensum subiiciendum esse iuris Saxonici non scripti, atque contrariam sententiam reiiciam. 73) Conventus publici et placita eo inter se distare videntur, quod illa maiora hominum concilia, hae pagensium conciones sunt, atque lex edicit, ut placita a comitibus, conventus a solis missis dominicis convocentur. Sed quamquam traditum non est, quanti fuerint in Saxonia districtus a Karolo rege singulis missis administrandi commissi, ea tamen, quae de magnitudine varia ceterorum missaticorum per Francorum regnum institutorum comperta habemus, nos docent totam certe Saxoniam non unum solum fuisse missaticum; cfr. Waitz Verf.-Geschichte III. p. 385 sqq. Itaque coniiciamus licet, illos quoque conventus, qui ante concepta capitula de partibus Saxoniae se congregaverant, atque hac lege vetiti sunt, non fuisse omnium Saxonum generalem conventum, quod arbitratus Gaupp Recht der alten Sachsen p. 38 mentionem facit fabulosae illius narrationis, quae est in Vita Lebuini: *statuto tempore anni semel ex singulis pagis, atque ex iisdem* (edlingorum, frilingorum lassorumque) *ordinibus tripartitis, singillatim viri duodecim electi et in unum collecti, in media Saxonia secus flumen Wiseram et locum Marklo nuncupatum, exercebant generale concilium,* Script. II. p. 361. Immo putem, conventus illos, de quibus capitula de partibus Saxoniae verba faciunt, aut non fuisse regulares aut minores. 74) Missos dominicos leges tres Saxonum non commemorant nisi cap. de part. Sax. c. 34, capit. Sax. c. 4 et 7. Neque de ulla re docemur, nisi quod isti maiora comitatibus concilia convocaverint et una cum comitibus munere iudiciali functi sint, et postea eorum weregeldum triplicatum fuerit; cfr. p. 18; p. 45. not. 63. 75) *De verbo nostro]* cfr. Waitz Verfassungsgeschichte III. p. 274. 76) Quae de comitibus a Karolo rege per paene devictam Saxoniam institutis capitula de partibus Saxoniae proferunt, supra p. 18 colligere studui. 77) Ultimis his verbis huius capitularis Karolus rex sacerdotes mirum in modum praefectos ut ita dicam comitibus reddidit. Quod singulare praeceptum cum Francicis rebus omnino discors Karolum numquam editurum fuisse putem, nisi paullo post subactam Saxoniam, ut clericos, quibus in Saxonia maxime confidere potuit, custodes regni et fidelitatis Saxonum haberet. Ceterum tota capitula de partibus Saxoniae clericis extraordinariam quandam concesserunt potestatem, eamque ipsas ad res forenses valentem, cfr. c. 5. 14. 4. 19. 23; p. 43. not. 50.

II.

LEX SAXONUM.

IN CHRISTI NOMINE INCIPIT LEGIS SAXONUM LIBER [a] [1].

[I, 1—20.] [2]. 1. [b] De ictu [3] nobilis [4] 30 solidos [c], vel [d] si negat tertia manu [5] iuret.

Omnes lectiones variae hic coniunctae sunt, quae inveniuntur in codice manuscripto Corbeiensi, in cod. msc. Spangenbergiano, in editione Heroldiana et in edit. Tiliana. a) In Christi nomine incipit legis Saxonum liber *Her.*; INCIPIT LIBER LEGIS SAXONUM *Corb.*; INCIPIT CAP̄. LIBÈR LEGUM INPRIMIS SAXONUM *Spang.*; Vetus lex Saxonum *Til.* b) *numeri arabici sunt capitulorum codic. Spangenb. et Corbei. atque edit. Til., latini titulorum editionis Heroldianae, quos in paragraphos divisos maiore ex parte recentiores legis editiones receperunt; cfr. p. 6.* — Titulus I *Heroldi inscriptus est:* De vulneribus; *cfr. p. 7.* c) sol. XXX *Spang.*; solid. XXX *Til.* d) vel *deest in edit. Til.*

1) Genuina legis Saxonicae inscriptio videtur fuisse: ***Liber legis Saxonum.*** Haec enim verba insunt in illis, quae faciunt initium Heroldianae editionis atque utriusque codicis manuscripti ad dies hodiernos asservati, qui legem hanc nobis prodidit. Tilium ex libidine addidisse: *vetus lex Saxonum,* nos docet et res ipsa et aliae legum a Tilio editarum inscriptiones, cfr. *antiqua Baiuvariorum lex, antiquae Burgundionum leges* quod nusquam nisi in Tiliano libro nobis occurrat, cfr. p. 13. 14. Legis Saxonicae vocabulo usus est Widukindus Corbeiensis rer. gest. Sax. I. c. 14, cum de codice aliquo huius legis, eoque, ni fallor, Corbeiensi verba faciat: *De legum varietate nostrum non est in hoc libello disserere, cum apud plures inveniatur lex Saxonica diligenter descripta,* Script. III. p. 424. Incertum vero est, utrum de eadem lege an de consuetudinario iure dicturus sit Wipo V. Chuonradi regis c. 6: *reversus rex de Ribuariis ad Saxoniam venit, ibi legem crudelissimam Saxonum secundum voluntatem eorum constanti auctoritate roboravit,* Script. XI. p. 263. Saepissime enim leguntur verba *lex Saxonorum* vel *ewa Saxonum,* quae nullam legem scriptam sed ius inveteratum Saxonicum exprimant; cfr. cap. de part. Sax. c. 33: *de periuris secundum legem Saxonorum sit,* cap. Sax. a. 797. c. 8: *secundum eorum* (i. e. Saxonum) *ewa fiat peractum;* cfr. pag. 30. 46. not. 72, adnotata ad leg. Sax. c. 47; Zur Lex Saxonum p. 115. 116. — Ceterum legi ipsi, quam hic edimus, sine dubio sollemne quodpiam non defuit initium, quod nobis ut in permultis aliis capitularibus traditum non est. Neque valde id abhorruisse putem ab eo, quod praebet capitulare Saxonicum a. 797 (v. infra). Verborum autem istorum partem quandam retinet mutilum illud: *In Christi nomine incipit;* cfr. p. 13, Zur Lex Sax. p. 80. 2) In titulos atque paragraphos legem Saxonicam Heroldum divisisse, eundemque singulas deinceps inscriptiones addidisse, dilucide eo probatur, quod legis 13 prima capitula ab isto *de vulneribus* inscripta nequaquam omnia sunt de vulneribus, sed partim de criminibus longe diversis, cfr. c. 6—9; p. 17. 3) Inter aequales leges nulla tria ista laesionum corporalium genera distinguit, quae cap. 1—3 nostrae Saxonicae, sed omnes de iis solis ictibus verba faciunt, quibus sanguis vel profluat vel non profluat. Cfr. leg. Thur. c. 4: *Qui adalingum ictu percusserit, 30 solidos conponat, aut si negaverit, cum* 5 *iuret;* c. 6: *sanguinis effusio adalingi 30 solidis conponatur, aut cum* 6 *hominum sacramento negetur;* leg. Fris. XXII, 3 et 4: *Si quis alium* (i. e. liberum) *ita percusserit, quod durslegi vocant, dimidium solidum componat; si autem sanguinem fuderit, componat solidum* 1; l. Fris. Add. III[a], c. 42. 43: *Qui alium fuste percusserit, ut lividum fiat, ter solidum et semissem componat; si tantum sanguinem dimiserit, ter solidum componat,* et l. Fris. Add. IV: *sic ei componat, quasi eum fuste percussisset; dimidium solidum componat,* cum iis quae adnotata sunt Legg. III. p. 673. 674. 687; leg. Rib. I. II: *Si quis ingenuus ingenuum ictu percusserit, solido uno culpabilis iudicetur .... Si quis ingenuus ingenuum percusserit, ut sanguis exeat, terramque tangat, bis novem solidos culpabilis iudicetur;* l. Rib. XIX, 1. XX: *si ingenuus servum ictu percusserit, ut sanguis non exeat, usque ternos colpos, quod nos dicimus buli-slegi, singulos solidos componat; si servus ingenuo sanguinis effusionem fecerit, quinto dimidio solido culpabilis iudicetur;* l. Sal. XVII, 6. 7: *si quis hominem plagaverit, ita ut sanguis in terra cadat, solidos* 15 *culpabilis iudicetur; si quis ingenuus ingenuum de fuste percusserit, ut sanguis non exeat, usque tres colpus semper pro uno ictu ... solidos* 3 *culpabilis iudicetur; si vero sanguis exierit, talem culpum conponat, quantum si eum de ferro vulneraverit;* ed. Roth. c. 43: *si quis hominem liberum... percusserit, et liborem aut vulnus fecerit, pro una ferita conponat ei solidos* 3. 4) Cum alii tum Merkel Lex Saxonum p. 5 dicunt, legis Saxonicae capita 1—23 esse *ein Adelsstatut und verbrieftes Landrecht des herrschenden Stammes,* quam opinionem tamquam falsam atque omni ratione egentem refellendam esse, demonstravimus Zur Lex Saxonum pag. 120 sq.; cfr. supra p. 30. Itemque erraverunt, qui contenderent, omnem legem nobilium praecipue Saxonum statuere res et weregeldum; similiter enim et de liberis (c. 17. 36. 64) et de litis (c. 8. 16—18. 36. 50. 56) et de servis (c. 17. 50—53) eadem disserit. Hos autem quatuor hominum ordines in Saxonia tunc fuisse, nos docent multi alii quoque scriptores legesque; cfr. cap. de part. Sax. c. 15. 17. 20. 21: ***nobiles,.. ingenuos,.. litos,.. servos,*** c. 19: *si de nobili genere fuerit,... si ingenuus,... si litus;* cap. Sax. 3. 5: ***nobiliores Saxones,... ingenui,... liti.*** De ingenuis, litis servisque infra ad c. 17. 8. 50 notatu digna in not. 38. 16 etc. adnotata sunt. Hic liceat haecce afferre de nobilibus Saxonicis eorumque nomi-

2. Livor et tumor[a] 60 solidos[b] vel sexta manu[5] iuret.
3. Si sanguinat 120 solidos[c], vel cum undecim[d. 6] iuret.
4. Si os[7] paruerit, 180 solidos[e], vel cum undecim[f] iuret.

a) livor et tumor et tumor *Spang.* b) sol. LX. *Spang.*, *Til.* c) sol. CCXX. *Til.*; cum CXX sol. *Her.*; CXX sol. *Spang.* d) cum XII. *Spang. et Til.* e) sol. CLXXX. *Til.* f) cum XII. *Spang.*

nibus. Anno 782 cum Karolus rex in Saxonia primum comites ex Saxonica natione ortos institueret, homines nobiles comites eum nominavisse, iam pag. 43. not. 52 commemoravimus; unde apparet quales rex eos habuerit. Obsidum loco, quos toties iterum iterumque devictis Saxonibus imperavit (cfr. p. 21. 31), modo nobiles modo ingenuos modo litos deduxit; cfr. Ann. Mosell. a. 794: *Saxoniam usque prope Albiam pervagans, non modicam quantitatem* ***nobilium atque ignobilium*** *gentis illius secum adduxit*, Script. XVI. p. 498; Ann. Lauresham. a. 780: *Saxones omnes tradiderunt se regi, et omnium accepit obsides, tam* ***ingenuos*** *quam et* ***lidos***, Script. I. p. 31; Ann. Mosell. a. 780: *et omnia accepit in hospitate, tam* ***ingenuos*** *quam et* ***lidos***, Script. XVI. p. 497; Ann. Lauriss. a. 798: *rex acceptis obsidibus etiam et his quos perfidissimos* ***primores Saxonum*** *consignabant*, Script. I. p. 184; Ann. Lauresh. a. 798, Script. I. p. 37; Ann. S. Amandi a. 798, Script. I. p. 14. Atque postea eundem in modum Saxones divisos fuisse, plerique memoriae prodiderunt; exempli gratia Nithardus hist. libr. IV. c. 2. a. 842: *gens* (Saxonum) *omnis in tribus ordinibus divisa consistit; sunt enim inter illos qui* ***edhilingi***, *sunt qui* ***frilingi***, *sunt qui* ***lazzi*** *illorum lingua dicuntur; Latina vero lingua hoc sunt:* ***nobiles***, ***ingenuiles*** *atque* ***serviles***, Script. II. p. 668. Inde Rudolfus Fuldensis († 768) hausit, quae narrat in Translatione s. Alexandri c. 1 (cfr. pag. 42. not. 40), quem verbum ad verbum secutus est Adamus Bremensis († 1072) in hist. eccl. I. c. 6, Scriptor. VII. p. 286. Cfr. Hucbaldi († 930) V. Lebuini (p. 46. not. 73), Widukindi ann. I. c. 14: *Saxones, parte agrorum cum amicis auxiliariis vel manumissis distributa, reliquias pulsae gentis* (Thuringorum) *tributo condemnaverunt, unde usque hodie gens Saxonum triformi genere et lege praeter conditionem servilem dividitur*, Script. III. p. 421. Vocati sunt nobiles Saxonici saeculo nono ex auctoritate Nithardi et Hucbaldi *edhilinge* vel *edlinge* patrio in sermone, quo vocabulo inter leges antiquissimas sola Thuringorum lex c. 1. 4. 6. 8. 12. 16 *(adalingus)* utitur, aeque atque Frisionum leges et diplomata saecul. XIII—XV; cfr. Legg. III. p. 656, Fries. Wörterbuch p. 720. In ipsa autem Saxonia vox *edheling* postea minus usitata fuisse videtur, reperitur tamen nonnusquam, exempli gratia in picturato chronico: *dat heren darvan rittermatsche menne, unde heten de eddelinge der borger*, Leibnitii script. rer. Brunsvic. III. p. 305. Praeterea complures vici huc sumpserunt nomina, cfr. ***Edhelinge-rode*** (nunc Elligerode prope Gandersheim), Harenberg Gandersheim p. 437. 533. 534, Lüntzel Diöcese Hildesheim p. 281; ***Ethelinc-thorp*** (nunc Etlingtorp) dipl. Monast. a. 1201 Kindlinger Münster. Beitr. III. p. 113. ***Wernerus de Oethelinge***, dipl. a. 1226 com. Ravensberg. Kindlinger M. B. III. p. 162; ***Anselmus de Odelinc-husen***, dipl. a. 1248 et 1249, Kindlinger M. B. III. p. 177. 181. Cfr. Graff Sprachschatz I. p. 141 ss.; Grimm Wörterbuch III. p. 28; Waitz Verfassungsgeschichte (ed. altera) I. p. 192. — Ab antiquis nobilibus Saxonicis originem ducunt nobiles illi, quos initio decimi tertii saeculi auctor speculi Saxonici dicit *scepenbare vrie;* cfr. Stobbe in Zeitschrift für Deutsches Recht XV. pag. 323 sqq. 5) ***Tertia manu iuret]*** id est: ipse cum duobus aliis viris nobilibus; similiter c. 6. 9; cfr. c. 17: *tribus iurantibus;* item c. 2: *sexta manu iuret* = ipse iuret cum quinque aliis, c. 7: *undecima manu* et c. 52: *sua duodecima manu* = ipse iuret cum 11 hominibus eiusdem ordinis (= c. 3. 4. 5. 10. 18: *cum undecim*, c. 16: *sacramento duodecim hominum*). 6) *Sacramentum duodecim hominum* (c. 16) id est rei ipsius *cum undecim* hominibus eiusdem conditionis (c. 3—5. 10. 18, cfr. not. 5), quod dicebatur *plenum sacramentum* (c. 17), numerosissimum fuit, quod ex antiquo iure Saxonico umquam dandum fuit; postea multo frequentiorem numerum in Germaniae regionibus simul iurasse, notissimum est. Iusiurandum autem illud *sua duodecima manu* editum exaequabatur (c. 3. 7. 10. 16) 120 solidis a reo solvendis, qui simpliciter liti, dupliciter ingenui, duodecies nobilis hominis weregeldum reddiderunt itaque plerisque pecuniis componendis, quae nobis in lege Saxonica occurrunt, tamquam fundamentum subiacent; cfr. Zur Lex Saxonum p. 376—394. Ex hoc nascitur, ut et cum singulis portionibus 120 solidorum aequae partes duodecim iurantium respondeant et numerus iste multiplicatus adhuc ad eosdem duodecim solidos aequiparetur. Illud demonstrat cap. 2: 60 *solidos* (i. e. dimidium liti weregeldum) *vel sexta manu* (i. e. $\frac{12}{2}$) *iuret*, c. 1: 30 *sol.* (i. e. quartam weregeldi partem) *vel tertia manu* (i. e. $\frac{12}{4}$) *iuret;* hoc cap. 4: 180 *sol.* (i. e. $\frac{3\times120}{2}$) *vel cum undecim iuret*, c. 5: 240 *sol.* (i. e. 2×120) *vel cum undecim iuret;* cfr. c. 52: *si domino factum servi* (homicidium nobilis alicuius hominis) *imputetur, sua duodecima manu iurando se purificet*, c. 17. 16. 18. Alia quaedam, ut ita dicam, iuramentorum series ita formata est, ut minima Saxonica componendorum leviorum scelerum mulcta duodecim solidorum ab eo, cui facinus imputatum sit, uno sacramento negetur, sicque iste se esse insontem coarguat; atque ut ipsa mulcta ter sumpta interdum solvenda est, ita reo cum duobus, id est *tertia manu*, iisdem in casibus innocentia ipsius probanda est; cfr. c. 8: 12 *sol. conponat, vel iuret*, c. 6. 9: 36 *sol. conponat, vel tertia manu iuret*, c. 17: 36 *sol. conponat vel tribus iurantibus negetur.* Cfr. Grimm Rechtsalterthümer p. 676; Gaupp Recht und Verfassung der alten Sachsen p. 90; Wilda Strafrecht p. 340. 358. 363; Legg. III. p. 673. not. 57; Zur Lex Saxonum p. 391. 7) *Si os paruerit]* Cfr. c. 5: *si os fregerit.* Sub ossis voce cum hic tum compluribus in legibus Germanicis intelligenda est calva. Rem demonstrat leg. Fris. XXII, 5—7:

5. Si os fregerit, vel wlitiwam[a. 8] fecerit, corpus vel coxam vel brachium perforaverit[9], 240[b] solidos[c. 10] vel[d] cum undecim[e] iuret.

6. Si[11] gladio vestem seu scutum alterius inciderit, 36 solidos[f] conponat[g], vel tertia manu iuret.

7.[h] Si[12] per capillos alium conprehenderit[i], 120 solidos[k] conponat[g], vel undecima manu iuret[l].

8. Quicumque[m] gladio[n] stricto super alterum[o] cucurrerit et retentus ab alio fuerit, 12 solidos[13] conponat, vel in manu[14] liti[15] sui vel sua arma[p. 16] iuret.

a) uulitiuam *Corb.*; uulitiuā *Her.*; uultauam *Spang.*; aultinam *Til.* b) sol. CXL *Til.* c) culpabilis iudicetur *addit Spang.* d) aut *Spang.* e) cum XII *Spang.* f) sol. XXXVI *Til.* g) componat *Her.*; *itaque Heroldianam editionem legenti ubique* componere, *nusquam* conponere *occurrit.* h) *in indice Spangenbergiano capitulum* 7. *adnumeratum esse videtur cap.* 6, *itaque cap.* 8. *dictum est cap.* 7. *etc.* i) cōprehenderit *Til.*; comprehenderit *Her.* k) sol. CXX *Til.* l) vel cum XII iuret *Spang.* m) quicūque *Her. et Til.* n) gladium *ind. Spang.*; gladiō^{m} *text. Spang.* o) alium *Spangenb. text.*; alterum *Spang. index, Corb., Her., Til.* p) sua arma iuret *Corb.*; ꝑ *[i. e. per]* sua arma iuret *Her.*; in sua armata iuret *Spang.*

Si eum (i. e. liberum) *percusserit, ut testa appareat, cum duobus solidis componat; si os perforatum fuerit, duodecim solidos componat; si membranam, qua cerebrum continetur, gladius tetigerit,* 18 *solidos,* quarum positionum secundam legis Frisionum additio, quae triplam compositionem vulnerum protulit, ita repetiit, ut dixerit III[a], 23: *Si quis alium in caput ita* (corr. *ictu?*) *percusserit, ut testa perforetur, ter* 12 *solidis componat.* De eadem re statuit lex Thuringorum c. 8. 9: *Os fractum adalingo* 90 *sol. conponatur, aut duodecim hominum sacramento negetur; libero* 30 *solidis conponatur, aut* 6 *hominum sacramento negetur;* et lex Sal. XVII, 3: *si quis alterum in caput plagaverit, ut cerebrum apareat, solidos* 15. Alius autem isque communis sensus inest ossis voci in leg. Rib. III, leg. Fris. XXII, 60. 8) *Si wliti-wam fecerit,* 240 *solidos]* i. e. si quis quo vulnere nobilis hominis faciem deformaverit, compositionis loco solvat 240 solidos = sextam partem totius weregeldi hominis nobilis. De Germanica voce *wlitiwam* eiusque usu et origine cfr. Legg. III. p. 685. not. 59. Lex Thur. c. 23 constituit: *Wlitiwam* (liberi) 50 *solidis* (i. e. quarta weregeldi eius parte) *conponat vel cum* 6 *iuret;* l. Fris. Add. III[a], 16: *Si ex percussione deformitas faciei illata fuerit, quae de* 12 *pedum longitudine possit agnosci, quod wlitiwam dicunt, ter* 4 *solidis componatur;* leg. Aethelb. regis 56: *aet þam laerestan wlitevamme* 3 *scillingas,* Schmid Angels. Ges. p. 6. Cfr. Wilda Strafrecht p. 746. 9) Si quis cui corpus vel coxam vel brachium perforasset, ex lege Saxonum sexta parte weregeldi hominis vulnerati ei componendum erat. Similia scelera similibus suppliciis ex legibus populorum finitimorum vindicata sunt; cfr. leg. Thur. c. 10. 11: *Corpus transpunctum similiter* (i. e. adalingo 90 sol., libero 30 sol.); *coxa vel brachium transpunctum ut sanguinis effusio* (i. e. adalingo 30 sol., libero 10 sol.); leg. Fris. XXII, 60: *Si coxam supra genu vulneraverit et os transversum fregerit vel praeciderit* (scilicet libero homini), 12 *solidos,* c. 84: *Si quis brachium vel coxam alterius transpunxerit,* 6 *solidos componat;* add. III[a]. c. 61. 62 (quae attinent ad Frisiam occidentalem): *si brachium supra cubitum aut coxam transpunxerit, ter sex solidos componat; si brachium sub cubito aut tibiam transpunxerit, ter* 3 *solidos componat;* iud. Wulemari 7, Legg. III. p. 698; leg. Rib. tit. IV: *Si quis ingenuus alterum transpuncxerit aut infra costas plagaverit,* 36 *solidis culpabilis iudicetur.* 10) Nihil dubitem, quin verba *culpabilis iudicetur,* quae solus codex Spangenbergianus hic addit, aliena fuerint ab originali legis Saxonicae textu, atque postea ei sint adiecta. Nam neque lex Saxonum neque lex Thuringorum neque lex Frisionum nisi tit. XVIII, 1 usquam iis utitur, sexcenties autem lex Salica atque lex Ribuariorum. 11) De ignominia ipsa allata, quam hoc 6. capitulum commemorat, cfr. Wilda Strafrecht p. 776. 603; Friesisches Wörterbuch s. v. *wed-skredene.* Poena autem 36 id est ter duodecim solidorum est triplicata minima mulcta, v. not. 6. 13. 37. 12) Capitulo 7. edicitur, ut si quis quem per capillos comprehenderit, itaque ei contumeliam fecerit, duodecimam weregeldi partem poenae loco solvat. Simillima leguntur in lege Frisionum XXII, 65: *Si quis alium* (i. e. liberum) *iratus per capillos comprehenderit, duobus solidis componat, et pro freda* 4 *solidis ad partem regis,* et Add. III[a], 40: *si illum per capillos comprehenderit, similiter ter* 4 *solidos componat.* Pecunias mulctaticias diversis in legibus constitutas cum respiciamus, docemur priore aliquo tempore maiorem scelerum numerum solvenda minima mulcta sive simpliciter sive tripliciter sumenda componendum fuisse, postea vero iisdem commissis weregeldi aliquantam partem fuisse pensandam; itaque hic ex lege Saxonum edicta poena recentioris est iuris quam quae in Frisica lege promulgata sit. Germanice ipsum crimen dictum fuit *fax-fang,* v. ad leg. Fris. l. l. Legg. III. p. 679. not. 97 et Wilda Strafrecht p. 777. 13) De ipso crimine, cuius capitulum hoc mentionem facit, confer Wilda Strafrecht p. 603. 776. Iam supra exposuimus in nota 6, omnes numeros pecuniarum ex lege Saxonica solvendarum aut ex weregeldorum partibus et quidem ex numero 120 aut ex mulcta minima 12 solidorum formatos esse. Huic igitur numero simplici hic occurrimus. Wilda Strafrecht p. 455–469 comprobavit, Thuringis exceptis apud omnes populos Germanicos minimae mulctae summam eandem fuisse atque minoris banni vel fredi, eamque duodecim solidis valuisse apud Burgundiones, Frisiones, Saxones, Alamannos, Baiuwarios. Unde nascitur, ut bannus minor antiquus Saxonicus fuerit duodecim solidorum, cfr. p. 45. not. 66, ad leg. Sax. c. 36. not. 92, et adnotata ad cap. Sax. c. 3. 4. 14) Cfr. leg. Fris. Add. III[b]: *solus iuret in manu proximi.* 15) De litorum conditione cfr. not. 4. 31. 41. adnotata ad c. 65. 16) *In manu liti sui vel sua arma iuret]* In legis textu constituendo ut discedam a Merkelio, qui Lex Sax. p. 9 secutus Spangenbergianum codicem

9. Si quis alium[a] de ponte vel navi[b] vel ripa in flumen inpinxerit[c, 17], et ille evaserit, 36 solidos[18] conponat[d], vel tertia manu iuret; (10.) si conprehenderit et ita in aquam proiecerit, 120 solidos[19] conponat[e], vel cum undecim[f] iuret.

11. Qui oculum unum[20] excusserit, 720[g] solidos conponat; si[h] ambos 1440 solidos

a) aliud *Til.* b) manu *Her.* c) impinxerit *Her. et Til.* d) XXXVI sol. componat *Spang.*: sol. XXXVI. componat *Til.* e) CXX sol. componat *Spang., Her.*; sol. CXX componat *Til.* f) XII *Spang. et Til.* g) DCCXX sol. *Spang.*; DCXX sol. *Her.*; sol. DCXX *Til.* h) qui ambos sol. MCCXL *Til.*, *omissa voce* conponat.

lectionem *vel in sua armata* optimam duxit, id me allicit, quod cum Spangenbergianus codex plurimis librarii mendis depravatus est, tum omnino ignoratur umquam in manu liti sui armati quemquam iuravisse. Duplex enim fuit iurisiurandi genus antiquissimum Saxonicum, atque utrumque hoc in capitulo reperimus: iuramentum *in manu liti* atque iuramentum *per* sive *in sua arma*, quibus, cum Saxones christiani redditi erant, accessit iusiurandum in ecclesia aliqua per reliquias datum; cfr. cap. de part. Sax. c. 32. pag. 46. c. not. 69. Neque nisi posteriore tempore, quo iusiurandum *in arma* iam inusitatum fuit, verba illa ita non correcta sed depravata esse videntur, ut scribatur: *in sua armata* (Spang.). Ipsum autem iurandi morem praeter Saxones constat fuisse Francorum Danorumque. De Saxonibus paganis rem memoriae prodiderunt Fredegarius libr. V. c. 74: *Saxones* (circa annum 631) *sacramentis, ut eorum mos est, super arma patratis pactum pro universis Saxonibus firmant*, Gesta Dagoberti c. 31 et Aimoinus libr. IV. c. 26: *hoc pactum sacramento quidem super arma, ut Saxonibus mos erat iurantibus firmatum.* Leibniz Scriptores rer. Brunsv. I. pag. 67. Similiter nos docet capitulare quoddam a Childeberto rege circa 550 promulgatum, paganos Francos eundem ritum secutos esse, christianos eum commutavisse, cfr. cap. 4: *quando illi* (i. e. Franci) *legem conposuerunt, non erant christiani; propterea in eorum dextera et arma eorum sacramenta adfirmant. Sed post ad christianitatem fuerunt reversi; propterea in eorum arbitrio ad sacramento revocaverunt, nam non per arma eorum* etc., Legg. II. p. 6. Eademque referunt annales de Danis paganis; v. Ann. Einhardi a. 811: *condicta inter imperatorem et Hemmingum Danorum regem pax propter hiemis asperitatem, quae inter partes commeandi viam claudebat, in armis tantum iurata servatur; donec redeunte veris temperie et apertis viis, congredientibus ex utraque parte Francorum scilicet et Danorum duodecim primoribus, pax confirmatur datis vicissim et secundum ritum ac morem suum sacramentis*, Script. I. p. 198; Ann. Fuld. a. 873: *iurabant* (Dani) *etiam iuxta ritum gentis suae per arma sua, quod nullus regnum regis inquietare deberet*, Script. I. p. 386. Neque dubitem, quin olim Langobardi, Alamanni, Baiuwarii eadem iurandi ratione usi sint, quamquam nihil traditum habemus nisi quo recentius illud iurisiurandi genus esse coniiciamus. Cum enim istae nationes christianam ad doctrinam conversae essent, maiora ut ita dicam iuramenta per reliquias sanctorum dabant, minora *in armis* hanc ad causam sacratis; cfr. leg. Baiuw. XVII, 6: *solus iuret cum sua manu, postea donet arma sua ad sacrandum, et per ea iuret* (ultima verba nonnullis tantum in codicibus leguntur) Legg. III. p. 327; edict. Rothar. c. 359: *sibi sextus iurit ad arma sacrata*; ib. c. 363; leg. Alam. 92, 1 lectionem variam: *in arma sua sacrata* loco verborum: *in arma sua sacramenta* Legg. III. pag. 78. Utriusque autem iurisiurandi simile statuit lex Frisionum III, 5. XII, 1, quae iubeat iurari *in reliquiis, si res grandis est, in vestimento autem vel pecunia*, si res minor sit. Cave dictis rebus adnumeres leg. Rib. XXXIII, 1. Cfr. Dreyer Vermischte Abhandlungen I. p. 173—204, I. Grimm Rechtsalterthümer pag. 165. 896, Zur Lex Saxonum p. 119. 120. Ceterum errare Siegel Deutsches Gerichtsverfahren I. p. 229, cum censeat iusiurandum *in armis esse iuramentum hominis armati*, fusius expositum est Legg. III. pag. 661. not. 44. 17) *Si quis alium . . . in flumen impinxerit]* i. e. impegerit, v. indic. ad leg. Fris. Legg. III. pag. 704. Ut lex Saxonum in cap. 9 et 10 duos huius sceleris gradus discernit, ita lex Frisionum idem dividit; cfr. l. Fris. XXII, 83: *si quis alium* (i. e. hominem ingenuum) *iuxta aquam stantem impinxerit, et in aquam, ita ut submergatur, proiecerit, 4 solidos componat, et pro freda solidos* 2, cuius loco additio III[a], 41 constituit: *ter 4 solidos componat*; l. Fris. add. III[a], 66: *Qui alium in flumine, vel in qualibet aqua, in profundum impinxerit, ut pedibus terram tangere non possit, sed natare debeat, ter 12 solidos componat.* Ius igitur antiquum Frisicum in laudatis legis capitulis crimen, cuius Frisicum nomen fuit *wapul-depene*, ita distinxit, ut minus commissum sit in eum, qui de ripa fluvii in aquam, maius autem in eum, qui de navi vel de ponte in profundiorem aquam profluentem deiectus fuerit, quam cuius fundum pedibus tangere potuerit. Eandem criminis differentiam statuere legem Saxonicam, vix credam, quia poena secundo in capitulo edicta nimis magna esse videatur. Similia promulgantur in leg. Baiuwar. IV, 17: *Si quis alium de ripa vel de ponte in aquam impinxerit quod Baiwarii in unwan dicunt, cum 12 solidis componat*, Legg. III. p. 292 (c. not. 84), in lege Sal. 41, 5 (ed. Merkel p. 23): *Si quis hominem ingenuum in puteum iactaverit et vivus inde exierit, solidos 100 culpabilis iudicetur*, et in iure territoriali Dietmarsico §. 101: *eft en man in dat water schoven worde, alzo dat eme dat water over dat hovet ginge, de dat dat schal beteren 90 schillinge unde deme richte 90 schillinge.* Cfr. Wilda Strafr. p. 601. 604. 778, Legg. III. p. 681. not. 15, p. 689. not. 20 et 21. 18) 36 *solidos]* i. e. ter duodecim solidos componat; cfr. p. 48. not. 6, p. 49. not. 13. 19) 120 *solidos]* i. e. antiquum weregeldum Saxonicum, cfr. c. 3. 7. 16. 13, et p. 48. not. 6, p. 52. not. 27. 20) Ut ex lege Saxonica unus oculus excussus dimidio hominis laesi weregeldo, itaque ambo oculi toto eius weregeldo componendi sunt, ita ex legibus finitimarum nationum eadem crimina iisdem poenis affecta sunt; cfr. leg. Thur. c. 12: *Oculus unus vel ambo excussi adalingo 300 solidis conponantur*, i. e. dimidio eius weregeldo; leg. Fris. XXII, 46: *si*

conponat. Similiter de una aure[21] vel ambabus, si surdus efficitur; similiter de naso, si[22] abscisum[a] fuerit, 720 solidos[b] conponat. Similiter[c] de manibus, de pedibus, testiculis[d], si unum abscisum fuerit, 720 solidos, si ambo[e] 1440 solidos conponat[23].

12. Si auricula, vel oculus[f], vel[g] nasum[h], vel manus, vel pes, ita percussa manca[24]

a) abscissus *Her. et Til.* b) sol. DCCXX *Til.* c) *loco verborum:* Similiter... conponat *offert lectori Tilius:* Testiculū si unus abscissus fuerit, sol. DCCXX cōponat; similiter de manibus et de pedibus, *omissis verbis:* si ambo 1440 solidos conponat. d) testiculis, si unum abscisum fuerit *Spang.*; testiculus, si unum abscisum fuerit *Corb.*; testiculus, si unus abscissus fuerit *Her.* e) ambos *Spang.* f) si auriculam uel oculum *index Spang.* g) vel *deest Spang. text.* h) nasus *Til., Her.*

totum oculum eruerit (excusserit leg. Fris. add. III[a], 47*), medietatem weregildi sui componat*, Legg. III. p. 677 (c. not. 84), leg. Sal. XXIX, 1, leg. Ribuar. V, 3: *si quis ingenuus ingenuo oculum excusserit, centum solidis* (i. e. dimidio weregeldo) *culpabilis iudicetur.* Omnino retinuit antiquissimum ius Saxonicum Speculum Saxonicum II, 16. §. 5: *Den mund, nase unde ogen, tunge, oren unde des mannes gemechte, unde hende unde vote, dirre iewelk, wirt die man dar an gelemt unde sal man't ime beteren, man mut it ime gelden mit eneme halven weregelde.* Cuius loco ius Dietmarsicum quartam weregeldi partem praescripsit, cfr. Landrecht a. 1448. §. 93. 21) Antiquo Saxonico simillimum est et ius aequale complurium gentium Germanicarum et posterius Saxonicum. Cfr. leg. Thur. c. 24. 25: *Qui alium percusserit, ut surdus fiat, adalingo* 300 *solidos* (i. e. dimidium weregeldum) *conponat, libero* 100 *solidos conponat;* et c. 14: *auris similiter* (i. e. abscisus adalingo 300 solidis conponatur, libero 100 solidis); leg. Rib. V, 1: *Si quis ingenuus ingenuo auriculam excusserit, ut audire non possit, centum solidis* (i. e. dimidio weregeldo) *culpabilis iudicetur;* l. Alam. LX, 2 et leg. Baiuw. IV, 14. Itaque cum prius ius Frisicum aliam poenam sanxisset, a Karolo Magno rege easdem ad rationes correctum est; v. leg. Fris. XXII, 1: *Si quis alium* (i. e. liberum hominem) *per iram in capite percusserit, ut eum surdum efficiat, 24 solidos componat,* et Add. III[a]. c. 8: *medietas mulctae* (i. e. $53\frac{1}{3}$ solidorum vel weregeldi) *componatur,* cfr. Legg. III p. 673. not. 58. — Quod Speculum Saxonicum II, 16. §. 5 et Dithmarscher Landrecht a. 1448. §. 93 praescribunt, supra in not. 20 commemoravi. 22) *De naso, si abscisum fuerit]* homini nobili, 720 solidos i. e. dimidium eius weregeldum malefactor ut solvat, edicit lex Saxonica. Eademque poena in idem scelus sancita est variis legibus Germanicis. Cfr. leg. Thur. c. 15: *Nasus abscisus similiter,* i. e. dimidio weregeldo componatur; leg. Rib. V, 2: *Si nasum excusserit, ut muccare non possit, centum solidis culpabilis iudicetur;* leg. Sal. XXIX, 1: *Si quis alterum nasum amputaverit, solidos* 100 (i. e. dimidium weregeldum) *culpabilis iudicetur;* leg. Alam. LX, 10; leg. Baiuw. IV, 13; Sachsenspiegel II, 16. §. 5 (v. not. 20). Itaque antiquissima constitutio legis Frisionum XXII, 10: *si nasum* (hominis liberi) *absciderit, 24 solidos* (i. e. duplicem mulctam minorem) *componat* easdem ad rationes commutata est additione legis Fris. III[a], 10: *si nasus abscissus fuerit, ter 22 solidos et tremissem componat,* quae verba emendanda esse coniiciebantur Legg. III. pag. 674. not. 67 in *ter 26 solidos et duos tremisses,* i. e. dimidium hominis liberi weregeldum. 23) *De manibus, de pedibus, testiculis, si unum* (homini nobili) *abscisum fuerit, 720 solidos* (i. e. dimidium weregeldum), *si ambo, 1440 solidos* (totum weregeldum) *conponat]* Cfr. leg. Thur. c. 15: *manus vel pes abscisus similiter,* i. e. 300 sol. vel dimidio weregeldo nobilis hominis Thuringici componatur; leg. Thur. c. 16: *qui adalingo unum vel ambos testiculos excusserit, 300 solidos conponat;* leg. Rib. V, 4. 8, VI: *Si manum excusserit, centum solidis* (i. e. dimidio weregeldo) *culpabilis iudicetur. Si quis ingenuus ingenuo pedem excusserit, centum solidos componat. Si quis ingenuus ingenuum castraverit, ducentis solidis* (i. e. weregeldo) *culpabilis iudicetur; aut si negaverit, cum duodecim iuret;* l. Sal. XXIX, 1. 7; leg. Fris. XXII, 27: *si manus* (hominis liberi) *in ipsa iunctura, qua brachio adhaeret, abscisa fuerit, 45 solidis componat,* qui 45 solidi ex adnumeratis singulorum manus membrorum mulctis compositi sunt; l. Fris. XXII, 77: *si brachium iuxta scapulam abscissum fuerit, tribus solidis et tremisse componatur* (corrige: $53\frac{1}{3}$ sol. i. e. pleno weregeldo); l. Fris. Add. III[a], 1. 58, II, 1—9; leg. Fris. XXII, 62: *si pes totus abscissus fuerit,* 14 (corr. 45) *solidis componatur,* quae constitutio secundum congruentes iuris Germanici posterioris regulas emendata est in Add. leg. Fris. III[a], 1: *pes ex toto abscissus componatur ut manus, id est* $53\frac{1}{3}$ *solidis;* l. Fris. XXII, 58: *si unum testiculum excusserit, dimidium weregeldum, si ambo totum componat;* l. Fris. Add. III[a], 58. 60. Idemque decretum est in Speculo Saxonico II, 16. §. 5 (v. not. 20); cfr. Dietmars. Landrecht §. 93: *is eneme manne de hant ave hauwen, efte de voet, dar schal me vor beteren 50 mark,* i. e. quartam weregeldi Dietmarsici partem. 24) De mancationibus leges finitimarum gentium Germanicarum iuri Saxonico simillima praescribunt. Cfr. leg. Rib. V, 6: *in omni mancatione, si membrum mancum pendiderit, medietatem componat quam componere debuerat, si ipsum membrum abscissum fuisset;* leg. Thur. c. 15: *si* (membra laudata) *manca pependerint, medietas conponatur;* leg. Fris. XXII, 76—79: *si manus percussa manca pependerit, dimidio* (c. 78: *medietate*) *conponatur, quo debuit, si fuisset abscissa,* et cetera membra similiter, ibid. 20. Ex lege Salica XXIX, 2 mulcta aliquanto maior solvenda est quam dimidia, si membrum laesum *mancatum pendiderit.* Mancationem autem in legibus Frisicis posterioribus *lemethe* dictam atque de eadem plurima ibidem edicta esse, expositum est Legg. III. p. 680. Speculum quidem Saxonicum II, 16. §. 5 (v. not. 20) voci *gelemt* nullum sensum subiungit nisi *wondet,* i. e. vulneratus, neque eam membrorum debilitatem dictorum est, quam laudati loci et Tiliana lectio ad leg. Sax. c. 16 adnotata mancationem appellant; cfr. Specul. Saxon. auctum ed. Ortloff IV, 7. d. 1: *nu vornempt, wy mancherley lemde sy: dy erste is, do eyn man gestochen wert.., dat her blint wert; dy ander ist, deme dy nase wert abgehouwen.*

loco remanserint vel pependerint[a], medietatem supradictae conpositionis exsolvat[b]; si movere ipsum membrum[c] possit, quartam partem conponat[d].

13. Pollex[25] totus abscisus[e] 360[f] solidis conponatur[g]; si dimidius, 180[h] conponatur[i] Si[k] minimus[kk] totus, 240 solidis[l]; si unum digiti membrum[m], 80; si duo membra, 160[n]; si totum, ut supra[o]. Si index, 180; et per singula membra[p] tertia pars totius multae[q] conponatur. Medius et medicus, uterque 120 solidis[r] conponatur[s]; et per membra[t] eorum, ut de ceteris dictum est. — Pollex pedis[26] medietate pollicis manus[u] conponatur; tres articuli medii[v] medietate conpositionis medici et medii[w] digitorum conponantur[x]; minimus articulus medietate unius de tribus articulis conponatur.

[II[y], 1—10.] 14. Qui nobilem occiderit, 1440 solidos conponat[z, 27]; ruoda[a, 28] dicitur

a) remanserunt vel pependerunt *Til.* b) conpositionis supradicte exsoluat *Spang.*; supradicte conposicionis exoluat *Corb.*; supradictae compositionis exsolvat *Til.* c) menbrum *Spang.* d) componat *Spang. et Her.*; conpositionis *Til.* e) abscissus *Her.*, *Til.* f) CCXL *Spang.* g) conponatur *deest Til.* h) CLXX *Spang.*; CLXXX solid. *Her.* i) conponatur *deest Til.* k) *vide sub* o. kk) mininus *Corb.* l) CCXL sol. componat *Spang.* m) digitum membrum *Spang.* n) menbra CXL *Spang.* o) *omissis verbis* si minimus... supra *in edit. Tiliana legitur:* si minimus, si totus ut supra. p) menbra *Spang.*; mēbra *Til.* q) mulctae *Her.*, *Til.* r) uterque sol. CXX *Til.* s) conponatur *deest in Til.* t) menbra *Spang.*; mēbra *Til.* u) policis manu *Spang.* v) medii *deest in Til.* w) medii et medici *Til.* x) componatur *Spang.* y) *capitula* 14—23 *Heroldiana in editione* Titulum II. de homicidiis *male inscriptum formant; Heroldum autem ipsum et divisionem et inscriptionem finxisse, supra p. 7 coarguere studui.* z) componatur *Spang.* a) ruodu *Spang.*

25) Pollicis hominis nobilis pretium in lege Saxonum constitutum est in 360 solidos, i. e. $\frac{1}{4}$ weregeld., digiti quinti in 240 sol., i. e. $\frac{1}{6}$ weregeld., digiti secundi in 180 sol., i. e. $\frac{1}{8}$ weregeld., tertii quartique in centenos vicenos solidos, i. e. $\frac{1}{12}$ weregeld. Singulorum igitur quinque digitorum pretia computata efficiunt 1020 solidos, quod notatu dignum est, quia totius abscisae manus pretium ex lege Sax. c. 11 est 720 solidorum. In singulis quidem digitis taxandis variae leges Germanicae inter se valde dissentiunt. Ita lex Thuringorum manus cuiusque pretium vult esse 300 solidorum, i. e. weregeldi dimidii (c. 15), uniuscuiusque autem digiti aequaliter $33\frac{1}{3}$, i. e. $\frac{300}{9}$ solidorum (c. 19 et 20). Quin etiam vetustius ius Frisicum a recentiore distat; nam ex leg. Fris. XXII, 27—32 pollex aestimabatur $13\frac{1}{2}$ solidis, digitus secundus 7, tertius $6\frac{2}{3}$, quartus 8, quintus 6, palma 4 solidis, qui numeri summam 45 solidorum faciunt, quae item solvenda erat, *si manus in ipsa iunctura, qua brachio adhaeret, abscissa fuerit;* ex additione autem sapient. II, 2—6 pollex aequiparabatur ceterorum quatuor digitorum pretio universo, atque toti huic 3×45 solidorum summae pretium palmae 3×4 sol., et *si manus abscissa terram cadens tetigerit,* alii ter quatuor solidi adnumerandi erant, ut totius manus abscisae pretium i. e. $3\times53\frac{1}{3}$ sol. vel totum weregeldum numeris alium ad alium additis efficeretur, cfr. add. III[a], 1 et Legg. III. p. 675 not. 80. Cfr. l. Rib. V, 5—7; l. Sal. XXIX, 3—6; l. Alam. LXII, 3—14; l. Baiuw. IV. c. 11; ed. Rothar. 63—67. In Speculo Saxonico II, 16. §. 6 constitutum est: *Iewelk vinger unde ten hevet sine sunderliken bute, na deme dat ime an deme weregelde geboret, sin tegede del;* in Dietmars. Landr. §. 97: *de dume is* 25 *mark* (i. e. $\frac{1}{8}$ weregeld.), *sin scholtvinger unde sin lutteke vinger ieweder* 16 *witte unde* 8 *mk., unde de middelsten twe ieweder* 4 *mk. unde* 8 *witte.* Quot cuique digito sunt membra, tot in partes eiusdem pretium ex plerisque legibus divisum est, itaque articulorum pollicis pretium dimidia est pretii totius pollicis, ceterorum digitorum tertia pars. 26) Pedis digitorum pretium, cum lex Saxonum aliam ad rationem atque digitorum manus constituat, vult esse pollicis pretium 180 solidorum, digiti vero secundi tertii quartique, qui inter se aequi pensantur, sexagenorum, quinti denique 30 solidorum, itaque pollici octavam totius weregeldi partem, tribus digitis mediis coniunctim eandem pecuniam, minimo autem dimidiam summam addicit, quam unicuique digito medio attribuerat. Neque inest ceteris legibus Germanicis congrua ratio digitorum pedis taxandorum. Lex Thur. c. 22 constituit: *articulus pedis abscisus ut os fractum* (i. e. c. 8: *adalingo* 90 *solidis* = triplice mulcta minore) *conponatur*, lex Fris. in vetustissima eius parte XXII. 62. 63: *Si pes totus abscissus fuerit*, 45 *solidis componatur. Si pollicem pedis absciderit.* 8 *solidos componat, si proximum digitum* 7, *si tertium* 6, *si quartum* 5, *si quintum* 4 *solidos componat; reliqua pars pedis, quae inter tibiam et digitos est*, 15 *solidis componatur*, qui numeri summam 45 solidorum i. e. mulctam pedis abscisi reddunt; in additione vero sap. III[a], 1—7 edictum est, ut primus pedis digitus $3\times11\frac{1}{4}$, secundus 3×3, tertius, quartus, quintus $3\times2\frac{2}{3}$ solidis solvatur, quibus quinque numeris collectis $3\times22\frac{1}{4}$ solidi efficiuntur, et *ut pes ex toto abscissus componatur* (ter) $53\frac{1}{3}$ *solidis.* Cfr. edict. Rothar. 69—73, l. Alam. LXV, 1—3. 27) Nobilis hominis Saxonici weregeldum fuit 1440 i. e. 12×120 solidorum. Cum huic summae tum permultis ex lege Saxonum solvendis pecuniis tamquam cardinalem subesse numerum 120 vel magnum quod dicunt centum, exposui supra p. 48. not. 6 et Zur Lex Saxonum Beilage IV, inprimis p. 385. 386. Ipsam vero hanc 120 solidorum summam fuisse litorum Saxonicorum weregeldum, nos docet c. 16; eamque duodecies sumptam nobilis hominis pretium reddere, c. 16 repetit. Quantum vero liberi hominis weregeldum in Saxonia fuerit, lex Saxonum expressis verbis nusquam commemorat; fuit autem certe 240 solidorum, ut occiso nobili homine 12×120, libero 2×120, lito 1×120 solidi solvendi fuerint. Rem quidem demonstrat et lex Ribuar. XXXVI, 4: *si quis Ripuarius advenam Alamannum seu Fresionem vel Baiuvarium, aut Saxonem interfecerit centum sexaginta solidis culpabilis iudicetur,* Ribuaricus enim solidus est trium, Saxonicus duorum tremissium, ut 160 Ribuarici solidi idem valeant quod 240 Saxonici, et ista pecuniarum mulctaticiarum series, quae mulieribus raptis vel stupratis

apud Saxones 120 solidi, et in premium[a] 120 solidi.

a) inter pretium *Til.*

ex leg. Sax. c. 40. 43. 49 pensandae fuerunt (cfr. infra not. 3—5. 7. 14). Neque est cur dubitemus, quin res se ita habuerit. Quamquam enim crimine aliquo perpetrato nequaquam ubique, cum nobili homini aliqua mulcta deberetur, eius sexta pars libero homini solvenda erat, alia tamen numerandi ratio solis in mulctis pro fredo pensandis nobis occurrit, cfr. leg. Sax. c. 36, cap. Sax. c. 5. 3, cap. de part. Sax. c. 19. Itaque omnes fere viri docti aequum in modum liberi hominis weregeldum coniiciunt, cfr. Gaertner Leges tres p. 25, Eichhorn Deutsche Staats- und Rechts-Geschichte I. §. 47, I. Grimm Rechtsalterthümer p. 273, Gaupp Recht der alten Sachsen p. 103, Wilda Strafrecht p. 433, Maurer Ueber das Wesen des ältesten Adels der Deutschen Stämme p. 116, O. Stobbe in Zeitschrift für Deutsches Recht XV. p. 313, Schroeder Geschichte des ehelichen Güterrechts in Deutschland (1863) I. p. 18. not. 53, Usinger Forschungen zur Lex Saxonum (1867) p. 35 etc. Omnibus scilicet weregeldis a variis nationibus Germanicis legitime promulgatis praeter ea, quae sunt Francorum, subiacet numerus iste 120; quod ut perspicias, animum oportet advertas ad monetarum variatas regulas, quas enucleare huius loci non est. Cfr. leg. Fris. I, 1—10: *Si nobilis nobilem occiderit, 80 solidos componat..., si liberum* $53\frac{1}{3}$ *...; si litum occiderit, solidos 27 uno denario minus;* in Frisia autem orientali huius pecuniae loco 100, 50, 25, in occidentali $106\frac{2}{3}$, $53\frac{1}{3}$ et $26\frac{2}{3}$ solidi solvendi erant, quos ter sumendos esse iubet additio sapientium, v. Legg. III. p. 650. 651. Iidemque 80 solidi maiores = 120 solidi minores reddunt variis numeris multiplicati weregeldum Alamannorum, Baiuwariorum etc., v. Wilda Strafrecht p. 421 sqq. In lege Thuringorum (c. 1. 2) invenimus maiorem partem weregeldorum secundum ius Francicum (l. Sal. 41, l. Rib. 9—11. 36, l. ad Amor. 3—5) constitutam, nonnullae tamen positiones prius ius Thuringicum, quod cum Saxonum Frisionumque iure sine dubio consensit, retinuisse videntur, cfr. l. Thur. c. 45. 49. Inter omnes vero, quae exstant, leges nulla est similior praeceptorum Saxonicorum quam leges Anglosaxonicae; cfr. statut. de weregeld. §. 1: *twelf-hyndes-mannes wer is twelf hund scyllinga; twy-hyndes-mannes wer is twa hund scyllinga*, Schmid Gesetze der Angelsachsen (ed. II.) p. 314; eiusdem statut. appendic. VII, 2. §. 6; VII, 3. §. 1: *Ceorles wergeld is on Myrcna lagi 200 scillinga...; þegenes wergeld is syx swa micel, þaet bið 12 hund scillinga*, l. l. p. 396. 398; dipl. Canuti regis a. 1013—1020: *Cnut cing gret... ealle mine þegnas twelfhynde, and twihynde freondlice*, Kemble cod. diplom. nr. 731; Schmid l. l. p. 46. 400. 653. 675. 670. 28) *ruoda]* Mihi quidem capitulum hoc, quae saepissime fuit interpretatorum crux, haecce sentire videtur: 1440 solidorum est weregeldum hominis nobilis; 120 solidos dixerunt Saxones ruodam; talis *ruoda* i. e. 120 solidi weregeldo hominis nobilis insuper addendi sunt, ut ab eo, qui hominem nobilem interfecerit, weregeldi loco 12×120 et praemii loco 1×120 solidi solvendi sint. Praemium autem hocce, quae est weregeldi pars duodecima, idem putandum est, quod Speculum Saxonicum dicit *bute;* cfr. Sachsenspiegel III, 45. §. 1: *Den scepenbaren vrien lüden gift man drittich* (i. e. $\frac{1}{12}\times 360$) *schillinge to bute pündeger penninge, der solen twintich schillinge ene mark wegen. Ire weregelt sin achtein punt* (i. e. 18×20 = 360 solid.) *pündeger penninge.* Quid sibi velit mulcta illa praeter weregeldum solvenda, disputat Wilda Strafrecht p. 340. Vocabulum vero ruodae (hodie *Ruthe*) nihil dicere nisi virgam, primus demonstravit I. Grimm Deutsche Rechtsalterthümer p. 676; fuitque usitatissimum, cfr. Witzenmühlenrecht in Grimm Weisthümer III. p. 233; dipl. Hammaburg. a. 1375, Koppmann Kleine Beiträge zur Geschichte der Stadt Hamburg I. p. 36; Butjadinger Landrecht, Friesische Rechtsquellen p. 122, 6; dipl. Groning. a. 1456, Driessen Monumenta inedita p. 297; chronic. Petri Thabor. a. 1525. p. 442; *een hollantze rode helt verten voedt*, Lacomblet Archiv zur Geschichte des Niederrheins I. p. 208; dipl. Oestcapel. a. 1386, Mieris Holland. Charterb. III. p. 438 etc. In quibus exemplis omnibus ista vox significat aut virgam agrimensorum aut mensuram quandam longitudinis, neque differt a verbis synonymis *jerde* (in dialect. Fris. vetust.) = *gaerde* (Holland. recentior.) = *jaard*, vel *jord* (Fris. septemtrional.), *stang* (Sueogoth.), *virga, pertica* v. Zur Lex Saxonum p. 380 sqq. Virga vero ista, qua agrimensores utebantur, in antiqua Germania divisa esse solita est in decem pedes duodecim articulorum vel unciarum (i. e. duodecimarum partium librae); cfr. Isidor. Etymol. XV. §. 2. 3, ex eoque locum illum codicis Wessofontani saec. VIII. (M. B. VII, 374): *Pertica passus duos id est decem pedes..., est enim decem pedum ad instar calami in Ezechiele* (XL, 5) *templum mensurantis*, Legg. III. p. 278; l. Baiuwar. XIII: *pertica decem pedes habentem*, Legg. III. p. 278; *taka fäm-alna stang ok leggia tvar a attung*, Cod. iur. Ostrogotici udgifven af Collin et Schlyter p. 329; Frisch Wörterbuch III. p. 139; Kilian Holländ. Wörterb. p. 152; Bremer Wörterb. III. p. 512; Outzen Nordfriesisch Wörterb. p. 149; Zur Lex Saxonum p. 381 sqq. Quae cum ita sint, apparet virgam Germanicam in 120 articulos divisam fuisse. Unde factum esse videtur, ut ipsa virgae vel ruodae vox numero quoque 120 aequiparata sit, eaque magnum quod dicunt centum significaverit. — Ceterum priores viri docti opinione ducti, hoc in capitulo 14. liberi hominis weregeldum in 240 solidos constitutum esse, partim ruodae vocabulum partim ceterorum verborum sensum diversissimum in modum interpretati sunt. Leibnitius putavit ruodam esse virum ingenuum atque voluit capitulum 14. emendare: *Ruoda quod dicitur apud Saxones, id est ingenuum det . . . solidos*, Scriptor. rerum Brunsvicensium I. p. 78, Gaertner Leges tres Saxonum p. 23 similiter: *Qui nobilem occiderit, 1440 solidos componat; qui occiderit eum, qui ruoda dicitur apud Saxones, 120 solidos et in praemium 120 solidos.* Heineccius arbitratus ruogam dicere pecuniam mulctaticiam coniecit: *Qui nobilem occiderit, 1440 solidos componat, ruoga quod dicitur apud Saxones; si ingenuum, 120 solidos et in praemium 120 solidos.* Iacobus

15. Quicquid[29] de superioribus factis in feminam[a. 30] committitur, si virgo fuerit, dupliciter[b] conponatur, si iam enixa[c], simpliciter conponatur[d].

16. Litus[31] occisus 120 solidis conponatur[d. 32]; multa[e] vero vulnerum eius[f] per omnia

a) femina *Spang. text.*; feminam *Spang. ind.* b) duppliciter *Corb.* c) nupta *Til.* d) conponatur *deest in Til. editione.* e) mulcta *Til.*, *Her.* f) siue mancationum *addit Til.*

Grimm, quamquam primus intellexit, ruodam nihil dicere nisi virgam, coniecit hic vocabulo inesse sensum weregeldi in Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft XI. p. 392, atque proposuit, verba capituli 14. esse mutilata omissis ab aliquo librario vocabulis: *qui liberum occiderit*, 240 *solidos componat*, Grimm Rechtsalt. p. 273. Quibus Gaupp Gesetz der Thüringer p. 183 et Recht und Verfassung der Sachsen p. 102 ita usus est, ut putaret, capitulum 14, etiamsi nulla littera emendaretur, id dicere, quod alii coniecerant; *der ganze Satz*, inquit, *des Capitels* 14 *wäre hiernach folgendermassen zu übersetzen: Eine Ruthe (d. h. ein altes Freienwergeld) bedeutet so viel als* 120 *Sol.*, *und zum Lohne kommen noch* 120 *Sol. hinzu.* Sed omnino non potuit ille ullo argumento comprobare, ruodam esse weregeldum vetustum hominis liberi Saxonici, neque putanda est lex Saxonum, etiamsi illam parum verisimilem rem concederemus, verbis, quae in ipsa leguntur, usa esse, immo vero dixisset: *ruoda est apud Saxones* 120 *solidi.* Quin etiam nihil est cur putemus hoc in capitulo verba facta esse de homine libero; suo enim iure dicit Grimm l. l.: *Auffallend bleibt, dass hernach der litus duodecima parte minor quam nobilis angesetzt wird, und nicht dimidia parte minor quam liber, was dasselbe gewesen wäre.* Mihi quidem hoc argumentum videtur coarguere, nequaquam weregeldum hominis ingenui in capitulis 14—16 legis Saxonum esse promulgatum. Quamvis igitur ista Gauppii sententia a Wilda Strafrecht p. 432, Maurer Ueber das Wesen des ältesten Adels der Deutschen Stämme p. 115, Stobbe in Zeitschrift für Deutsches Recht XV. p. 313, Walter Deutsche Rechtsgeschichte ed. II. §. 419, aliisque permultis viris doctis comprobata sit, non errore me esse ductum putem eam repudiaturus. Cfr. Zur Lex Saxonum Beilage IV. 29) *Quicquid de superioribus factis in feminam committitur]* Non certe dubium est, quin haec verba ad quatuordecim capitula omnia huic 15 praecedentia referenda sint neque tamen ad solum capitulum quartum decimum, quod putandum esset, si Heroldianam legis Saxonicae divisionem approbaturus esses. Quod nos docet, Heroldianos titulos genuinae legis textui alienos fuisse, cfr. supra p. 7. 30) Mulieribus occisis simplex virorum eiusdem ordinis weregeldum, virginibus duplex hoc capitulo constituitur. Neque est cur id cum Ioh. Gottl. Muellero in fragm. observat. ad leg. Sax. in contrarium vertamus et emendemus: *si virgo fuerit, simpliciter componatur, si iam enixa, dupliciter*, cfr. Gaupp Recht der alten Sachsen p. 109. Satis enim cognitum habemus, plurimi antiquos Germanos aestimavisse virgines, cfr. Grimm Mythol. p. 63, et ceterae quoque leges iis feminis, quae partum adhuc edere possint, maius weregeldum addicunt, itaque etsi non eandem, attamen similem quandam differentiam instituunt. Lex Thuringorum c. 48 praescribit: *Qui feminam nobilem virginem nondum parientem occiderit*, 600 *solidos conponat; si pariens erit*, *ter* 600 *solidos conponat; si iam parere desiit*, 600 *solidos* (i. e. simplex hominis Thuringici nobilis weregeldum). Quocum omnino consentit lex Ribuar. XII, 1; XIII; XIV, 1, 2: *Si quis feminam Ripuariam interfecerit, postquam parturire coeperit, usque ad quadragesimum annum, sexcentis solidis culpabilis iudicetur. Si quis puellam Ripuariam interfecerit, ducentis solidis culpabilis iudicetur. Quod si puellam post quadragesimum annum interfecerit, ducentis solidis culpabilis iudicetur;* similiter l. Sal. XXIV, 6. ed. Merkel pag. 13, 54, 60. Ius Frisicum nos docet l. Fris. Add. V, 1: *si quis mulierem occiderit, solvat eam iuxta conditionem suam; similiter sicut et masculum eiusdem conditionis solvere debet*, et l. Fris. VI, 2: *si libera foemina lito nupserit ..., in compositionem mariti sui transeat.* Ceterum ipsa lex Saxonum c. 20 distinctionem, quam in capitulo 15. proposuit, omisit verbis usa: *De mulieribus similiter*, itaque propius accessit ad posterius ius Saxonicum, quale inest in Sachsenspiegel Landrecht III, 45. §. 2: *iewelk wif hevet ires mannes halve bute unde weregelt; iewelk maget unde ungemannet wif het halve bute, na deme dat sie geboren is*, et Dietmars. Landrecht p. 114: *eften vrouwe efte iuncvrouwe schaden wunne...*, *den schal me eren beteren alse eneme vrigeme modersone, unde nicht hoger.* Cfr. Grimm Rechtsalterthümer p. 404; Gaupp Gesetz der Thüringer p. 250; Kraut Vormundschaft nach den Grundsätzen des Deutschen Rechts I. p. 179; Legg. III. p. 693. not. 51. 31) De statu et frequentia litorum Saxonicorum conferenda sunt, quae ex legibus annalibusque historicis antiquissimis p. 47. not. 4 adnotavi, porro Nithard. hist. IV. c. 2. a. 842: *Lodharius* (imperator) *in Saxoniam misit, frilingis lazzibusque, quorum infinita multitudo est, promittens, si secum sentirent, ut legem, quam antecessores sui tempore, quo idolorum cultores erant, habuerant, eamdem illis habendam concederet. Qua supra modum cupidi nomen novum sibi, id est stellinga, imposuerunt et in unum conglobati, dominis* (cfr. infra not. 71. ad cap. 25) *e regno pene pulsis, more antiquo, qua quisque volebat, lege vivebat*, Mon. Germ. Script. II. p. 668 – 671. Sicut Nithardus de litis Saxonicis verba facit, quales fuerint, dum Saxones nondum a Karolo Magno victi adhuc pagani erant, itaque demonstrat, falsam esse opinionem saepissime comprobatam, ex qua litorum ordo in Saxonia nobilibus hominibus a Karolo Magno adiutis et elatis aut ortus aut auctus sit, ita multa diplomata saeculi noni et decimi coarguunt, continuo plurimos in Saxonia vixisse litos atque eodem fere iure usos fuisse, quo antea. Cfr. dipl. a. 823 Corbeiensi monasterio a Ludowico imperatore concessum: *ut nullus iudex publicus in possessiones ipsius monasterii, ad homines illius monasterii tam ingenuos quam et latos distringendos, ingredi audeat*, Erhard Regesta Westfaliae I. p. 5 (ex orig.); dipl. eidem monasterio ab eodem Ludowico inter annos 826 et 840 concessum: *quidam*

duodecima parte minor[33] quam nobilis hominis, solvatur autem[a] solido maiori[34], vel si negat[b] sua manu duodecima[c] iuret[35]. Si in turba vel seditione[d] fuerit occisus[36], conponatur ab eo, cui[e] mors eius inputatur[f], vel sacramento duodecim hominum negetur.

a) autem *Corb.*, *Her.*; aut *Spang.*, *Til.* *Lectionem* aut *ex parum intellecta voce* autem *per compendium scripta (i. e.* aut'*) ortam esse puto neque cum v. d. Gaupp Recht der alten Sachsen p.* 105. 95 *eam genuinam duco.* b) negauerit *Spang.* c) XI *Til.* d) sedicione *Corb.* e) cuius *Spang.* f) inputatur *Corb.*; imputatur *Spang.*, *Her.*, *Til.*

comites homines tam liberos quam et latos, qui super terram eiusdem monasterii consistunt, in hostem ire compellunt et iudiciario modo distringunt, quod nolumus, Erhard l. l. I. p. 7 (ex orig.); dipl. Corb. monast. a Ludowico rege a. 855 concess.: *neque ullus iudex publicus in possessiones cellulae Fischbeki in pago Leri ad homines ipsius cellulae, tam ingenuos quam et latos, distringendos ingredi audeat*, Erhard I. p. 18 (ex orig.); dipl. ab eodem Herfordensi monasterio a. 858 concess.: *casae duae dominicatae in pagis Dreini et Boroctra* (ad Lippiae fluminis ripam adiacentibus) *cum familiis* 60, *quae lingua eorum lazi dicuntur*, Erhard I. p. 18 (ex orig.); dipl. ab eodem Herford. mon. a. 859 concess.: *in ducatu Westfalorum, in pagis Grainga et Threcwiti mansi* 14 *cum familiis* 20, *qui lingua eorum lati dicuntur*, Erhard I. p. 19 (ex orig.); dipl. a Ludowico rege a. 873 monast. Corbei. concess.: *per voluntatem genitoris nostri ab omnibus publicae exactionis officiis et expeditione hostili, tam de litis quam de ingenuis hominibus terram eius incolentibus absolutionem promeruit*, Erhard I. p. 22 (ex orig.); dipl. ab Ottone rege a. 937 episcopo Hammaburgensi concess.: *si aliquis ex libertis voluerit iamundling vel litus fieri, aut etiam colonus*, Lappenberg Hamburg. Urkundenbuch I. p. 41 (ex orig.); dipl. monast. Corbei. a. 974 ab Ottone imperatore concess.: *ut a nullis comitibus ex qualibet iudiciaria potestate coloni eorum et liti ad iustitiam faciendam aliquo banno constringantur*, Erhard I. p. 49 (ex orig.); dipl. a. 976. 995 et 1002, Erhard I. p. 50. 56. 58. — Litorum nomen antiquissimum videtur fuisse apud Saxones *lete* vel *late*, qua vocabuli forma utitur Speculum Saxonicum, v. Homeyer Sachsensp. I. (ed. 3.) p. 452, apud Anglo-Saxones: *laet*, v. leg. reg. Aethelberti c. 26 ed. Schmid Gesetze der Angelsachsen p. 4; apud Frisiones *let*, v. Friesisches Wörterbuch p. 894. 896. — Omnes vero per Saxonicas regiones quin liti passim vixerint, non dubitem; sed ius, quo singuli usi sint, ubique idem fuisse, posterioris quidem temporis documenta nequaquam verisimile reddunt, quamquam omnes semper privilegiis quibusdam hominum ingenuorum eguerunt. Qua re evenit, ut alii istos latine serviles (Nithard. Script. II. p. 668 et Hucbaldus l. l. p. 364) alii libertos (Rudolfi translatio s. Alexandri Script. II. p. 675 et Adam. Brem. Script. VII. p. 267) suo quisque iure dicerent. — Cfr. Waitz Verfassungsgeschichte I. (ed. 2.) p. 125; Zur Lex Saxonum p. 244. 273—279. 32) Liti occisi weregeldum cum constituat lex Saxonica in 120 solidos, addicit ei duodecimam partem eius weregeldi, quod nobili homini debetur, dimidiam vero eius, quod ingenuo; cfr. p. 52. not. 27. Similiter saepissime leges antiquae liberis hominibus duplum weregeldum litorum attribuunt; itaque ex lege Thuringorum c. 45 liberto occiso *medietas conpositionis liberi hominis solvatur*, et ex leg. Fris. I, 4. 7. 10; XXII, 90; Add. III, 73: *hae omnes compositiones liberi hominis sunt, ...in lito medietate minores*; cfr. leg. Sal. XXXV, 4; LXXVIII; leg. Rib. IX. Posterius ius Saxonicum ab antiquo distabat, v. Sachsenspiegel III, 45. §. 4—7: *vri lüde* (i. e. biergelden, plechhaften, lantseten), *den gift man veften schillinge to bute und tein punt* (i. e. 10×20 schillinge = 200 sol.) *to weregelde. Twintich schillinge unde ses penninge unde en helling* (i. e. $20\frac{1}{2}+\frac{1}{24}$ sol.) *is der latelude bute, unde negen punt* (9 × 20 = 180 sol.) *is ire weregelt.* 33) Quid haec verba sibi dicere velint, nemini dubium esse videatur: si quis litum vel interfecerit vel vulneraverit vel ignominia affecerit, duodecimam partem eius mulctae componat, quam solvere debebat, si idem facinus in nobilem hominem commisisset. Simili aliquo dicendi modo utitur lex Frisionum XXII, 90: *nobilis hominis compositio...tertia parte maior efficitur, liti vero compositio medietate minor est quam liberi hominis*, Legg. III. p. 682. cum not. 24. 34) *Solvatur autem solido maiori*] Gaupp Recht der alten Sachsen p. 105. 95 arbitratus loco vocabuli *hominis* olim scripta fuisse verba *sive minori*, capitulum 16 ita emendaturus est: *sive minori solvatur aut solido maiori*, quam coniecturam non modo omni ratione orbam sed ceterae legi contrariam habeo. Illud enim *solvatur autem solido maiori* referendum est ad mulctam vulnerum neque tamen ad homicidiorum compositiones. Itaque capitulum 16. iubet, occiso lito solvi 120 solidos minores vel 120×2 = 240 tremisses vel 120×8 = 960 denarios Francicos vel 80 solidos maiores, id est duodecimam partem weregeldi nobilis ($\frac{1440}{12}$ sol. minor., v. c. 66), vulnerato autem laesionis mulctam maioribus solidis pendi. Quae cum ita sint, capitulum 16. non modo cum cap. 66. perbene convenit, sed idem quoque brevius praescribit, v. c. 66: *maiori solido* (i. e. tribus tremissibus) *aliae conpositiones, minori* (i. e. duobus tremissibus) *homicidia conponuntur*; cfr. Zur Lex Sax. p. 29. Neque possum non dissentire a v. d. Usinger, qui putet Forschungen zur Lex Saxonum p. 16, in antiquissimum capituli 16. textum postea praeter alia verba ea inserta esse, de quibus verba fecimus; quamquam hic meum esse non duco demonstrare, solidum maiorem nequaquam esse *eine nichtige Rechnungsmünze*. Equidem nego, inesse huic loco *eine eingeschobene Glosse*; immo nullus invenitur dissensus a reliqua lege. 35) Huius quoque capituli verba impugnant Heroldianam legis Saxonicae divisionem, quia ea ad cap. 1—13, quae Heroldus alio titulo attribuit, neque vero ad cap. 14. 15. referenda sunt; cfr. pag. 54. not. 29. 36) Cum verbis Saxonicae legis maxime ea conveniunt, quibus utitur lex Frisionum XIV, 1: *Si homo quislibet in seditione ac turba populi fuerit interfectus*, ius vero Frisicum probandi differt a Saxonico iure: ex utraque enim lege homini ab aliquo testibus nullis adhibitis accusato conceditur innocentiae defensio undecim cum ipso iurantibus viris; additur vero ex lege Frisionum sors in Frisia media, Dei iudicium in occidentali, duellum in orien-

17. Servus[a] a nobili occisus 36[b] solidis conponatur[c, 37], vel tribus iurantibus[d] negetur[e]; a libero[f, 38] vel lito, pleno sacramento[39] negetur.

18. Litus[40] si per iussum vel consilium domini[41] sui hominem occiderit, ut puta nobilem, dominus conpositionem[g] persolvat vel faidam[42] portet[h]. Si autem absque conscien-

a) Si seruus *Til., Spang. text., Spang. ind.* b) XXXV *Corb.* c) solidis conponatur *deest Til.* d) iuratoribus *Spang.* e) negatur *Her.* f) si a liberto *Til.* g) conposicionem *Corb.; compositionem Til.* h) portat *Spang.*

tali, quae silentio praeterit lex Saxonum. 37) Solidi 36, quos weregeldi loco lex Saxonum servo interfecto addicit, sunt mulcta minima triplicata. Similiter lex Thuringorum c. 3: *qui servum occiderit, 30 solidos conponat, aut si negaverit, cum quinque iuret;* lex Sal. X, XXXV; lex Rib. VIII; XXVIII: *si . servum interfecerit,. . triginta sex* (Herold.: *XXX*) *solidis culpabilis iudicetur.* Alia vero eaque varia ratio inest in iure antiquissimo Frisico; ex lege enim Fris. I, 11; IV, 1; XV, 4 in orientali Frisia servo occiso dimidium liti weregeldum solvendum erat, in orientali vero et media: *componat* (homicida) *eum iuxta quod fuerit adpretiatus, et dominus eius ipsius pretii eum fuisse sacramento suo iuraverit.* 38) Tilianam lectionem *a liberto* genuinam esse non concedam v. d. Siegel Deutsches Gerichtsverfahren I. p. 282; Tilium enim in legis Sax. textu constituendo sequi nusquam liceat. Adde quod liti Saxonici interdum a scriptoribus medii aevi liberti nuncupantur, atque nobis propterea, si lex ita scripsisset, putandum esset, interpretationis causa liberti vocabulum esse adiectum, quod legislatoris non est. Neque est cur cum Siegelio liberi vocabulum spurium habeam. Lex enim Saxonum, ubicumque hominum ingenuorum mentionem facit (c. 17. 36. 64), liberos eos dicit, quo vocabulo Thuringorum quoque et Frisionum leges ubique utuntur. Econtra capitula de part. Sax. (c. 15. 17. 19. 20) et capitulare Saxonicum (c. 3. 5) liberos Saxones appellant ingenuos, sicut Francos ingenuos l. Rib. et l. Sal. Annales atque diplomata saeculi IX et X modo hoc modo illud nomen usurpant (cfr. p. 48. not. 4, p. 54. not. 31). Ipsos vero Saxones eos dixisse *friling* i. e. ingenuiles, testis est Nithardus (v. supra not. 4 et not. 31) et Hucbaldus, quamquam perraro ista vox nobis occurrit in diplomatibus aliisque scriptis Saxonicis istius aetatis; ut exemplis utar: dipl. a. 1201 Seibertz Westfäl. Urkundenbuch I. p. 401, et in nomine *Vrylinc-husin* dipl. a. 1320 Kindlinger Münster. Beiträge III. p. 335. Neque in dubium vocare velim, quin antiquissimo iam tempore etiam vox *vrie* aut *vrie-men* in Saxonia fuerit usitata, praesertim cum posteriores medii aevi scriptores Saxonici sexcenties ea voce usi sint, sicut Frisiones *fri, frimon, frihals, friling*, Anglo-Saxones *freo, freomann* suae quisque gentis ingenuos vocaverunt. — Quod complures viri docti, ex quorum numero inter novissimos dico Seibertz Landes- und Rechts-Geschichte des Herzogthums Westfalen (1860) I. p. 127 sqq., contenderunt, eiusdem ordinis fuisse Saxones liberos nobilesque neque tamen ex origine inter se distinctos, eorum opinio cum p. 47. not. 4 laudatis verbis multorum scriptorum tum tota medii aevi historia refutatur; itaque Widukindus quoque de *triformi genere et lege* Saxonum verba facit; cfr. p. 48. not. 4. 39) *Pleno sacramento negetur]* i. e. *sacramento duodecim hominum negetur* (c. 16), v. not. 6. Dicendi quidem modum explanat leg. Sax. c. 54: *conponatur multa pleno weregeldo*, Anglosaxonicum illud *sacramentum plenum* (opp. sacramentum fractum) v. Schmid Gesetze der Angelsachsen s. v. *sacramentum*, et Dietmarsicus loquendi usus: *mit vull-eden*, Dietmars. Landrecht a. 1448. §. 74. 76 ed. Michelsen p. 28; cfr. Gaupp Recht der alten Sachsen p. 92, edict. Rotharis c. 362. 363. — Scilicet ut ex lege Frisionum ceterisque legibus Germanicis, ita ex Saxonica nobilium, ingenuorum litorumque iuramenta diversum in modum valebant, ratione habita singulorum weregeldorum, quamquam pauca admodum vestigia rem comprobant; itaque iusiurandum nobilis cuiusque Saxonis aequiparatum erat ad iuramenta sex ingenuorum vel 12 litorum. Sed quaeras, cur hoc in capitulo loco 18 ingenuorum vel 36 litorum non amplius quam 12 virorum iuramenta exposcantur. At quominus id fiat, prohibet vetus illa, quam supra p. 48. not. 6 exposui, regula, qua vetitum erat, ne plures umquam quam 12 homines ullam rem una iurando confirmarent. Sequitur ut maior multitudo in 12 homines ingenuos litosve diminuta et tale iusiurandum plenum dictum sit. Postea vero quanto in Saxonia sacramentalium numerus auctus sit, licet, cum Speculi Saxonici praecepta dubia sint, demonstrare allata regula generali Dietmarsica, v. Dietmars. Landrecht §. 99: *so menige 24 schillinge schaden he mer claget, schal he tobringen mit sunderges 12 mannen echt niger lüde*, quo numero ut ita dicam cardinali modo multiplicato modo diviso iurantium multitudo formatur. 40) Capitulum decimum octavum cum intelligere non possimus nisi animum ad cap. 50—53 adversuri, liceat hic interpretationem praeterire eamque ad ista capitula, quae rem fusius tractant, adnotare. 41) Dominus liti, cuius lex Saxonum c. 8. 18. 50 mentionem facit, occurrit nobis etiam in lege Fris. I, 4. 7. 10; IX, 2. 10. 13; XI, 2; XV, 3; XX, 3, in lege Sal. XXVI, 1 etc. Fuerunt vero litorum domini modo nobiles modo ingenui modo liti modo rex modo monasteria; cfr. l. Fris. XI, 1: *Si liber homo nobili seu libero seu etiam lito in personam et in servitium liti se subdiderit*, l. Sax. c. 65: *liti regis*, diplomata p. 55. not. 31 excerpta. Dominos vero litorum iccirco ipsos vocatos fuisse, quia Saxones Frisionesque iura sua in litos verum dominium habuerint, sine ulla dubitatione contendam; cfr. supra p. 55. not. 31 de servili eorum conditione ex variis documentis adnotata. Neque assentiam v. d. Gaupp Recht der alten Sachsen p. 105. 219, qui censet, litorum dominos nullum dominium sed mundium solum eorum habuisse i. e. tutelam quandam; expressis enim verbis lex Fris. XI, 1. 2 *servitutem* et *servitium liti* opponit *libertati* liti manumissi. Item accedere non possum v. d. Waitz Verfassungsgeschichte I. (ed. 2.) p. 176, qui coniicit servitutis vocabulo generalem tantum incertumque hic inesse sensum sicut hodiernae voci Germanico *Dienst*, dominos vero litorum eo nomine esse praeditos, quia agrorum, quos hi coluerint, illi fuerint domini. 42) *faidam portet]* idem dicit, quod *sint faidosi*, l. Sax. c. 19; praeterea tres

tia domini hoc fecerit, dimittatur[43] a domino, et vindicetur in illo[44] et aliis septem[a. 45] con-

a) et alii septem de *Spang*.

leges Saxonum faidae vocabulum usurpant: l. Sax. c. 27: *propter faidam;* c. 57. 59: *excepta faida;* cap. de part. Sax. c. 31: *de faida vel maioribus causis;* cap. Sax. c. 9: *propter pacem et propter faidam et propter maiores causas.* Similiter lex Frisionum II, 7: *faidosus permaneat;* II, 8: *inimicitias propinquorum occisi patiatur;* II, 11: *inimicitias portet;* II, 2: *nihil solvat, sed tantum inimicitias propinquorum hominis occisipatiatur, donec, quomodo potuerit, eorum amicitiam adipiscatur,* II, 3: *donec cum eis in gratiam revertatur,* II, 6. 7. 5: *donec se cum eis reconciliet;* et document. Frisic. XII saeculi: *omnes Frisones habent eorum inimicitias sive feithe cum pecunia emendare = alle Frisa mugun hiara feitha mith tha fia capia,* Friesische Rechtsquellen p. 24 c. Fries. Wörterbuch p. 730. Idemque dicendi genus inest libris, qui Longobardicum ius nobis tradunt; ed. Rothar. c. 74: *ideo maiorem conpositionem posuimus, quam antiqui nostri, ut faida, quod est inimicitia, post accepta suprascripta conpositione postponatur et amplius non requiratur, nec dolus teneatur: sed sit sibi causa finita, amicitia manente,* c. 45: *conponatur cessante faida, hoc est inimicitia,* c. 162: *ideo ita precidimus* (distributionem pecuniae weregeldi loco solutae inter hominis occisi propinquos) *propter faida posponenda, id est inimicitia pacificanda;* leg. Liutpr. de a. 731. c. 119: *resegare volumus ut inimicidias cessent et faida non habeant; si autem talis excreverit inimicitias, ...; ubi vera inimicitiam humicidii esse provocatur.* Cfr. l. Baiuw. II, 8. §. 1; capit. a. 803. c. 5, Legg. I. p. 133; capit. a. 813. c. 20, Legg. I. p. 190; Legg. III. p. 659. not. 25; Zur Lex Sax. p. 240. — Ipsa autem faidae vox sonat in dialect. Theotisc. super. vet.: *fehida* vel *gi-fehida*, in dial. Theot. sup. med.: *vehede* et *ge-vehede*, duxitque originem a verbo *fehan* vel *vehen* (odisse), cfr. Grimm Deutsches Wörterbuch III. p. 1417. — Quisquis ceteris omissis laudatos tantum legum locos perspexerit et leg. Sax. c. 27 legisque Fris. tit. I, 1 inquisiverit, nullo modo poterit cum Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer p. 388, Siegel Deutsches Gerichtsverfahren I. p. 20, aliis coniicere, faidosum eum fuisse, quem aetas posterior dixerit *friedlos* i. e. exlegem. Sed etiam accuratius rem demonstrat epistola quaedam ab Einharto 828—840 Hrabano abbati Fuldensi inscripta (in Ducheniana editione et Teuletana n. 17): *Quidam homo vester... rogavit, nos pro se apud vestram sanctitatem intercedere: ut... sibi liceat iter exercitale... omittere ac domi remanere; asserens se ad hanc remansionem magna cogi necessitate, pro eo quod faidosus sit; et cum inimicis suis, et his, qui vite eius insidiantur, hoc iter agere non audeat, praesertim cum illo comite, cum quo ire iubetur, quem sibi dicit esse inimicissimum; ... sibi curae esse, ..., ut cum exactore heribanni... se pacificet* Jaffé Bibliotheca rer. Germanic. IV. p. 469. Ergo diversissimus est hominis faidosi status ab eo, quem commemorat lex Sax. c. 28: *capitis damnatus nusquam habeat pacem; si in ecclesiam confugerit, reddatur,* et ab eo, qui dicitur *in exilium missus* l. Sax. c. 64. Atque suo iure omittit legis Frisionum titulus V. inter homines, *qui sine compositione occidi possunt* enumerationem hominum faidosorum. Immo bis vitae periculum a certis quibusdam tantum personis imminebat, atque pacem tuitionemque confirmaverunt nonnulla lege praecepta loca. Nempe homine aliquo occiso homicida ab illius quibusdam propinquis, nisi compositione soluta res pacificata erat, impune interfici potuit, atque interdum *erat faidosus, faidam portabat;* cfr. capit. a 779. c. 22, Legg. I. p. 39; capit. Aquisgr. a. 802. c. 32, Legg. I. p. 95; capit. a. 817. c. 13, Legg. I. p. 212. 316; cap. a. 829. c. 7, Legg. I. p. 354, quae supra allata sunt. Errant, qui putent, hanc faidam omnino a Karolo Magno rege vetitam esse. Econtra omnes, quas excerpsi, leges demonstrant, istum semper faidam legitimam habuisse. Sed reddidit eam et rariorem et minus crudelem. Idque ut ceterae a Karolo Magno promulgatae leges ita singula legis Saxonicae praecepta plane comprobant. Iccirco insunt in cap. de part. Sax. c. 31 et cap. Sax. c. 9 praecepta de banno regio 60 solidorum *propter faidam* solvendo, atque edicitur in lege Saxonum, ne is, qui aut animale suo damno dato aut ferro manu elapso invitus homicidii auctor extiterit aut, si litus ipsius rem perpetraverit, conscius non fuerit (c. 57. 59. 18), faidosus reddatur, sed ut compositionis pecuniam hominis interempti propinqui recipere coacti sint, aut liti dominus certe a re praestanda absolvatur. Cfr. Zur Lex Sax. pag. 241—271. 43) *Litus dimittatur a domino]* Gaupp Recht der alten Sachsen p. 119. 194 arbitratus est, haec verba idem sentire, quod: *litus manumittatur a domino.* Sed in nulla usquam lege, quae aequalis est legi Saxonum, dimittendi vocabulum id significat, nisi aliis vocabulis adiectis. Quod ut exprimatur, semper talibus occurrimus verbis, qualia insunt in capitulis leg. Baior. additis c. 6: *qui per cartam ingenuitatis dimissi sunt liberi,* Legg. I. p. 126; leg. Sal. XXVI, 1: *si quis alienum letum ante rege per denarium ingenuum dimiserit;* l. Ribuar. LVII, 1: *si quis libertum suum per manum propriam seu per alienam in praesentia regis ingenuum dimiserit per denarium;* l. Baiuw. VIII, 11: *cum virgine quae dimissa est libera* etc. Nuda vero dimittendi vox ubicumque nobis occurrit, nihil dicit nisi *ex potestate* vel *ex tuitione hominem dimittere* eumque deserere, i. e. in leg. Sax. c. 18 *litum puniendum tradere.* Cfr. capitul. in l. Ribuar. mitt. c. 5: *nemini liceat servum suum, propter damnum ab illo cuilibet inlatum, dimittere; sed iuxta qualitatem damni dominus pro ipso respondeat, vel eum in compositione aut ad poenam petitoris offerret,* Legg. I. p. 117; cap. a. 803. c. 12: *nemini liceat servum suum propter damnum a se dimittere,* Legg. I. p. 120; capit. a. 757. c. 7: *Si Francus homo acceperit mulierem et sperat, quod ingenua sit, et postea invenit, quod non est ingenua, dimittat eam, si vult, et accipiat aliam,* Legg. I. p. 28; cap. a. 813. c. 16: *nullus seniorem suum dimittat,* Legg. I. pag. 189; leg. Sax. c. 47: *habeat dotem filiisque dimittat;* l. Fris. IX, 8: *si quis puellam virginem rapuerit et violatam dimiserit;* leg. Baiuw. add. V, I, 10: *si quis servus mulierem nobilem acceperit in coniu-*

sanguineis[46] eius a[a] propinquis[b] occisi, et dominus liti se in hoc conscium non esse cum undecim[c] iuret[47].

19. Si morđtotum[d. 48] quis fecerit, conponatur primo in simplo iuxta conditionem[e. 49] suam; cuius multae[f] pars tertia[50] a proximis eius qui facinus perpetravit conponenda est[g],

a) ad *Spang.* b) propinquo *Til.* c) XII *Spang.* d) morđdotum *Corb.*; mordritoton *Til.*; mordum totum *Her.*, *Spang. text.*, *Spang. ind. Censeam* mordum *esse depravatum ex* morđ *a librario quopiam, qui litterae* đ (*i. e.* dh) *ignarus putaverit* morđ *per compendium scriptum esse loco vocabuli* mordum. e) condicionem *Corb.* f) multe *Spang.*; mulctae *Til.*, *Her.* g) est *deest Til.*

gium, at non praescivit, ita constituit, ut iterum libera esset et dimittat servum, et postea non redigatur in servitium, Legg. III. p. 461. 44) Capitulum leg. Sax. 18 ita interpretor: Si litus hominem quempiam occiderit, eius dominus culpam a lito suo commissam praestet, ac si ipse facinus perpetravisset; sed si dominus homicidii particeps non fuerit idque certis argumentis comprobare potuerit, ab omnibus vindiciis absolvatur dimittendo i. e. deserendo litum suum; quo facto interemptionis vindicatio et, ut ita dicam, ultio permissa sit consanguineis hominis interfecti in ipsum homicidam, i. e. litum, et in septem eius consanguineos. 45) Liceat in memoriam revocare legis Frisionum titulum XIV, 1. 3, ex quo vetitum erat, ne amplius septem homines capitis accusarentur, si res esset dubia, quis hominem *in seditione ac turba populi* interfecisset. Nullo vero modo rem mihi explanare videtur, quod affert Waitz Verfassungsgeschichte I. (ed. 2.) p. 71. Anglosaxonicam enim illam regulam, ex qua homine aliquo occiso tot demum homicidae consanguinei interfecti ultionem plenam atque absolutam reddiderint, quot hominum weregelda singulum ad singulum adnumerata eandem pecuniam effecerint, quae illi solvi debuit, etiamsi antiquorum Saxonum fuisse coniiceremus, nequaquam numerus septem perspicuus esset; weregeldum enim unius nobilis weregeldis 6 ingenuorum et weregeldis 12 litorum, neque vero 7 litorum ex iure Saxonico aequatum erat. 46) Quales propinquos lex Saxonica mente complectatur et consanguineos dicat, demonstrat eius capitulum 42: *si frater non fuerit, proximus paterni generis eius consanguineus*. 47) *cum undecim iuret]* Cfr. p. 48. not. 6, p. 56. not. 39. 48) Vocabulum *mordh-tod* vel *mordritod* (Til.), ex vocibus Germanicis *mordh* vel *mordri* et *tod* compositum, significabat apud veteres Germanos occultum homicidium, quo perpetrato interfector cadaver abscondidit. Saxonicum illud *mordh* sonabat in sermone Anglosaxonico *morđ*, in dialecto poematis Heliand *morth*, *morđ*, apud Frisiones orientales *morth*, apud Frisiones medios *mord*; idem, quod Saxonice est *mordri*, fuit in dial. Goth. *maurthr*, Anglosaxon. *morđr* vel *morđer*, in sermone Angliae recenti *murther*, in lingua vetusta Francica *mordr*, *murdr*; cfr. Legg. III. p. 672. not. 47; Zur Lex Sax. p. 248. not. 1. — De ipso crimine statuta insunt in l. Fris. XX, 2; l. Ribuar. XV; l. Alamann. Hlothar. XLIX, 1; l. Baiuw. XIX, 2; v. Wilda Strafrecht p. 706; Zur Lex Saxonum p. 249 sq. Posterius quidem ius Saxonicum, quod tradit Speculum Saxonicum: *alle mordere, die sal man radebraken* Sachsenspiegel Landrecht II, 13. §. 4, originem duxit a legibus imperii generalibus, cfr. treugam Henrici regis c. 8, Legg. II. p. 267. 49) *conponatur iuxta conditionem suam]* i. e. nobili homini solvantur 1440, libero 240, lito 120 solidi, suum igitur cuique weregeldum. Simili quidem dicendi genere utitur lex Fris. VII, 2: *componat eum novies, cuiuscunque fuerit* ***conditionis***, *sive nobilis, sive liber, sive litus sit*; lex Fris. I, 2: *adhibitis secum* 11 ***eiusdem conditionis*** *hominibus iuret*; diploma ab Arnulpho rege a. 887 Corbeiensi monasterio concessum: *omnes suos vasallos secum in patria ab expeditionibus vacantes abbates habeant,* ***inferioris*** *vero* ***conditionis***, *quantis opus habuerint ad*, Erhard Regest. Westfal. I. p. 26; Widuk. gest. Sax. I. c. 14: *usque hodie gens Saxonum triformi genere et lege praeter* ***conditionem servilem*** *dividitur*, Script. III. p. 421. 50) Quamquam lex Saxonum neque hic neque alias constituit, ut duae semper weregeldi partes ab ipso homicida, tertia vero ab eius propinquis solvantur, putem tamen singulari capituli 19 praecepto subesse talem regulam generalem iuris Saxonici: gradus vero propinquorum, ex quibus id exposcere legitimum erat, enumerare nequimus. Mirum in modum partim consentit, partim dissentit lex Frisionum I, 1 edicendo, ut weregeldi *duae partes ad haeredem occisi, tertia ad propinquos eius proximos pertineat*. Haec tertia weregeldi pars Frisicis in libris, qui ius saeculi XIII prodiderunt, *meitele* vel *mentele*, i. e. consanguineorum portio *(maggzahl)*, vocabatur, nusquam vero leges Saxonicas medii aevi perscrutanti occurrit. Qui Frisici illi *proximi* pecuniam dictam modo solventes modo recipientes fuerint, et quemadmodum ea postea inter istos distribuenda fuerit, medii aevi legibus Frisicis accuratissime definitum est; inprimis cfr. ius pagorum Westergo et Fivelgo, Friesische Rechtsquellen v. Friesisch. Wörterb. p. 921. Ceterum notatu dignissimum id quoque est, quod praescribit Dietmars. Landrecht a. 1448. §. 79 ed. Michelsen p. 28: *dar ein man geslagen worde, so schal de bane bliven by der swertsiden, dat andere mangeld dar id van rechte bliven schal*, et Dietmars. Landrecht a. 1539. §. 41 ed. Michelsen p. 107: *unde dat ander mangeld scholen se delen na eres slachtes rechtlicheit.* Ex antiquissimo autem iure Francico, quod Saxonico Frisicoque etiam hac in re oppositum fuit, tertiae partis loco consanguineis dimidium weregeldum addictum fuisse videtur, v. l. Sal. LXII. Cfr. Waitz Das alte Recht der Salischen Franken p. 113; Wilda Strafrecht p. 389. 394; Waitz Deutsche Verfassungsgeschichte I. (ed. 2.) p. 66. 67.

duae vero partes ab[a] illo; et insuper octies[b] ab eo conponatur[51], et[52] ille ac filii eius soli[c] sint faidosi[53].

20. Si[54] nobilis nobilem extra solum vendiderit et reducere non potuerit, conponat eum ac si occidisset; si vero reduxerit eum, emendet ei iuxta quod placitare potuerit[55]; si autem ille[d] sua sponte reversus fuerit[e], medietatem weregildi[f, 56] eius conponat. De muliere[g] similiter[57].

a) et ab *Corb.* b) ocies *Spang.* c) si illi sunt *Spang.* d) ille *deest Spang.* e) fuerit *deest Spang.* f) weregildi *Corb., Til.;* weregeldi *Her.;* uuedregildi *Spang.* g) meliere *cum littera* v *corrigendi gratia super syllabam* me *scripta, Spang.*

51) Perpetrato homicidio, quale dicebatur mordhtotum, vult lex Saxonica weregeldum novies ($\frac{2}{3}+\frac{1}{3}+8$) sumptum solvi. Eadem constitutio reperitur in lege Fris. XX, 2: *Si quis hominem occiderit et absconderit, quod mordritum vocant, novem weregildos componat*, in lege Alamann. Hlothar. c. 49: *Si quis hominem occiderit; quod Alamanni mortoto dicunt, novigildus eum soloat;* in leg. Alam. pact. II. c. 42: *Si quis mortuatus fuerit,... secundum legitimum wiregildum suum in novegildum solvatur,* Legg. III. pag. 63. 37. Quin ab antiquissimo iure Saxonum, Frisionum, Alamannorum novies multiplicandum weregeldum abhorruerit (cfr. l. Ribuar. XV, leg. Baiuwar. XIX, 2), non dubitem; atque coniiciam sicut in Frisia ita in Saxonia a Karolo Magno id fuisse introductum; cfr. Legg. III. p. 648; Zur Lex Sax. p. 249; Binding Das Burgundisch-Romanische Königreich I. p. 395. 52) Postquam ineunte capitulo 19. statutum est, ut, si quis homicidium quod dicunt mordhtod perpetraverit, partim ab ipso partim ab eius consanguineis simplex weregeldum solvendum sit, adiicitur ipsi homicidae insuper octies pensandum esse hominis occisi weregeldum. Ad haec ultima sola verba, id quod Gaupp Recht der alten Sachsen p. 117 perspectum habuit, referendum est est illud: *et ille ac filii eius soli sint faidosi*, neque ad priorem tamen capituli 19. partem. A veritate abhorruisse igitur mihi videntur viri docti, qui cum Wilda Strafrecht p. 394, Walter Deutsch. Rechtsgesch. §. 468, Waitz Verfassungsgeschichte I. (ed. 2.) p. 71 hunc locum ita interpretati sint, ut secundum ius Saxonicum homicidae alicuius propinqui numquam faidosi fuissent. Nam cum hac interpretatione reliqua omnino non conveniunt, neque quae idem capitulum 19. de proximis faidae libertatem soluta pecunia acquirentibus praescribit, neque statuta de *septem consanguineis liti*, in quibus homo a lito occisus *vindicetur a propinquis occisi* (c. 18), neque recentiores Saxonici iuris regulae, quales inveniuntur exempli gratia in documento quodam Dietmarsico a. 1323: *si aliquis...rapinam seu furtum commiserit, bona ablata debent integraliter restitui vel persolvi, quod si reus perficeret vel profugus existeret, sui proximi pro eo satisfacient*, Michelsen Dietmars. Ukb. p. 22, in Dietmars. Landr. a. 1448. §. 72: *eft dar en man enen man dale sloge unde he dat gud nicht en haddet, das he ene mede betalen konde, so schullen sine negesten totasten unde betalen den man unde de hantdadige schal gan vor den vrede*, cfr. Michelsen Sammlung Altdithmarscher Rechtsquellen (Altona 1842) p. 284. 329. 53) De statu hominis faidosi cfr. p. 56 sq. not. 42. Num hac quoque constitutione durum ius antiquum Saxonicum a Karolo Magno mitius redditum sit, ambiguum dico. 54) Ea, quae lex Saxonum c. 20 de plagio constituit, magnopere consentiunt cum iis, quae leguntur in Francorum legibus; cfr. leg. Sal. XXXIX, 3. 4 (= ed. Herold XLII, 4. 5, ed. Merkel novell. 115. p. 67): *Si quis hominem ingenuum plagiaverit et vindiderit et postea in patria ad propria reversus fuerit, solidos* 100 *culpabilis iudicetur. Si quis hominem ingenuum vendiderit et postea in patria reversus ad propria non fuerit, solidos* 200 *culpabilis iudicetur;* leg. Ribuar. XVI: *Si quis ingenuus ingenuum Ripuarium extra solum vendiderit, et iterum eum ad solum non potuerit reducere, sexcentis solidis culpabilis iudicetur, aut cum* 72 *iuret. Et si eum in solum reduxerit, ducentis solidis culpabilis iudicetur. Quod et de femina ingenua similiter convenit observare* (cfr. supra p. 33). — Ipsa lex Saxonica haecce vult observari: a) Si quis plagiatus domum non reversus sit, solvatur eius weregeldum; idem praescriptum est in leg. Sal. XXXIX. (v. supra), leg. Thur. c. 40: *solvat eum quasi occisum*, leg. Fris. XXI: *componat eum ac si ab ipso fuisset interfectus;* triplum weregeldum statuit lex Ribuar. (v. supra). b) Si plagiatus homo domum sua sponte reversus fuerit, solvatur ipsi dimidium weregeldum, quocum congruit lex Sal. XXXIX (v. supra); ex lege Frisionum XXI tali homini in orientali Frisia debebatur *weregildum suum*, in media et in occidentali duplex weregeldum poena 12 solidorum auctum: *componat ei bis iuxta quod fuerit adpretiatus, et solidos* 12 *ad partem regis.* c) Sin ille auxiliante plagiario redierit, paciscatur plagiarius cum reverso pensandam mulctam; weregeldum simplex constituit lex Ribuar. XVI (v. supra); cfr. l. Fris. XXI: *aut eum ab exilio revocare studeat.* 55) Omnino non dubium esse mihi videtur, quin Gaupp Recht der alten Sachsen p. 123 verba: *iuxta quod placitare potuerit* recte interpretatus sit: *iuxta quod inter se conveniant.* Nescio enim, qua ratione ductus Wilda Strafrecht p. 798 emendare voluerit: *man möchte hier Verwechslung und falsche Stellung der Worte vermuthen;* cfr. Zur Lex Sax. p. 295. 56) Weregeldi vocabulum perraro nobis occurrit in lege Sax., scilicet c. 20 et 54. Significat autem idem quod *man-geld* (hominis pretium); cfr. Legg. III. p. 661. not. 42. 57) Omisso discrimine, quod legis Saxonum cap. 15 (v. p. 54. not. 30) de diverso weregeldo mulierum diversae aetatis constituit, hic nobis occurrit breve praeceptum: *de muliere similiter*, sicut in lege Thuringorum c. 41: *similiter de femina*, in leg. Ribuar. XVI: *quod et de femina ingenua similiter convenit observare.* Non casu certe accidisse videtur, ut tres hae leges similiter, cum eandem rem tractent, feminarum, quas alias praeterire solent, mentionem fecerint, cfr. supra p. 33. not. 37.

21. Qui in ecclesia hominem occiderit[58] vel aliquid furaverit, vel eam[a] effregerit[59], vel sciens periuraverit[b], capite puniatur[c], (22.)[d] et[e] qui nesciens periuraverit[60], manum

a) eam *deest Til.* b) si infra patriam fuerit factam *addit Spang.; loco vocabuli* factam *Spang. postea correxit: adiecta esse, autem verba ex deperdita aliqua constitutione deprompta exeunte saeculo nono ad genuinam legem Saxonicam* factum; *haec comprobavi supra pag.* 9. c) sin autem infra patria non fuerit, in qualicumque loco fuerit, secundum illorum legem *addit Spang.* d) *capitula* 21 *et* 22 *in Tiliana editione coniuncta atque numero solo* 21 *signata leguntur.* e) et *deest in ind. Spang., Her., Til.*

58) Scelera in aliqua ecclesia facta cum lex Saxonum jusserit capitalia esse, secuta est capitula de partibus Saxoniae, quorum ex capitulo tertio tamquam ex fonte lex Saxonum hic hausit, cfr. p. 16. Idem olim in Frisia fuisse videtur homicidii in ecclesia commissi supplicium; nam lex Fris. XVII, 2 constituit: *Qui in ecclesia aut in atrio ecclesiae hominem occiderit, novies weregildum eius componat, et novies fredam ad partem dominicam*, et weregeldum atque fredum novies sumptum, legi antiquissimae Frisicae plane alienum, in lege Fris. *ex edicto regis* Karoli *processit* locumque prioris sententiae capitalis obtinuit, cfr. Legg. III. p. 648. Toto vero a iure Francorum cum talis poena omnino abhorreat, Karolus ea proclamanda non potuit rationes iuris Francici sequi; scilicet qualia praecepta adhibuerint ceterae Germanorum leges, liceat demonstrare exemplo legis Alaman. Hlothar. V: *Si quis liber liberum infra ianuas ecclesiae occiderit, ... ; ipsam ecclesiam, quam polluit, cum* 60 *sol. conponat et fiscus fredum adquirat, parentibus autem legitimum wirigildum conponat.* Quae cum ita sint, causas, quibus Karolus hic ductus fuerit, cognoscere non possis nisi animum adversurus ad antiquum templorum paganorum ius Saxonicum, quod in ecclesias christianas se transtulisse ipse Karolus Magnus (cap. de part. Sax. c. 1) enarrat. Sed nusquam memoriae proditum est, quod supplicium olim imminuerit ei, qui contempta pace templorum in iis homicida exstiterit. Quamquam quis est qui dubitet, quin gravissimo scelere in fano commisso etsi nulla maior sed eadem poena decreta fuerit, quae tot in crimina leviora sancita fuerit, i. e. capitis supplicium? Quod se ita habuisse, in notulis subsequentibus coarguere studui. Hinc eiusdem sceleris in ecclesia perpetrati poenae origo. Cfr. Zur Lex Sax. p. 184—189. 197. 233. 59) Lex Saxonum capitula de partibus secuta cum ultimum supplicium ecclesiarum effractoribus iisque decerneret, qui ibidem furtum commisissent, eius auctor paganum ius templorum Saxonicum in ecclesias transtulit. Memoriae enim traditum est, quibus poenis pagani Saxones Frisionesque ista crimina affecissent; idque capitis supplicium fuisse constat. Cfr. vit. Willibrordi c. 10: *Qui locus* (situs Fositesland in insula a Frisionibus habitata) *a paganis in tanta veneratione habebatur, ut nil in eo vel animalium ibi pascentium, vel aliarum quarumlibet rerum, gentilium quisquam tangere audebat, nec etiam a fonte qui ibi ebulliebat aquam haurire nisi tacens praesumebat ... Sed* (Willibrordus) *parvi pendens stultam loci illius religionem vel ferocissimum regis* (Radbodi) *animum, qui violatores sacrorum illius atrocissima morte damnare solebat, tres homines in eo fonte baptizavit, sed et animalia in ea terra pascentia in cibaria suis mactare praecepit. Quod pagani intuentes arbitrabantur eos vel in furorem verti, vel etiam veloci morte perire; quos cum nil mali cernebant pati, Radbodo factum retulerunt ... Vocatur vir sanctus ad regem, et multum ab eo est increpatus, quare sua sacra violasset et iniuriam deo suo fecisset;* Acta Sanct. ord. S. Benedicti. III. P. I. p. 609. 611. Adam. Brem. gest. hist. Hammaburg. IV. c. 3: *Sermo est, piratas, si quando praedam inde* (eadem ex insula Helgoland) *vel minimam tulerint, aut mox periisse naufragio aut occisos ab aliquo, nullum domum rediisse indempnem; quapropter solent heremitis ibi viventibus decimas praedarum offerre cum magna devotione;* leg. Fris. Add. Sap. XI: *Hoc trans Laubachi. Qui fanum effregerit et ibi aliquid de sacris tulerit, ducitur ad mare, et in sabulo, quod accessus maris operire solet, finduntur aures eius et castratur, et immolatur diis quorum templa violavit.* Itaque Frisicum certe ius antiquitus praecepit, ut *qui* in templo pagano *aliquid furaverit vel* (id) *effregerit, capite puniatur*, etsi saepissime dii ipsi templorum suorum violationem *ulcisci* putabantur, quibus solis apud populos Sueciam et Norwegiam incolentes poena commissa erat; v. K. Maurer Bekehrung des Norwegischen Stammes II. p. 205; Zur Lex Saxonum p. 187. not. 4. Saxonibus vero non mitius fuisse ius quam Frisionibus, pro certo habeam. Atque secundum haec iuris principia finxisse videtur Karolus Magnus poenas in sacrilegos constitutas, quae ab omnibus Francorum legibus plane distant. Cfr. Zur Lex. Sax. p. 184—189. 197—199. 233. 60) Periurii poenam cum Karolus Magnus constitueret capitalem, antiquissimum ius Saxonicum secutus esse videatur. Longe enim illa distabat a praeceptis iuris Francici; cfr. leg. Sal. XLVIII, 1: *Si quis falsum testimonium praebuerit, solidos* 15 *culpabilis iudicetur*, ed. Merkel p. 27. 79. 69; leg. Sal. XCII: *Si quis alterum inculpaverit periurasse et ei potuerit adprobare,* 15 *solidos conponat qui periurat*, ed. Merkel p. 41 (= Legg. II. p. 12. c. 15); leg. Ribuar. L, 2: *si falsum testimonium praebuerint, et hoc adprobatum fuerit, unusquisque quindecim solidis multetur;* leg. Baiuw. XVII, 2: *dicat ad illum testem: Mendacium iurasti contra me. Si vicerit, ille conponat cum* 12 *solidis*, Legg. III. p. 326. Postea commutatum est hoc ipsum et partim novae poenae partim periuriorum discrimina introducta sunt. Cfr. leg. ad Amorem c. 32 (ed. Gaupp p. 33): *Si quis in sanctis reliquiis se periuraverit, manum suam perdat, aut eam redimat quarta parte de sua leode in dominico;* capitul. a. 779. c. 10: *De eo, qui periurium fecerit, nullam redemptionem, nisi manum perdat. Quod si accusator contendere voluerit de ipso periurio, stent ad crucem, et si iurator vicerit, legem suam accusator emendet* etc., quorum verborum alius eiusdem capitularis codex exhibet: *De periurio. Si quis periurium fecerit, nulla redemptionem ei facere liceat, nisi manum perdat. Et si*

suam redimat[61] auctor[62] sacramenti[63].

23. Qui[64] homini[a] ad ecclesiam[b] vel de ecclesia die festo pergenti[c], id est[65] dominica, pascha[d], pentecosten[e], natale[f] Domini, sanctae Mariae, sancti Iohannis baptistae, sancti Petri et[g] sancti Martini, insidias posuerit eumque occiderit, capite puniatur[h]; si non occiderit, tamen insidias fecerit[i], bannum[66] solvat de reliquis[67].

a) hominem *Til.*; hominem *corr.* homini *Spang.* b) ecclesiam *Corb.*, *Her.*, *Til.*, *text. Spang.*; ecclesia *ind. Spang.* c) die facto pergenti *Spang.*; pergenti die festo *Til.* d) pascha *Her.*, *Corb.*; paschae *Spang.*, *Til.* e) pentecoste *Til.*, *Her.* f) natali *Til.*; natt. *Corb.* g) et *deest in Corb. et Til.* h) infra patria fuerit; sin autem in quali loco, secundum illorum legem *addit Spang.*, *omisso verbo* si, *quod supplet Lindenbrog.* i) fecit *Corb.*

ille qui prius illum sacramentum iurat, de illo periurio probatus fuerit, et aliquis de suos iuratores dixenit, quod nesciens se periurasset, aut hoc apud indicium Dei adprobet verum esse, aut similiter manum perdat, Legg. I. p. 36. 37. Cum qua ultima constitutione omnino congruunt capitularia a. 802. c. 36, a. 808. c. 4, a. 816(?). c. 9, a. 816. c. 1, a. 817. c. 10, Legg. I. p. 96. 154. 195. 212. Harum quidem legum continua series demonstrare mihi videtur, antiquissimis temporibus omnis periurii poenam fuisse apud Francos quindecim solidorum, postea adiectam esse manus abscisionem; hanc vero manus abscisae poenam a periuro data pecunia redimi potuisse, donec Karolus Magnus anno 779 vetuerit, ne porro id fiat, nisi periurium ab ignaro invitoque homine commissum sit. Crimen igitur prius levissime a Francis punitum paullatim gravioribus suppliciis affectum est, numquam vero adeo acerbe ut legis Saxonum est. Sin porro quaeras, qua ratione ductus Karolus Magnus Saxonica lege lata diversissimam a ceteris constitutionem edixerit, contendas, ut opinor, oportet, eum prius ius Saxonicum partim retinuisse partim novo criminis discrimine inducto mitius reddidisse; Saxonicum enim hac in re fuisse ius singulare id quoque comprobat, quod capitula de partibus Saxoniae (c. 33) necessariam duxit constitutionem: *de periuris secundum legem Saxonorum sit.* Idemque nos docent perspecta legis Frisionum praecepta (tit. X; III, 9; XIV, 3); in media quidem Frisia *si quis homo super reliquiis sanctorum falsum sacramentum iuraverit, ad partem regis weregildum suum componat, et alio weregildo manum suam redimat; de coniuratoribus eius unusquisque weregildum suum persolvat*, in orientali statutum erat: 60 *solidis manum suam redimat*, in occidentali weregeldum loco sexaginta solidorum solvebatur, v. Legg. III. p. 665. not. 86. Sin vero coniecturam a viro doctissimo Wilda Strafrecht p. 103 factam et a me saepius comprobatam, ex qua weregeldum simplex vel multiplicatum regi solvendum loco poenae capitalis in Frisia inductum fuerit, in memoriam revocare liceat, id comprobat, priore aliquo tempore ut in Saxonia ita in Frisia periurium habitum esse scelus capitale. Adde, quod recentiores legis Frisicae partes mitius ius quam antiquiores prodiderunt. Quae cum ita sint, opiner, olim cum apud Frisiones tum apud Saxones, quorum iura ubique sibi simillima sunt, et eum *qui sciens periuraverit* et eum *qui nesciens periuraverit* capitis damnandum fuisse. Cfr. supra p. 16. 22. 26. 46. not. 71; Zur Lex Saxonum p. 236—239. 117. 352. 61) Verba *manum suam redimat* verbo tenus intelligenda sunt atque significant: *manum perdat*; cfr. leg. Fris. III, 9, leg. ad. Amor. c. 32, capitul. a. 779. c. 10, a. 802. c. 36, a. 808. c. 4, a. 816(?). c. 9, a. 816. c. 1, a. 817. c. 10; Legg. I. p. 36. 96. 152. 84. 195. 212 (haec omnia v. in not. 60); Ansegis. cap. append. II. c. 35 (supra p. 9. not. 7); Zur Lex Saxonum p. 236. 62) Sacramenti auctorem dicit lex Saxonum eum *qui nesciens periuraverit.* 63) De verbis, quae Spangenbergiani codicis auctor genuino legis Saxonicae textui adiecit (v. seriem variarum lectionum), disputavi supra p. 8 sq. Cfr. Zur Lex Sax. p. 1—18. 64) Lex Saxonum pacem, qua homines intrantes ecclesiam atriumque ecclesiae tutiores reddiderunt (cfr. cap. de part. Sax. c. 3, leg. Sax. c. 21), hic extendit ad eos, qui ad sacra veniant. Quamquam res ipsa docet, hanc constitutionem a Karolo Magno primum in Saxonia legis vigore affectam esse, eadem tamen tantopere ab omni iure, quod idem rex alias promulgavit, distat, ut numquam eam tulisse putandus sit, nisi ipsum ius antiquum Saxonicum similibus in casibus tanta asperitate usum fuerit, quanta ex iis, quae supra p. 60. not. 58. 59 exposita sunt, dinoscitur. Ceterum conferendum est, quod leg. Fris. Add. I, 1. 2 de pace hominis faidosi *in ecclesia; in domo sua; ad ecclesiam eundo, de ecclesia redeundo* statuit. 65) Dies festos enumeraturus auctor non circulum anni secutus est, sed videtur insignioribus postposuisse ceteros. Mirari autem non licet, quod unum tantum s. Mariae sollemne, i. e. sine dubio diem purificationis s. Mariae (2. Februar.) commemoraverit, quamquam postea s. Virginis quatuor dies annui festi habiti sunt. Circa annum 785 enim, quo legem Saxonum latam esse comprobare studui, nondum ritus sollemnium adeo fuit excultus neque annus qui dicitur ecclesiasticus omnino constans redditus. Anno scilicet 799 primum in Germania statutis Salisburgensibus diem adnuntiationis s. Mariae colendum commendatum, quatuorque s. Mariae dies sollemnes constitutos esse (Legg. I. p. 80; III. p. 474), demonstrat Rettberg Kirchengeschichte Deutschlands II. p. 791; v. Zur Lex Saxonum p. 235. 352. Mihi quidem hac re adiuvari videtur sententia mea, ex qua lex Saxonum ante annum 799 promulgata sit, cfr. supra p. 26. Omnino vero non possum consentire cum Usinger Forschungen zur Lex Saxonum p. 72, qui putet, vituperanda quadam usum esse neglegentia auctorem legis Saxonicae, atque iccirco et reliqua s. Mariae sollemnia esse omissa et ceterorum, qui nominati sint, dierum festorum ordinem esse perturbatum, et propterea contendat legem Saxonicam non esse legem sed opus ab homine privato conceptum; cfr. Zur Lex Saxonum pag. 418—430. 66) Banni vocabulum nusquam in lege Saxonum nisi hoc in loco nobis occurrit. Intellegendum vero esse coniiciam regium bannum 60 solidorum, quod Gaupp Recht der alten Sachsen p. 98 et Wilda

[III, 1—5.][a] 24.[b. 68] Qui[69] in regnum vel in regem Francorum vel filios[c] eius de morte consiliatus fuerit[d], capite puniatur.

25. Qui[70] dominum[71] suum occiderit, capite puniatur.

a) *Heroldiana in editione* Titulus III. De coniuratione et laesa dominatione *inscriptus est, cfr. supra p.* 7. b) *solus codex Corbeiensis hoc loco addit inscriptionem* LEX FRANCORUM *quam a genuina lege Saxonum alienam et ratione habita capitulorum de partibus Saxoniae ei adiectam esse coniiciam, cfr. supra p.* 10. 31. c) in filios *Spang.* d) consiliaverit *Til.*

Strafrecht p. 461 similiter arbitrati sunt. In capitulis quidem de partibus Saxoniae, quae hac Saxonica lege priora esse supra coargui, saepissime (c. 16. 19—21. 24—28. 31) hunc bannum reperimus, inprimis c. 31: *Dedimus potestatem comitibus bannum mittere infra suo ministerio in faida vel maioribus causis in solidos* 60, *de minoribus vero causis comitis bannum in solidos* 15 *constituimus.* Quae verba primum, ut opinor, in Saxoniam regium bannum induxerunt, quem in lege Saxonum ut in recentiore lege denuo invenimus. Atque postea capitulare Saxonicum (c. 1. 2) multo accuratiora de hoc banno adhibendo praescripsit, quam quae ex lege Saxonum perspicerentur. Qua ratione ductus proposui, inter dua capitularia legem Saxonicam esse promulgatam. 67) *de reliquis]* Gaupp Recht der alten Sachsen p. 126. 98 adnotat: *haec verba pro emblemate habenda sunt.* Sed omni ratione haec opinio mihi videtur egere. Intelligas oportet: de insidiis factis, quamvis nemo interfectus sit. 68) Legis Francorum verba, quae unus tantum codex (v. varias lectiones) in mediam legem Saxonum inseruit, nihil dicere putem, nisi quod eorum scriptor adnotare voluerit, unde constitutiones illico subsequentes, aut capituli 24 aut capitulorum 24—26, originem duxerint, scilicet non ex iure antiquo Saxonico consuetudinario, sed ex praeceptis Francorum; quin etiam coniicio, eum in animo habuisse ipsa capitula de partibus Saxoniae, unde illa revera deprompta sunt; cfr. supra p. 15 sq. Mihi quidem haec interpretatio neque difficilis neque dubia esse videatur. Id vero certissime facere non possum, ut ista verba, quae in ceteris legis textibus desunt, non emblematis loco habeam sed genuina ducam. Quamquam aliam sententiam complures viri docti comprobaverunt, atque ista verba summi existimaverunt et inscriptionem totius subsequentis partis legis Saxonicae habuerunt, v. Spangenberg Beiträge zu den Teutschen Rechten p. 181, Wigand in Archiv für ältere Deutsche Geschichtskunde (1822) IV. p. 346, idem Femgericht p. 48, Stobbe Geschichte der Deutschen Rechtsquellen I. p. 190. Itaque alii viri docti maluerunt ista verba ad pauca tantum capitula referre, v. Eichhorn Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte I. (ed. 5). §. 146. not. c, Gaupp Recht der alten Sachsen p. 57. Omnibus vero prioribus viris maiorem vim illis verbis inesse contendit I. Merkel Lex Saxonum (1853) p. 5. Scilicet non modo Spangenbergii Wigandique sententiae, quam improbandam esse exposui, accedit, sed etiam arbitratur, illam ficticiam inscriptionem initiare secundam aliquam prioribus capitulis recentiorem legem, quae postea cum istis coniuncta sit. Quae quidem opinio et omni probabili argumento eget et capitula 21—38 re omnino cohaerentia in duas partes divellit, cfr. supra p. 31; Zur Lex Saxonum 60—65. 101. 111. 69) Ex lege Saxonum capitis condemnandus erat: a) *qui in regnum Francorum consiliatus fuerit,* b) *qui in regem Francorum de morte consiliatus fuerit,* c) *qui in filios regis Francorum de morte consiliatus fuerit;* ex capitulis de partibus Saxoniae (c. 10 et 11): α) *quicumque hoc idem* (i. e. consilium inierit) *fraude contra regem christianorum consenserit,* β) *si quis domino regi infidelis apparuerit.* Huius quidem capitularis praescripta lex Saxonum partim repetiit partim explanavit. Quae ad interpretationem horum capitulorum utilia duxi, iam supra p. 39. not. 20. 21 attuli. Liceat, etsi novi multum res nos non docet, argumentum quoddam commemorare, quo primus usus est Usinger Forschungen zur Lex Saxonum p. 57; is quidem ex eo, quod lex Saxonum hic filiorum regis mentionem fecit, Karolus vero Magnus post annum 811 unum tantum filium vivum habuit, colligit, legis Saxonum haecce capitula ante annum 811 conscripta esse. 70) Cum legis Saxonicae capitulis 25. 26 conferenda sunt capitulorum de partibus Saxoniae cap. 12. 13. Haec capite sanxerunt: α) *si quis dominum suum interfecerit,* β) *si quis dominam suam interfecerit,* γ) *si quis filiam domini sui rapuerit,* lex vero Saxonum: a) *qui dominum suum occiderit,* b) *qui filium domini sui occiderit,* c) *qui domini sui filiam aut uxorem aut matrem stupraverit.* Stuprum vero et raptus feminarum antiquis in Germanicis legibus non tam accurate ut hodie discerni solebat, sed idem scelus putabatur, v. Wilda Strafrecht p. 829, Zur Lex. Sax. p. 300. Utraque igitur laudata lex et occisionem et stuprum, si in dominorum propinquos commissa sint, capitis damnari iussit; atque ex familia dominica commemorantur praeter ipsum dominum eius filii, filiae, uxor, mater. Nam quamquam ambae domini tantum occisionem filiaeque stuprum similiter tractant, ceteras vero personas enumeraturae inter se differunt, id casu solum factum esse contendam, atque lex Saxonica, id quod recentioris legis est, maiore utitur diligentia. Hic enim ad concipiendam legem Saxonum adhibita esse capitula de partibus Saxoniae, supra p. 15 coarguere studui. 71) Quaeritur, quis fuerit iste dominus? Wilda Strafrecht der Germanen p. 815 arbitratus est, nullum eum esse nisi servorum litorumve dominum. Sed, quamvis dubium omnino non sit, quin saepissime domini vocabulo iste sensus insit (cfr. leg. Sax. c. 18. 50. 51), in servos fuit tanta dominorum vis, ut eiusmodi aliqua constitutio plane supervacanea fuisset, eorumque esset ius ad libidinem occidendorum servorum, qui talibus sceleribus se polluissent, atque litorum conditio fuit servili tam similis (cfr. p. 54. not. 31, p. 56. not. 41), ut credere vix possem, legislatorem necessarium duxisse tale praeceptum; neque hoc consentire putem cum leg. Sax. c. 18. Aliam quidem coniecturam secuti Eichhorn Deutsche Rechtsgesch. I. (ed. 5.) §. 146.

26. Qui filium domini sui occiderit[72], vel filiam aut uxorem aut matrem stupraverit[a. 73], iuxta voluntatem domini occidatur[b. 74].

a) stapauerit *Spang.* b) occidetur *Corb.*, *Her.*

p. 575 et Gaupp Recht der alten Sachsen p. 35. 39. 128 contenderunt, intelligendos esse feudorum dominos, atque proposuerunt, subacta Saxonia a Francis feuda inibi constituta eamque poenam capitalem occisis a vasallis senioribus decretam esse. Etsi traditum nobis non est, ante annos 777—785 feuda in Saxonia instituta esse, id nequaquam audeam negare, quia et posteriora capitularia saepius Saxonum mentionem faciunt, qui in Francia feuda habuerint, cfr. capit. miss. a. 802. c. 10: *De illis Saxonibus qui beneficia nostra in Francia habent, quomodo an qualiter habent condricta*, Legg. I. p. 97; capit. excerpt. a. 802. c. 49, Legg. I. p. 101; Poeta Sax. IV. v. 125 sqq., Script. I. p. 261, et Karolus Magnus postea Saxoniam narratur divisisse *inter fideles suos, id est episcopos, presbyteros, comites et alios vassos suos*, v. Annal. Lauresham. a. 799, Script. I. p. 38, cfr. fabulas illas, quas refert Heinricus de Hervordia, ed. Potthast p. 30. Neque est infitiandum, vasallorum dominos hoc posterioris aetatis titulo regulari iam tunc dici potuisse (cfr. Einharti epistol., ed. Teulet n. 59, ed. Jaffé Bibliothec. rer. German. IV. p. 481. n. 62). Sed licet concedamus haec omnia, mirum tamen certe esset, si seniorum homicidae durioribus suppliciis affecti fuissent ex lege Saxonum quam comitum missorumque ex capitulis de partibus Saxoniae (c. 30) et capitulari Saxonico (c. 7), mirum esset, si Karolus in publicandis his constitutionibus omnimodo aliis rationibus usus fuisset, atque Francorum ius, unde dominatus ipse deppromptus fuisset, praescripsit. Immo vero putem, cum alias tum has poenas capitales proclamaturum regem priorem Saxonum inveteratam consuetudinem in animo habuisse, itaque dominos quoque ipsos, cum Saxonia adhuc invicta fuerit, ibi iam dudum exstitisse. Malim igitur cum Göhrum Geschichtl. Darstellung der Lehre von der Ebenbürtigkeit I. p. 68 et K. Maurer Ueber das Wesen des ältesten Adels p. 120, quibus an accedat haesitat Waitz Deutsche Verf.-Geschichte III. p. 125, consentire atque arbitrari dominum dictum esse hominem nobilem, ingenuorum multorum tutorem, qualem legis Sax. c. 64 in animo habet, cum dicat: *liber homo, qui sub tutela nobilis cuiuslibet erat;* quamquam enim de tali dominatu pristino Saxonico accuratiora memoriae prodita non sunt, posterior tamen istius gentis status cogit opinari, eum antiquitus exstitisse. Cfr. praeterea Kraut Vormundschaft nach den Grundsätzen des Deutschen Rechts I. p. 16; Sandhaas Germanistische Abhandlungen p. 189; Zur Lex Saxonum pag. 273—281. 72) Huius sceleris poena capitalis num antiqua Saxonica an a Karolo rege promulgatis capitulis de part. Sax. nova inducta fuisset, non discerneres nisi disceptata quaestione, quis fuisset dominus. Nam si feudorum dominus intellegendus est, constitutionem antiquiorem esse non posse quam victoriam Francorum, res ipsa docet. Ceterum neque in Francia saeculo octavo neque postea in Germania huic sceleri ista poena imminebat; cfr. Heinrici III. const. Legg. II. p. 43, Sachsenspiegel Landrecht III, 84. §. 2, Homeyer Sachsenspiegel II. p. 509. Idque valde mirum videretur, quod non senior solus sed tota eius familia crudelissima illa poena reddita fuisset tuta, et quod initio rem publicam primum ordinaturus rex ea iam in animo habuisset. Haec mihi argumentorum loco contrariam comprobant sententiam. Si vero domini fuerunt ingenuorum tutores, capitis damnatio sine dubio iam Saxonum paganorum erat, quorum cum iure ea perbene consonat, et repetita solum est a Karolo victore. 73) Raptus stuprique crimina cum antiquis in legibus Germanicis, id quod Wilda Strafrecht p. 831 demonstravit, non satis discernantur, sed unius sceleris instar sint, idem in facinus capitula de partibus Saxoniae (c. 12) et lex Saxonum (c. 26) idem supplicium constituunt. Ipsum vero crimen in quamcumque mulierem commissum a Saxonibus paganis atrocissime puniri solebat. Quam rem distincte docet epistola quaedam inter annos 774—777 a s. Bonifació Aethelberto regi conscripta: *Ipsi pagani Deum ignorantes propriis uxoribus matrimonii foedera servantes, fornicatores et adulteros puniunt; nam in antiqua Saxonia, si virgo paternam domum cum adulterio maculaverit, vel si mulier maritata perdito foedere matrimonii adulterium perpetraverit, aliquando cogunt eam propria manu per laqueum suspensam vitam finire, et super bustum illius incensae et concrematae corruptorem eius suspendunt; aliquando, congregato exercitu femineo, flagellatam eam mulieres per pagos circumquaque ducunt, virgis cedentes et vestimenta eius abscindentes iuxta cingulum; et cultellis suis totum corpus eius secantes et pungentes, minutis vulneribus cruentatam et laceratam de villa ad villam mittunt, usque ad eam aut mortuam aut vix vivam derelinquant.* Jaffé Bibliotheca rer. German. III. p. 172. Cfr. Tac. Germ. c. 19: *Paucissima adulteria, quorum poena praesens et maritis permissa; abscisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus ac per omnem vicum verbere agit.* Quocum accuratissime conveniunt, quae de rebus Saxonicis sibi aequalibus Neocorus († 1630) in chronico suo Dietmarsico (ed. Dahlmann I, p. 96) narrat: *so eine Fruwespersone entehret worden, heft sick dat gantze Geschlechte solches angetagen, de Entehrede oft mit ehren eigen Henden ock entlivet (devile dat Land keinen Scharprichter gehat), solche Schande aftoleggen*, idemque inter alia exempla refert, virum quendam ipsi notissimum sororem praegnantem interfecisse, scilicet *mit etlichen siner Veddern under dem Ise ersöpet unde begraven heft.* Liceat denique in memoriam revocare tritissimam Ruodolfi abbatis Fuldensis narrationem, ex qua Saxo quisque, qui iustum matrimonium cum muliere aliqua melioris conditionis contraxerit, mortis supplicio affectus fuerit, in translatione s. Alexandri (a. 863 conscripta) c. 1: *Erant Saxones... generis ac nobilitatis suae providissimam curam habentes... Quatuor igitur differentiis gens Saxonum consistit, nobilium scilicet et liberorum, libertorum atque servorum; et id legibus firmatum, ut nulla pars in copulandis coniugiis propriae sortis*

27. Qui[75] hominem propter faidam[76] in propria domo occiderit, capite puniatur.

28. Capitis[77] damnatus[a] nusquam habeat pacem; si in ecclesiam[b] confugerit, reddatur[78].

a) dampnatus *Corb., ind. Spang.* b) ecclesia *Spang., Til.*

terminos transferat, sed nobilis nobilem ducat uxorem, et liber liberam, libertus coniungatur libertae, et servus ancillae; si vero quispiam horum sibi non congruentem et genere praestantiorem duxerit uxorem, cum vitae suae damno componat, Script. II. p. 675. Quae cum ita sint, non dubitem, quin lex Saxonum hanc, de qua disputamus, constitutionem proclamatura consuetudines antiquitus in Saxonia cultas non modo secuta sit sed etiam in angustius eas deduxerit. Ceterorum quidem populorum Germanicorum in legibus nusquam simile quicquam nobis occurrit, quamquam saepissime penes maritum fuit, moechos in manifesto facinore deprehensos impune occidere, interdum penes patrem, filiae fornicatorem; v. leg. Fris. V; ed. Rothar. c. 213; l. Wisigoth. III, 4. §. 4. 5; l. Burg. LXVIII; l. Ribuar. LXXVII; Wilda Strafrecht p. 812. 823; Grimm Rechtsalterthümer pag. 743; Zur Lex Saxonum pag. 281—284. 223—228. Ius autem antiquissimum Saxonicum revera tale fuisse, quale coniecerim, legis Frisionum quoque titulus IX, 1. 2 demonstrare mihi videtur: *De farlegani: Si foemina quaelibet homini cuilibet fornicando se miscuerit, componat ad partem regis weregildum suum; hoc nobilis et libera faciant; lita vero ad partem domini sui,* scilicet weregeldum fisco solvendum ubique locum prioris capitalis supplicii obtinet. 74) *iuxta voluntatem domini occidatur]* i. e. si dominus ipse sceleratoris occisionem voluerit, nullius sit rem prohibere. Hoc igitur in casu vetitum erat, ne regis clementia clericorumve interventione supplicii capitalis loco mitius intercederet. Regiam quidem generalem potestatem mutandarum poenarum dinoscas ex cap. de part. Sax. c. 2: *emendat autem* (malefactor) *causam in quantum potuerit et ei fuerit iudicatum, et sic ducatur ad praesentiam domini regis et ipse eum mittat ubi clementiae ipsius placuerit* et ex capitul. Saxon. c. 10: *rex habeat licentiam ipsum malefactorem cum uxore et familia, et omnia sua foris patriam infra sua regna, aut in marca, ubi sua fuerit voluntas, collocare et habeant ipsum quasi mortuum;* atque traditum nobis est, hoc iure Karolum usum esse; cfr. Zur Lex Sax. p. 172. 102—109. Clericorum vero vim poenas in diminuendas demonstrant ipsa illa capitula de partibus Saxoniae c. 14: *si vero pro.. mortalibus criminibus latenter commissis aliquis sponte ad sacerdotem confugerit..., testimonio sacerdotis de morte excusetur;* cfr. supra p. 39. Haec quominus dicto stupro peracto fiant, impeditura est lex Saxonum. Ceterum adde quod supra in not. 73 allata documenta coarguunt, alias nullo iudicio interveniente adulterarum propinquis permissum fuisse illico sceleratores interficere. 75) Simillima constitutioni capituli 27 est eiusdem Karoli Magni quae legitur in lege Frisionum Add. I, 1: *homo faidosus pacem habeat in domo sua; qui hanc pacem effregerit et hominem occiderit, novies 30 solidos componat.* Antiqua in Saxonia non solum homines faidosos, sed omnes hoc pacis domesticae iure fructos esse putem; quamquam fortasse ante promulgatam legem Saxonum homines faidosi excepti fuerunt, atque a Karolo tandem ista pax ad eos extensa est. Olim enim, ni res me fallit, tota Germania, si quis domesticam pacem neglexerit atque ruperit, morte damnabatur, postea vero huius supplicii loco apud complures gentes weregeldum vel simplex vel multiplicatum pensandum constitutum est; cfr. leg. Thur. c. 50: *qui alterum intra septa propria occiderit, in triplum conponat, vel quicquid damni ibi commiserit tripliciter emendet,* ibid. c. 57: *qui domum alterius collecta manu hostiliter circumdederit, trium primorum qui fuerint unusquisque solidos* 60 *conponat et rei* (regi? v. Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer p. 379) *similiter; de ceteris qui eos secuti sunt, solidos* 10 *unusquisque; et in bannum regis* 60 *solidos;* leg. Sal. XIV, 6; XLII, 1: *si quis collecto contubernio hominem ingenuum in domo sua adsalierit, et ibi eum occiderit, solidos* 600 *culpabilis iudicetur;* leg. Rib. LXIV: *Si quis hominem in domo propria cum hariraida interfecerit, auctor facti triplici wergildo mulctetur;* l. Baiuw. IV. c. 23. 24; l. Alaman. Hlothar. XLV, 1. 2; v. Zur Lex Saxonum p. 259—264. 76) De faida cfr. ea, quae pag. 56 sq. not. 42 adnotata sunt. Inter cetera argumenta huius quoque capituli 27. constitutio dilucide nos docet, quantum interfuerit inter homines faidosos et exleges, de quibus disserit cap. 28. 77) Lex Saxonum edicit, ut, si quis legitimo iudicio capitis damnatus fuerit, nullum porro in eum scelus committi possit. Secundum reliquas leges Germanicas inprimis ob neglectam vel contemptam poenam publicam homines exleges iudicabantur; cfr. leg. Sal. LVI: *Si quis ad mallum venire contempserit, aut quod ei a rachineburgiis iudicatum fuerit adimplere distulerit, si nec de composicione, nec de ineo, nec de ulla lege fidem facere voluerit, tunc ad regis praesencia ipsum mannire debet.... Tunc si ille, qui admallatus est, ad nullum placitum venire voluerit, tunc rex, ad quem mannitus est, eum extra sermonem suum ponat. Tunc ipse culpabilis et omnes res suas erunt* (Nov. 150: *in fisco aut cui fiscus dare voluerit,* Merkel p. 71), *et quicumque eum aut paverit, aut hospitalem dederit, etiam uxor sua, solidos* 15 *culpabilis iudicetur;* leg. Sal. LV, 2: *Si quis corpus iam sepultum effodierit et expoliaverit, wargus sit* (nonnulli codices addunt: *id est expulsus, hoc est expulsus de eo pago) usque in die illa, quam ille cum parentibus ipsius defuncti conveniat, et ipsi pro eo rogare debent, ut ei inter homines liceat accedere; et qui ei antequam cum parentibus conponat, aut panem aut hospitalem dederit,* (alii codices adiiciunt: *seu parentes seu uxor proxima) solidos* 15 *culpabilis iudicetur, tamen auctor sceleris solidos* 200, l. Sal. ed. Merkel p. 31. 70. 88; ed. Pardessus p. 31; capit. Chlodowechi regis (500—511) c. 5, Legg. II. p. 3; edict. Chilperici regis (561—584) c. 9, Legg. II. p. 11; leg. Ribuar. LXXXV, 2; Wilda Strafrecht p. 279 sqq.; Zur Lex Saxonum p. 253—256. 78) Ne ecclesiam quidem hominibus legitimo iudicio capi-

[IV, 1—8.][a] 29. Qui[79] caballum furaverit, capite puniatur.

30. Qui alvearium apum infra septa[b, 80] alterius furaverit, capite puniatur; (31.)[c] extra septa[d] furatum[e] novies[81] conponendum[f].

32. Qui[82] noctu[g, 83] domum alterius effodiens vel effringens[h] intraverit, et duorum

a) *in Heroldiana editione* Titulus IV. De furtis *inscriptus est.* b) sepe *Spang. text.* c) *capitula* 30 *et* 31 *in editione Tiliana coniuncta atque numero* 29 *signata sunt.* d) sepe *Spang. text.*; septa *ind. Spang., Corb., Her., Til.* e) si extra septa furaverit *Til.* f) conponemdum *Spang.*; componendum *Til.* g) noctu *Corb., Her., Spang. ind.*; de noctu *Spang. text.*; nocte *Til.* h) effregens *corr.* effringens *Spang.*

tis condemnatis itaque exlegibus redditis asylum praebere vult lex Saxonum; immo, ne sanctus locus sanguine effuso maculetur, iubet istos ex ecclesia alium in locum deduci persecutoribusque tradi. Cum vero capitula de partibus Saxoniae (c. 1) constituant, ut ecclesiae eundem habeant honorem, quem *fana habuissent idolorum*, hac quoque in re templorum paganorum ius translatum esse in ecclesias, eadem iussisse videntur. Ceterum omnino non possum consentire cum Rettberg Kircheng. II. p. 748 et Usinger Forschungen zur Lex Sax. p. 20, qui contendant hoc legis Saxonicae capitulo novum quoddam in Saxonia inductum esse ius idque disiunctum ab eo, quod inest in cap. de part. Sax. c. 2. Ipsa enim huius capitularis verba demonstrant, id verba facere de reo, cuius causa nondum diiudicata sit, atque huic in ecclesia pacem atque asylum tribuere. Quae cum ita sint, nequaquam inveniri potest inter utramque legem discidium. Neque ullum dinosco hac in re argumentum, quo Usingeri opinio adinvetur atque coarguatur, legem Saxonum non esse legem sed opus ab homine privato eoque ignaro conceptum. Cfr. Zur Lex Saxonum p. 192—195. 424. 79) Constitutio, ut caballorum de furibus ultimum supplicium sumendum sit, quamquam in capitulis de part. Sax. non legitur, antiquior tamen mihi fuisse videtur tempore rerum inter Saxones et Karolum gestarum, atque in iis iccirco solum praeterita esse quia ipsum capitulare nihil nisi ad ordinandam novam provinciam maxime necessaria ordinaturum est, v. supra p. 19. 21. Maiorem vero illius legis aetatem maxime id comprobat, quod memoriae proditum est, quemadmodum Saxones priore tempore fures caballorum puniverint; cfr. s. Liudgeri vit. secund. c. 26: *Ferebant veracissimi viri de discipulis eius* (Liudgeri), *quia quodam tempore, dum ad comitatum pergens per provinciales, qui Hassi dicuntur* (i. e. Saxones), *iter ageret, per orationes eius homo mortuus revixerit, qui scilicet propter furtum caballorum Widukindi ducis Saxonum huic morti adiudicatus est, ut in campo ad stipitem ligatus iactatis in eum sudibus acutis et lapidibus necaretur. Quod dum factum esset, corpus exanime in campo relictum est ... Stat adhuc in eo loco lapidea crux, in monumentum miraculi huius ab incolis erecta, et... campus ille Buddenfeld* (prope Drieburg) *usque hodie nominatur*, Script. II. p. 419. Neque singulare hoc fuit ius Saxonicum, immo idem inest in leg. Fris. Add. I, 3: *Si quis caballum furaverit, capitali sententia puniatur, vel vitam suam pretio redimat*, cuius constitutionis pars posterior recentioris sine dubio originis est; in leg. Burg. IV, 1: *Quicumque caballum, equam, tam Burgundio quam Romanus ingenuus furto auferre praesumpserit, occidatur: et de occisi facultatibus, is qui perdidit animalia, in simplum recipiat*; leg. Burg. CVIII, Legg. III. p. 577; Marculfi formul. append. c. 58: *quod ego caballo.... subduxi, unde et de furto victus apparui, et vitae periculum exinde incurrere potueram, et ego non habeo, unde ipsum furtum emendare vel satisfacere debeam*, Walter corp. iur. Germ. III. p. 372. Minores vero poenae sanciebantur ex lege Thur. c. 35; lege Sal. XXXVIII (ed. Merkel p. 20); leg. Ribuar. XVIII, 1. 80) *infra septa]* i. e. in domus atrio; cfr. leg. Thur. c. 50: *qui alterum infra septa propria occiderit*; pac. constitutio a. 1085: *omnis domus, omnis area, pacem infra septa sua habeat firmam .... Si fugiens aliquis.... septum intraverit, securus inibi sit*, Legg. II. p. 58; cfr. Zur Lex Sax. p. 197. not. 1. Inter graviora furta capitali sententia digna lex Saxonum computat, si quis in aliquam domum spatiumve sepibus clausum furandi animo intraverit atque inde rem quampiam abstulerit (cfr. c. 33. 32), furto enim in ecclesia commisso eandem poenam constitutam esse, quamquam iam capitulo 21. docemur, nihil attinet ad rem, quia ipsius loci religio alias rationes sequi iussit. Ceterum quamvis novum argumentum afferre non possim, hic quoque contendam, lege Saxonica lata nequaquam ius in Saxonia antea inusitatum inductum esse; rem totum ius Saxonicum comprobaturum est. 81) Novies summendam mulctam a Karolo Magno, qui crudelissimam legem Saxonum (cfr. Wipo vit. Chuonradi c. 6, Script. XI. p. 263) mitiorem redditurus fuit, prioris sententiae capitalis loco in Saxoniam inductam esse, coniiciam, v. pag. 59. not. 51. 82) Lex Saxonum cum discrimen faciat furtorum graviorum leviorumque, tria enumerat momenta, quibus furtum capitale reddatur. Capitis enim damnandus est: a) si quis furtum fecerit rei, quae tres ad minimum solidos pretio aequaverit (c. 35); caballus quidem (c. 29) pluris taxatus fuisse putandus est tribus solidis; b) si quis domum screonamve effringendo vel in septa irrumpendo rem tribus solidis viliorem furatus sit (c. 33. 30); c) si quis noctu rem duobus solidis pensam surripuerit (c. 32. 34). Reliquis vero commissis furtis pretium rei ablatae novies multiplicatum a furibus poenae loco solvendum fuit (c. 36. 31). Quaeramus, an Saxonia nondum a Karolo Magno debellata eaedem poenae in fures sancitae fuerint. Iam supra in not. 79 exposuimus, memoriae esse proditum, quosdam fures ibi antiquitus capitis supplicio affici solitos fuisse. Neque videtur re vera factum esse, ut idem rex, qui alias atrocissimae poenae non favit sed eius usum deinceps rationes christianas secutus imminuit, in Saxonia tot crimina capitalia reddiderit, eaque a republica gerenda prorsus aliena. Quin etiam apud ceteros populos Germanicos antiquissimis temporibus et tria illa, quae paullo ante enumeravi, momenta tamquam gravia atque adhibendas poenas commutantia valuerunt, et permulti fures capitis damnati sunt, quamquam postea soluto weregeldo saepissime vita asservari

solidorum precium[a] abstulerit, capite puniatur; si ibi occisus[84] fuerit, non solvatur.

33. Qui[85] in screona[b. 86] aliquid furaverit, capite puniatur.

34. Qui bovem quadrimum[c. 87], qui duos[88] solidos valet, nocte[d] furto abstulerit, capite puniatur.

a) pręcium *Spang.*, *Corb.* b) Qui in screona *Her.*, *Corb.*, *ind. Spang.*; Qui in screonam *text. Spang.*; Qui infra streoua *Til.* c) quadrimum *Her.*, *Til.*, *Spang. ind.*, *Spang. text.*, *Corb.* d) et nocte *Spang.*

potuit. Liceat paullo accuratius Frisicum furtorum ius perquirere, quia id rem perbene docet et Saxonico alias simillimum est. In Frisia media anno 802 edictum fuit ex leg. Fris. Add. I, 3: *Si quis caballum furaverit aut bovem, aut screonam effregerit, capitali sententia puniatur, vel vitam suam pretio redimat;* quem ancipitem puniendi modum antecessisse putem ubique talibus constitutionibus, quales insunt l. Fris. III, 2. 3. 4: *rem quam abstulit in duplum restituat, et ad partem regis pro fredo weregildum suum;* l. Fris. III, 8: *in furto comprehensus ... componat weregildum suum ad partem regis et manum* 60 *solidis redimat et in simplo furti compositionem exsolvat;* l. Fris. VIII, Add. IX: *vis aut furtum in duplo componitur et ad freda weregildum;* l. Fris. IX, 14. 15. 16; Add. VII. Itaque uniuscuiusque furti supplicium in Frisia initio fuisse videtur capitalis poena, postea licitum erat weregeldo soluto vitam redimere, deinde fredi tantum loco weregeldum pensabatur. Quamquam adeo accurate rem apud reliquos Germanos persequi non liquet, pauca tamen, quae rem eandem fuisse probabile reddant, afferamus. Cfr. Pact. Childeb. et Chlot. reg. (circa a. 593) c. 1. 2: *apud quemcumque post interdictum latrocinius comprobatur, vitae incurrat periculum; si latro redimendi se habeat facultatem, se redimat; si facultas deest, tribus mallis parentibus offeratur; et, si non redimitur, de vita componat,* Legg. I. p. 7; Decret. Chlotharii II. reg. (a. 595?) c. 2: *Si quis in alterius domum ubi clavis est furtum invenerit, dominus domui de vita conponat,* Legg. I. p. 12; Decret. Childeberti II. a. 596. c. 7: *De furis et malefactoris ita decrevimus observare, ut, quomodo sine lege involavit, sine lege moriatur,* Legg. I. p. 10 (similiter l. Ribuar. t. 79, v. Sohm in Zeitschrift für Rechtsgeschichte V. p. 451). Posteriores nonnullae leges idem supplicium non constituunt nisi in furem recidivum: Karol. Capit. a. 779. c. 23: *De latronibus ita praecipimus observandum: ut pro prima culpa non moriatur, set oculum perdat; de secunda vero culpa nasus ipsius latronis abscidatur; de tertia vero culpa, si non emendaverit, moriatur,* Legg. I. p. 39. Cfr. leg. Baiuw. IX, 8; l. Burg. LXX; IV, 1. 3 (v. not. 88); l. Burg. XXIX §. 3. CVII §. 10 (v. p. 65. not. 79); ed. Rothar. 253 (v. p. 67. not. 89); Waitz Verfassungsgeschichte II. p. 594. 595. Quae cum ita sint, contendam, ante promulgatam legem Saxonum non minus certe cruento supplicio Saxonicos fures esse affectos. Cfr. Zur Lex Saxonum 223. 311—320. 83) *Qui noctu domum alterius intraverit et duorum solidorum precium abstulerit,* cfr. cap. 34: *qui bovem quadrimum qui duos solidos valet nocte furto abstulerit.* Iam supra exposuimus, nocturnum furtum rei duobus minimum solidis aestimatae in cap. 32. et c. 34. iccirco a legislatore capitale redditum esse, quia rès tempore nocturno perpetrata fuisset. Ex eadem causa fures gravioribus poenis afficiebantur ex lege Salica VI, 2: *Si quis vero canem custodem domus post solis occasum furatus fuerit, solidos* 15 *culpabilis iudicetur,* ed. Merkel p. 83 (Nov. 279), p. 6, p. 57 (Nov. 32), atque ex posteriore iure Saxonico; cf. Sachsenspiegel II, 13, §. 1; 28, §. 3; 39, §. 1. Vide Wilda Strafrecht p. 877. 84) *si ibi occisus fuerit, non solvatur]* Qua asperitate ius Saxonicum usum est, ut quisquis furem domum suam intrantem in manifesto facinore deprehendisset et statim necavisset, homicida non haberetur, sed impunis id suo iure fecisse videretur, eadem fuit legum ceterorum populorum Germanicorum. Sic lex Frisionum V inter homines, *qui sine compositione occidi possunt,* enumerat *furem, si in fossa, qua domum alterius effodere conatur, fuerit repertus,* Legg. III. p. 663, sic constituit lex Thur. c. 39: *homo in occisus non solvatur* atque dicit, talem *furem credi furto iuste occisum;* quibuscum consentit lex Rib. LXXVII: *Si quis hominem super rebus suis comprehenderit et eum interfecerit, ante iudicem coniuret, quod eum de vita forfactum interfecisset; sin autem ista non adimpleverit, homicidii culpabilis iudicetur,* et l. Baiuw. IX, 5: *Fur nocturno tempore captus in furto, dum res furtivas secum portat, si fuerit occisus, nulla ex hoc homicidio querela nascatur,* cum decret. Tassilon. IV, 3 (leg. Baiuw. Add. V[ta]): *si quis domum, tam liber quam servus alterius effoderit, et ibi occisus fuerit, sine conpositione in sua damnatione permaneat,* Legg. III. p. 303. 464. Simillima invenias in l. Burg. XXVII, 6. 8, lege Wisigoth. VII, 2, §. 15. 16, atque in legibus Anglosaxonum Germanorumque septemtrionalium, v. Grimm Rechtsalterthümer p. 743 et Wilda Strafrecht p. 890. Quae cum ita sint, apparet hoc commune quoddam ius Germanicum fuisse. Iccirco contendamus, Karolum regem promulgata lege Saxonum antiquum ius Saxonicum secutum esse. 85) *Qui in screona aliquid furaverit, capite puniatur]* Cfr. pag. 65. not. 80. 82. Ceterae quoque leges Germanicae maximi duxerunt, si furtum vi factum fuisset; cfr. leg. Fris. Add. I, 3: *Si quis screonam effregerit, capitali sententia puniatur vel vitam suam pretio redimat;* leg. Burg. XXIX, 3: *Effractores omnes, qui aut domos aut scrinia expoliant, iubemus occidi;* leg. Burg. CVII, 10 et Papian. XVIII, 1 in Legg. III. p. 608; leg. Sal. II: *Si quis porcellum furaverit, solidos* 15 *culpabilis iudicetur. Si quis porcellum de sute furaverit et clavem habuerit, solidos* 45 *culpabilis iudicetur,* ed. Merkel p. 55 (Nov. 23); leg. Sal. XXXIV, 4: *Si quis per malo ingenio in curte alterius aut in casa vel in quolibet aliquid in furtum miserit, hoc est nesciente domino, et ibidem inventus fuerit, solidos* 62½ *culpabilis iudicetur,* ed. Merkel p. 18. 86) Screonas constat fuisse *cameras demersas in humum,* v. Ducange Glossar. s. v. *screona,* Legg. III. p. 683 not. 33, Diez Wörterbuch der Romanischen Sprachen (ed. altera) II. p. 282, Wackernagel in Binding Das Burgundisch-Romanische Königreich I. p. 333. 334. 87) Bovem quatuor annorum in pretio fuisse duorum solidorum etiam additamenta legis Saxonicae, quae inveniuntur in codice Corbeiensi et in editione Tiliana ad cap. 66 adscripta, nos docent, v. infra ad c. 66

35. Qui[89] in re[a] qualicumque[b] vel interdiu vel noctu[c] trium solidorum precium[d] furto[e] abstulerit, capite puniatur.

36. Quicquid vel uno[f] denario minus tribus solidis[90] quislibet furto[g] abstulerit, novies[91] conponat[h], quod abstulit[i]; et pro fredo[92], si nobilis fuerit, solidos[k] 12; si liber, 6[l m]; si litus, 4[n, 93]; et conscius similiter[94].

a) rem *Spang. text.*, *Spang. ind.* b) qualicunque *Her.*; qualicūque *Til.*; qualicumque *Corb.*, *text. Spang.*; alicumque *ind. Spang.* c) nocte *Spang.* d) prȩcium *Corb.* e) furtu *Spang.* f) quicquid vel uno denario *Her.*, *Corb.*; quicquid uel uno denario furauerit *ind. Spang.*; quicquid vel in uno denario *Til.*; quicquid de uno de uno denario *Spang. text.* g) furtu *Spang.* h) componat *Til.*; componatur *Spang.* i) abstulerit *Spang.* k) solidos *deest Til.* l) *loco numeri* VI *legitur* similiter *Til.* m) De hac re quod superius dictum est de furtu qui infra patriam furauerit. aliquid. unde morire debet. si foris patrie est. hoc fecerit. non moriatur. sed secundum illorum legem ubi factum fuerit *addit Spang.*; *Lindenbrog. delet* est *post* patrie. n) *emendes:* 3.

adnotata et Zur Lex Sax. p. 44. 369. Hi vero solidi fuerunt duorum tremissium vel octo denariorum Francicorum, atque dicebantur minores. 88) Ex lege Saxonum omne nocturnum furtum cuiusque rei, quae duobus solidis valeret, capitis supplicio affectum fuisse, supra p. 66. not. 83. exposuimus. Neque dubitem, quin Karolus rex, cum huius criminis poenam statueret, antiquum ius Saxonicum secutus sit, praesertim cum aliae quoque leges in boum exactores eandem poenam constituant; cfr. leg. Burg. IV, 1: *Quicumque caballum, equam, bovem aut vaccam, tam Burgundio quam Romanus ingenuus furto auferre praesumpserit, occidatur.* In legis Frisicae parte novissima (Add. I, 3; v. p. 66. not. 82) constitutum est, ut abigeatores aut capitali sententia puniantur aut soluto weregeldo vitam redimant. Cuius edicti partem supremam a Karolo demum Magno in Frisiam inductam esse putem, similiter atque tripla rei ablatae compositio, quae ex leg. Thur. cap. 36. *de servo, bove, vacca, ove, porco* in Thuringia solvenda fuerit, ab eodem rege originem duxisse videtur. 89) Quamvis furtum neque noctu neque vi commissum neque ullo modo ceteris gravius putandum sit, iccirco lex Saxonum (c. 35) capitale eius supplicium reddit, quia rei surreptae pretium tres solidos aut superavit aut exaequavit; sin rei pretium minus fuerit, maleficus homo (c. 36) *novies conponat quod abstulit*, a reliqua vero poena absolvatur, v. p. 65. not. 82. Ut in Frisia mulcta vel compositio novies pensanda ubique *ex edicto regis* Karoli Magni originem traxisse putanda est (v. Legg. III. p. 648), ita rem se in Saxonia habuisse coarguere studui Zur Lex Sax. p. 249. 316. Putem igitur, promulgato leg. Sax. cap. 36. novum ius in Saxonia conditum esse. Sin quaeras, qua poena in Saxonia tales fures antea affecti sint, nihil dubito, quin respondeam, eam non minorem sed graviorem certe et acerbiorem fuisse; fuitque, ni fallor, idem quod ceterorum furtorum, mortis scilicet supplicium. Ceterum memoriae non proditum est, extra Saxoniam usquam magnum solum rei ablatae pretium causam fuisse adhibendae illius poenae; sed ratione eius momenti habita modo maiorem modo minorem mulctam variae leges constituunt; cfr. leg. Sal. XI, 1 et 2: *Si quis ingenuus foris casa quod valit duos denarios furaverit, solidos 15 culpabilis iudicetur. Si vero foris casa quod valit 40 denarios, solidos 35 culpabilis iudicetur;* leg. Baiuw. IX, 1—8; edict. Rothar. c. 253: *usque ad decem silequas furtum ipsum sibi nonum reddat et conponat pro tali culpa sol. octuginta aut animae suae incurrat periculum*, Legg. IV. pag. 62. Omnino autem cum lege Saxonum congruit posterius ius Saxonicum, quod inest in Speculo Saxonico II, 13, §. 1: *Den dief sal man hengen; geschiet aver in me dorpe des dages en düve, die min den drier schillinge wert is, dat mut die burmeister wol richten des selven dages to hut unde to hare, oder mit dren schillingen to losene.* 90) *uno denario minus tribus solidis]* cfr. supra p. 65. 66. not. 82. 87. 88. 91) *novies conponat]* cfr. supra not. 88. 92) Fredi vocabulum, quo hoc in capitulo 36 minor mulcta dicta est, in antiquissimis tribus legibus Saxonicis nobis amplius non occurrit, nisi in cap. de part. Sax. c. 16: *undecumque census aliquid ad fiscum perveneril, sive in frido, sive in qualecumque banno et in omni redhibitione ad regem pertinente.* Saepissime eadem voce utitur lex Frisionum, v. Legg. III. p. 661. not. 41, lex Thuringorum c. 37. 38. 40. 41. 44, ceterae leges coaevae. Significat autem poenam aliquam, quae publica pace turbata *ad partem regis* solvenda est praeter mulctam homini laeso ipsi tributam, eamque saepissime minorem vel comitis bannum (opp.: bannus = regius bannus 60 solidorum). De ipsa minoris mulctae magnitudine conferenda sunt, quae p. 29, infra not. 93. allata sunt. 93) *pro fredo, si nobilis fuerit, solidos 12; si liber, 6; si litus, 4]* Liceat coniicere numerum 4 alienum fuisse a genuino legis textu, eiusque loco olim scriptum fuisse numerum 3. Nempe alias fredum ab homine nobili solvendum ad fredum ab ingenuo et ad fredum a lito solvendum rationem habet quam 4 ad 2 et ad 1, ut inferioris ordinis unusquisque dimidiam pecuniam pensaverit, quam maioris. Cfr. cap. de part. Sax. c. 19: *si de nobile genere fuerit, 120 sol. fisco conponat; si ingenuus, 60; si litus, 30;* ibid. c. 20. 21: *si nobilis, solidos 60; si ingenuus, 30; si litus, 15;* capit. Saxon. c. 5: *si quis de nobilioribus ad placitum mannitus venire contempserit, solidos 4 conponat, ingenui 2, liti 1.* Itaque credamus oportet, capitularis Saxonici codicem, cum ibi legatur c. 3: *ubicumque Franci secundum legem solidos 15 solvere debent, ibi nobiliores Saxones solidos 12, ingenui 5, liti 4 conponant*, librarii mendis esse depravatum, verosque numeros fuisse 12, 6, 3, quamquam miramur, quod aeque in capit. Saxon. l. l. et in lege Sax. c. 36 idem numerus 4 legitur. Cfr. Wilda Strafrecht p. 437; K. Maurer Ueber das Wesen des ältesten Adels der Deutschen Stämme p. 116, O. Stobbe in Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaft XIV. p. 313. Ceterum in pensandis compositionibus lito Saxonico dimidia pars eius pecuniae, quae ingenuo, ingenuo sexta pars eius, quae homini nobili, solvenda fuit, ut alia ratio fredo, alia compositioni subfuerit. Neque sola in Saxonia dissimilis haec computandi regula diversis constitutis mulctis compositionibusque

[V, 1—3.][a] 37. Qui homini[b] in hoste vel de hoste[95], ad palatium vel de[c] palatio[96] pergenti malum aliquod fecerit, in triplo[97] conponat[d].

38. Qui[98] domum alterius vel noctu vel interdiu suo tantum consilio[99] volens[100] incenderit, capite puniatur[e].

a) *Heroldiana in editione* Titulus V. De vi et incendiis *inscriptus est.* b) hominem *Spang. text., Spang. ind.* c) palatium vel de *deest Corb.* d) componat in triplo *Til.* e) In qualicumque loco est. secumdum legem illorum *addit Spang.*

inest, sed etiam in lege Burgundionum res nobis occurrit; cfr. leg. Burg. II, 2; XXVI, 1—3 etc. 94) *conscius similiter]* cfr. p. 43, not. 51. 95) *Qui homini in hoste vel de hoste pergenti malum aliquod fecerit]* His verbis lex Saxonum singularem quandam pacem hominibus attribuit, qui in exercitu militent domove ad constitutum locum proficiscantur, ut expeditioni intersint, vel inde domum redeant. Hostis enim vocabulo alias quoque idem inest sensus; cfr. leg. Baiuw. II, 4: *Si quis in exercitu, quem rex ordinavit, vel dux de provincia illa, scandalum excitaverit infra propria hoste, et ibi homines mortui fuerint, conponat in publico* 600 *solidos;* leg. Alam. Hlothar. XXVI; leg. Sal. LXIII, 1: *si quis hominem ingenuum in hoste occiderit,* 600 *solidos* (id est ter 200 sol. vel triplex ingenui Franci weregeldum) *culpabilis iudicetur;* leg. Ribuar. LXIII, 1: *si quis hominem in hoste interfecerit, triplici weregildo culpabilis iudicetur* etc. Alia exempla allata sunt Gaupp Recht der alten Sachsen p. 134; v. Zur Lex Saxonum p. 262. 96) *Qui homini ad palatium vel de palatio pergenti malum aliquod fecerit]* Nihil dubitem, quin lex Saxonum verba factura sit de hominibus, qui aut *pro iustitia reclamanda eiam ad* regem ingrediantur (cap. de part. Sax. c. 26) aut ad palatium *venire iussi sint, ut in praesentia* (regis) *iustitiam reddant* (cap. Sax. c. 8). Talibus vero hominibus cum iam capitula de partibus Saxoniae singularem quandam tuitionem praebeant, notatu dignum mibi esse videtur, quod eorum constitutio cum hoc legis Saxonum capitulo 37. non consentit, sed edicit, ut bannum 60 solidorum solvant, si qui eos violaverint. Quarum legum concentus contendi vix potest. Quae cum ita sint, putem recentiorem legem priori derogasse, idque consilio factum esse. Legi vero Saxonum quodammodo simile est capitulare quoddam inter illas duas leges anno 779 a Karolo Magno promulgatum c. 17: *De itinerantibus: qui ad palatium aut aliubi pergunt, ut eos cum collecta nemo sit ausus adsalire; et nemo alterius erbam defensionis tempore tollere praesumat, nisi in hoste pergendum, aut missus noster sit. Et qui aliter facere praesumit, emendet,* Legg. I. p. 38. 97) *in triplo]* Et ter et novies multiplicandas mulctas ante Karolum regem in Saxonia legitimas fuisse, nego; cfr. p. 67. not. 89, et adnotata ad capit. Sax. a. 797. c. 7. Ipsa autem crimina in cap. 37. leg. Sax. commemorata apud Francos antiquitus similem in modum puniebantur; v. leg. Sal. LXIII, 1 (in not. 95), leg. Ribuar. LXIII, 1 (in not. 95). Cum lex Frisionum edicat XVII, 1: *Si quis in exercitu litem concitaverit, novies damnum quod effecit componere cogatur, et ad partem dominicam novies fredam persolvat,* iste quoque circa annum 785 promulgatus titulus novum quoddam in Frisiam induxisse videtur ius atque originem ex iure Francico ductam prae se fert. Itaque mulcta ter sumenda in antiquissima a Karolo Saxonibus lata lege nusquam, in secunda semel (in leg. Sax. c. 37), in tertia saepius (v. cap. Sax. c. 4. 7. 7) reperitur neque tempore posteriore rara fuit; cfr. Ansegisi Append. II. c. 35 (v. p. 44, not. 56), Zur Lex Sax. p. 262. 98) *Qui domum alterius incenderit, capite puniatur]* Hanc constitutionem etiam eam amplecti, quae inest cap. de part. Sax. c. 3: *Si quis ecclesiam igne cremaverit, morte moriatur,* iam supra p. 16. 36, not. 8 exposuimus. Ceterum in reliquo Francorum regno capitale supplicium incendiario non imminebat, sed modo maior modo minor pecunia mulctaticia solvenda erat; cfr. leg. Sal. XVI (ed. Merkel p. 10. 59, Novel. 44. p. 74, Novel. 189); leg. Ribuar. XVII: *si quis hominem per noctem latenter incenderit, sexcentis solidis culpabilis iudicetur, et insuper damnum et delaturam restituat;* leg. Alamann. LXXXIII; leg. Baiuw. X; leg. Thur. c. 44: *Qui domum alterius noctu incenderit, damnum triplo sarciat et in fredo solidos* 60; atque omnibus his in legibus maximi momenti in constituenda poena ductum est, si noctu factum fuerit incendium, atque si quis vitam igni amiserit; v. Wilda Strafrecht p. 940—952, Zur Lex Saxonum p. 305—310. Quibus quamquam similia legis Frisicae praecepta maioris tamen aetatis priorisque iuris notam habent. Scilicet in leg. Fris. tit. VII. constitutum est: *Si quis domum alterius incenderit, ipsam domum et quicquid in ea concrematum est, in duplo componat. Si autem dominum domus flammis ex ipsa domo egredi compulit, et egressum occidit, componat eum novies, cuiuscunque fuerit conditionis, sive nobilis, sive liber, sive litus sit; haec constitutio ex edicto regis processit. Trans Laubaci in fredam novies componit weregildum suum.* Quamquam res non omnino eadem est, de qua edit praecepta lex Saxonum, tamen id, quod weregeldum novies sumptum exposcebatur, nos docet, etiam in Frisia tempore priore poenam capitalem valuisse. Similia denique ex legibus Germanorum septemtrionalium affert Wilda Strafrecht p. 504. 945. 950. Adde quod etiam multo postea in Saxonia unusquisque incendiarius, in Frisia eorum aliquanta pars morte damnabatur. Ita constitutio Friderici I. imperat. contra incendiarios a. 1187 edicit, ut incendiarius *capite plectatur,* Legg. II. p. 184, et treuga Henrici regis a. 1223 vel 1224 c. 26, ut idem *deprensus rota puniatur,* Legg. II. p. 268. Cum quibus legibus plane congruit Sachsenspiegel II, 13. §. 4. 5: *Alle mortbernere sal man radebraken; die .... bernet sunder mortbrand;* *den sal man dat hovet afslan.* Idemque ius inest statutis Frisicis saeculi duodecimi Nr. 16: *quodsi fecerit capitalia mala: vel furta vel alia mortalia mala* (frisice scilicet bunsingo: *jef hi hauddeda jeden hebbe: nagtbrond jeftha othere hauddeda), si pecuniam non habet, tunc emendet cum suo proprio colle,* Friesische Rechtsquellen p. 26, atque legibus Upstallsbomicis a. 1323. c. 3: *incendiarii nocturni concrementur, diurni incendiarii vero damnum incendii taxatione prae-*

39. Qui[1] alteri dolose per sacramentum res proprias[a] tollere vult, duobus aut tribus de[b] eadem provincia[c] idoneis[d] testibus vincatur, et si plures fuerint, melius est.

[VI, 1—3.][e, 2] 40. Uxorem ducturus[3] 300 solidos[4] det[f] parentibus eius; si autem

a) proprias *deest Til.* b) de *deest Spang.* c) prouintia *Spang.* d) id est eis *legitur in cod. Spang. loco verbi* idoneis. e) *in editione Heroldiana* Titulus VI. De coniugiis *inscriptus est.* f) de *Spang.*

missa in septuplum recompensent, ibid. p. 103. Quae cum ita sint, contendam, semper in Saxonia incendiarios mortis supplicio affectos fuisse, neque cum Usinger Forschungen zur Lex Saxonum p. 21 putem, haec promulgato capitulari Saxonico c. 8 immutata esse; cfr. quae infra ad cap. Sax. c. 8 adnotavi, Zur Lex Saxonum p. 305 - 311, Wilda Strafrecht p. 940—952. 99) Verba *suo tantum consilio* interpretari liceat adhibito capitul. Sax. cap. 8. Scilicet legislator nullum voluit capite condemnari nisi voluntarium incendiarium; incendium vero poenae loco adhuc adhiberi concessit. Atque posterius capitulare rationes enumerat, quibus ductus homo maleficus ignem domui alienae subiiciat: *propter iram aut quamlibet inimicitiam* (i. e. faidam) *aut quamlibet malicolam cupiditatem*, i. e. *pro qualibet iracundia aut malivola intentione.* Cfr. supra p. 15, Zur Lex Saxonum p. 305 - 311. 424, quae ad capit. Sax. c. 8 allata sunt. 100) *volens]* v. quae infra ad leg. Sax. c. 57, adscripsimus. 1) Quae legis Saxonum capitulum 39. de onere atque ratione probandi praescribit, cum intelligere non possimus nisi respectu habito ad constitutiones, quae eiusdem legis capitulo 63. insunt, malim ea, quae ad enucleandum capitulum 39. afferenda sunt, cum interpretatione capituli 63. coniungere; v. notas ad cap. 63. adscriptas. Cfr. fragmentum capitularis cuiusdam a Karolo Magno imperatore inter annos 800—814 (v. Boretius Die Capitularien des Longobardenreichs. 1864. p. 98 et Zur Lex Sax. p. 356) lati in Ansegisi capitular. append. II. c. 34: *Si aliquis Saxo hominem conprehenderit absque furto aut absque sua propria aliqua re, dicens quod illi habeat damnum factum, et hoc contendere voluerit in iudicio aut in campo aut ad crucem, licentiam habeat. Si vero hoc noluerit, cum suis iuratoribus ipse liber homo se idoniare faciat. Et si servum cuiuslibet absque aliqua conprobatione conprehenderit, ipse servus aut ad aquam ferventem aut ad aliud iudicium se idoniare faciat*, Legg. I. p. 324. 170. 2) Inter titulorum legis Saxonicae inscriptiones Heroldiana in editione nobis occurrentes, quae comprobent eas ab Heroldo esse confectas, haecce tituli sexti non infimum locum obtinet. Nempe neque coniugii vocabulo alias lex Saxonum utitur, neque verisimile est, legislatorem adeo fuisse neglegentem, ut duos deinceps titulos eodem numero notaverit; cfr. p. 7. Idemque pleraeque aliae inscriptiones demonstrant, quamquam supervacaneum duximus, rem ubique singillatim coarguere; v. p. 47 not. 2, p. 54 not. 29. Ita verba illa, quae Heroldus capitulo 24. praescripsit (v. p. 62 not. 68) demonstrant, auctorem ipsam legem parum intellexisse; inusitatissimum enim dominationis vocabulum iste non adhibuisset, si perspexisset, qui fuerint *domini* Saxonici; quin etiam inscriptio illa cohaerentia capitula inepte dirimit, atque diversissima coniungit; neque *de coniuratione* lex Saxonum verba fecit. Dicta sufficiant, ut posteriores inscriptiones silentio praeterire liceat.

3) *Uxorem ducturus* 300 *solidos det parentibus eius]* Quaeras, quid sibi velint hi 300 solidi? Nihil dubitem, quin ista pecunia soluta maritus revera uxorem emerit. In antiqua enim Germania matrimonio inerat vera emptio venditio mulieris. Quod legis Saxonicae ipsa verba plane demonstrant; haec enim utitur c. 49. 65. vocabulis *uxorem emere*, c. 65. *feminam vendere*, dicit pensatam pecuniam c. 43. *pretium emptionis*, nominatque rei venditae loco c. 43 et c. 49. ipsam feminam, ut ignorem, quem ad modum ista lex rem clariorem reddere potuerit. Itaque Eichhorn Deutsche Rechtsgeschichte I. (ed. 5[ta]) §. 54. p. 317 et Grimm Rechtsalterthümer p. 420—426 studuerunt coarguere, rem se ita habuisse. Plerique vero viri docti recentiores aliam sententiam comprobaverunt, quam primus proposuit Kraut Die Vormundschaft nach den Grundsätzen des Deutschen Rechts I. (1835) p. 171—175. 299. 313; cfr. Gaupp Recht und Verfassung der alten Sachsen (1837) p. 142. 170; Wilda Strafrecht (1842) p. 800. 837; Weinhold Altnordisches Leben (1856) p. 240; Walter Deutsche Rechtsgesch. (ed. 2) II. p. 126; Schroeder Geschichte des ehelichen Güterrechts in Deutschland (1863) I. p. 9. 27. 38. 47. 76. 79; Waitz Verfassungsgesch. I. (ed. 2) p. 44. 57; Sohm in Zeitschrift für Rechtsgeschichte V. (1866) p. 419. Hi omnes contenderunt nihil emptum esse nisi mulieris mundium i. e. tutelam, nimis fortasse ducti ea iuris nuptialis figura, qua Langobardi eo tempore usi sunt, cum leges eorum, quae exstant, scriptae atque promulgatae sunt. Quin etiam magis ab ea sententia, quam rectam duxi, discessit Rive Geschichte der Deutschen Vormundschaft I. (1862) p. 258, atque septemtrionalium inprimis Germanorum leges perscrutatus probaturus est, neque uxorem neque eius tutelam apud antiquos Germanos usquam a marito emptione paratam fuisse. Ut legis Saxonicae capitula laudata, ita variae leges Anglosaxonicae contrariam sententiam dilucide demonstrare mihi videntur; v. Aethelbirthi leg. c. 77: *gif man maegð gebigeð, ceâpi geceâpod sŷ, gif hit unfâcne is; gif hit þonne fâcne is, ef þaer aet hâm gebrenge, and him man his scaet âgefe*, Schmid Gesetze der Angelsachsen p. 8; leg. Ine regis c. 31: *gif mon wîf gebycgge, and siô gyft forð ne cume, âgife þaet feoh and forgielde, and gebête þâm byrgean swâ his borgbryce sîe*, ibid. p. 34; Canuti leg. II. c. 74: *and ne nŷde man nâðer ne wîf ne maeden tô þâm, þe hyre sylfre mysĺicige, ne wið sceatte ne sylle, buton he hwaet agenes þances gyfan wille*, ibid. p. 312. Atque vestigia eiusdem institutionis reperiuntur apud vetustos Frísiones, Baiuwarios, Alamannos, Burgundiones, Langobardos, Wisigothos. Quin etiam adhuc saeculo quinto decimo quibusdam in Saxoniae regionibus rem nondum omnino in oblivionem venisse, testis est Albertus Cranz Wandalia I, 13: *valet hodie (ut ferunt) consuetudo in Thietmarsis, gente palustri ad exitum Albis fluminis, ut nuptui tradant filias indotatas, sponso quantum inter eos convenit, annumerante aut pendente*

sine voluntate parentum puella tamen consentiente, ducta fuerit, bis[5] 300[a] solidos parentibus[6] eius conponat; si vero[7] nec parentes nec puella consenserunt, id est si vi[b] rapta est, parentibus[c] eius 300[d] solidos[e], puellae 240 solidos[f] conponat, eamque parentibus restituat.

a) bis trecentos *Til.* b) si per vim *Til.*; si uim' *Spang.* c) parentes *Spang.* d) trecentos *Til.* e) sol. *Spang.*; sold̄ *Corb.* f) solidos *deest Til., Her.*

his, qui puellam in potestate habuerunt, Neocorus chronic. I. 109. — Cfr. Zur Lex Saxonum p. 285—305. 4) Pretium, quo maritus uxorem, cum lex Saxonum concipiebatur, paraverit, in 300 solidos constitutum fuisse, cap. 40. 43. 49 docemur. Neque miremur, quod hoc *pretium emptionis*, cum ipsa mulier tutori suo restituta esset, non solvebatur, sed pecunia aut puella patri tutorive debebatur (c. 40: *eamque parentibus restituat*). Ceterum coniiciam, non semper a sponso certam aliquam summam parentibus tutorive puellae viduaeve, quae ipsi nuptura fuerit, pensatam esse, sed eius magnitudinem ex pacto a singulis diversum in modum constitui solitam esse, ut isti 300 solidi, si res inter partes non convenisset, norma a lege praescripta haberetur. Neque consentiam cum Kraut Vormundschaft I. p. 317, ingentem fuisse hanc pecuniam; nam si compositiones atque vulnerum mulctas priore in legis Sax. parte statutas conferimus, res se aliter habere videatur; itaque ipsa magnitudo rem nequaquam reddit dubiam. Quamquam aliam sententiam secutus est etiam Gaupp Recht der Sachsen p. 137, cum dicat, istam summam fuisse *ein nicht mehr zu überschreitendes Maximum, das sich nur auf eine Ehe zwischen Mitgliedern des Adels bezieht.* Hic igitur arbitratus est, aliud pretium solvendum fuisse, cum homines nobiles, aliud cum ingenui matrimonium contraxissent. Quod etsi veritatis similitudinem fortasse habet, ipse tamen numerus 300 nos docere videtur, statutam pecuniam ad weregeldum hominum ingenuorum esse formatam, itaque ad ipsos ingenuos rationem haberi. Putem enim computato weregeldo ingenuorum (240 solid.) et regio banno sexaginta solidorum istos 300 solidos effectos esse. Quae opinio nisi me fallit, ante Karolum Magnum istam summam in Saxonia nondum valuisse, apparet. Similiter autem simplum liberae feminae weregeldum his 60 solidis auctum aliis quoque ex legibus vi feminae illata solvendum fuit; cfr. leg. ad Amorem c. 45: *si puellam sponsatam alius priserit, solidos* 200 (i. e. hominis Franci weregeldum) *conponere faciat, in fredo* 60 *solidos;* capitul. Ludewici legibus addend. a. 817 c. 9: *si quis sponsam alienam rapuerit, aut patri eius aut ei, qui legibus eius defensor esse debet, cum sua lege eam reddat et quicquid cum ea tulerit; ... Sponso vero legem suam conponat et insuper bannum nostrum, i. e.* 60 *solidos,* Legg. I. p. 211; ibid. c. 4: *De raptu viduarum: Qui viduam intra primos* 30 *dies viduitatis suae, vel invitam vel volentem sibi copulaverit, bannum nostrum, id est* 60 *solidos, in triplo conponat; et si invitam eam duxit, legem suam ei conponat,* l. l. p. 211. Cfr. Zur Lex Saxonum p. 298. 5) In notis, quae huic antecedunt, exposuimus, ante conceptam legem Saxonum nullum pretium emptionis uxorum in Saxonia fuisse legitimum. Sed prius Saxonicum ius stupri mulierum a Karolo Magno putandum est commutatum, ut corruptor solvat weregeldum feminae violatae sexaginta solidis auctum; atque ad eius exemplar illud pretium statutum est. Praeter hos 600 solidos interdum tertiam aliquam 300 solidorum mulctam solutam, eamque neglecto atque omisso consensu patris tutorisque debitam fuisse, lex Saxonum hic nos docet. Verba igitur *si* (puella) *sine voluntate parentum, puella tamen consentiente,* (in matrimonium) *ducta fuerit, bis* 300 *solidos* (novus maritus) *parentibus eius conponat* nihil dicunt nisi: 300 solidis eam emat atque alios 300 solidos propter illusam patriam potestatem adiiciat. Similiter in cap. 49. constitutum est: *qui feminam ab alio desponsatam rapuerit,* 300 *solidos patri puellae conponat et insuper* 300 *solidis emat eam.* Acceperunt vero ut pretium emptionis ita hanc pecuniam *pater puellae* (v. c. 49) sive *parentes puellae* (c. 40). Quae cum ita sint, nihil mirari licet, quod, cum tutoris dissensus alium in modum suppleretur (c. 43), isti 300 solidi solvendi non fuerunt. 6) Parentium vocabulo significatur aut pater aut tutor, de quo instituendo cap. 44. 45 singula praecepta sunt. 7) Cum puella rapta vel per vim stuprata sit, ut raptor *parentibus eius* 300 *solidos, puellae* 240 *conponat eamque parentibus restituat,* tertia haec capituli 40. pars edicit. Nullum matrimonium contractum est; itaque puella non est emenda, sed ipsa restituenda. Quae cum ita sint, 240 illis solidis pretium emptionis inesse omnino non potest. Immo primi 300 solidi sunt iidem, de quibus supra not. 5 disputavimus, quos raptor patri, quia patrium eius ius laesit, debebat. Atque altera pecunia 240 solidorum accedit, quod nolenti puellae iniuria illata est; scilicet weregeldum ipsius ei solvendum est *ad satisfactionem.* Rem docet lex Fris. IX, 8—13: *Si quis puellam virginem rapuerit et violatam dimiserit, componat ei weregildum eius, sive nobilis sive libera fuerit, ad satisfactionem, et ad partem regis similiter; tertium weregildum patri sive tutori puellae; si autem puella lita fuerit, satisfaciat ei similiter solutione weregildi sui, et domino eius* 10 *solidos componat. Si liberam foeminam extra voluntatem parentum eius vel eorum qui potestatem eius habent, uxorem duxerit, componat tutori eius solidos* 20, *si autem nobilis erat foemina, solidos* 30; *si lita fuerit, solidos* 10 *domino eius persolvere cogatur.* Loco igitur weregeldi puellae violatae, quod secundum eius conditionem in Frisia solvebatur, in Saxonia ubique componendi erant solidi 240, i. e. weregeldum ingenuae feminae *iam enixae* (c. 15). Neque dubitem, quin hac in re prius ius Saxonicum a Karolo Magno commutatum, idque antea Frisico similius fuerit. Liceat fortasse coniicere, olim neque in Saxonia neque in Frisia raptorem soluto weregeldo absolutum sed capite damnari solitum fuisse. Tale Francorum fuit ius saeculo sexto, cfr. Childeberti II. reg. decret. a. 596 c. 4: *quicumque raptum facere praesumpserit, unde impiissimus vitius adcreverit, vitae periculum feriatur; et nullus de optimatibus nostris praesumat pro ipso precare, sed unusquisque admodum inimicum Dei persequatur. Qui vero edictum nostrum ausus fuerit contempnere, iudex*

[VI. 1—8.][a] 41. Pater aut[b] mater defuncti filio[c] non[d] filiae[e] hereditatem[8] relinquent[f, 9].

42. Qui mortuus viduam reliquerit[g], tutelam[10] eius[11] filius, quem ex alia uxore[h] habuit, accipiat; si is forte defuerit, frater idem[i] defuncti; si frater non fuerit, proximus[k] paterni[l] generis[m] eius consanguineus[n, 12].

43. Qui viduam ducere velit[o], offerat tutori[13] precium[p] emptionis eius[14], consentien-

a) *Heroldiana in editione* Titulus VI. De haeredibus et viduis *inscriptus est, itaque duo tituli (v. p.* 69 *not. e) numero* VI. *signati sunt; in indice vero eiusdem libri Heroldus hos titulos coniunxit, coniunctumque notavit:* Titulus VI. De coniugiis, haeredibus et viduis; *ibidem capitulum* 43 *divisum est in paragraphos* 3 *et* 4, *cap.* 4 *in paragraph.* 6 *et* 7. *Gaertner Saxonum leges tres p.* 67 *sqq. secundum Heroldianum titulum* VI. *inscripsit* TIT. VII. *omnesque titulorum numeros posteriores uno auxit.* b) pater aut mater *Her., Spang. ind., Til.*; pater autem mater *Corb.*; pater autem et mater *Spang. text.* c) filiis *Til.* d) nec *Spang.* e) filie *Spang.*; filię *Corb.* f) relinquant *Til*; relinquit *Her.* g) viduam reliquerit *Her., Corb., Spang. ind., Til.*; uiduarum relinquerit *corr.* viduam relinquerit *Spang. text.* h) uxorem *Spang.* i) frater idem defuncti *Her., Spang.*; frater idem (*corr.* illius) defuncti *Corb.*; defuerit qui frater id est defuncti *Til.* k) si *addit Til.* l) *ad* paterni *vocem Heroldus in margine adnotat* patri. m) uel *addit Spang.* n) comsanguineis *Spang.* o) vult *Til.* p) precium *Til.*; pręcium *Corb.*; pretium *Spang.*

ipsum raptorem occidat. Certe si ipsa mulier raptori consenserit, ambo pariter in exilio transmittantur, et si foras ecclesia capti fuerint, ambo pariter occidantur, Legg. I. p. 9. Idque fuisse videtur antiquissimis temporibus omnium Germanorum ius commune, quamquam leges scriptae sola vestigia prioris aetatis demonstrant; cfr. Zur Lex Saxonum p. 302. 8) Hereditatis vocabulo utitur lex Saxonum praeter hoc caput 41. in cap. 44. 46. 47. 62. 64. In solo capitulo 47. ei sensus inest iuris hereditarii, in cap. vero 41. 46. 62. 64. significare videtur terram hereditariam neque ceteram tamen amplecti proprietatem mancipiorum, pecuniae, aliarum rerum mobilium, quod inprimis capitulum 62. oppositis mancipiis perspicuum reddit. Neque raro angustiorem hanc notionem verbum illud exprimit, exempli gratia cfr. epist. a Saxone quodam a. 815 Ludowico regi conscriptam: *hereditas patris Richart et patruelis Richolf, quae in ipsa Saxonia extiterat,* Jaffé Bibl. rer. Germ. III. p. 321; Anon. vit. Ludovici p. a. 814 c. 24: *Quo etiam tempore Saxonibus atque Frisonibus ius paternae hereditatis, quod sub patre ob perfidiam legaliter perdiderant, imperatoria restituit clementia.* Script. II. pag. 619. 9) Iuris hereditarii Saxonici antiqui de aliqua parte docemur leg. Sax. cap. 41. 44. 46. In successione praediorum stirps virilis in Saxonia interdum mulieribus anteposita fuit; scilicet a) si filii Saxoni defuncto fuerant, ii soli praeteritis suis sororibus in fundos paternos successerunt (c. 41); b) sin isti nulli filii sed solae filiae nepotesque agnati superstites erant, hi amitis neglectis fundi ab avo possessi heredes exstiterunt (c. 46); c) sin denique quis moriens virilem sexum non reliquerat, filiae vero ei erant, praediorum hereditatem non proximus eius vir consanguineus adiit, sed istius filiae (c. 44). Ita voluit rem observari ius Saxonicum, quale memoriae prodidit lex Saxonum. A singularibus his constitutionibus discesserunt leges Thuringorum Francorumque, quae vetuissent, ne ullae umquam mulieres agrorum heredes exsisterent; cfr. leg. Thur. c. 26—32: *De alodibus;* leg. Sal. LIX. (ed. Merkel p. 33 et p. 72, Nov. 167): *de terra vero nulla in muliere hereditas est;* lex Ribuar. LVI: *cum virilis sexus extiterit, femina in hereditatem aviaticam non succedat.* 10) De tutela muliebri, quae fuit potestas in mulieres patre orbas simillima patriae, id est, ut Germanico verbo utar, de mundio vide inprimis Kraut Vormundschaft I. p. 188, Gaupp Recht der Sachsen p. 150, Schroeder Eheliches Güterrecht p. 2, singula, quae ad omnes huc pertinentes constitutiones legis Saxonicae (c. 42. 44. 45) adnotavimus. Eum, in cuius tutela aliqua mulier sit, dicit lex Sax. c. 43. eius tutorem. Cfr. leg. Thur. c. 47: *Si libera femina sine voluntate patris aut tutoris cuilibet nupserit, perdat omnem substantiam, quam habuit vel habere debuit;* leg. Fris. IX, 8: *Si quis puellam virginem rapuerit et violatam dimiserit, componat tertium weregildum patri sive tutori puellae;* ibid. IX, 11: *Si liberam feminam extra voluntatem parentum eius, vel eorum qui potestatem eius habent, uxorem duxerit, componat tutori eius solidos* 20. 11) Merum ius antiquissimum etiam hic lex Saxonum multo magis retinuit, quam multae aliarum nationum Germanicarum leges, quae viduas de omni tutela liberant, cfr. leg. Wisigoth. III, 2—7; l. Burg. LII, 3; leg. Aethelr. V, 21, Schmid Gesetze der Angelsachsen (ed. 2) p. 224; leg. Canuti reg. II, 73, ibid. pag. 310; Schroeder Eheliches Güterrecht p. 2. Ex lege Saxonum fungebatur tutela viduae a) filius defuncti ipsius mariti maximus natu, ut inter filios diversis ex uxoribus natos prioris uxoris filius ei, quem ipsa pepererat, antecederet; b) sin pater moriens filios non reliquit, tutoris munus offerebatur fratri defuncti mariti, i. e. viduae leviro; c) sin vero isti nec filii nec frater superstites fuerunt, viduae eius tutela mandabatur proximo agnato defuncti. 12) *proximus paterni generis eius consanguineus]* i. e. proximus agnatus defuncti mariti. Idem dicere putem c. 44: *proximo paterni generis,* c. 45: *ad proximum eius,* c. 64: *primo proximo suo,* c. 18: *consanguineis eius,* c. 18: *propinquis occisi,* c. 43: *proqinquis eius,* c. 43: *ad proximos eius,* c. 19: *proximis eius.* 13) Tutorem viduae fuisse aut filium aut fratrem aut proximum agnatum mariti defuncti, exposuimus not. 11. 14) *pretium emptionis eius,* i. e. pecuniam, qua viduam in matrimonium ducturus eam empturus sit; cfr. p. 69. not. 3. Ultima huius capituli verba demonstrant, virgines atque viduas eadem pecunia, trecentis scilicet solidis, i. e. weregeldo hominis ingenui adaucto banno regio, in matrimonium venditas esse. Ceterum ex vocabulis: *accipiat illam* (i. e. viduam) *paratam habens pecuniam, ut tutori eius si forte aliquid dicere velit dare possit,* comperimus, non semper ipsis in nuptiis pretium emptionis solutum esse. Itaque dubitem, an erraverint viri docti, qui contenderint, in ipsa contrahenda pactione nuptiali, id est in desponsatione, non modo emptionis summam esse pactam

tibus ad hoc propinquis eius. Si tutor abnuerit, convertat[a] se ad proximos eius, et eorum consensu[15] accipiat illam[b], paratam habens pecuniam[c], ut tutori eius, si forte aliquid dicere velit, dare possit, hoc est solidos 300[d].

44. Qui defunctus non filios sed filias reliquerit[e, 16], ad eas omnis hereditas pertineat; tutela[17] vero earum fratri[f] vel proximo paterni generis[18] deputetur.

45. Si[19] vidua[g] filiam habens nupserit filiumque[h] genuerit, tutela filiae ad filium, quem tunc[i] genuerat, pertineat; si[20] autem filium habens nupserit, filiamque[k] genuerit, tutela filiae non ad filium prius genitum, sed ad fratrem patris[l] vel ad proximum eius pertineat.

46. Qui[21] filiam ac filium habuerit[m], et filius uxore ducta et[n] filium genuerit, et mortuus fuerit, hereditas patris ad filium filii, id est nepotem[o], non ad filiam pertineat.

a) et *(cum delendi nota)* conuertat *Spang.* b) eam *Spang.* c) paratum habens precium *Til.* d) CCC sol. *Spang.* e) Qui defunctus non filios sed filias reliquerit *Corb., Her., text. Spang., Til.; male:* Qui defu(n)ctus filios et filias non reliquirit *ind. Spang.* f) *v. d. Pertzius adnotat, Corbeiensi in codice voci* fratri *glossam saeculi XV.* defuncti *adiectam esse.* g) si uiduam filiam *ind. Spang.* h) filiumqui *text. Spang.* i) tū *Til.* k) filiumque *errore ductus Merkel Lex Saxonum p.* 13. l) patris *ad vocem Corb. in codice manu saeculi XV glossam* nota cui secundo nupserit *adscriptam esse, adnotat Pertzius.* m) Qui filium aut filiam genuerit *Til.; male* Qui filiam hanc filium habeat *ind. Spang.* n) et *deest Til.* o) ad nepotem *Til.*

sed etiam solutam. Item laudata verba comprobant, emptionis pretium patri tutorive sponsum debuisse, neque id tamen accepisse puellam viduamve, ut dotis loco ad sustentanda onera matrimonii contulerit. Cfr. Kraut Vormundschaft I. p. 171; Gaupp Recht der alten Sachsen p. 141; Schroeder Ehelich̄es Güterrecht I. pag. 9; Zur Lex Saxonum p. 296. 15) De propinquorum consensu necessario ad supplendam patriam potestatem atque tutelam in lege Saxonum paucissima dicta sunt. Neque dubitem quin erraverit Rive Geschichte der Deutschen Vormundschaft I. p. 240, *bei der Ueberschreitung des sehr bedingten* (?) *bis auf die Wahrung des eigenen Interesses beschränkten* (?) *Widerspruchsrechts des nächsten Schwertmagen* (i. e. saepissime patris) *geht die Befugniss zur Verlobung sofort auf die nächsten Verwandten über*, quod lex Saxonum nequaquam praescripsit. Immo singulare quoddam viduarum ius Saxonicum auxit ille nescio qua causa ductus. Econtra, si legem solam Saxonum perscrutamur, dissensus patris neque a virgine neque a vidua viro nuptura umquam in Saxonia evitari, ne tutoris quidem contradictio a puella illudi potuisse videtur; sed solis viduis patre orbis hoc concedit lex Saxonum; quod iam animadvertit Gaupp Recht der alten Sachsen p. 141. Scilicet apud septemtrionales Germanos feminis maiorem fuisse nubendi ad libidinem licentiam, fusius demonstravit Wilda Strafrecht p. 801. 16) *Qui defunctus non filios sed filias reliquerit]* i. e. si cui neque filii neque filiorum filii, sed solae filiae supervixerint, ex lege Saxonum filiae cum patriorum praediorum tum ceterarum rerum heredes exstiterunt; cfr. cap. 46. 17) Postquam lex Saxonum c. 42 primum de viduarum mundio verba fecit (v. p. 71. not. 11), c. 44 et c. 45 simillima edicit de virginum tutela. Cum patria potestas una cum patris vita desiisset, puellarum orbarum tutores exstiterunt a) aut ipsarum fratres (c. 45), b) aut deficientibus fratribus ipsarum patruus (c. 44; suo enim iure glossa aliqua recentior fratris verbo adiecit *defuncti*), c) si iis neque fratres neque patrui fuerunt, proximus agnatus *paterni generis* (c. 44). Cfr. Kraut Vormundschaft I. p. 189—191. 18) *proximo paterni generis]* i. e. proximo agnato, v. p. 71 not. 12. 19) *Si vidua filiam habens nupserit filiumque genuerit, tutela filiae ad filium quem tunc genuerat pertineat]* Sensus horum verborum dubius certe omnino non est: puellae, cuius mater primo suo marito mortuo denuo viro nupserit, tutor debet esse, nisi ei germanus frater sit, natu minor frater uterinus, neque tamen proximus agnatus, ut quodammodo filiae cum matre iterum matrimonium ineunte in vitrici familiam intraverint. Kraut Vormundschaft I. p. 190 contendit, singularem hanc constitutionem cum ceteris regulis iuris Saxonici cum aequalis tum posterioris dissentire; quam opinionem infirmaturus est Gaupp Recht der Sachsen p. 151. Scilicet maior videtur fuisse in Saxonia affinium cognatorumque vis, quam quae coniici soleat; cfr. c. 43. 49. 20) Secunda huius capituli constitutio omnino congruit cum generalibus legis Saxonicae constitutionibus, ex quibus omnium mulierum tutores proximi semper earum agnati exstiterunt, cfr. p. 71. not. 11; not. 17. 21) Elementa iuris hereditarii Saxonici, qualia insunt in lege Saxonum, p. 71. not. 9. collecturi fuimus. Hoc in capitulo 46. prima nobis occurrunt vestigia iuris quod dicitur repraesentationis. Longe autem postea constitutum esse, ut una cum defuncti cuiusque hominis filiis eius nepotes in avi sui bona succedant, narrat Widukindus rer. gest. Sax. II. c. 10: *De legum quoque varietate facta est contentio, fueruntque qui dicerent, quia filii filiorum non deberent computari inter filios hereditatemque legitime cum filiis sortiri, si forte patres eorum obissent avis superstitibus. Unde exiit edictum a rege, ut universalis populi conventio fieret apud villam, quae dicitur Stela, factumque est, ut causa inter arbitros iudicaretur debere examinari. Rex* (Otto I.) *autem meliori consilio usus, noluit viros nobiles ac senes populi inhoneste tractari, sed magis rem inter gladiatores discerni iussit. Vicit igitur pars, qui filios filiorum computabant inter filios, et firmatum est, ut aequaliter cum patruis hereditatem dividerent pacto sempiterno,* Script. III. p. 440 (cfr. Moeser Werke IV. p. 153; Eichhorn Rechtsgesch. II. §. 258d; Gaupp Recht d. Sachsen p. 162; Köpke Widukind von Korvei p. 141. 90. 91). Unde evenit, ut postea Saxones hoc iure uterentur; v. Sachsenspiegel I, 5, §. 1: *Nimt de sone wif bi des vader live de eme evenburdich is, unde wint sone bi ire, unde stirft he dar na er sineme vadere umbedelet von dem erve, sine sone nemet dele in ires*

[VII, 1—4.][a] 47. Dotis[22] ratio[b] duplex[c. 23] est: Ostfalai[d. 24] et Angarii[e] volunt, si femina filios genuerit, habeat[f] dotem[25], quam in nuptiis accepit, quamdiu vivit[g], filiisque[h] dimittat;

a) *Heroldiana in editione* Titulus VII. De dote *inscriptus est.* b) De dotis ratio *ind. Spang.* c) dupplex *Corb.* d) aut faida *Spang. loco nominis* Ostfalai. e) angarii *Corb.*; angaria *c.* angarii *Spang.*; angrarii *Her.*, *Til.* f) habeat *deest Til.* g) uiuit *Spang.*, *Til.*; vivat *Corb.*, *Her.* h) filiosque *Til.*

eldervader erve, gelike irme veddern in ires vader stut; alle nemet se aver enes mannes deil. Disses ne mach den dochter kinderen nicht geschin, dat se gelike dele nemen der dochter in des eldervader oder in der eldermuder erve. Quod Saxonicum posterius ius praescripsit, apud Francos iam saeculo sexto legis vigorem habuit; cfr. Childebert. II. decret. a. 596 c. 1: *Convenit, ut nepotes ex filio vel ex filia* (quidam codex addit: *mortuo patre*) *ad aviaticas res cum avunculos vel amitas sic venirent in hereditatem, tamquam si pater aut mater vivi fuissent. De illos tamen nepotes istud placuit observare qui de filio vel de filia nascuntur, non qui de fratre.* Legg. I, p. 9. 22) De *dotis ratione* cap. 47. et 48. hae constitutiones insunt: a) Omnium Saxonum, quibus lex Saxonum ius conditura est, fuit commune ius, ut omnis vidua, quae filios non peperisset, dum viveret, *dotem* possideret, post ipsius mortem aut is, qui *dotem* dedisset, aut proximus eiusdem heres dotem reciperet. b) Sin vero pater mortuus et viduam et filios sibi superstites reliquisset, aliud observabatur ab Ostfalais atque ab Angariis, aliud a Westfalais: α) apud illos vivae viduae erat *dotis* possessio, filiis vero post ipsius mortem; sin forsan hi ante matrem diem supremam obiissent, proximi eius propinqui, qui ceterorum ab ipsa possessorum bonorum hereditatem creverunt, iidem *dotis* heredes exstiterunt; β) econtra mulier Westfalica filios enixa *dotis* possessionem plane amisit, cuius loco dimidiam partem omnium rerum, quas matrimonii tempore coniuges acquisivissent, accepit. — Coniecturae Gauppii Recht der alten Sachsen p. 182 accedere non ausus haud scio an negem, haec legis Saxonicae capitula filiorum verbo parum accurate usa esse atque filios filiasque i. e. liberos dictura fuisse. 23) Capitula 47 et 48 demonstrant, legem Saxonum latam esse, ut Ostfalais, Angariis Westfalaisque ius condat, quarum trium nationum Saxonicarum mentionem etiam cap. Sax. c. 1: *congregatis Saxonibus de diversis pagis, tam de Westfalahis et Angrariis quam et de Ostfalahis* et leg. Sax. c. 66. additamentum Tilianum faciunt. Non casu certe factum esse contendam, ut lex Saxonum sicut capitulare Saxonicum non omnes Saxones enumeraverit, sed eos omiserit, qui Albis fluminis ripam dexteram incoluerunt atque modo Nordleudi modo Nordalbingi (Helmold. Chron. Slav. I. c. 26) tunc dicebantur. Nempe neque anno 785, quo legem Saxonum conceptam esse arbitratus sum, neque anno 797, quo capitulare Saxonicum promulgatum est, remotiores illae regiones Saxonicae Francorum in ditionem redactae fuerunt; id vero anno 802, cui plerique viri docti legem Saxonum addixerunt, factum fuisse constat, v. p. 26. 24) Ostfalai dicuntur modo *Ostersahson*, e. gr. dipl. a. 1113 Erhard Reg. Westf. I. p. 141, modo *orientales Saxones*, e. gr. Widukind. rer. gest. Sax. I, modo *Osterliudi*, e. gr. Poeta Saxo I. v. 51 ad a. 772, modo *Austreleudi Saxones*, e. gr. Ann. Lauriss. a. 775 Script. I. p. 154, modo *Austrasii*, e. gr. Ann. Lauriss. a. 775 Script. I. p. 154, modo *Ostvali*, e. gr. Poeta Saxo I. v. 52 ad a. 772, modo *Ostfalhi*, e. gr. Poet. Sax. I. v. 145 ad a. 779, modo *Ostfalai*, e. gr. Ann. Einh. a. 777, a. 779 Script. I. p. 150, 160, Ann. Lauriss. a. 784 ibid. p. 166, modo *Ostfalahi*, e. gr. cap. Sax. a. 797 c. 1 (cod. Vat.), modo *Osterfali*, e. gr. capit. Sax. c. 1 (cod. Corb.). De Ostfalaorum verbi origine cfr. I. Grimm in Wigand Archiv f. Geschichte u. Alterthumskunde Westphalens I, 3. p. 78, Phillips Deutsche Geschichte I. p. 369. 25) Dotis vocabulo dicuntur in lege Saxonum bona quaedam, quae nupturae feminae *in nuptiis* dabantur. Omnes autem uxores Saxonicas talem in modum dotatas fuisse, aut dotium magnitudinem, si quae fuerint, ubique eandem atque legitime statutam fuisse, neque memoriae proditum neque verisimile est. Lex enim ipsa nihil eius modi commemorat, sed de nulla re verba facit nisi de iis, qui dirempto matrimonio dotem, si quae fuerit, possideant. Sin quaeras, quis iste fuerit, quem lex Saxonum dotem *dantem* dixerit, cum Kraut Vormundschaft I. p. 314 et Gaupp Recht der alten Sachsen p. 183 consentiam, maritum istum fuisse vel interdum mariti patrem, neque arbitrer, ab uxore uxorisve parentibus dotem datam fuisse. Nam talis a puellae patre ad sustentanda onera matrimonii constituta dos etiam multo postea plerisque in regionibus Saxoniae omnino non fuit in usu; cfr. Albert Krantz Vandalia I: *valet hodie consuetudo in Thietmarsis, ut nuptui tradant filias indotatas*, Neocorus Chronik des Landes Dithmarschen I p. 109; idque antiquitus omnium Germanorum fuisse, narrat Tacitus Germania c. 18: *dotem non uxor marito sed uxori maritus offert.* Neque audeam, etsi res dubia est, sententiam improbare, quam secuti sunt Grimm Rechtsalterth. p. 423, Kraut Vormundschaft I. p. 313 sq., Sandhaas Fränkisches ehel. Güterrecht I p. 73, ex qua dos Germanica originem ex pretio, quo soluto maritus sibi uxorem vendiderat, hauserit, quamquam errore eos ductos esse contendit Rive Geschichte der Deutschen Vormundschaft I p. 252. Neque facilior esse videtur alia quaestio, dosne illa, quam dictura est lex Saxonum, nobis in Speculo Saxonico occurrat sub nominibus *lifgetucht, liftucht, lifgedinge* i. e. *vidualitium*, an sub nomine *morgengave* i. e. *matutinale donum*, quod uxori maritus post primam nuptiarum noctem dare postea solebat. Malim primae opinioni accedere cum Gaertner Saxonum leges tres p. 82, Eichhorn Deutsches Privatrecht §. 297, Beseler Die Lehre von den Erbverträgen I. p. 207, Kraut Vormundschaft I. p. 314; alteram comprobaverunt Gaupp Recht d. alten Sachsen p. 183, Schroeder Geschichte des ehel. Güterrechts I. p. 100. 120. 102 c. not. 16. Quamquam, cum haec opinio a veritate non abhorreat, nihil in Speculo Saxonico invenias, quod emptionis pretio simile sit; sed hoc ipsum fortasse comprobat, veterem illam dotem ex ipso emptionis pretio originem duxisse. Liceat id addere, quod lex Saxonum post mulierum emptionem venditionem illico de dote verba facit, idque casu factum esse vix credam. Quae cum ita sint, coniiciam, patrem tutoremve virginis viduaeve a

si vero filii matre superstite moriuntur[a], ipsaque post obierit, dotem proximi eius[b] in[c] hereditatem accipiant; si autem filios non habuerit[d], dos ad dantem[26] si vivit revertatur, si defunctus est ad proximos heredes[27] eius. Apud[e] Westfalaos[f]: postquam[g] mulier[h] filios[i] genuerit, dotem amittat; si autem non genuerit[k], ad dies suos dotem possideat, post decessum[l] eius dos ad dantem vel, si deest, ad proximos heredes[m] eius revertatur.

[VIII.][n] 48. De[28] eo quod vir et mulier simul conquisierint[o] mulier mediam porcionem[p] accipiat[q]; hoc[r] apud Westfalaos; apud Ostfalaos et Angarios nihil[s] accipiat, sed contenta[t] sit dote sua.

[IX. 1. 2.][u] 49. Qui feminam ab alio desponsatam[v. 29] rapuerit, 300[30] solidos[w] patri puellae, 300[x] sponso conponat, et insuper 300[y] solidis emat eam; et si[z] cum matre euntem in via rapuerit, etiam et matri 300[a] solidos conponat

a) moriātur *Til.* b) *Corbeiensi in codice ad vocem* eius *glossa manu saec. XIV.* mulieris *adscripta est.* c) in *deest Til.* d) sicque diem obierit *editio Tiliana sola addit.* e) aput *Spang.* f) uuestfalaos *Spang.*, *Corb.*; Veestfalos *Til.* g) postquam *Spang* h) mulier *deest Til.* i) filius *errore ductus Merkel Lex Saxonum p.* 14. k) *in editione Tiliana desunt verba sex* dotem . . . genuerit l) discessum *Spang.* m) eius heredes eius *Spang.* n) *Heroldiana in editione* Titulus VIII. De acquisitis *inscriptus est.* o) conquesierint *Corb.* p) portionem *Spang. Til.* q) accipiet *Spang.* r) hoc aput uuestfalaos. Aput ostfalaos et angarios *Spang.*, hoc apud uuestfalos. apud ostfalaos et angarios *Corb.*; hoc apud Vuestfalaos. Apud Ostfalos et Angarios *Her.*; hoc apud Veestfalos apud Ostfalos et Angrarios *Til.* s) nichil *Til.* t) comtemta *Spang.* u) Titulus IX. De raptu mulierum *in editione Heroldiana inscriptus est.* v) disponsatam *Corb.* w) solidos *deest Til.* x) sol. *addit Spang.* y) trecentis *Spang.* z) si *deest Spang.* a) trecentes *Spang.*

sponso coniugium contracturo, nisi alia inter se pacti fuerint, emptionis pretium (tralaticio more: 300 solidos) recepisse, saepissime autem id eum repudiasse et cum futuro marito convenisse, ut ipse illud dotis loco *in nuptiis* suae sponsae traderet. — Aliud sentire videtur dotis vocabulum in dipl. a. 878. Kindlinger Hörigkeit No. 1b. 26) *ad dantem]* Dotem dedisse coniucio aut maritum aut mariti patrem; cfr. supra not. 25 et quae de antiquo Francico iure dotali disputat Sandhaas Fränkisches eheliches Güterrecht p. 50. 27) *ad proximos heredes eius]* cfr. p. 71 not. 12. 28) Ius nationum Saxonicarum, quale inest legi Saxonum, eo distabat, quod apud Ostfalahos et Angarios uxor defuncto marito dotem semper, apud Westfalaos autem, si filios pepererat, dotis loco dimidiam partem omnium rerum accepit, quas, dum erat matrimonium, *vir et mulier simul conquisierint;* scilicet si cum Gaupp Recht der alten Sachsen p. 183 arbitramur, de nulla vidua capitulum 48 verba facere nisi ex qua filii nati fuerint. Quae cum ita sint, id valde notatu dignum esse existimem, quod Westfalicum ius simillimum est vicino Ribuarico, v. leg. Ribuar. XXXVII, 2: *Si autem (quis mulierem desponsaverit et) per seriem scripturarum ei nihil contulerit: si virum supervixerit, 50 solidos in dotem recipiat, et tertiam partem de omni re, quam simul conlaboraverint, sibi studeat evindicare, vel quicquid ei in morgangeba traditum fuerat, similiter faciat;* capitul. ad Theodonis villam a. 821 c. 9: *Volumus, ut uxores defunctorum post obitum maritorum tertiam partem conlaborationis, quam simul in beneficio conlaboraverunt, accipiant,* Legg. I. p. 230; Sandhaas Fränkisches eheliches Güterrecht p. 74. 120; cfr. etiam ius municipale Brilon a. 1290. §. 1. Seibertz Westfäl. Urkundenbuch I. p. 434 et ius Lubic. I, 5, 7 ed. Hach. Econtra ius, quo utebantur mulieres Ostfalicae Angariaeque multo magis congruit cum recentiore iure Saxonico, quod inest in Speculo Saxonico atque inprimis ad Ostfalicas regiones attinet; cfr. Sachsenspiegel III, 76. §. 1: *Stirft eneme wive ir man, unde blift sie in des mannes gude ungetveiet mit den kinderen, lange wile oder korte, svenne sie sik tveiet dar na, so nemet die vrowe ire morgengave unde ire musdele unde ire rade an alle deme gude dat dar denne is, als sie nemen solde to der tiet do ire man starf;* Gaupp Recht der alten Sachsen p. 186; Zur Lex Saxonum p. 349. 29) Desponsatio ipsi coniugio contrahendo antecessit· cfr. Schroeder Gesch. d. ehel. Güterrechts I. p. 42 sqq., Sandhaas Fränkisches ehel. Güterrecht p. 47. Quantam vim ista in Saxonia habuerit, etsi admodum pauca lex Saxonum commemorat, id perspicuum reddit, quod is, cuius sponsae vis aliqua illata fuerit, a stupratore tantam pecuniam accepit, quanta uxorem ipsam emere solebat. Itaque arbitrer, desponsationem connexam fuisse cum pacto de contrahendo matrimonio. Alium vero desponsandi modum fuisse Francis, a quibus rem *solido et denario* factam fuisse constat, alium Saxonibus, canon 39 concil. Triburiensis a. 895 (v. p. 46 not. 72) nos docet, cfr. cap. 1 X de sponsalibus et matrimoniis: *De Francia nobilis quidam homo nobilem mulierem de Saxonia lege Saxonum duxit in uxorem. Verum quia non eisdem legibus utantur Saxones et Francigenae, causatus est, quod eam non sua, id est non Francorum lege desponsaverat vel acceperat vel donaverat, dimissaque illa aliam superduxit.* Cfr. Gaupp Recht d. alten Sachsen p. 193. 30) Quid sibi velint ter numerandi 300 solidi, supra p. 69 not. 2—5 fusius exposuimus. Loco 240 solidorum, qui ex cap. 40 virgini stupratae ad satisfactionem debebantur, hic nobis occurrunt sponso pensandi 300 solidi, id est weregeldum 240 solidorum banno regio 60 solidorum adauctum. Similia constituta sunt in leg. ad Amor. c. 47: *Si cuius puellam sponsatam alius priserit, solidos ducentos (i. e. weregeldum) componere faciat, in fredo solidos sexaginta;* leg. Sal. XIII, 6: *Si quis sponsam alienam tulerit, et eam sibi in coniugio copulaverit, solidos* 62½ *culpabilis iudicetur,* et leg. Sal. XIII. Nov. 41 ed. Merkel p. 58: *Incontra sponsum vero, cuius sponsa est,* 15 *solidos culpabilis iudicetur. Si quis puella sponsata dructe ducente [ad maritum] in via adsallierit, et cum ipsa violenter moecatus fuerit, solidos* 200 *culpabilis iudicetur;* capitul. legib. add. a. 817 c. 9: *Si quis spon-*

[X, 1—5.][a] 50. Quicquid servus[31] aut[b] litus[32] iubente domino perpetraverit[c], dominus[d] emendet.

51. Si servus[e] scelus quodlibet nesciente[33] domino commiserit, ut puta homicidium[f], furtum, dominus eius[g] pro illo iuxta qualitatem facti multam[h. 34] conponat. (52.) Si servus

a) *Heroldiana in editione* Titulus X. De delictis servorum *inscriptus est.* b) aud *Corb.* c) perpetrauerunt *ind. Spang.* d) dominus aeius *Spang.* e) servus *deest ind. Spang. et text. Spang.* f) aut *addit Her.* g) et *Corb.* h) multam *Corb.*; multa *Spang.*; mulctam *Her.*, *Til.*

sam alienam rapuerit, aut patri eius aut ei, qui legibus eius defensor esse debet, cum sua lege eam reddat. Sponso vero legem suam conponat, et insuper bannum nostrum, id est sexaginta solidos, solvat, et illam feminam ei habere non liceat, Legg. I. p. 211.

31) Antiquo in iure Germanico servi in bestiarum numerum referebantur; itaque ad diiudicanda crimina a servis commissa eaedem rationes adhibebantur, quae ad compensanda damna ab animalibus data; quam ob rem lex Saxonum utramque materiam in eadem capitulorum (50—60) decade coniungit. Quae cum ita sint, etiamsi singula praecepta non exstarent, coniiceremus, generalem cap. 57. regulam: *si animal quodlibet damnum cuilibet intulerit, ab eo cuius esse constiterit conponatur,* servorum quoque res statuisse. Sed lex Sax. de hac re singula accuratius edicit, quibus res comprobatur. Nam quamquam distinguitur servusne domino nesciente an eo consentiente scelus quoddam commiserit, utroque tamen in casu lex erat, ut *quicquid servus perpetraverit, dominus emendet,* neque umquam facinoris ignoratio, quod ad compensandum damnum attinet, flocci habebatur, nisi si scelere perpetrato servus rei dominum omnino ignarum aufugerit, *ita ut a domino ulterius inveniri non possit;* quin etiam ne tum quidem dominus omnino absolvebatur; scilicet, si quando servus reversus *iterum a domino receptus fuerit,* damnum olim ab illo datum hic praestare debuit, ac si servus numquam fuisset elapsus, id est ac si dominus ipse malefactor fuisset. Minima igitur exceptio regulae generalis statuta est. Sed hoc ipsum in Saxonia a Francis nondum debellata iam fuisse ius, vix credam; immo Karolus rex humanioribus rationibus ductus *crudelissimam legem Saxonum* commutavit, atque illud privilegium dominis concessit. Fortasse liceat coniectare, totam hanc materiam a legislatore nulla ex causa legi Saxonum esse insertam, nisi ut proclamata illa exceptione prius ius restringatur; praesertim cum constet, similibus constitutionibus Karolum regem alias quoque dominorum officium praestandorum scelerum a servis commissorum circumscripsisse (v. infra p. 76. not. 35). — Ceterum Saxonicum ius, quod his in capitulis 50—53. memoriae traditum est, omnino non fuit singulare; sed simillima praecepta insunt legibus reliquarum nationum Germanicarum, quamquam coaevae leges partim mitiora observari volunt, quam quae in Saxonica nobis occurrant, itaque notam posterioris, ut ita dicam, aetatis habent. Lex Thuringorum postquam c. 52. de damno ab animalibus dato easdem rationes proclamavit, edixit c. 59: *omne damnum, quod servus fecerit, dominus emendet,* et c. 58: *si servus liberam feminam rapuerit, dominus conpositionem solvat, ac si occisa fuisset.* Similiter cum hac re consensit, quod orientali in Frisia de homicidiis valuit secundum leg. Fris. I, 22: *Inter Laubacum et Wisuram dominus servi componat eum* (hominem a servo occisum) *ac si ipse eum occidisset;* sed in media Frisia de homicidiis, omnibusque in Frisiae partibus de furtis a servis commissis lex magis dominis favit; v. l. Fris. I, 13: *Si servus nobilem, seu liberum, aut litum, nesciente domino occiderit, dominus eius, cuiuscunque conditionis fuerit homo qui occisus est, iuret hoc se non iussisse, et mulctam eius pro servo, bis simplum, componat,* Legg. III. p. 657 cum not. 17; l. Fris. III, 7; IX, 17. Ex lege Salica XXXV, 4 tota compositio hominis a servo interfecti domino eius solvenda erat, sed fuit ei concessum, homicidam *pro medietate conposicionis hominis occisi parentibus* tradere, quod homine ab ipsius animali occiso possessori eius similiter licebat. Quod lex Ribuar. XLVI, 1 ita commutavit, ut, si occisio a bestia perpetrata fuisset, idem repeteret, rem vero, si servus homicida exstitisset, variando constitueret, ne dominus eius umquam amplius emendaret, quam quod servi pretium fuisset, itaque iuberet, dominum servum suum aut deserere aut 36 solidis redimere; v. Wilda Strafrecht p. 660. not. 2. Summae vero asperitatis sunt leges Langobardorum, quae hac in re antiquissimum ius Germanicum etiam magis lege Saxonum retinuisse videntur, v. Wilda p. 656; Rive Deutsche Vormundschaft I. p. 207.

32) Liti conditio in Saxonia a servili non longe distabat, ut revera *servitus* dici potuisset; cfr. supra p. 54. not. 31, p. 56. not. 41. Itaque ea, quae de sceleribus litorum in lege Saxonum c. 18. et c. 50. constituta sunt, simillima, quoad ad ipsorum dominos ea praestantes attinet, iis sunt, quae in eadem lege c. 50—53 (v. supra not. 31) de servorum sceleribus edicta sunt. In una quidem sola re dominorum officium illic magis restrictum atque circumscriptum erat. Scilicet si qui litus ad libidinem domino nesciente facinus perpetrasset, licebat domino insonti litum dimittere i. e. deserere atque puniendum hominibus laesis tradere, quo facto ipse omnibus a vindiciis liber evasit (cfr. p. 57. not. 43). Coniiciam hac quoque in re a Karolo Magno antiquum ius Saxonicum promulgata lege Saxonum esse mitius redditum. Aliarum enim gentium Germanicarum complures leges eadem constituunt de criminibus a litis atque servis commissis, e. gr. l. Sal. XXXV, 4.

33) Lex Saxonum idem dictura his variis verbis usa est, c. 51: *nesciente domino,* c. 18: *absque conscientia domini;* opp. c. 50: *iubente domino,* c. 52: *quasi consentiret,* c. 18: *per iussum vel consilium domini,* c. 18: *in hoc conscium.* Nihil igitur interest, utrum dominus scelus quoddam a servo fieri iusserit, an haud ignoraverit solum, istud ab eo esse perpetratum; quam differentiam item neglexit lex Frisionum I, 13: *Si servus nobilem nesciente domino occiderit, dominus eius iuret hoc se non iussisse,* etc.

34) Multae vocabulo, quo lex Saxonum saepissime (c. 13. 16. 19. 51. 53. 54. 56. 60) usa est, generalem quendam atque incertum sensum subiicit, ut dicat modo weregeldum modo weregeldi aliquantam partem modo mulctaticiam pecuniam fisco solvendam.

perpetrato[a] facinore fugerit[b], ita ut a[c] domino ulterius inveniri[d] non possit[35], nihil solvat. Si domino factum servi inputetur[e] quasi consentiret, sua duodecima manu iurando se purificet[36]. (53.) Si servus iterum a domino receptus fuerit, multam[f] pro illo conponat[g].

[XI, 1—3.][h] 54. Si[37] arbor[38] ab alio[i] praecisa[k] casu quemlibet oppresserit, conponatur

a) perpetratu *Corb.* b) fugerit *deest text. Spang.*, *legitur ind. Spang.* c) ad *Spang.* d) inuenire *Spang.* e) imputetur *Spang.* f) mulctam *Her., Til.*; multa *Spang.* g) componatur *Spang.* h) *Heroldiana in editione* Titulus XI. De damno casu illato *inscriptus est.* i) illo *Spang. text.*, *Spang. ind.* k) precisa *Spang. text.*; preciso *Spang. ind.*

35) *Si servus perpetrato facinore fugerit, ita ut a domino ulterius inveniri non possit]* Longe crudeliore eoque vetustiore iure usus est edict. Rothar. c. 256: *Si servus dum in fuga est, furtum aut damnum alii fecerit, et in ipsa fuga foris provincia migraverit et non redierit, tunc dominus servi medietatem pro ipsam rem quam furaverit, aut damnum si fecit, restituat*, Legg. IV. p. 62. Liceat coniicere, lege Saxonum lata prius ius Saxonicum hac in re a Karolo rege mitius esse redditum (v. p. 75. not. 31). Itaque huius cap. 62. constitutio similis est alius capitularis ab eodem rege editi, cfr. cap. in leg. Ribuar. miss. a. 803. c. 5: *Nemini liceat servum suum propter damnum ab illo cuilibet inlatum dimittere; sed iuxta qualitatem damni dominus pro ipso respondeat, vel eum in compositione aut ad poenam petitoris offerret. Si autem servus perpetrato scelere fugerit, ita ut a domino paenitus inveniri non possit, sacramento se dominus eius excusare studeat, quod nec suae voluntatis nec conscientia fuisset, quod servus eius tale facinus commisit*, Legg. I. p. 117. Usinger Forschungen zur Lex Saxonum p. 59 demonstraturus est, hoc capitulari auctorem legis Saxonum usum fuisse in conscribendis capit. 52 et 53. Nescio an concedam, scriptorem unius capituli alterum non ignoravisse. Sed Usinger non potuit coarguere, legem Saxonum esse recentiorem isto capitulari. Quin etiam ipse Usinger l. l. p. 59. not. 5 adnotat: *Im Cap.* 51. *ist der Gebrauch von* factum *zu beachten, da die Lex Cap.* 56, 57, 58 *sonst wie die Capitula* damnum *hat. Der Gebrauch von* facinus *und* committere *findet sich in den mitgetheilten Capiteln der Lex* (c. 51 — 53) *in anderer, nicht entsprechender Weise wie in den Capitula, wo beide sonst auch vorkommen. Zu beachten ist noch* ulterius *anstatt* penitus *und die hier von der frühern Fassung der Lex* (?) *ganz abweichenden Worte für die Eidesleistung.* Haec quidem argumenta, quorum numerum adaugere non difficile est, demonstrare mihi videntur, neutram legem fuisse alterius fontem, immo utramque ad exemplar deperditae alicuius constitutionis esse conscriptam. Licet rem dubiam habeamus, omnino vero non possumus hoc ex loco cum Usingero colligere, aut totam legem Saxonum aut aliquantam eius partem post annum 803. esse conceptam; cfr. supra p. 29; Zur Lex Saxonum p. 419. 339. 244. 274. 36) Si quis fugitivi servi dominum accusaverit et contenderit, ipsum scelus quoddam a servo commissum aut iussisse aut haud ignoravisse, lex Saxonum c. 52 concedit, dominum innocentiam suam comprobare sacramento duodecim hominum i. e. pleno sacramento (cfr. p. 48. not. 6). Idemque edicit lex Saxonum c. 18, cum constituat, ut dominus, cui crimen aliquod ab ipsius lito perpetratum imputetur, ac si cum eo consenserit, se calumniatum esse demonstraturus *cum undecim iuret*, quo facto dominus penitus absolvendus sit, litum vero cogatur dimittere. Aliud vero Frisicum est ius, quod totum illud singulare Saxonicum praeceptum de dominorum conscientia ignorat. In orientali enim Frisia nihil interfuit, dominusne rem cognitam habuerit an ignotam, in media vero Frisia domino facinoris inscio permissum fuit, ut solus *iuret se hoc non iussisse et mulctam eius* (parvulam) *pro servo, bis simplum, componat*, cfr. leg. Fris. I, 13. 22. Capitula vero, quae in lege Ribuaria mittenda sunt, a. 803. c. 5 (v. not. 35) iubent, dominum sicut in Frisia media solo ipsius iureiurando se esse insontem coarguere, itaque a lege Saxonum discedunt. 37) Capitula 54—60. re, de qua sunt, quodammodo inter se coniuncta sunt. Nam in iis decretum est, ut si quis imprudenter damnum dedisset, id est, si quis quid fecisset, unde casu vel improvisis momentis accedentibus malum quoddam evenit, damnum restitueret, sive rei causa fuisset arbor *praecisa* (c. 54) vel *accensa* (c. 55) sive *laqueus sudis fossave* (c. 56. 58. 60), sive *ferrum manu elapsum* (c. 59). Itaque, quod alias saepissime antiquae leges Germanicae negligunt, consilione an inconsulte facinus quodpiam perpetratum fuerit, hic ut c. 38. lex Saxonum magni momenti duxit. Ceterum easdem fere rationes secutum est et posterius ius Saxonicum v. Sachsenspiegel II, 38: *Die man sal gelden den scaden, die von siner warlose gesciet anderen luden, it si von brande oder von bornen, den he nicht bewerct enes knies ho boven der erde; oder of he schüt oder wirpt enen man oder en ve, als he ramet enes vogeles. Hir umme ne verdelt man ime nicht sin lif noch sin gesunt, of die man joch wol stirft; wende he mut ine gelden alse sin weregelt stat*, et lex Thuring. c. 51: *Qui nolens sed casu quolibet hominem vulneraverit vel occiderit, compositionem legitimam solvat*, atque l. Sal. IX, 3: *Si quis animal aut quodlibet pecus per sua negligentia occiderit et hoc confessus fuerit, capitale in locum restituat, ille vero debilem ad se recoligat*; edict. Rothar. c. 387: *Si quis hominem liberum, casum facientem, nolendo occiderit, conponat eum sicut adpretiatus fuerit, et faida non requiratur, eo quod nolendo fecit.* Cfr. singula quae ad sequentia capitula adnotata sunt, et Wilda Strafrecht p. 547. 38) Simillima saepius praescripta invenimus, ut intelligere possis, legem Saxonum nihil decrevisse nisi quod commune ius Germanicum fuit; cfr. edict. Rothar. c. 138: *Si duo aut tres aut plures homines arborem unum inciserint, et alium hominem supervenientem ex ipsum arborem occiserint aut quodlibet damnum fecerint, tunc incidentes arborem, quanticumque fuerint, ipsum homicidium aut damnum pariter conponant; . . . ideo quia nolendo fecerunt.* Regino de synodali causa II, 17. 18; concil. Tribur. a. 895. c. 36: Harzheim concil. German. II, 402; Gaupp Recht der Sachsen p. 199; Geib Strafrecht II. p. 252.

multa[a] pleno[39] weregildo[b] a quo arbor praecisa[c] est.

55. Si[40] arbor accensa ceciderit hominemque[d] oppresserit, a mane usque ad mane, vel a vespera[e] usque ad vesperam[f], ex quo ignis accensus est; si infra hoc tempus cadens hominem oppresserit, ab eo qui incendit arborem componatur[g]; si post, nihil solvat.

56.[41] Qui[42] laqueum fossamve[h] ad feras capiendas fecerit, et haec damnum[i] cuilibet fecerint[k], qui eas fecit multam[l] solvat.

[XII.][m] 57. Si[43] animal quodlibet[n] damnum cuilibet intulerit, ab eo cuius esse constiterit[o] componatur excepta faida[44].

a) mulcta *Her.*, *Til.* b) uueregildo *Corb.*; weregildo *Her.*; uuedregildo *Spang.*; weregeldo *Til.* c) precisa *Spang.* d) hominęmque *Spang.*; et hominem *Til.* e) uespere *Corb.* f) uesperum *Spang.* g) componatur *Her.*, *Til.*; componat *Spang.*, *Corb.* h) laqueum fossamve *Her.*, *Corb.*; laqueum fossam uel *Spang.*; fossam vel laqueum *Til.* i) dampnum *Corb.* k) fecerit *Spang.* l) mulctam *Her.*, *Til.* m) *Heroldiana in editione inscriptus* Titulus XII. De animali quod damnum dat *solum* 57 *capitulum inter capitula* 59 *et* 60 *positum continet.* n) quolibet *ind. Spang.* o) constituerit *Spang.*

39) *pleno weregildo]* id est: si homo succisa arbore cadente occisus fuerit nobilis, componatur 1440 (v. p. 52. not. 27) solidis minoribus, si ingenuus, 240 (v. p. 53. not. 27), si litus, 120 (v. p. 55. not. 32). Cfr. *pleno sacramento* c. 17. p. 56. not. 39. 40) Liceat coniicere, ante latam legem Saxonicam omnino in Saxonia neglectum fuisse, infra ne primas 24 horas post accensam arborem aliquis illa percussus fuerit, an postea, ut utroque in casu ex antiquo iure Saxonico idem observatum atque damnum datum aequum in modum praestandum fuerit. Quamquam idem diurnum tempus eiusdem momenti fuit apud Langobardos ex edict. Rothar. c. 148: *Si quis focum foris in itinere fecerit, antequam egrediatur, extinguat eum et non necglegenter dimittat. Nam si contigerit post egressum ipsius alicui ex ipsum focum damnum aut lesionem ficerit, ipse qui focum fecit et neclegenter dimisit, damnum sicut arbitratum fuerit, caput tantum conponat; sic tamen ut post relictum focum qua ora eum reliquerit, usque ad aliam talem oram diei aut noctis conpotetur, quod sunt oras viginti et quattuor,* Legg. IV. p. 34. Cfr. Sachsenspiegel II, 38 (v. not. 37). 41) In legis Sax. c. 56. et 58. idem iisdem fere verbis edictum est. Sed genuinus legis textus certe non putandus est adeo neglegenter conscriptus atque redactus fuisse, ut idem bis vix ullo commutato vocabulo praeceptum fuerit (cfr. supra p. 13). Itaque cum omnes codices manuscripti ad dies nostros asservati legisque editiones, quae deperditis codicibus usae sunt, aequum in modum istam constitutionem repetant, censeamus oportet, legis textum iam istius librarii mendis, qui codicem amissum a ceteris adhibitum conscripserit, hic depravatum fuisse; cfr. Zur Lex Saxonum p. 87. Ad restituenda vero legis verba originalia cum, quae memoriae prodita sunt, non suppeditent, non audeam alterumutrum capitulum reiicere atque omittere; cfr. Gaertner Saxonum leges tres p. 97. ad §. IV, Wilda Strafrecht p. 555. not. 2. Quod vero Usinger Forschungen zur Lex Saxonum p. 69. repetitione hac eiusdem capituli ductus contendit, auctorem legis Saxonum ipsum fuisse valde neglegentem hominem privatum, non minus mihi a veritate abhorrere videtur, quam quod idem p. 7. proponit, Spangenbergiani codicis scriptorem consilio verba c. 58. *a quo parata sunt conponatur* eiecisse *wol weil der Schreiber plötzlich einsah, dass dieses Gesetz bereits aufgenommen.* 42) Praeter cap. 58. cum cap. 56. conferendum est cap. 60, quibus docemur, si quis laqueos, fossas sudesve confecerit, omne eum damnum praestare debuisse eo datum, quod homo vel animal imprudenter casuve iis tulerit. Cfr. leg. Thur. c. 61: *Si homo laqueum vel pedicam vel quodlibet machinamentum ad capiendas feras in silva posuerit, ibique pecus vel iumentum alterius captum vel mortuum fuerit, qui machinamentum fecit, damnum emendet;* leg. Sal. IX, 3; leg. Ribuar. LXX, 2: *Si quis autem fossam vel puteum fecerit, seu pedicam vel balistam incaute posuerit, et ibidem hominem vel pecus debilitaverit vel interfecerit, omni compositione, sicut lex continet Ripuaria, culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iuret:* leg. Wisigoth. VIII, 4, 23; l. Burg. LXXII; Wilda Strafrecht p. 553. 43) Capitulo hoc 57. merum Germanicum ius antiquissimum inesse videtur, unde reliquae leges aequales magis magisque discesserunt. Itaque iis in regionibus Frisiae, quae postremae a Francis subactae sunt, i. e. in orientalibus similia, in media Frisia mitiora valebant, cum lex Frisionum concepta est; v. leg. Fris. Add. III, 68: *Si caballus aut bos aut quodlibet animal homini vulnus intulerit, dominus eius iuxta qualitatem vulneris in simplo componere iudicetur, et tres partes de ipsa mulcta componantur, quarta portione dimissa* (in media Frisia); *inter Wisaram et Laubachi tota compositio in simplo persolvitur,* Legg. III. p. 689. c. not. 24. Cfr. leg. Thur. 52: *Si quadrupes damnum quodlibet fecerit, possessor pro qualitate damni vel conpositionem solvat vel sacramentum iuret;* leg. Ribuar. XLVI, 1: *Si quis quadrupes hominem occiderit, ipse quadrupes, qui eum interfecit in medietatem weregildi suscipiatur et aliam medietatem dominus quadrupedis solvere studeat absque fredo: quia quod quadrupedes faciunt, fredus exinde non exigitur;* ibid. XLVI, 2; l. Sal. XXXVI; ed. Rothar. c. 325; l. Wisigoth. VIII, 4, 23. 44) *excepta faida]* cfr. p. 56. not. 42. Nihil dubitem, quin addere possimus: *et excepto fredo.* Quamquam enim lex Saxonum rem praeterit, ab aliis tamen legibus coaevis id expressis verbis praeceptum est; cfr. leg. Ribuar. XLVI, 1 (v. in not. 42); edict. Rothar. c. 326: *Si caballus cum pede, si boves cum corno, si porcus cum dentem hominem intrigaverit, aut si canis morderit, excepto ut supra si rabiosus fuerit, ipse conponat homicidium aut damnum, cuius animales fuerit,* c e s s a n t e *in hoc capitulo* f a i d a, *quod est inimicitia:* q u i a m u t a r e s f e c i t, n a m n o n h o m i n i s s t u d i u m; leg. Ribuar. LXX, 1: *Si quis homo a ligno seu aliquolibet manufactile fuerit interfectus, non solvatur; nisi forte quis auctorem*

[XI, 4.] 58.[45] Si[a] fossa vel laqueus[b] ad feras capiendas praeparata, damnum[c] quodlibet fecerint, a[d] quo parata sunt conponatur.

[XI, 5.] 59. Si[46] ferrum manu elapsum hominem percusserit[e], ab eo cuius manum[f] fugerat[g] conponatur excepta faida[h, 47].

[XIII.][i] 60. Qui[48] in[k] fossam vel sudem acutam suae vel alienae sepis[l] pecus quodlibet agitaverit[m], ibique confixum[n] vel cadens perierit, multam[o] conponat.

[XIV, 1—3.][p] 61.[q 49] Traditiones[50] et venditiones[r] omnes legitimae[51] stabiles[52] per-

a) quis *cum nota delatoria addit text. Spang., deest ind. Spang.* b) laqueum *c.* laqueus *Spang.* c) dampnum *Corb.* d) a... conponatur *deest Spang.* e) percussurit *c.* percusserit *Spang.* f) manu *Spang.* g) fuerat *Spang.* h) feida *Her.* i) *Heroldiana in editione* Titulus XIII. De eo qui animal laeserit *inscriptus est.* k) in *Her., Til., Corb., ind. Spang.; deest text. Spang.* l) autem acutam vel alienam sepem *Til.* m) sagitauerit *Spang.* n) confixus *Spang.* o) mulctam *Her., Til.* p) *Heroldiana in editione* Titulus XIV. De traditionibus *inscriptus in tres paragraphos divisus est.* q) *index Spangenberg. cap.* 61—66 *haud notat.* r) vinditiones *Her.*

interfectionis in usus proprios adsumpserit, tunc absque fredo culpabilis iudicetur. Idemque ius fuit posterius Saxonicum, v. Sachsenspiegel II, 40. §. 1. 3: *Sves hund oder ber, ... oder svelkerhande ve it si, enen man dodet oder betemet, oder en ander ve, sin herre sal den scaden na rechteme weregelde oder na sineme werde beteren, of he't weder an sine gewere nimt, na des dat he dat erst ereschet. Nen ve verboret nen gewedde deme richtere an siner dat.* Cfr. Kraut Vormundschaft I. p. 342. not. 9; Wilda Strafrecht p. 548. 45) Vide supra p. 77. not. 41 et 42. 46) Rationes, quibus ductus legislator hoc capitulum 59. promulgavit, sunt eaedem, quas iste c. 54—58. et c. 60. secutus est, de damno casu dato praestando. Verborum autem sensus quam accuratissime explanatur simillimis constitutionibus leg. Fris. Add. III, 69: *Si homo quislibet telum manu tenet, et ipsum casu quolibet inciderit super alium, extra voluntatem eius, qui illud manu tenet, in simplo iuxta qualitatem vulneris componat;* cfr. leg. Ribuar. LXX, 1 (v. p. 77. in not. 43); Wilda Strafrecht p. 547. 558. 643; Legg. III. p. 690. not. 28. 47) *excepta faida]* v. supra p. 77. not. 43; cfr. leg. Sal. XXIV, 5: *Si vero puer infra 12 annos aliqua culpa commiserit, fretus ei nullatenus requiratur;* capit. legi Sal. add. a. 819. c. 5: *si quis puer infra 12 annos aliquam culpam commiserit, fredus ei non requiratur; si infans infra duodecim annos res alterius iniuste sibi usurpaverit, eas excepto fredo cum lege sua conponat,* Legg. I. p. 226. 48) Quae in cap. 60. constituta sunt, magnopere congruunt cum praeceptis cap. 58, qua causa ductus Heroldus, ut putem, capitulorum ordinem genuinum commutavit. Subtilius rem definiunt nonnullae aliae leges, cfr. leg. Rib. LXX, 3: *Quod si in sepem animal impalaverit, et ipsa sepis mentonalis non fuerit, dominus sepis, interfectionis seu debilitatis reus culpabilis iudicetur;* ibid. LXX, 4. 5; edict. Rothar. c. 310. 311; leg. Burg. LXX, 5, LXXII, 1; leg. Baiuw. XIII, 1. Simplicitas legis Saxonicae nota est vetustatis iuris Saxonici, quale tempore legis Sax. conscriptae observabatur. 49) Capitula 61. et 62. inter se cohaerent et haec edicere videntur: Postquam legislator in c. 61. generaliter vetuit, ullas ullarum rerum venditiones alienationesque secundum leges factas umquam posse rescindi, decrevit in cap. 62. nonnulla specialiter, quibus prius ius partim definiretur partim emendaretur. Scilicet licere iubet suum cuique fundum alienare spreto heredum dissensu, si eum 1) regi, 2) ecclesiaeve traditurus, 3) sive cibi penuria coactus venditurus sit, ut victum sibi paret; 4) nusquam vero prohibitum iri quominus possessor mancipia sua ad libidinem alienet. In prioribus quidem duobus casibus, re ipsa apparet, antiquum ius Saxonum Karolum regem commutavisse; in tertio autem et quarto dubia ab ipso definita esse coniiciam. Omnino vero non possum concedere, constitutiones cap. 61. et 62. transitorias tantum esse, quibus Karolus Magnus fundorum traditiones paullo ante legem promulgatam factas, quae fortasse Saxonia subacta bellum secutae aut inter arma peractae fuerint, stabiles atque perpetuas redditurus fuerit; talia enim a reliqua lege longe discederent. Sed etiamsi improbandam hanc sententia.n rectam ducere vellemus, non esset, cur putaremus, id potius anno 798 quam 785 factum fuisse. Nam si quae rationes anno 798 vel a. 803 regem admonuissent, ut talia decreta ederet, eaedem iam anno 785 rem necessariam reddidissent. Quae cum ita sint, dissentiam oporteat cum Merkel Lex Saxonum p. 5, Usinger Forschungen zur Lex Saxonum p. 15, cum contendant, capitula 61. et 62. referenda esse ad alienationes anno 798 ab hominibus factas, qui ex Saxonia patria emigrare a Karolo rege coacti fuerint (cfr. p. 31. 81 not. 59. 65). 50) Traditionis vocabulum nihil dicere mihi videtur nisi alienationem, ut *traditiones et venditiones* omnia rerum alienandarum genera amplectantur. Similem in modum utitur lex Sax. c. 62 verbis: *dare et vendere,* Hlothar. const. in Maringo a. 825. c. 4: *de donatione et venditione,* Legg. I. p. 241; Hludow. cap. a. 817. c. 7: *oblatione,* Leg. I. p. 207 etc. Ceterum alias eidem voci sensus etiam specialior inest et significat modo idem, quod Germanicae voces *sala* et *salunga* exprimunt, modo oblationem ex iure feudali. 51) *traditiones et venditiones legitimae]* id est secundum leges factae. Gerber Meditat. ad locum Spec. iuris Saxonici I, 52. Erlang. 1847. p. 6. et Sandhaas Germanistische Abhandlungen, Giessen 1852. p. 25. proposuerunt, traditiones legitimas dici *im echten Dinge vorgenommene,* idque adfirmari posteriore iure Saxonico, v. Sachsenspiegel I, 52. §. 1: *Ane erven gelof unde ane echt ding ne mut nieman sin egen noch sine lüde geven ... Gift he't weder rechte sunder erven gelof, die erve underwinde's sik mit ordelen, als of he dot si jene de't dar gaf, so he's nicht geven ne mochte.* Equidem putem, legitimas eas habitas esse alienationes, quae et secundum regulas formalis iuris peractae et in iis casibus factae fuerint, in quibus possessori licitum erat, agros vendere atque tradere; quamquam concedam necesse est, verbum istud modo hoc modo illud solum exprimere. In Germanicam linguam

maneant. (62.) Nulli[52] liceat traditionem hereditatis[54] suae facere praeter ad ecclesiam[55] vel regi[a. 56], ut[57] heredem suum exheredem[b] faciat[58], nisi[c] forte famis[59] necessitate coactus,

a) regi nec haeredem *Til.* b) heredem fatiat *Spang.*; exhaeredem faciat *Til.* c) *Heroldiana in editione voce nisi male paragraph.* 3 *incipitur.*

5 translata sunt circa annum 900 verba *legitimam traditionem vuizzetahtia sala. salunga* in cap. a. 817. c. 6. i. e. Ansegis. capitul. IV, 18, Legg. I. p. 261. Atque saepissime eadem verba iuncta inveniri, demonstrat Walter Deutsche Rechtsgesch. (ed. 2) §. 546. 10 52) *traditiones stabiles permaneant]* id est: *a nullo umquam rescindi possint*. Similiter cap. in leg. Sal. mitt. a. 803. c. 6: *in hoste factae traditiones, de quibus nulla est quaestio, stabilis permaneant*, Legg. I. p. 113. 53) Principali capituli 62. regulae: *nulli* 15 *liceat traditionem suae hereditatis facere*, i. e. *nulli liceat praedium suum alienare nisi consentientibus heredibus* illico tres exceptiones adduntur (v. paullo ante not. 55. 56. 58). Qualia autem fuissent heredum iura, quorum spretio unamquamque alienationem irritam 20 reddidisset, lex ipsa non accurate exposuit, nisi cum diceret, vetitum esse, ne dominus fundi *heredem suum exheredem faciat*. Sed, quamquam cap. 64. demonstrat, nonnullis in casibus verum ius protimiseos in Saxonia heredibus concessum fuisse, negare velim, 25 laudata cap. 62. verba id exprimere, atque contendam, in cap. 62. decretum esse, ut heredes sua contradictione prohibere potuerint, quominus possessor praedium suum ad libidinem alienet, nisi exceptis in casibus. Itaque similiter hunc locum inter-30 pretati sunt Eichhorn Deutsche Rechtsgesch. I. p. 336, Gaupp Sachsen p. 302. Walter Deutsche Rechtsgesch. II. §. 472, Sandhaas Germanistische Abhandlungen p. 196: *für die alten Sachsen möchte das Princip der Unfreiheit (für Schenkungen p.* 186, *und onerose* 35 *Veräusserungen p.* 188*) sowohl in formeller, als materieller Hinsicht schon in älteren Zeiten gegolten haben*. Idque confirmari videtur diplomate quodam Ottonis III. a. 996: *dicens, quod pater eius secundum Saxonicam legem absque eius consensu et licentia* 40 *nullam potuisset facere traditionem, totam patris sui donationem* (filia) *perduxit in errorem*, Lacomblet Urkundenb. zur Geschichte d. Niederrheins I. p. 78. 54) Hereditatis vocabulo inesse sensum praedii, p. 71. in not. 8 explanatum est; idem (= *Erbgut*) sentit 45 Sandhaas Germanist. Abhandl. p. 186; cfr. Köpke Widukind von Korvei p. 89. 55) *Ad ecclesiam* saepissime praedia esse tradita, neque possessoribus modum alienandi legitimum impositum fuisse respectu habendo ad heredes, docemur e. gr. leg. 50 Alam. Hlothar. I, 1: *Si quis liber res suas vel semetipsum ad ecclesiam tradere voluerit, nullus habeat licentiam contradicere ei; . . . et proprietas de ipsas res ad illam ecclesiam in perpetuo permaneat*; leg. Baiuw. I, 1: *Si quis liber persona voluerit et* 55 *dederit res suas ad ecclesiam, licentiam habeat de portione sua, postquam cum filiis suis particit*; leg. Baiuw. Add. V[ta]. I, 6: *De eo quod, ut si quis de nobili genere de hereditate sua voluisset dare ad sanctuarium Dei, in sua potestate esset, nemo pro-*60 *hibuisset nec mutaret in perpetuum*, Legg. III. p. 460; capit. legib. add. a. 817. c. 6, Legg. I. p. 211; capit. a. 875. c. 39, ibid. p. 527. Neque quicquam varia capitularia vetuerunt nisi clandestinam clericorum obreptionem ad hereditates, v. Beseler Erbverträge I. 65 p. 59 sqq., Sandhaas Germanist. Abhandl. p. 185.

Itaque credamus oportet, Karolum regem constituisse ea tantum hoc 62. capitulo leg. Sax., quae per reliquum regnum custodirentur. Apparet enim dilucide, novum praeceptum esse in Saxonia decretum, ut contradicendi ius, quod ibi heredibus alias suppeditabat, iis dematur si quis praedia ad ecclesiam traditurus sit. Scilicet nihil dubitem, quin cum Walter Deutsche Rechtsgesch. II. §. 471. not. 8 contrarius opiniones improbaturo putem, traditionis vocabulo veram alienationem esse dictam. — Ceterum cfr. cap. de part. Sax. c. 15: *ad unamquamque ecclesiam curtem et duos mansos terrae condonant*, supra p. 40. 56) *Regi* promulgata lege Saxonum ex hoc capitulo 62. sua cuique praedia tradere licitum erat, neglecto heredum dissensu. Quae regula, etsi singula accuratius definire nequimus, omnia alienandarum possessionum genera amplecti mihi videtur. Regi quidem iam saeculo octavo infra Saxoniam (*de Saxonibus qui beneficia in Francia habent* v. cap. miss. dat. a. 802. c. 10, Legg. I. p. 97) praedia esse oblata, ut priori possessori ea feudi loco rursum concederet, memoriae traditum non est. Neque liti regis, qui tunc in Saxonia fuerunt, originem sumpsisse putandi sunt ex tali bonorum traditione; negem igitur, ad istos hanc constitutionem esse referendam. Notissimum vero est, Karolum victorem Saxonia subacta permultos agros occupavisse itaque latifundiorum Saxonicorum dominum factum esse. Ceterum facere non possum quin improbem sententiam, quam proposuit Beseler Erbverträge I. p. 59, ex qua haec quinque verba *praeter ad ecclesiam vel regi* a genuino legis Saxonicae textu alienae fuerint; in omnibus enim codicibus manuscriptis legisque editionibus, quae codicum instar sunt, nobis similiter occurrunt, atque cum toto capitulo ita cohaerent, ut eius sensus iis omissis vix perspicuus sit. Scilicet cum Beseler l. l. exposuerit, revera genuinum capitulum in animo habuisse restringendam avaritiam clericorum, suo iure contendere mihi videtur Gerber Meditat. ad locum Spec. iuris Saxonici I, 52. p. 6. not. 12: *non satis cogitasse videtur vir doctus, cui auctori lex Saxonum debeat originem*, cfr. Sandhaas Germanist. Abhandl. p. 185. Neque maioris momenti mihi ea esse videntur, quibus Beseler l. l. verbum *regi* spurium esse demonstraturus est. 57) Cum sola in Tiliana editione iisque, quae eam secutae sunt, loco vocabuli *ut* legatur *nec*, eaque saepissime (v. supra p. 13) ab originali legis textu divergat, meliorem duco lectionem *ut*. Ceterum negem, alium verbis inesse sensum, si scriptum esset hoc, alium, si illud. Neque putem, id arbitratos Eichhorn Deutsche Rechtsgesch. I. §. 57. not. 7, Gaupp Sachsen p. 205 *nec* praetulisse, nisi fefellisset eos falsa legis divisio in titulos atque paragraphos, quam invenit Heroldus aliique legis editores receperunt. Is enim cum post verbum *faciat* novam paragraphum incepisset, protulit sensum paene ineptum, quem illi suo iure falsum habuerunt. Cfr. Walter Deutsche Rechtsgesch. II. §. 472. not. 3; Zur Lex Sax. p. 74. 58) Verbis *ut heredem suum exheredem faciat* nego legislatorem usum fuisse, nisi iam vivo praedii domino in eo

ut ab illo qui hoc acceperit sustentetur[a]; mancipia[60] liceat illi dare ac vendere.

[XV, 1. 2.][b] 63. Qui[61] terram suam occupatam ab altero dixerit, adhibitis idoneis testibus[62] probet eam suam fuisse; si occupator[c] contradixerit, campo diiudicetur[d, 63]; si occu-

a) sustinetur *Spang.* b) *Heroldiana in editione* Titulus XV. De terra aliena invasa *inscriptus est.* c) occupatos *Til.* d) campo diiudicetur *Her., Corb.;* campo iudicetur *Spang.;* cāpo dei iudicetur *Til. (in codice, quo usus est Tilius, scriptum fuisse videtur* cāpo di iudicetur).

futurus heres ius quodpiam habuisset. Iccirco heredi futuro non modo ius retractus vel protimiseos fuisse videtur secundum antiquissimum ius Saxonicum, sed vetandarum alienationum. Quod id comprobat, quod posteriora capitularia, si quae praedia clericis vendita fuissent, rem nullam fuisse iusserunt, si liberi fuissent, contradicendi vero solum ius concesserunt, si venditio heredibus longinquiore consanguineitate cum defuncto coniunctis detrimentum intulisset. Cfr. cap. a. 817. c. 7: *nullus quilibet ecclesiasticus ab his personis res deinceps accipere praesumat, quarum liberi aut propinqui hac inconsulta oblatione possent rerum propriarum exheredari. Quod si aliquis hoc deinceps facere temptaverit, res ad exheredatos redeant,* Legg. I. p. 207; capit. a. 875. c. 38: *qui debite vel indebite dicuntur amisisse ereditatem paterni vel materni iuris ad se pertinentibus, si alicubi inventi fuerint, quos patres vel matres propter tradiciones illorum exeredes fecerint, decrevimus emendari;* ibid. c. 39, Legg. I. p. 527 etc.

59) Utrum lege Saxonum nondum promulgata in Saxonia homo ingenuus *famis necessitate coactus* victum sibi paraturus praedium suum ad libidinem alienare potuerit, an qualia Karolus rex commutaverit innovaveritque, plane ignoramus. Sed cum pro re comperta habeamus, in antiqua Germania patrifamilias magna necessitate afflicto potestatem fuisse vendendorum liberorum uxorisque (cfr. Zur Lex Sax. p. 293, not. 2), malim putare ei agrorum quoque venditionem permissam fuisse. Cfr. capit. Pippin. a. 756. c. 6: *nisi pro inopia fame cogente se vendiderit,* Legg. I. p. 22; l. Fris. XI, 1: *si liber homo .... necessitate coactus .. in personam et in servitium liti se subdiderit;* Karoli II. capit. a. 864. c. 34: *de illis Francis hominibus, qui tempore famis, necessitate cogente, se ipsos ad servitium vendiderunt ...; de his qui filios suos, fame aut alia aliqua necessitate cogente, vendunt,* Legg. I. p. 497. — Cfr. Grimm Rechtsalterthümer p. 461; Friesisches Wörterbuch s. v. *hungerjer.* Postea quidem, quamvis saepissime inopiam iustam alienandi causam habitam fuisse reperiamus, exposcitur tamen, ut praedia dominus eorum primo heredibus suis offerat; cfr. 17 constitut. Frisic.

60) Verbis *mancipia liceat illi dare ac vendere* legem Saxonum nihil edicturam fuisse putem, nisi ut generalis capituli 61. regula de alienandis quoque mancipiis custodiatur. Quod praeceptum fortasse iccirco necessarium ductum est, quia servos ad agros pertinere etiam tunc interdum arbitrati sunt; quam iuris rationem posteriorum Saxonum fuisse, notissimum est. Itaque hac constitutione videtur a Karolo rege dubium prius ius definitum esse. Supra quidem exposui, secundum leges antiquissimas mancipia bestiis esse exaequata; qui factum est, ut generalis rerum vendendarum regula hic quoque observata sit. Similiter lex Thuringorum servos cum pecunia coniungit atque a praediis discernit; cfr. leg. Thur. c. 27—30. — Omnino alium sensum huic capitulo, quale in Heroldiana editione legitur, inesse, iam not. 57. commemoravi. Supervacaneum vero censeo fusius exponere, illam interpretationem, ex qua necessitate coacto sola mancipia vendere licuerit, omni probabilitate egere.

61) Generaliora praecepta capituli 39. interpretationis causa coniungenda sunt cum constitutionibus capit. 63. de argumentis, quibus aliquis praedium ab alio homine possessum suum esse demonstret. Ex cap. 39, postquam petitor rem ab alio possessam suam esse iuravit, rei fuit illius probationem excutere duobus minimum testibus adhibitis; ex cap. 63, cum petitor produxisset, qui suo testimonio a reo possessam terram aliquam esse ipsius atque ab illo occupatam confirmarent, contradicendi ius reo concessum est, et tunc lis in duellum deducebatur. Licebat igitur possessori praedii argumentationem testimoniis confirmatam contradicendo pervertere actoremque ex libidine ad certamen provocare. Nempe non audeam expressa c. 63. verba *si occupator contradixerit* ita interpretari, ut putem actoris fuisse negationem testibus confirmare, neque rem fuisse deductam in certamen, nisi uterque testes contraria probantes protulisset. Quamquam alias duellum ultimum litis diiudicandae remedium habitum fuisse constat, cum testimonia producta inter se dissenserint. Cfr. capit. a. 815 (v. Boretius Die Capitularien des Langobardenreichs p. 142) c. 9: *si ambae partes testium ita inter se dissenserint, ut nullatenus una pars alteri cederi vellit, elegantur duos ex ipsis, id est ex utraque parte unus, qui cum excutis et fustibus in campo discernunt, utra pars falsitatem, utra veritatem suo testimonio sequatur; et camphioni, qui victus fuerit propter periurium quod ante pugna commisit, dextera manu amputetur,* Legg. I. p. 84; capit. Hludow. a. 816. c. 1: *Si duo testimonia de qualibet re testimoniaverint et inter se discordant, tunc comis eligat unum ex una parte, et alium ex alia parte, ut illi duo testes decertent cum scutis et fustibus; ... ad crucem examinentur; ... dextram manum perdat,* Legg. I. p. 195; capit. a. 817. c. 10, ibid. p. 211. Ex lege Fris. XI, 1, XIV, 4—7. res ad duellum producebatur, cum petitor isque, qui accusatus fuit, rem contrariam suo quisque iureiurando confirmavisset. — Cfr. Sachsenspiegel III, 21; Gaupp Sachsen p. 208.

62) *adhibitis idoneis testibus]* v. c. 39: *duobus aut tribus de eadem provincia idoneis testibus vincatur, et si plures fuerint melius est.* Expostulati esse videntur ex pago, ubi litigiosum praedium situm fuit, orti testes (cfr. ad cap. Sax. c. 4 adnotata), qui adhuc meminerint, cuius olim fuerit possessio. Similiter apud Saxones postea duo testes necessarii ducti sunt, quibus dubia res probaretur; cfr. ius Susat. antiq. c. 42: *Si concivi suo quicumque de quacumque causa ... praesentibus duobus testibus confessus fuerit vel promissum fecerit, magis convinci potest, quam se expugnare;* c. 28: *duorum bonae opinionis virorum testimonio probare,*

pator sibi concredideritᵃ⁻⁶¹, reddat hoc quod occupavit, non amplius.

[XVI.][b] 64.[65] Liber[66] homo qui sub tutela[67] nobilis cuiuslibet erat[c], qui[68] iam in exi-

a) recrediderit *Spang.* b) *Heroldiana in editione* Titulus XVI. De exulibus *inscriptus est.* c) *Heroldus, Gaertnerus, alii post vocem* erat *comma scribunt, quod omiserunt Lindenbruchius Codex legum p.* 478 *et Merkel Lex Saxonum p.* 15.

Seibertz Westfäl. Ukb. I. p. 54; capit. a. 794. c. 9: *iuraret cum duobus aut tribus*, Legg. I. p. 73; ibid. c. 10: *et sui ordinationis testes non habuit*, l. l. Interdum quidem maior testium numerus adhibendus fuit; v. cap. a. 789: *De rebus ecclesiarum volumus ut qui aliqui per testes exinde qualecumque rem tollere voluerit, per 5 vel 7 testes testimonia dicant suum testimonium et sic tollantur qualecumque rem*, Legg. I. p. 69 etc. Quales vero testes idonei existimati fuerint, complura nos docent capitularia; e. gr. cap. a. 815. c. 9: *Testes vero de quallvet causa non aliunde querantur, nisi de ipsum comitatum in quo res unde causa agitur posite sunt, quia non est credebilem, ut vel de statum hominis vel de possessionem cuiuslibet, per alios melios rei veritas cognosci valeant, quam per illis, qui viciniores sunt*, l. l. p. 84; capit. a. 817. c. 10, l. l. p. 212; capit. a. 817. c. 6: *adhibeat sibi vel de suis pagensibus vel de aliis qui eadem lege vivant, qua ipse vivit, testes idoneos*, l. l. p. 211; Rabanus: *dicunt quod super Saxonem nullus de Francorum aut Romanorum aut ex alia qualibet gente, licet inter suos nobilis natu atque honestus conversatione habeatur, nisi Saxo, testis esse possit. Hoc enim ajunt legem gentis suae pati non posse, ut alterius gentis homo in testimonium citetur ad infringendam legem libertatis suae*, Mabillon Ann. II. p. 688 (cf. Waitz Verfassungsgeschichte IV. p. 356). Itaque Saxo ille, qui a Ludawico rege a. 815. petit, ut sibi reddatur *hereditas patris Richart et patruelis Richolf, quae in ipsa Saxonia extiterat* (v. p. 71 not. 8), ab his Karolo regnante amissa, quia Francis iidem fideles christianique olim (a. 798?) remanserint, in epistola reclamatoria commemorat: *testes de ipsis pagis super hac ipsa re adhiberi possunt, qui hanc rem bene sciunt et eam detegere veraciter possunt*, Jaffé Bibliotheca rer. German. III. pag. 320. Quae cum perscruter, arbitrer oportet, provinciae vocabulum in lege Saxonum nihil dicere nisi pagum, atque idoneos ductos fuisse testes ex eodem pago ortos, ubi res sita sit. 63) *campo diudicetur]* Cfr. quae p. 80 in not. 61 allata sunt; Widukind. rer. gest. Sax. II. c. 10 (v. p. 72. not. 21), Script. III. p. 440; l. Baiuw. XVII, 2, Legg. III. p. 326; Gaupp Sachsen p. 209. Duelli loco secundum Speculum Saxonicum aquae iudicium adhibebatur; neque umquam nisi deficientibus testibus admovebatur, v. Sachsenspiegel III, 21: *Spreket twene man to weder stride en gut an mit geliker ansprake, unde dat mit gelikeme getüge behaldet, man sal't under sie delen. Dissen getüch solen die rechten ummeseten besceiden, die in dem dorpe oder in den nesten bidorpen geseten sin. N'is it den ummesetenen nicht wetenlik, wie't in geweren hebbe, so mut man't wol besceiden mit enem water ordele.* 64) Gaertner Saxonum leges tres p. 106 adnotat: *concredere depravatae latinitatis scriptoribus est delictum et culpam agnoscere, per duellum se victum profiteri, et hosti se tradere ac reddere.* 65) Tritissimum capitulum 64 haccce sentire mihi videatur: Si quis ex ingenuis, qui in tutela nobilis hominis sint; praedium suum in exilium missus ideoque necessitate coactus venditurus sit, non liceat ei hoc vendere cuicumque libuerit, priusquam iis obtulisset, quibus legitimum ius protimiseos fuerit, iique eo uti negassent. Ius vero hoc protimiseos concessum erat *primo proximo suo* i. e. heredi suo, porro *tutori suo* i. e. nobili homini, cuius sub tutela ipse fuit, ad ultimum *ei qui tunc a rege super ipsas res constitutus est*, cum ipse in exilium missus est. Sin vero hi rem emere aniuerint, liberam possessor habeat potestatem vendendi praedii *cuicumque libuerit*. 66) *Liber homo]* Supra p. 56. not. 38. exposui, legem Saxonum ingenuos ubique dicere liberos. Neque est cur cum Usinger Forschungen zur Lex Saxonum p. 16 conilcias, complures fuisse levis Saxonicae auctores, quia hic solum liberi vocabulo hominis vox adiecta sit, inprimis cum lex Sax. c. 16. praebeat: *nobilis hominis*, c. 18: *si hominem occiderit ut puta nobilem.* 67) Sub tutela singulorum nobilium in Saxonia omnes ingenuos fuisse, neque lex Saxonum dicit neque probabile ducam, etsi discerni non potest, quanta eorum pars in hac tutela fuerit. Cum vero eadem lex c. 42. 44. 45. de tutela infantium atque mulierum locuta idem tutelae vocabulum usurpet loco Germanici verbi *mund*, censeam liberos istos homines ditioni nobilium subiectos dictos fuisse *mund-mann*, atque advocaticios fuisse homines, quales postea sub mundiburdio vel advocatia ecclesiastica invenimus atque spurium quoddam diploma in Karoli Magni tempora transfert; cfr. dipl. Osnabrug. spur. a. 803: *saeculare iudicium super suos servos et liddones, et liberos malman et mundman*, Möser Werke VIII. p. 1. Complura rem explanantia diplomata affert Kraut Vormundschaft I. p. 16; ex quibus inprimis conferenda sunt acta fundationis Muretensis monasterii: *liberi homines . . praedia sua sub censu legitimo (praepotenti viro) contradiderunt, ut sub mundiburdio illius semper tuti valerent esse*, Hergott Geneal. dipl. gent. Habsburg. I. p. 332; formul. Sirmond. 44: *Dum minime habeo, unde me pascere vel vestire debeam, ideo petii pietati vestrae, ut me in vestrum mundoburdum tradere et commendare deberem; eo . . modo, ut me tam de victu quam et de vestimento . . . . adiuvare debeas, et dum ego advixero ingenuili ordine tibi servitium vel obsequium impendere debeam*, Walter Corp. iur. Germ. III. p. 397; cfr. Roth Beneficialwesen. 1850. p. 379. Iidemque nobis occurrunt sub nomine *iamundling*, dipl. a. 937. 1003. 1014. *habeat potestatem super libertos et iamundlingos*, Lappenberg Hamburger Urkundenb. I. p. 41 sqq. Suo igitur iure comparavit Goehrum Ebenbürtigkeit I, 68. 184 cum hominibus, de quibus cap. 64. legis Sax. verba facit, Saxones occidentali in ripa Albis incipiente saeculo XIII. habitantes, quos Speculum Saxonicum appellat *plechhafte lüde*, ita nominatos, quia sub tuitione quadam i. e. *plege*, unde census ab ipsis solutus nomen *plege* (Sachsenspiegel ed. Homeyer I. [ed. 3] p. 466) sumpsit, vixerunt, non vero quia hunc censum pensabant — id quod proposuit Kraut Vormundschaft I. p. 22. Accedere enim non possum v. d. Stobbe,

lium missus[69] est, si hereditatem[70] suam necessitate coactus[71] vendere voluerit, offerat eam primo[a] proximo suo[72], si ille eam[b] emere noluerit, offerat tutori suo[73], vel ei qui tunc[c] a rege super ipsas[d] res constitutus est; si nec ille voluerit, vendet[e. 74] eam cuicumque[f] libuerit[g].

a) primum *Til.* b) eam *deest Her.* c) tun *Til.* d) ipsa re *Til.* e) vendat *Til.* f) cuicunque *Her;* cuicumquę *Spang.* g) voluerit *Til.*

cum dicat Zeitschrift f. Deutsches Recht XV. p. 348, illos *plechhafte lüde* vero dominio subiectos fuisse. 68) Coniungenda sunt verba: *liber homo qui iam in exilium missus est*, quod proposuerunt Gaertner Saxonum leges p. 108; Eichhorn Rechtsgeschichte I. §. 57. 68; Hasse in Rhein. Museum II. p. 174; Beseler Erbverträge I. (1835) p. 61; Sandhaas Germanist. Abhandl. p. 189; Zimmerle Das Deutsche Stammgutssystem (1857) p. 44. Econtra eum, qui *in exilium missus est*, esse hominem nobilem, arbitrati sunt I. Gottl. Müller Fragm. observat. ad veter. leg. Sax. p. 37; Gaupp Recht der alten Sachsen p. 215; Stobbe in Zeitschrift für Deutsches Recht XV. p. 317; idem Gesch. der Rechtsquellen I. p. 192; Waitz Verfassungsgeschichte III. p. 140; Usinger Forschungen zur Lex Saxonum p. 14. Credi enim vix potest, regem loco hominis nobilis in exilium missi alium instituisse, qui propter tutoris absentiam eius muneribus fungatur erga ingenuum illius in potestate atque ditione detentum. Cfr. Zur Lex Sax. p. 109 sqq. 69) *in exilium missus,* nisi fallor, dictus est homo, qui scelere aliquo perpetrato ea poena affectus fuit, ut exlex esset, itaque hac necessitate coactus praedium suum venditurus fuit, ut vitam sibi redimeret; quod dicendi genus nobis saepius occurrit; cfr. leg. Sal. LV, 2 (v. p. 64. not. 77); leg. Ribuar. LXXXV, 2: *wargus sit; ob hoc expulsus exulet usque dum parentibus satisfaciat;* decret. Childeberti a. 596. c. 4: *Quicumque raptum facere praesumpserit, .. vitae periculum feriatur ..; si ipsa mulier raptori consenserit, ambo pariter in exilio transmittantur,* Legg. I. p. 9; capit. Aquisgr. a. 813. c. 12: *rex super eos* (malefactores) *districtionem faciat carcerandi, exiliandi, usque ad emendationem illorum,* l. l. p. 188; capit. a. 817. c. 7: *ipse* (homicida) *vero in exilium mittatur ad quantum tempus nobis placuerit, res tamen suas non amittat;* ibid. c. 9: *si quis sponsam alienam rapuerit ..., in praesentiam nostram comes eum advenire faciat, et quanto tempore nobis placuerit in exilio maneat;* ibid. c. 13: *si quis aliqua necessitate cogente homicidium commisit, comes in cuius ministerio res perpetrata est, et compositionem solvere et faidam per sacramentum purificari faciat. Quod si una pars ei ad hoc consentire noluerit, faciat illum qui ei contumax fuerit ad praesentiam nostram venire, ut eum ad tempus quod nobis placuerit in exilium mittamus, donec ibi castigetur, ut comiti suo inoboediens esse ulterius non audeat, et maius damnum inde non adcrescat,* Legg. I. p. 211. 212. Itaque nihil miramur, quod in divis. imper. a. 806. c. 13: *obsidibus a nobis per diversa loca ad custodiendum destinatis* oppositi sunt ii, *qui pro suis facinoribus in exilium missi vel mittendi sunt,* Legg. I. p. 142. Sed non possum non dissentire cum v. d. Merkel Lex Saxonum p. 6, qui censuerit obsides Karolo regi a Saxonibus datos hoc loco dictos esse *in exilium missos;* quod verbum id umquam sentire omnino non constat. Quamquam, etiamsi concedere vellemus, his vocabulis istum sensum subesse, non esset, cur censeremus, legem Saxonum post annum 797 esse conceptam; plerique enim obsides Saxones etiam anno 772 (Ann. Laur., Script. I. p. 150; Ann. Einh. l. l. p. 151; Ann. Fuld. p. 348), 775 (Ann. Lauriss., Script. I. p. 154; Ann. Einh. l. l. p. 155), a. 776 (supra p. 21), a. 779 (Ann. Petav., Script. I. p. 16), a. 780 (Ann. Laureshamm., Script. I. p. 31; Ann. Mosell., Script. XVI. p. 497), a. 785 (Ann. Lauriss., Script. I. p. 168; Ann. Einh., Script. I. p. 167), a. 795 (Ann. Einh., Script. I. p. 181; Ann. Laureshamm., l. l. p. 36; Ann. Alam., l. l. p. 74; Ann. S. Gall. min., l. l. p. 75; Ann. Xant., Script. II. p. 223), a. 797 (Ann. Lauriss., Script. I. p. 182; Ann. Fuld., l. l. p. 351; Ann. Lauresh., l. l. p. 37) a Karolo Magno rege recepti et deducti sunt; cfr. Zur Lex Sax. p. 103, supra p. 31. 70) Nihil dubitem, quin hereditatis vox hoc quoque loco idem dicat, quod c. 63. *terram suam;* cfr. pag. 71. not. 8, pag. 79. not. 54. 71) *necessitate coactus]* scilicet quia *in exilium missus est.* Sin interpretationem huius capituli, quam reiiciendam esse in not. 67 exposui, ex qua nobilis homo in exilium missus fuisse credendus esset, secutus esses, intelligere non posses, quae necessitas repente accidisset. Addito enim aliquo vocabulo necessitatis species alias magis explanatur; cfr. c. 62. *famis necessitate coactus;* epist. Einharti a. 828—840: *magna cogi necessitate, pro eo quod faidosus sit,* Jaffé Biblioth. rer. German. IV. p. 469 etc. Neque nudo necessitatis vocabulo inesse videtur sensus *sunnis* vel *echte not* (Sachsensp. II, 7). 72) Primi proximi sui verbum sentire heredem agnatum, comprobare studui pag. 71. not. 12. 73) *Tutori suo* i. e. nobili, cuius tutelae homo liber (cfr. p. 81. not. 67) subditus fuit. Beseler Erbverträge I. p. 63 proposuit, eum fuisse principem comitum se sectantium: *so alte Verhältnisse konnten sich bei den Sachsen* (fueruntne umquam Saxonibus?) *bis zur Eroberung wohl erhalten haben.* Cuius sententiam infirmare studuerunt Gerber med. ad loc. spec. Sax. I, 14. p. 7, Kraut Vormundschaft I. p. 16. not. 30, Sandhaas German. Abhandl. p. 187. Cfr. Zur Lex Saxonum p. 111. Non vero queo consentire cum Waitz Verfassungsgeschichte III. p. 140, cum arbitretur, tutorem hunc eundem esse et eum *qui tunc a rege super ipsas res constitutus est*, quod cum totius capituli sensu coniungere nescio. 74) Cum lex Saxonum usa sit verbis: a) *si vendere voluerit, offerat proximo suo,* b) *si ille eam emere noluerit, offerat tutori suo,* c) *offerat ei qui tunc a rege super ipsas res constitutus est,* d) *si nec ille voluerit, vendet eam cuicumque libuerit*, negari non potest, libero homini *qui sub potestate nobilis cuiuslibet erat* ius fuisse praedii sui alienandi, hanc vero licentiam coercitam fuisse iure protimiseos certis quibusdam hominibus deinceps concesso. Sed putem id fuisse ius singulare, ceterisque ingenuis potestatem hereditatis vendendae omnino defuisse (v. supra p. 79. not. 53).

[XVII, 1. 2.][a] 65. Lito regis[75] liceat uxorem emere[76], ubicumque[b] voluerit; sed[c] non liceat ullam feminam vendere.

[XVIII, 1—3.][d] 66.[77] Solidus[78] est duplex[e]: unus habet[f] duos[g] tremisses[h], quod[i] est bos anniculus 12 mensium[k], vel ovis cum agno; alter solidus tres tremisses, id est bos 16 mensium[l]; maiori[79] solido aliae[m] conpositiones[n], minori[80] homicidia conponuntur[o,81]. [[82]Westfalaiorum[p] et Angrariorum et Ostfalaiorum solidus est secales sceffila[83] 30,

a) *Heroldiana in editione* Titulus XVII. De liti coniugio *inscriptus est. Spangenbergiano in codice verba* lito ... uoluerit *partem supremam capituli* 64 *reddunt.* b) ubicumq' *Her.* c) *Spang. vocabulo* sed *cap.* 65 *incipit.* d) *Heroldiana in editione* Titulus XVIII. De solidis *inscriptus est.* e) dupplex *Corb.*; sol. duplex *Spang.* f) habęt *Spang.* g) duō *Corb.* h) tramisses *Spang.* i) qui *Til.* k) mensuum *Spang.* l) mensuum *Spang.* m) Alie *Spang.* n) cōpositiones *Til.*; compositiones *Spang., Her.*; composiciones *Corb.* o) *haec verba sunt ultima legis Saxonum in edit. Herold. et in cod. Spang.; cfr. not.* p *et pag.* 84 *not.* c. p) *prima series verborum uncinis inclusorum sola in Tiliana editione legitur.*

75) *Lito regis]* Et hominibus privatis singulis et ecclesiis et regi in Saxonia fuisse litos, exposui p. 56. not. 41; cfr. p. 54. not. 31, p. 47. not. 4. Cum res ipsa doceat, Saxonia nondum subacta regis litos ibidem nondum fuisse, legislator hoc in cap. 65. de re antea inusitata novum ius condidit. Hi autem liti regis eiusdem conditionis fuisse videntur atque fiscalini, qui in reliquo Francorum regno passim vixerunt; cfr. capit. Ticin. a. 806. c. 6: *Aldiones vel aldianae ad ius publicum pertinentes ea lege vivant in Italia in servitutem dominorum suorum, qua fiscalini vel lites vivunt in Francia,* Legg. I. p. 84; capit. in leg. Ribuar. mitt. a. 803. c. 2: *Homo regis id est fiscalinus, et aeclesiasticus vel litus interfectus,* l. l. p. 117; capit. Theodon. a. 805. c. 22: *De liberis hominibus, qui uxores fiscalinas regias, et feminis liberis, quae homines similiter fiscalinos regios accipiunt, ut non de hereditate parentum vel de qua causa sua quaerenda, nec de testimonio pro hac re abiciantur,* l. l. p. 135; v. Waitz Verfassungsgeschichte IV. p. 296 sqq. Cum vero cum lito tota eius familia regi subiecta esset, mirari non licet, quod ex lege Saxonum lito regem uxorem sibi aliunde emendo quodammodo ditiorem reddere concessum erat, interdictum vero, ne iste filiam suam aliamve mulierem, cuius tutor legitimus fuisset, vendendo ad libidinem familiam suam minorem redderet regemque privaret. 76) *uxorem emere,* i. e. in matrimonium ducere; *feminam vendere,* i. e. nuptum dare; cfr. pag. 69. not. 3, Zur Lex Sax. pag. 288. Comprobare enim non possum sententiam, quam proposuit Waitz Verfassungsgeschichte I. (ed. 2) p. 53, arbitratus, olim in Saxonia marito ius fuisse uxoris in servitutem vendendae, idque legis Sax. c. 65. esse vetitum, *ein Verbot dessen was früher erlaubt,* Cfr. Kraut Vormundschaft I. p. 407; Gaupp Sachsen p. 218; Zur Lex Sax. p. 295 (not.). 77) Genuinum legis Sax. cap. 66. postea duobus additamentis auctum esse, supra p. 10 sqq. coarguere studui; cfr. Zur Lex Sax. p. 26—47. 78) Solidi percussi signatique in antiqua Germania nusquam umquam in usu fuerunt. Eo autem nomine in Saxonia modo duos modo tres tremisses, quorum quisque quatuor denarios amplectebatur, simul dictos fuisse, hoc cap. 66 nos docet. Cum legis Frisionum additio conscribebatur, in media Frisia 3, in orientali 2, in occidentali $2\frac{1}{2}$ tremisses solido exaequabantur (v. leg. Fris. Add. III, 73. 78). Maior autem iste trium tremissium solidus fuit Francorum, atque a Karolo rege et in Frisiam et in Saxoniam inductus esse putandus est. Econtra minorem duorum tremissium solidum ab utroque populo a Francis nondum subacto usitatum fuisse coniiciam; iccirco idem in capit. Sax. a. 797. c. 11. *solidus Saxonum* nominatus est, et legis Saxonicae additamenta, cum voce solidi usa sint, de eo verba fecerunt. Cfr. Zur Lex Sax. p. 28—32. 42. 358. 363. 79) Maiori vel Francico solido (= $1\frac{1}{2}$ solid. min.) exaequat leg. Sax. c. 66. *tres tremisses* i. e. duodecim denarios, = *bos* 16 *mensium;* v. supra p. 11. 80) Minori vel antiquo Saxonico solido duorum tremissium exaequabantur ex leg. Sax. c. 66: *bos anniculus* 12 *mensium,* = *ovis cum agno,* ex capit. Sax. a. 797. c. 11. apud *Bortrinos* = *de avena scapil.* 40, = *de sigale scapil.* 20, = *de melle sigla* $1\frac{1}{2}$, apud Saxones septemtrionales = *scapil.* 30 *de avena,* = *scapil.* 15 *de avena,* = *de melle* 2 *sicl.,* tota Saxonia = *bovem annoticum utriusque sexus autumnali tempore sicut in stabulum mittitur, similiter et vernum tempus quando de stabulo exiit,* ex leg. Sax. additamento Tiliano: = *secales sceffila* 30, *ordei* 40, *avenae* 60 (ubique), = *duo sicle mellis* (apud Angrarios et Ostfalaos), ex leg. Sax. appendice Corbeiensi: = *vitulus anniculus,* = *ovis cum agno et anniculus agnus ei super adiunctus.* 81) *Maiori solido aliae conpositiones, minori homicidia conponuntur,* ut mulcta 120 solidorum weregeldi loco soluta 360 tremisses, eadem alia de causa pensata 240 tremisses complexa sit. Eademque pecuniae taxandae regula inest cap. 16. legis Saxonicae: *Litus occisus* 120 *solidis* (i. e. duodecima parte weregeldi hominis nobilis) *conponatur; multa vero vulnerum eius per omnia duodecima parte minor quam nobilis hominis, solvatur autem solido maiori,* supra p. 55. cum not. 34. 82) Priores quatuor Tiliani additamenti positiones ex capit. Sax. c. 11. haustas esse, supra p. 11. exposuimus, quamquam frumenti pretium adminutum atque per totam Saxoniam idem redditum est. Verba *apud utrosque* ad duas postremo nominatas gentes Angrariorum et Ostfalaiorum referenda esse mihi videntur; cfr. Zur Lex Sax. p. 44. 83) *sceffila]* v. cap. Sax. c. 11: *scapili.* Duos scapilos olim reddidisse unum modium, saepius memoriae proditum est; cfr. Schmeller Bairisch. Wörterbuch III. p. 327: *dimidium modium tenens: halp mutti edo scefil fol;* leg. portor. c. a. 906 c. 1: *ad Lintzam, de una navi reddant* 3 *semimod[i]os, id est* 3 *scafilos, de sale,* Legg. III. p. 480, Waitz Verf.-Gesch. IV. p. 59; docum. Susat. circa a. 1250—1280: *modius tritici nostrae mensurae* = 12 denar. et *mensura tritici, quae theutonice*

ordei 40, avenae 60; apud utrosque: duo sicle[84] mellis[a] solidus. Quadrimus[b.85] bos, duo solidi; duo boves, quibus arari potest, quinque solidi; bos bonus, tres solidi; vacca cum vitulo, solidi duo et semis.]

[Quadrimus[c] bos, duo solidi; duo boves, quibus arari potest, 5 solidi; bos bonus, 3 solidi; vacca cum vitulo, solidi duo et semis. Vitulus[86] anniculus, solidus 1. Ovis cum agno, et anniculus agnus ei superadiunctus, solidus 1.[d]]

a) duo si de mallis *Til.; emend.:* duo sicle mellis. b) qua drimis *Til.; emend.:* quadrimus. c) *secunda series verborum uncinis inclusorum solo in codice Corbeiensi legitur.* d) *verba* Quadrimus ... solidus 1 *ad codicis formam a v. cl. Pertzio descripta vide Legg. IV. tab. 6.*

schepel dicitur = 6 denar., Seibertz Westfälisches UB. I. p. 333; atque ad hodiernos dies compluribus in regionibus Westfaliae scapilum *(Scheffel)* dimidiam partem esse modii *(Mütte)*, affert Lengerke Landwirthschaftlicher Kalender. Berlin 1867. Diplomata Saxonica medii aevi frumenti acervos partim numero maldrorum, partim modiorum, partim scapilorum definiunt; cfr. registr. Corb. a. 1108—1128: *scipuli bracei hordacei secundum mensuram abbatis*, Kindlinger Münster. Beiträge II. UB. p. 120; ibid.: 60 *maldri tritici*, 30 *skipuli pisarum*, l. l. p. 123; dipl. Mesched. a. 1207: *thue malder haveren onde thue scepel; thue scepel wethes; thue scepel rouchen; thue malder brodes, alse men vire umme einen helbin coped*, Seibertz Westfäl. UB. I. p. 172; dipl. Susat. a. 1218: *mensura avenae, quae dicitur scepel*, l. l. p. 196. Ipsius vero antiqui modii magnitudo incerta est. Guérard Polyptyque de l'abbé Irminon, Paris 1844. I. p. 197. computat: 1 modius = 2 situlae = 52,2 *litres*, i. e. = 0,94 scapil. hodiern. Boruss.; quocum omnino consentit H. Müller Münzgeschichte (1860) I. p. 347. Soetbeer in Forschungen zur Deutschen Geschichte (1866) VI. p. 74—78 proponit, modium a Karolo rege a. 789 inductum fuisse = 60 *litres* i. e. 1,086 scapil. hodiern. Boruss. Itaque etsi res valde dubia est, non magnopere a veritate discedere putem, cum coniiciam, scapilum Saxonicum saeculi noni fuisse dimidiam partem scapili hodierni. Cfr. Zur Lex Sax. p. 37. 84) *Sicla* (add. Til.) vel *siclus* (cap. Sax. cod. Vat.) vel *siclum* (cap. Sax. cod. Corb.) ex Hebraico a Romanis recepto vocabulo sicli prodiit, v. Ducange s. v. *siclus;* atque medio aevo in Saxonia modo monetam, v. dipl. a. 1036 Kindlinger Münster. Beiträge II. p. 38, fontes registr. spurii dicti abb. Sarachon. §. 51. 60. 101. 104. 212 etc., modo frumenti quandam mensuram significat, v. registr. Werd. *siclum avenae*, Lacomblet Archiv II. p. 221. Idemque quod siclus sentire videtur situla, Theot. sup. med. *sidlin*, Theot. sup. hodiern. *Seidel;* cfr. Schmeller Baier. Wörterb. III. pag. 199; dipl. Herzebrok. a. 860: *situli de cerevisia*, Kindlinger Münster. Beitr. II. p. 28; dipl. Herzebrok. a. 1096: *situlae*, Kindlinger II. p. 67; registr. Corb. a. 1106—1128: *cerevisiam* 30 *sitularum vel modiorum, et unam situlam mellis ad medonem*, l. l. II. p. 126; capit. de villis a. 812. c. 9: *unusquisque iudex* (habeat) *in suo ministerio mensuram modiorum, sextariorum, et situlas per sextaria octo*, Legg. I. p. 182. Magnitudo autem sicli situlique incerta est; coniicere liceat, eam fuisse dimidii modii; cfr. Guérard Polyptyque de l'abbé Irminon I. p. 186. 197; Merkel in Legg. III. p. 52; Müller in Mittelhochdeutsch. Wörterb. II, 2. p. 262; Zur Lex Sax. p. 409. 85) Eadem verba *quadrimus .... semis* occurrunt nobis et in Tiliana editione et in Corbeiensi codice. Quae iis de bovibus taxandis praescripta sunt, amplificare videntur id, quod statuit capit. Sax. c. 11: *deinceps quantum aetatem* (bos) *auxerit, tantum in precio crescat*, v. supra p. 12. 14. Ceterum secutos esse auctores additamentorum putem verum Saxonicum usum, qui memoriae proditus est etiam leg. Sax. c. 34: *bovem quadrimum, qui duos solidos valet*, cfr. p. 66. not. 87. 88. Simillimae autem constitutiones insunt legi Ribuar. XXXVI, 11: *Si quis weregeldum solvere debet, bovem cornutum videntem et sanum pro duobus solidis tribuat, vaccam cornutam videntem et sanam pro uno solido tribuat* etc., c. capit. a. 817. c. 8, Legg. I. p. 211. 86) Suprema additamenti Corbeiensis verba repetere videntur nonnullas constitutiones ipsius legis Saxonum. Nihil enim differt inter *vitulus anniculus, solidus* 1 et *solidus est bos anniculus* 12 *mensium*. Sequentia verba *ovis cum agno* similiter in genuino textu et in legis recentiore appendice leguntur; his autem verbis addit appendix Corbeiensis: *et anniculus agnus ei super adiunctus;* neque facile est intellectu, quid haec sibi velint. Sed cum probabile habere nequeam, revera appendicis auctorem dicturum fuisse: ovis + anniculus agnus + agnus = 1 solid., proponam, eum obscuro dicendi genere usum nihil voluisse nisi explanare solum, qualem agnum legislator in animo habuerit, cum dixerit: *ovis cum agno*, scilicet anniculum; cfr. Zur Lex Saxonum p. 45. Quod ni me fallit, novi nihil inest in posteriore parte additamenti Corbeiensis.

III.

CAPITULARE SAXONICUM[a].

1. 2. Anno[1] ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi 797° et 30°. ac 22°.[b] regnante[c] domno Carolo[d] praecellentissimo rege, convenientibus in unum Aquis palatie[5] in eius obsequio venerabilibus episcopis et abbatibus seu inlustribus[f] viris comitibus, 5. Kalendas Novembris, simulque congregatis Saxonibus de diversis pagis, tam de Westfalahis[g] et Angrariis, quam et[i] de Ostfalahis[k]: omnes[2] unanimiter[l] consenserunt et aptificaverunt, ut de illis capitulis, pro quibus Franci, si regis bannum[3] transgressi[m] sunt, solidos[n] 60 conponunt, similiter Saxones[4] solvent, si alicubi[o] contra ipsos[p] bannos fecerint. Hec[q] sunt capitula[5]:

a) *Capitulare Saxonicum legitur in codice Palatino-Vaticano Nr.* 289 *(v. supra p. 5) et in codice Corbeiensi (v. p. 3); utriusque codicis lectiones varias a se collectas atque descriptas mihi comparavit Pertzius (v. supra p 5), quas omnes enumeravi.* b) DCCXCIIII. et XXX ac XXV *Corb.* c) imperante *Corb.* d) caralo *Corb.*; carolo *Vat.* e) pilatio *Vat.*; palatii *Corb.* f) inlustris *Vat.*, *Corb.* g) uuest falahis *Vat.*; uuesterfalis *Corb.* h) angariis *Corb.* i) et *deest Corb.* k) oostfalahis *Vat.*; osterfalis *Corb.* l) unianimiter *Vat.*, *Corb.* m) trnsgressi *Corb.* n) solidus *Vat.*; solid *Corb.* o) aliquos *corr.* aliquid *Corb.* p) ipsos bannos *corr.* ipsum bannum *Corb.* q) Hec *Vat.*; Hec *Corb.*

1) Anno 797 a Karolo Magno placitum generale Aquisgrani convocatum fuisse, rerum gestarum etiam scriptores memoriae prodiderunt, ubi eum a 13. Kal. Mart. (i. e. 17. Febr.) usque ad 5. Kal. Nov. (i. e. 28. Oct.) moratum esse, diplomata a Sickel Acta regum Karolinorum p. 59 (№ 150) — p. 60 (№ 154) enumerata demonstrant et cum *episcopis* et *abbatibus* convenisse narrant Annales S. Amandi, Script. I. p. 14. Nullius igitur est momenti, quod Vaticano deterior codex Corbeiensis falsum 794 numerum et uterque regni Langobardici annum 25. non recte praebet, praesertim cum annus tricesimus regni Francorum idem sit atque is, quem secundum nostram computationem 797 dicimus. Capitulare igitur Saxonicum editum fuisse constat, postquam iteratae Saxonum rebelliones vix devictae fuerunt, itaque Karolus rex Aquisgrano in Saxoniam denuo proficisci ibique hiemare adhuc necessarium duxit. V. supra p. 25; Zur Lex Sax. p. 335. 340. 2) Paucis admodum capitularibus a Karolo promulgatis initium sollemne non deest; quod alias deperditum est, hic legimus, cfr. supra p. 34 not. 1, Waitz Verfassungsgesch. III. p. 469 — 520. Omnia autem eodem praescribendi genere usa sunt, quod inest uniuscuiusque fere capituli cap. Sax. initio, c. 1. 2: *omnes unanimiter consenserunt et aptificaverunt ut; omnes statuerunt et aptificaverunt ut;* c. 3: *placuit omnibus Saxonibus ut;* c. 4: *hoc etiam statuerunt ut;* c. 6: *statuerunt quod;* c. 7: *statuerunt ut;* c. 8: *convenit quod;* c. 9: *item placuit ut;* cfr. ibid.: *statuere una cum consensu Francorum et fidelium Saxonum;* c. 10: *placuit omnibus ut;* cfr. supra p. 34 not. 1, Waitz Verfassungsgesch. III. p. 504 n. 2. Singula igitur capitula singula continent praecepta a Francis Saxonibusque deliberata et a rege ipso comprobata. Quare capitularia discedunt a lege Saxonum atque legibus consimilibus. Ista enim quamquam item imperativo stilo descripta est (v. Zur Lex Sax. p. 420), nequaquam tamen continuo communis deliberationis notam habet. 3) Capitulare Saxonicum, quo a Pertzio v. cl. invento nomine uti liceat, sexaginta solidorum bannum regium nequaquam tamquam novum in Saxoniam induxit, v. cap. de part. Sax. c. 31 et p. 61 not. 66; immo accuratius constituit, quibus in casibus exercendus atque solvendus esset; idque simillimum in modum fecit compluribus legibus coaevis; cfr. capitulare quod dixit Pertzius de banno dominico atque circa annum 772 edictum esse censuit, Legg. I. p. 34, quamquam malim arbitrari, documentum illud ab Ortloffio primum publici iuris factum posteriore aliquo tempore (cfr. Wilda Strafrecht p. 478) ab homine privo (cfr. Waitz Verfassungsgeschichte III. p. 275) conscriptum esse; capit. Ticin. addit. ad leg. Langobard. a. 801 c. 2, Legg. I. p. 83; capit. Aquisgran. a. 802 c. 40, Legg. I. p. 96; capit. missis dominicis dat. a. 802 c. 19, Legg. I. p. 98 (cfr. cap. a missis dom. edita a. 803 c. 1, Legg. I. p. 122); capitula quae ad legem Baioariorum Karolus imperator addere iussit, ut bannum ipsius quislibet irruperit conponere debeat a. 803(?) c. 1—7, Legg. I. p. 126, III. p. 248. antiquissimum igitur inter similes constitutiones est capitulare, quod hic denuo typis imprimere facimus. De ipso banno regio disserunt fusius Montag Staatsbürgerl. Freiheit (1812) I. p. 92; Woringen Beiträge zur Gesch. des Deutschen Strafrechts (1836) I. p. 161; Wilda Strafrecht der Germanen (1842) p. 460. 469. 482. 509; Waitz Verfassungsgeschichte II. p. 536. III. p. 275; Walter Deutsche Rechtsgesch. (ed. 2da) I. §. 60, II. §. 716; Zur Lex Sax. p. 341 - 347. 4) *Saxones]* puta nobiles Saxones. Rem docent cap. de part. Sax. c. 20. 21. 19, leg. Sax. c. 36, cap. Sax. c. 3. Decrevit igitur Karolus ut bannum ipsius, si quis Saxo nobilis irrumpere praesumpsisset, componeret solidos 60, si quis ingenuus, 30, si litus, 15; atque nobilium hominum Saxonicorum ius aequavit legi Francorum. 5) Inter constitutiones de banno Francili (capit. Caris. a. 861. Legg. I. p. 477), quas supra not. 3 enumeravi, primum est capitulare Saxonicum. Neque umquam antea ulla in lege eadem octo capitula, ut cap. Sax. verbis utar, nobis occurrunt. Huic capitulari simillima sunt capit. Baiouar. a. 803 et documentum dict. a. 772; cap. Aquisgr. et cap. miss. quamquam regium bannum propter fortiam incendiumque solvendum omittunt, eundem tamen singulorum capitulorum adhibent ordinem. Paullo quidem magis a ceteris discedunt cap Langobard., octavum capitulum, quod est de heribanno, quatuor

ut[a] ecclesiae[6], viduae[7], orfani et minus potentes[b] iustam et quietam pacem habeant; et ut raptum[8] et fortiam[c, 9], nec incendium[10] infra patriam quis facere audeat praesumptive[d]; et

a) Primus capit ut *Vat.*; Primum ut *Corb.*; *ita uterque codex capituli initium hic notat.* b) potestes *Vat.* c) furtum *Corb.* d) presumere *Corb.*

primis praeponendo. Omnino tamen non dubium esse potest, quin omnibus his sex legibus idem fons subiiciat, idque fuerit deperditum aliquod capitulare a Karolo rege paullo ante annum 797 generaliter promulgatum, cuius maximam fortasse similitudinem prae se fert saepius laudatum documentum ab Ortloffio primo publici iuris factum. Ceterum cum appareat quinque enumeratas constitutiones toti Francorum regno ius condituras esse, perspicias, quibus nationibus rex bonum atque utile duxerit latas leges specialiter pronuntiare, Saxonibus scilicet et Langobardis Baiuwariisque, et quibus generali capitulari Aquisgranensi edito speciales constitutiones praedicare supervacaneum habuerit, ceteris scilicet gentibus ipsius regno subactis; capitula enim missis dominicis a rege edita atque capitula ab ipsis missis edita, quae illa secuta sunt, nihil huc attinent. De regio quidem 60 solidorum banno cfr. inprimis Wilda p. 476—483; Waitz Verfassungsgeschichte II. p. 536; Walter Deutsche Rechtsgeschichte I. §. 60. 6) *ut ecclesiae iustam et quietam pacem habeant]* cfr.: *ut aecclesia pacem rectam habeant*, Baioar. c. 1, Legg. I. p. 126; *qui pacem ecclesiarum Dei inrumperit*, Lang. c. 2, Legg. I. p. 83; *dishonoratio sanctae ecclesiae*, doc. incert. ann. c. 1, l. l. p. 34; *de banno domno imperatoris et regis an per semetipsum consuetus est bannire de mundeburde aecclesiarum; ut hii quis ista inrumperint*, miss. c. 19, l. l. p. 98, cfr. a miss. c. 1, l. l. p. 122; *si de mundeburde sanctorum ecclesiarum aliquid inultum esse credimus, hoc ad emendationem perducamus*, Aquisgr. c. 40, l. l. p. 96. De ipsa pace ecclesiastica, cuius in turbationem Karolus rex bannum suum sanxit, cfr. cap. de part. Sax. c. 2. p. 35 c. not. 6, et legem Sax. c. 28. p. 64 c. not. 78. Ceterum sacrilego praeter solutionem 60 solidorum alia eaque graviora supplicia imminebant, ut ista non ipsum crimen sed sola rupta pax puniretur. Nihil igitur est, cur dubitemus, an promulgato capitulari Saxonico prius ius, quod inest cap. de part. Sax. c. 3 et leg. Sax. c. 21, porro viguerit. 7) *ut viduae, orfani et minus potentes iustam et quietam pacem habeant]* cfr.: *Ut viduae, orfani vel minus potentes pacem rectam habeant; et ubicunque fuerit infractum, sexaginta solidis conponatur*, Baioar. c. 1, Legg. I. p. 126; *pro contemtu singulorum capitulorum quae per nostrae regiae auctoritatis bannum promulgavimus, id est qui pacem ... viduarum, orfanorum et pupillorum ac minus potentium inrumperit, sexaginta solidorum multam exsolvat*, Lang. c. 2, l. l. p. 83; *De illos octo bannus unde domnus noster vult quod exeant sol.* 60 ... *Qui iniuste agit contra viduas. De orfanis. Contra pauperinus, qui se ipsus defendere non possunt, qui dicuntur unvermagon*, doc. incerti anni l. l. p. 34; *de mundeburde viduarum, orfanorum et de minus potentium; ... ut hii qui ista inrumperint, bannum dominicum omnimodis conponant*, cap. miss. c. 19, l. l. p. 98; *si de mundeburde viduarum et orphanorum, seu minimum potentium ... aliquid inultum esse credimus, hoc ad emendationem perducamus*, Aquisgr. c. 40, Legg. I. p. 96. Cfr. Waitz Verfassungsgeschichte III. p. 279; Kraut Vormundschaft I. p. 77—85. Ante haec capitularia promulgata nullius usquam regis Francorum tuitio vel mundiburdium omnes homines miserabiles auxiliique inopes est amplexum, sed singulos tantum speciali constitutione ea praeditos; e. gr. l. Ribuar. XXXV: *si quis ingenuam puellam vel mulierem, quae in verbo regis est, de mundeburde abstulerit*, 60 *solidis culpabilis iudicetur.* Itaque nihil est mirum, quod tale praeceptum neque capitulis de partibus Saxoniae, neque legi Saxonicae inest, si quidem lex Saxonum ante annum 797 conscripta fuisse conceditur. 8) *ut raptum quis facere (non) audeat praesumptive]* cfr.: *qui raptum facit, hoc est qui feminam ingenuam trahit contra voluntatem parentum suorum*, doc. incerti anni Legg. I. p. 34; *ut raptum nemo facere praesumat; et qui hoc commiserit*, 60 *solidos in bannum nostrum conponant*, Baioar. c. 2, l. l. p. 126; *de rapto .. bannum dominicum omnimodis conponant*, miss. c. 19, l. l. p. 98; *de rapina ad emendationem perducamus*, Aquisgr. c. 40, l. l. p. 96. Quid raptus vocabulum dicere velit, inter allatas leges documentum illud a. 772 (?) expressis verbis adnotat; cfr. p. 74 not. 30, p. 70 not. 7. Hoc crimine commisso antiquitus in Francia bannus regius solvendus reliquis veris poenis adiectus fuit, cfr. leg. ad Amor. c. 47: *si cuius puellam sponsatam alius priserit, sol.* 200 *componere faciat, in fredo solidos* 60; capit. Ludow. legib. add. a. 817. c. 4: *De raptu viduarum: qui viduam intra primos triginta dies viduitatis suae, vel invitam vel violentem sibi copulaverit, bannum nostrum, id est* 60 *solidos, in triplo conponat; et si invitam eam duxit, legem suam ei conponat*, Legg. I. p. 211; ibid. c. 9: *si quis sponsam alienam rapuerit, aut patri eius, aut ei qui legibus eius defensor esse debet, ... sponso legem suam conponat et insuper bannum costrum, id est* 60 *sol., solvat*, l. l. p. 211. Itaque coniecimus, solidorum 300 pretium emptionis uxoris Saxonica lege c. 41. 49. praescriptum praeter ingenuae feminae weregeldum bannum regium 60 solidorum complecti, cfr. p. 70 not. 4; p. 74 not. 30; Zur Lex Saxonum p. 298; ut capitulare Saxonicum hac in re ius antea conditum confirmasset. Ex lege Frisionum IX, 8—13 (cfr. p. 70 not. 7) ut saepius ita hanc ob causam banni loco *ad partem regis* femineum weregeldum pensabatur. 9) Fortiae vocabulum quid sentiat, demonstrant leges antecedentibus in notis excerptae; v. *qui hariz-hut* (i. e. inclusionem per exercitum, quam recentius ius Frisicum dixit: *hem-sekenge*, v. Fries. Wörterb. p. 799; cfr. de harîraida quae disputat Waitz Verfassungsgeschichte I. [ed. 2] p. 467 not. 2) *facit, hoc est qui frangit alterius sepem aut portam aut casam cum virtute*, doc. incert. anni Legg. I. p. 34; *ut vis per collecta hominum nemo facere praesumat*, Baioar. l. l. p. 126; *si quis domum alienam cuilibet fregerit, quicquid exinde per virtutem abstulerit aut rapuerit vel furaverit, ... in triplo componat et insuper bannum nostrum solvat*, cap. a. 811. c. 2, l. l. p. 169.

de exercitu[11] nullus super bannum domini regis remanere praesumat. Si quis supradicta octo[a, 12] capitula transgressus fuerit, omnes[b] statuerunt et aptificaverunt, ut Saxones similiter sicut[c] et Franci 60 solidos conponant.

3. Item placuit omnibus Saxonibus, ut ubicumque Franci secundum legem[13] solidos 15 solvere debent, ibi[14] nobiliores[15] Saxones solidos 12, ingenui 5[d, 16], liti 4 conponant.

a) IIII *Corb.* b) omnes statuerunt et aptificaverunt ut *desunt Corb.* c) ut *Corb.* d) *sic utrique codices; cfr. infra not.* 16.

Suprema quam attuli lex expressis verbis edixit, ut fortiae crimine commisso violato homini poena deberetur et *insuper* ad partem regis bannus 60 solidorum solvendus esset, itaque dilucide demonstrat, regium bannum nequaquam poenae locum obtinuisse, quod ubique factum esse constat. De eodem crimine simillima, quod legis latae tempus docet, constituit lex Thuringorum c. 57: *Qui domum alterius collecta manu hostiliter circumdederit, trium primorum qui fuerint unusquisque solidos* 60 *conponat, et rei* (*regi?* Gaupp Gesetz der Thüringer p. 379) *similiter. De ceteris qui eos secuti sunt, solidos* 10 *unusquisque, et in bannum regis solidos* 60. Neque divergere videtur legis Frisicae constitutio, dummodo memineris, ex eo banni loco saepissime malefactoris weregeldum solutum fuisse, XVII, 4: *Qui manu collecta hostiliter villam vel domum alterius circumdederit, ille qui caeteros collegit et adduxit, weregildum ad partem regis conponat, et qui eum secuti sunt, unusquisque solidos* 12, *et ei cui damnum, si etiam damnum illatum est, in duplo emendetur, ultra Laubachi vero in simplo.* Cfr. Wilda Strafrecht p. 953. 10) Quid incendiarius concremati aedificii domino debuerit, qua poena affectus fuerit, capitulare Saxonicum consilio praescribere omittit. De nihilo enim verba facturum est nisi de banno solvendo. Itaque omnino non immutat legis Sax. cap. 38: *qui domum alterius vel noctu vel interdiu suo tantum consilio volens incenderit, capite puniatur,* cuius praecepti continua auctoritas etiam eo comprobatur, quod saeculo nono ei glossae adscriptae sunt, v. p. 15. Contrariam quidem, quam proposuerunt Gaupp Recht der alten Sachsen p. 135 et Usinger Forschungen zur Lex Saxonum p. 21, opinionem improbandam esse, supra p. 68 not. 98. demonstrare studui. Ceterum breviter hoc in capitulo cap. Sax. circumscripta constitutio: *nec incendium infra patriam quis facere audeat praesumptive* accuratius definita est c. 8: *de incendio convenit, quod nullus infra patriam praesumat facere propter iram aut inimicitiam aut quamlibet malivolam cupiditatem ..; si quis incendium facere ausus fuerit, sicut superius dictum est, solidos* 60 *conponat,* eique exceptio adiecta est, ne generalis regula adhiberetur incendio *de ipso placito commune consilio facto secundum eorum* (Saxonum) *ewa* peracto; cfr. infra ad cap. 8. not. 39—48 adnotata. Ex capitularibus, quae cum Saxonico coniungenda supra enumeravi, huc pertinent haec: *ut incendia infra patria nemo facere praesumat; et qui hoc commiserit,* 60 *solidos in bannum nostrum conponat,* Baioar. c. 2, Legg. I. p. 126; *qui incendium facit infra patriam, hoc est qui incendit alterius casam aut scuriam,* doc. incert. ann. l. l. p. 35. 11) Carolus imperat, ut, quisquis exercitu propter expeditionem convocato regium mandatum i. e. bannum spernens domi remanserit, sexaginta solidos ad partem regis componat. Haec praescribit capit. Sax.: *de exercitu nullus super bannum domini regis remanere praesumat;* cap. Lang.: *de herivanno: si quis liber, contemta iussione nostra, caeteris in exercitum pergentibus, domi residere praesumserit, plenum aribannum secundum lege Francorum, id est solidos* 60, *sciat se debere conponere,* Legg. I. p. 83; Baioar. c. 3: *qui iussionem regiam in hoste bannitus inrumperit,* l. l. p. 126; doc. incert. ann.: *qui in hoste non vadit,* l. l. p. 35; Aquisgran. c. 40: *de exercitali banno instituto .. obhedientes gratias referamus; ubi autem aliquid inultum esse credimus, sic ad emendandum ... perducamus,* l. l. p. 97; miss. c. 19: *de banno domino imperatoris et regis an per semetipsum consuetus est bannire, id est ... de exercitali placito instituto. Ut hii qui ista inrumperint, bannum dominicum omnimodis conponant,* l. l. p. 98. Ceterum hoc promulgando banno novum ius in Francorum regno non conditum, seu antiquitus valiturum confirmatum est. Cfr. e. gr. leg. Ribuar. LXV: *De eo qui bannum non adimplet: si quis legibus in utilitatem regis, sive in hoste seu in reliquam utilitatem baonitus fuerit, et minime adimpleverit, si aegritudo eum non detinuerit,* 60 *solidis multetur;* epist. Einharti (supra p. 57 not. 42 excerpt.). Qua de re plurima collecta invenias Waitz Verfassungsgesch. IV. p. 486 sqq. 12) Octo capitulorum numerus idem similiter inest cap. ad leg. Baioar. miss. Legg. I. p. 126 et documento incerti anni Legg. I. p. 35. Qui cum neque posteriore neque priore tempore reperiatur, maximi momenti est ad cognoscendum contextum singulorum capitularium. 13) Legis vocabulum non scriptum modo ius sed consuetudinarium quoque complecti, adnotavimus p. 46 not. 72. Cfr. dipl. Liemari a. 1088. *ex lege Saxonum donationem ore laudavit et digito confirmavit,* Haltaus p. 459; dipl. Otton. I. a. 952: *Wicburahc, illorum soror, secundum legem Saxonicam cum manu advocati sui ad monasterium in Gesiki tradidit,* Seibertz Westfäl. Ukb. I. p. 9; dipl. Otton. III. a. 996: *Adela dixit, quod pater eius secundum Saxonicam legem absque eius consensu et licentia nullam potuisset facere traditionem,* Lacomblet Urkundenb. f. d. Niederrhein I. p. 78. 14) Cum capitula de partibus Saxoniae edicerent c. 31: *de minoribus causis comitis bannum in solidos 15 constituimus,* discessit legislator ritum Francorum secutus a consuetudine Saxonica, v. p. 29, p. 45 not. 66, p. 67 not. 93. Nam *solito more* apud Saxones antiquitus minorem bannum fuisse duodecim solidorum, et cap. Sax. c. 4. et communis Saxonica ratio computandi per numeros 12 atque 120 (v. p. 40 not. 27, p. 48 not. 6, p. 52 not. 27; Zur Lex Sax. p. 376—394) et id nos docet, quod Thuringis exceptis apud omnes nationes Germanicas minor bannus et weregeldo opposita mulcta propter vulnera illata solvenda totidem solidorum fuit (v. Wilda Strafrecht p. 458), minorem autem illam pecuniam mulctaticiam 12 solidis apud Saxones effe-

4. Hoc[17] etiam statuerunt[a], ut qualiscumque causa infra patriam[18] cum propriis[19] vicinantibus[20] pacificata fuerit[21], ibi solito more[22] ipsi pagenses[b] solidos duodecim pro

a) statutum est *Corb.* b) pagagenses *Corb.*

etiam esse satis constat. Quae cum ita essent, inanis fuisse videtur capitulorum de part. Sax. laudata constitutio neque potuisse inveteratam consuetudinem tollere. Itaque iam octo annis post promulgatum illud capitulare ex lege Saxonum c. 38 comperimus denuo prioris magnitudinis minorem bannum in Saxonia solvi solitum esse, eundemque praescribit capitulare Saxonicum c. 3. 4. 5. Ceterum Saxonibus adfines nationes Frisionum Thuringorumque eodem 12 solidorum banno utebantur; cfr. l. Fris. VIII. *pro freda solidos* 12 *componat, hoc est* 36 *denarios*, ibid. XXII, 82. XVII, 4. XVIII, 1. XXI; Add. I, 1; Add. VI, 1; l. Thur. c. 38: *delaturam* 12 *solidos et in freda similiter*, ibid. c. 40: *solvat eum quasi occisum et in fredam solidos* 12. 15) Nobiliores ceteris Saxones cap. Sax. c. 3 et c. 5. iidem dicuntur, qui alias *nobiles* vel *edhilinge* vel *adalingi*, v. p. 47 not. 4, atque fuerunt *adallihevio gislahte, liberiori genere*, gloss. apud Docen Miscellaneen I. p. 201. Cfr. Gaupp Recht der alten Sachsen p. 30. Ingenuis Francis, quod ad bannum solvendum attinet, nobiles Saxones a legislatore in aequo positos esse, supra p. 85 not. 4. commemoravi. Quod perspicuum reddit, quanti apud Saxones momenti fuerint homines nobiles, quam ingens eorum numerus. Neque aliam ob causam in cap. de part. Sax. et in lege Sax. Karolus rex inprimis animum advertit ad ordinandas res nobilium atque saepissime omisit singula de ingenuis statuere, ac si res illorum ad exemplar horum ubique una sancitae fuissent. Cfr. p. 30. 16) Dimidiam partem eius pecuniae, quae in Saxonia nobili homini banni loco componenda erat, libero, quartam lito ubique solvendam fuisse constat; cfr. p. 67 not. 93. Iccirco nihil dubitem, quin huius tertii capituli numeros 5 et 4 librariorum mendis depravatos atque spurios esse; corrigas oporteat: *nobiliores Saxones solidos* 12, *ingenui* 6, *liti* 3 *conponant*, v. Wilda Strafrecht p. 437, Maurer Adel p. 1 6, Stobbe in Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissensch. XV. p. 313, Zur Lex Sax. p. 346. 17) Haec constitutio prius ius Saxonicum partim confirmatura partim immutatura esse videatur. Antequam enim Saxonia Francorum in ditionem redacta fuit, soli pagenses suo quique in mallo lites intenderunt et discreverunt, neque fuit iudicium, ad quod res provocari potuisset. Capitulare Saxonicum concedit, porro priorem in modum ipsos Saxones sententias laturos atque solito more bannos exercituros esse. Sed inde ab anno 797 legitime cuique licuit, causas primum ad missos dominicos et deinde ad palatium deducere, qua re novum ius conditum fuisse, res ipsa docet. 18) *infra patriam]* opp.: *ad palatium convocatus*; cfr. c. 8. 1: *incendium infra patriam facere;* add. Spangenberg. leg. Sax. c. 36. 23. 21: *si infra patriam fuerit factum, capite puniatur, sin autem infra patria non fuerit, in qualicumque loco fuerit, secundum illorum legem* (v. supra p. 8). Coniiciam patriae vocabulo laudatis in capitulis eundem sensum inesse atque pagi (v. not. 20), ut nulla *causa infra patria... pacificata fuerit*, nisi reus ad pagi sui *placitum mannitus* (c. 5) fuisset. 19) Malim arbitrari propriorum verbo dictos esse proprietarios, i. e. praediorum ipso in vico sitorum possessores, ut iam tunc idem fuerit ius Saxonicum atque id, de quo verba facit Sachsenspiegel I, 2. §. 2: *Hir mede hebbet si* (de scepenen) *vorvangen ir egen jegen den richtere, dat it alles dinges ledich von ime is*, quorum loco aliis in codicibus legitur: *Dy dingpflichtigen sint dem richter von eren eygen kynes mehir plichtig denne alleyne das sy seyn ding suchen. Wenn sy das thun, so haben sy ere eygen keigen dem gerichte gelost und habens to mete entpfangen.* 20) *Proprios vicinantes, vicinos, convicinos*, eosdem homines legislatorem dixisse atque *pagenses*, id comprobat, quod idem iussurus modo verbis *ipsi pagenses solidos* 12 *recipiant*, modo *quod vicinis debuit conponere*, modo *solidos* 12 *ipsi pagenses habeant concessos* usus est. Neque dubitem quin iudicium, quo isti pagani, i. e. uniuscuiuscumque pagi communes incolae lites dirimebant, fuerit *placitum* (c. 5) vel *ding* singuli cuiusque pagi. Nam cum Saxones adhuc invicti nulli regi parerent, iam fuisse constat ut tempore posteriori in eorum patria multos pagos, quorum unusquisque aliquantum numerum villarum amplectebatur; cfr. Beda Histor. eccles. V, 11: *venientes in provinciam intraverunt* (a. 965) *hospitium cuiusdam villici, petieruntque ab eo, ut transmitterentur ad satrapam, qui super eos erat. Non enim habent regem iidem antiqui Saxones, sed satrapas plurimos suae genti praepositos, qui ingruente belli articulo mittunt aequaliter sortes, et quemcumque sors ostenderit, hunc tempore belli ducem omnes sequuntur et huic obtemperant. Peracto autem bello rursum aequalis potentiae omnes fiunt satrapae.... Et* (satrapa) *mittens occidit vicanos illos omnes, vicumque incendio consumpsit;* v. Lebuini *singulis pagis principes praeerant singuli*, Script. II. p. 361 (cfr. Tac. Germ. c. 6); poeta Saxo a. 772 I. v. 43: *quotpagostot paene duces;* spur. dipl. Hamburg.: *huic parrochiae decem pagos subiecimus, quos in duas redegimus provincias*, Lappenberg Hamburg. UB. I. p. 4. Neque memoriae proditum est, aliquando apud Saxones vicos nonnullos singulas centenas amplexas esse, neque centenas ibi fuisse vicos. Immo cum Eichhorn Deutsche Rechtsgesch. I. §. 23. n. d censeo, omnino in Saxonia non extitisse centenas. Nempe si recte p. 40 not. 27 disserui, nullam eiusmodi institutionem capitulo 16 cap. de part. Sax. subesse. Item nego centenarum distributione terrae usam fuisse Frisiam. Sed fuerunt qui dicerent, rem comprobari diplomate Ludow. imp. a. 839: *concessimus quasdam res proprietatis nostrae, quae sitae sunt in ducatu Frisiae in pago Westracha in villa Cammingehunderi et in aliis villis circumquaque se positis*, Erhard Reg. Westfal. I. cod. dipl. p. 11; cfr. Waitz Verfassungsgesch. I. p. 153. Equidem existimo, *Camminge-hunderi* idem esse atque *Camminga-statha*, i. e. Cammingorum nobilis familiae praedium; certe ipso in diplomate laudato Cammingehunderi non dicta esset villa, si fuisset centena. Res vero ut in Frisia ita in Saxonia se habuit. Singulis denique vicis an in Saxo-

districtione[a, 23] recipiant; et pro wargida[24], quae iuxta consuetudinem eorum solebant[b] facere, hoc[25] concessum habeant. Si autem in praesentia missorum[26] regalium causae definitae fuerint, pro iam dicta wargida suprascriptos solidos duodecim ipsi pagenses[c] habeant concessos; et pro hoc quia missus regalis ex hac re fatigatus[27] fuerit, alios duodecim[d] solidos inde recipiat ad partem regis. Si autem ipsa causa ad palatium[28] in praesentia[29] regis ad definiendum fuerit producta, tunc utrique solidi duodecim, id est: pro wargida, et quod[e] vicinis[30] debuit conponere, eo quod infra patriam diffinita ratio non fuerit, ad partem regis[f] faciant[g] conponere; quod sunt solidi viginti quatuor[h]. Nam si fuerit aliquis qui in patria, iuxta quod sui convicini iudicaverint[i], seque pacificare[31] noluerit et ad palatium pro huius rei causa venerit, et ibi ei fuerit iudicatum quod iustum iudicium iudicassent, in prima vice, ut supra dictum est, solidos viginti quatuor[k] ad partem regis conponat. Et si tunc inde rediens se pacificare et iustitiam facere renuerit[l], et iterum pro

a) XII prothstris ne recipiant *Corb.* b) spoliabant *Corb.* c) pagagenses *Corb.* d) *Corbeiensis codex ubique loco duodecim scribit* XII. e) et quia uicinis *Corb.* f) reges *Vat.* g) fatiant *Corb.* h) XXIV *Corb.* i) indicaverint *Corb.* k) XXIV *Corb.* l) rennuerit *Vat., Corb.*

nia iam octavo saeculo praefuerint sculteti, incertum est, quia antiquissimae leges id praetereunt. 21) Pagenses dictabant *(iudicaverint)* sententiam *(iudicium)*, ex. gr. condemnationem *(wargida)*; quam postquam secuta est punitio *(districtio)*, res finita fuit *(causa pacificata = ratio diffinita)*. Plane igitur distabant pagenses a testibus. Coniiciam istos certos fuisse pagenses ad similitudinem recentiorum scabinorum in omnem vitam constitutos, eosque omnium pagensium in conventu, id est in placito, praeeunte comite (cfr. pag. 19, cap. de part. Saxoniae c. 34) de unaquaque re fecisse arbitrium; interdum quidem comitis locum obtinuisse videtur missus dominicus, ut cum illis similiter lites diiudicaret (v. not. 26). Utroque vero in casu 12 solidorum bannus pagensibus, in posteriori insuper misso solvendus fuit. Sin vero res *in praesentiam regis ad palatium* deducta fuit, isti hos 12 solidos non receperunt, sed duplam pecuniam ipse rex. 22) *solito more] = iuxta consuetudinem*; cfr. p. 87 not. 13; p. 46 not. 72; Stobbe Gesch. der Deutschen Rechtsquellen I. p. 188; Zur Lex Saxonum p. 115 not. 3. 23) *pro districtione recipiant]* cfr. c. 8: *pro districtione illius causa incendatur, pro districtione nostra, et aliter districtus esse non poterit*; cap. Aquisgran. a. 813. c. 12: *rex super eos districtionem faciat carcerandi, exiliandi*, Legg. I. p. 188. Districtionis vocabulum sentire videtur punitionem, v. Waitz Verfassungsgeschichte IV. p. 269 not. 1, p. 378 not. 2, p. 442 not. 7. 24) Vocabulum *wargidae*, dial. Goth. *vargitha* ex verbo *wargjan* i. e. condemnare, capitis damnare, esse formatum atque dicere condemnationem, primus demonstravit Iacobus Grimm apud Gaupp Sachsen p. 34, cfr. Walter Deutsche Rechtsgesch. (ed. 2[da]) §. 715, Waitz Verfassungsgesch. I. (ed. 2[da]) p. 472, Zur Lex Sax. p. 256. 25) Intelligendum est: *pro wargida pagenses concessum habeant, quod iuxta consuetudinem suam solebant facere*, i. e.: privilegium iudicandi atque condemnandi; legitimum atque iustum igitur Karolus promisit iudicium se semper ducturum esse, quod secundum ius moribus introductum atque longa consuetudine inveteratum pagenses Saxonici dictarent atque ferrent. Quamquam aliam quandam laudatorum verborum interpretationem penitus repudiare non audeam, ex qua *quae* loco *quam* scriptum sit, atque haec constitutio dixerit: *pro condemnatione ad leges peracta 12 sol. concessos habeant.* 26) Missos regales vel dominicos regularibus pagensium placitis diiudicandis in litibus praefuisse, id coarguit, quod et pagenses et missus duodenos solidos accipere iubentur. 27) *ex hac re fatigatus]* Cfr. Hincmar. de ord. palatii c. 19: *apocrisiarius ... de omnibus negotiis ecclesiasticis et comes palatii de omnibus saecularibus causis vel iudiciis suscipiendi curam instanter habeant, ut nec ecclesiastici nec saeculares regem absque eorum consultu inquietare necesse haberent.* 28) Omnesne causae diiudicandae *ad palatium in praesentiam regis* Karoli deduci saeculo octavo potuerint, capitulare Saxonicum constituere omittit; quamquam verba *quod iustum iudicium iudicassent* demonstrant, rem nequaquam tunc solum concessam fuisse, cum pagenses sententiam ferre noluerint. Ea vero, quae regi discernenda translata essent, in palatio suo extra Saxoniam diiudicare eum solitum fuisse, enarrat hoc capitulum; neque dubium existimem, quin tale iudicium pagensibus praeteritis dictatum fuerit, quia pagenses iubentur nullum bannum accipere. Quod vero causa ad palatium deducta infra patriam diffinita non fuisse dicitur, comprobat, anno 797 nondum regium palatium in Saxonia extitisse, atque longe postea constructa esse, quae orientali in Saxonia sita Speculum Saxonicum III, 62. enumerat. Neque fuit ante Ottonem I. imperatorem perpetuo ista in provincia comes palatinus (primus Adalbero), cfr. Eichhorn Rechtsgesch. I. p. 643. Sin ea, quae capitulare Saxonicum de hac re constituit, cum iis conferimus, quae per totum Francorum regnum legis vigorem habuisse cetera capitularia ostendunt, apparet, Karolum regem anno 797 generales reliqui regni institutiones in Saxoniam induxisse. Cfr. cap. de part. Sax. c. 26, 2. 29) *in praesentia regis ad definiendum fuerit producta]* cfr. supra: *in praesentia missorum regalium causae definitae*, c. 8: *ut in praesentia nostra iustitiam reddat, venire dispexerit*, leg. Sax. c. 37: *ad palatium vel de palatio pergenti*, cap. de part. Sax. c. 26: *contradicere viam ad nos veniendo pro iustitia reclamanda.* 30) *vicinis]* Gaupp Recht der alten Sachsen p. 34 ex libidine emendaturus est: *missis*. 31) *seque pacificare noluerit]* cfr. infra: *rediens se pacificare* (i. e. in iudicio acquiescere) *et iustitiam facere renuerit.* Alius autem sensus eidem vocabulo inest supra: *cum propriis vicinantibus pacificata = diffinita ratio.*

ista[a] causa ad palatium fuerit convocatus et deiudicatus[b], bis viginti quatuor[c] solidos conponat. Si vero necdum[d] correptus tertia vice pro eadem re ad palatium remeaverit, triplam conpositionem[e] exinde faciat ad partem regis.

5. Si quis de nobilioribus ad placitum[32] mannitus[33] venire contempserit, solidos quatuor[34] conponat, ingenui duos, liti unum.

6. De[35] presbyteris[f] statuerunt, quod si aliquid eis aut eorum hominibus[36] quis contrarium facere aut tollere praesumpserit contra iustitiam, omnia in duplum restituat eis[g] et conponat.

7. De[37] missis[38] regis statuerunt[h], ut si ab eis aliquis interfectus evenerit, in

a) ipsa *Corb.* b) diiudicatus *Corb.* c) XXIV *Corb.* d) necdum *deest Corb.* e) triplum conpositione *Corb.* f) presbiteris *Corb.* g) ei *Corb.* h) constituerunt *Corb.*

32) De placitis conferenda sunt, quae adscripsimus ad cap. de part. Sax. c. 34. p. 46 not. 73—75, ad capit. Sax. c. 4. p. 88 not. 20, p. 89 not. 26, et ad capit. Sax. c. 8. p. 91 not. 43. 33) Notissima illa distinctio mannitionis, i. e. in ius vocationis (ab actore peractae), et bannitionis, i. e. arcessitus in iudicium a comite vel misso cum banni solvendi denunciatione iussi, omnino a legislatore omissa esse videtur, quod Karolo Magno rege saepissime factum est, cfr. Waitz Verfassungsgesch. IV. p. 320. Contrariam quidem sententiam si inde colligere velles, quod comitis bannus (i. e. minor) fuit 12 solidorum (v. c. 3), hoc in casu autem qualuor tantum solidi inobedienti impositi sunt, multa exempla te a veritate abhorrere demonstrarent, ex quibus unum liceat afferre: *Si quis comes ad placitum suum hominem bannit, et ibi non venerit, in fredo solidos quatuor componat* leg. de Amore c. 40. 34) *solidos quatuor*, i. e. tertiam partem banni minoris. 35) De eadem re diversissima constituerunt anno 777 capitula de part. Sax. c. 5: *si quis episcopum aut presbyterum sive diaconum interfecerit, capite punietur.* Quae viginti annis ante vix devicta Saxonia Karolus rex necessaria habuerat, quibus ecclesiae ministros tutos redderet, ea promulgando capitulari Saxonico a. 797 commutavit ad rationes, quas toto Francorum regno secuti sunt, de quibus conferendae sunt leges supra p. 36 not. 11. laudatae et epist. Karoli Pippino 803—810 conscripta: *Audivimus etiam: quod quedam* *c a p i t u l a, q u a e i n l e g e s c r i b i i u s s i m u s*, *per aliqua loca aliqui ex nostris ac vestris dicunt, quod nos nequaquam illis hanc causam ob notitiam per nosmet ipsos edictam habeamus; et ideo nolunt ea obedire nec consentire neque pro lege tenere. Tu autem nosti qualiter tecum locuti fuimus de ipsis capitulis; et ideo monemus, ut per universum regnum ea nota facias, et oboedire atque inplere praecipias, de episcopis et sacerdotibus occisis sicut statutum habuimus. De presbiteris videtur nobis: si liber natus est, per triplam compositionem secundum suam legem fiat compositus; et si plagatus fuerit, secundum qualitatem vel quantitatem plagarum vel disciplinae tripla compositione emendetur ab eo qui hoc perpetratus fuerit. Si autem presbiter servus natus fuerit, secundum illius nativitatem tripla compositione solvatur in plagis et disciplinis. Et de diaconibus similiter* Jaffé Bibl. rer. German. IV. p. 392. Itaque capitularis Saxonici constitutio quinta sine dubio haud longe valuit. Sed allata epistola demonstrat, quid dicere velint verba *contrarium facere*, occidere scilicet et plagare. Cui praecepto cum adiectum sit: *si presbyteris aliquid quis tollere praesumpserit, omnia in duplum restituat eis et conponat*, ad exemplar priorum verborum id iussurum est: *si quis cui presbyterp rès furatus sit, in duplo eas restituat et duplam compositionem solvat eius, quam fur secundum legem Saxonum* (c. 37) *pensare debuisset, si eadem homini laico furtivum in modum abstulisset.* Errare enim mihi videtur Usinger Forschungen zur Lex Saxonum p. 22, cum contendat, inter duas leges esse antinomiam et capitulare lege Saxonica minorem poenam praescribere. 36) Presbyterorum homines dictos esse censeam eorum socios atque comites, quamquam negari non potest, banc constitutionem esse miram. Missorum certe homines, quorum mentionem facit capitulum subsequens, eorum assectatores habendi sunt. 37) Capitulum septimum edixisse censeo, ut missorum dominicorum atque eorum, qui cum istis per singula missatica profecti essent, weregeldum ceteraeque mulctae iis solvendae duplo maiora essent, quam quae iisdem hominibus alias legitima, id est quae iis *secundum eorum ewa*, = secundum suam cuique nativitatem, quod vocabulum et statum et gentem amplecti solebat, solvenda fuissent. Simillimo dicendi atque constituendi genere utuntur cap. de exercital. a. 811 c. 2: *Si quis domum alienam cuilibet fregerit, quicquid exinde per virtutem abstulerit aut rapuerit vel furaverit, totum* *s e c u n d u m l e g e m e t e w a m* *illi, cuius domus fuerit fracta et exspoliata,* *i n t r i p l o c o m p o n a t*, *et insuper bannum nostrum solvat,* Legg. I. p. 169; Ansegis. cap. append. II. c. 35: *t r i p l a c o n p o s i t i o n e s e c u n d u m l e g e m e t s e c u n d u m e w a m contra eum emendare studeat*, ibid. p. 324 (v. supra p. 9 not. 7); leg. in Amore c. 8: *Si quis* *m i s s u m d o m i n i c u m* *occiderit, quando in missaticum directus fuerit,* *i n t r e s w e r e g i l d o s*, *sicut* *s u a n a t i v i t a s e s t*, *componere faciat;* quae p. 45 not. 63, p. 90 not. 35 allata sunt, Karolus Magnus hac cap. Sax. constitutione praecipienda in Saxonia commune ius regni Francorum condidit atque derogavit priori, quod ipse latis capitulis de part. Sax. (c. 30) viginti annis antea promulgaverat, cfr. supra p. 45 not. 63; quamquam memoriae proditum non est, extra Saxoniam quoque missorum socios triplici weregeldo affectos fuisse. Ceterum cum capitulare Saxonicum hic iubeat, res secundum patrium singulorum hominum laesorum ius, quod dicunt personale, non vero secundum ius territoriale decerni, easdem rationes adhibet, quae omnibus legibus aequalibus insunt, ab illis vero distant, quas additamenta Spangenbergiano in codice legi Saxonum adscripta (v. p. 8) prae se ferunt, itaque posteriorem eorum originem comprobat, cfr. p. 9; Zur Lex Saxonum §. 1.

triplum[39] eum[a] conponere debeat qui hoc facere praesumpserit. Similiter quicquid aut eorum hominibus factum fuerit, omnia tripliciter faciant restaurare et secundum eorum ewa[b] conponere.

8. De incendio convenit, quod nullus[40] infra patriam[41] praesumat facere propter iram aut inimicitiam[42] aut qualibet malivola cupiditate[c], excepto[43] si talis fuerit rebellis[d] qui iustitiam facere[44] noluerit, et aliter districtus[45] esse non poterit, et ad nos, ut in praesentia nostra iustitiam reddat, venire[46] dispexerit[e]; condicto commune placito[47] simul ipsi pagenses veniant, et si unianimiter[f] consenserint[48], pro districtione illius causa[g, 49] incendatur; tunc de ipso placito commune[h] consilio facto secundum eorum ewa fiat peractum, et non pro[i] qualibet iracundia aut malivola intentione, nisi pro districtione nostra. Si aliter quis incendium[k] facere[l] ausus fuerit, sicut superius dictum est, solidos sexaginta conponat.

9. Item placuit ut quandoquidem voluit[m] domnus rex propter pacem et propter faidam[n, 50] et propter maiores causas[o, 51] bannum[p] fortiorem statuere, una cum consensu

a) ei *Corb.* b) euua *Vat., Corb.* c) qualibet maliuola cupiditate *corr.* quamlibet maliuolam cupiditatem *Corb.* d) excepto qui rebellis fuerit qui *Corb.* e) disspexerit *Corb.* f) uniamiter *Vat.* g) causa *Vat.*; causa *corr. posterius* causae *Corb.* h) Communo *Corb.* i) pro *deest Corb.* k) quis incendium *desunt Vat.* l) ausus facere fuerit *Corb.* m) uo̐luit *Vat.* n) et propter faidam *desunt Corb.* o) mala (*corr.* malas) res *Corb.* p) cum *(cum nota delendi)* bannum *Corb.*

38) De missis regis cfr. p. 46 not. 73; p. 89 not. 26. 39) *in triplum]* v. paullo post *tripliciter.* Cfr. p. 45 not. 63; p. 68 not. 97; cap. Sax. c. 4: *triplam compositionem exinde faciat.* 40) *nullus infra patriam praesumat facere* (incendium) *propter iram aut inimicitiam aut quamlibet malivolam cupiditatem, excepto si]* v. infra: *si aliter quis incendium facere ausus fuerit, sicut superius* (i. e. c. 2) *dictum est, solidos* 60 *conponat.* Qua constitutione praecepta capituli 2 partim repeti partim rescindi, supra p. 86 not. 10 expositum est. Neque ea commutatum esse legis Saxonum capitulum 38, immo utraque simul legis vigorem habuisse constat; cfr. p. 68 not. 98. 41) *infra patriam]* v. p. 87 not. 18. 42) Quaeritur utrum inimicitiae vocabulo hoc loco insit sensus faidae; alias enim hoc Germanicum verbum illo Latino translatum est; v. ed. Rothari c. 74: *faida quod est inimicitia,* ibid. c. 45: *faida hoc est inimicitia,* ibid. c. 112; leg. Liutprand. c. 119; Friesische Rechtsquellen p. 24; leg. Fris. II, 2—11; Tacit. German. c. 21; Bluhme in Legg. IV. p. 670 s. v. *faida.* Sed malim arbitrari, legislatorem laudato verbo hic non technice usum esse, praesertim cum id exeunte capitulo omissum, atque in eius initio verbis irae et malivolae cupiditatis circumdatum sit. 43) Prius generalius ius Saxonicum a Karolo Magno hoc edicto capitulari magis circumscriptum esse videatur. Multo enim postea poena incendii legitime diiudicata in Frisia varia ob crimina adhibebatur; cfr. ius Stavern. a. 1118 (?): *ut fracturas et combustiones domorum patientur inter se, nisi ob has quatuor causas,* Schwartzenberg Charterb. I. p. 72; iura pagorum Frisiae occidentalis: Fries. Rechtsquellen p. 391. 396. 411. 426, Hunsingo: ibid. p. 40. 100. 329, Emsgo: ibid. p. 34. 40, Brokmerland: ibid. p. 153. 214, Rustringiae: ibid. p. 541. 542; leg. Obstalb. art. 17: *si quis homicidium perpetrarit, castrum, si quod habet, destruatur, domus vero lignea, quam habet, sententia iudicum publicetur,* ibid. p. 105. Eundemque usum ipsos Saxones retinuisse, demonstrant, quae memoriae prodita sunt a Westphalen Monumenta inedita III. p. 1731, ius Ditmars. a. 1447 art. 2: *Wer na dissem Dage Browe wynnet van dem Pawste, de schall gebroken hebben thegen unse Land* 60 *March, und sin Huss schall me brennen,* atque prioris iuris vestigia, quorum nonnulla conscribit Grimm Rechtsalterth. p. 729. 730, cfr. Sachsenspiegel III, 1, 1: *Umme nenerhande ungerichte ne sal man up houwen dorp gebu, it ne si dat dar maget oder wif inne genodeget werde,* etc. Quamquam postea res interdum vetita est, cfr. ius municipale Isenac. a. 1283 art. 4. Quae cum ita sint, nihil dubium est, quin domuum comburendarum supplicium olim omnium Germanorum fuerit. Adde quod Beda enarrat Hist. eccles. V. c. 11: *interemerunt* (vicani Saxonici) *album quidem Hewaldum veloci occisione gladii, nigellum autem longo suppliciorum cruciatu: quos interemptos in Rhenum proiecerunt* (num fecerunt mordhtotum? v. leg. Sax. c. 19). *Quod cum satrapa* (i. e. princeps pagi) *audiisset, mittens occidit vicanos illos omnes, vicumque incendio consumpsit.* Capitulare autem Saxonicum cum praescriberet, ne quis umquam incendii supplicio afficeretur, nisi si *iustitiam facere* negasset neque ad palatium accedere iussus ad diem venisset, atque adhuc iuberet, ne tum quidem laudatam poenam adhiberi, nisi placito convocato pagenses rem decrevissent, prius ius consuetudinarium quin restrinxerit, non dubito. 44) *iustitiam facere]* v. p. 44 not. 54. 45) *districtus]* i. e. punitus, v. p. 89 not. 23. 46) *in praesentia nostra venire]* cfr. cap. de part. Sax. c. 26. p. 44, leg. Sax. c. 37. p. 68 c. not. 96, cap. Sax. c. 4. p. 89 c. not. 28. 29. 47) *placito]* cfr. p. 90 not. 32, cap. de p. Sax. c. 34. p. 46. 48) *si unianimiter consenserint* = *commune consilio facto.* 49) *causa]* Pertz Legg. I. p. 76 et Waitz Verfassungsgesch. IV. p. 441 emendaturi sunt: *casa.* Quae coniectura quamvis probabilitate non egeat, non audeo ei accedere; uterque enim codex manuscriptus praebet: *causa.* Neque est cur casae vocabulum, quod etsi alias usitatissimum tribus in Saxonicis legibus nobis non occurrit, capitulare correcturi scribamus, praesertim cum *illius causa,* i. e. propterea, intellectu difficile non sit. 50) De faida conferenda sunt, quae supra p. 56 not. 42 ad legem Sax. c. 18 adnotavimus. Neque vetuisse putandus est Karolus rex promulgato capitulari Saxonico omnem faidam, sed id tantum edixisse, ut nonnullis in causis faida interdici posset. Itaque non possum consen-

Francorum et fidelium Saxonum, secundum quod ei placuerit, iuxta quod causa exigit et oportunitas fuerit, solidos sexaginta multiplicare in duplum, et solidos[a] centum sive usque ad mille conponere faciat qui eius mandatum[b] transgressus fuerit.

10. De malefactoribus[c], qui vitae periculum[d] secundum ewa[52] Saxonum[e] incurrere debent, placuit omnibus ut qualiscumque ex ipsis ad regiam[f] potestatem confugium fecerit, aut[g] in illius sit potestate[53] utrum interficiendum illis[h] reddatur, aut una cum consensu eorum habeat licentiam ipsum malefactorem cum uxore et familia[i] et omnia sua foris[k] patriam facere et[l] infra sua[m] regna aut in marcu, ubi sua fuerit voluntas[n], collocare, et habeant ipsum quasi mortuum.

11. Illud[54] notandum est quales[o] debent solidi esse Saxonum[55]: id est bovem annoticum[p, 56] utriusque[q] sexus autumnali[r] tempore, sicut in stabulum[s] mittitur, pro uno solido; similiter et vernum tempus, quando de stabulo exiit[t], et deinceps, quantum aetatem auxerit[u], tantum in pretio crescat. De avena[v, 57] vero Bortrinis[58] pro solido uno scapilos[59]

a) solidos *deest Corb.* b) faciat munti (ltiplicationem) qui trangresus *Corb.* c) mulefactoribus *Corb.* d) vita (*corr.* vitae) periculum *Vat.*; uitupere *Corb.* e) ut *(cum nota delendi) addit Vat.* f) regium *Vat.*; regium *corr.* regiam *Corb.* g) ut *Vat.* h) interficiendum illis *desunt Corb.* i) malefactorem et secum omnia *Corb.* k) foras *corr.* foris *Vat.*; foras *Corb.* l) facere et *desunt Corb.* m) alia *Corb.* n) aut ... voluntas *desunt Corb.* o) quodtrioles *Corb.* p) anneolum *Corb.* q) utrisque *Vat.*; utrusque *Corb.* r) auttumnali *Vat.*; autum:n:i *Corb.* s) in stabulum *desunt Corb.* t) quando tempus qui enim et aliqua exit *Corb.*, *loco verborum* quando .... exiit. u) auserit *corr.* auxerit *Vat.*; inuiserit *Corb.* v) annona *Vat.*; *deest Corb.*; *emendes:* auuena.

tire cum Usinger Forschungen zur Lex Saxonum p. 17—20, qui contendat, antinomiam inesse tribus legibus Saxonicis, quia lex Saxonum saepius faidam legitime concessam commemoret, utrumque capitulare eam impediat. Cfr. Zur Lex Saxonum p. 423. 51) *propter faidam et propter maiores causas]* Cfr. cap. de part. Sax. c. 31: *dedimus potestatem comitibus bannum mittere infra suo ministerio de faida vel maioribus causis in solidos* 60. Comitibus igitur concessit Karolus Magnus secundum communem Francorum usum per debellatam Saxoniam regium 60 solidorum bannum exercere, sibi ipsi retinuit ius eius augendi atque multiplicandi et generalibus constitutionibus et singularibus in causis *cum consensu Francorum et fidelium Saxonum;* cfr. Wilda Strafrecht p. 477. 479. Ceterum occurrit nobis iste bannus dupliciter solvendus, e. gr. cap. de part. Sax. c. 19, tripliciter, e. gr. capit. Ludow. leg. add. a. 817 c. 4, Legg. I. p. 211. 52) Diciturne hoc loco *ewa Saxonum* lex Saxonum? Quae cum totum ius Saxonicum capitale complecti videatur, rem verisimilem duco; v. p. 15. 53) Edicitur, ut regis sit, sceleratori ex Saxonicis legibus capite damnando atque damnato ad libidinem aut salutem reddere et in exilium mittendo (p. 89 not. 69) delicti veniam dare, aut puniendum eum iudicibus Saxonicis tradere et iustitiam non cohibere; cfr. Wilda Strafrecht p. 101, Waitz Verfassungsgesch. IV. p. 426, cap. de part. Sax. c. 2. supra pag. 36 cum not. 7. 54) De singulis capituli undecimi positionibus conferenda sunt, quae octo fere annis ante promulgatum capitulare idem legislator in leg. Sax. c. 66 constituit, et posteriore aliquo tempore appendicibus adaucta sunt, v. supra p. 10 sqq., p. 85 sq., Zur Lex Saxonum p. 33—43. Neque desunt aliis in legibus consimiles constitutiones, e. gr. leg. Ribuar. XXXVI, 11. 12: *Si quis weregeldum solvere debet, bovem cornutum videntem et sanum pro duobus solidis tribuat, vaccam cornutam videntem et sanam pro uno solido tribuat, equum videntem et sanum pro sex solidis tribuat, equam videntem et sanam pro tribus solidis tribuat, spatam cum scogilo pro septem solidis tribuat, spatam absque scogilo pro tribus solidis tribuat, bruniam bonam pro duodecim solidis tribuat, helmum cum directo pro sex solidis tribuat, bainbergas bonas pro sex solidis tribuat, scutum cum lancea pro duobus solidis tribuat, acceptorem non domitum pro tribus solidis tribuat, commorsum gruarium pro sex solidis tribuat, acceptorem mutatum pro duodecim solidis tribuat. Quod si cum argento solvere contigerit, pro solido duodecim denarios, sicut antiquitus est constitutum;* cap. leg. add. a. 817 c. 8: *in compositione wirgildi volumus ut ea dentur quae in lege* (Ribuar. l. l.) *continentur, excepto accipitre et spata, quia propter illa duo aliquoties periurium committitur, quando maioris pretii quam illa sint esse iurantur,* Legg. I. p. 211; leg. Burg. IV, 1; leg. Alamann. 69. 70. 75. 78. Ceterum quanti saeculo nono, undecimo, duodecimo, tertiodecimo in Saxonia pecus atque frumentum aestimatum sit, nonnulla nos docent documenta, quae collegimus Zur Lex Sax. p. 363—371. 55) Solidos Saxonum dictos esse minores duorum tremissium vel octo denariorum, nos docet constitutionum, quae in lege Saxonica et hoc in capitulari propositae sunt, concentus, quem enucleare studui supra p. 11. 14. Itaque bos anniculus utraque in lege ad unum solidum aequiparatur. 56) Capitularis Saxonici quadammodo obscura verba *bovem .... crescat* haec sentire censeo: *bos annoticus* vel *bos anniculus duodecim mensium* (leg. Sax. c. 66) vel *vitulus anniculus* (leg. Sax. c. 66 appendix) sit unius solidi *minoris* vel *Saxonum;* cui legis Saxonicae constitutioni repetitae additur: tantidem sint omnes vituli vitulaeque, qui hiemali tempore in stabulo nati sunt, dum secundo vere ineunte iterum pascuis immittantur, iique, qui in aestivis editi sunt, dum iterum appropinquante hieme stabulentur; si vero boves natu etiam maiores facti sint, pluris taxentur. Quae suprema verba paullo accuratius definiuntur legis Saxonicae additamentis. 57) *De avena]* Loco verborum a scriptore codicis Corbeiensis omissorum *de annona,* quae leguntur in Vaticano codice, emendandum esse *de avena* (fortasse fuit scriptum *de*

quadraginta[a] donant, et de sigale[b] viginti; septemtrionales[c] autem[d] pro[e] solido[f] scapilos triginta de avena, et sigale[g] quindecim. Mel vero pro solido Bortrensi sigla[60] una[h] et media donant; septemtrionales[i] autem[k] duos siclos[l] de melle pro uno solido donent, item ordeum mundum sicut et sigale pro uno solido donent. In argento duodecim[m] denarii solidum faciant[n, 61]. Et in aliis[o] speciebus ad istum pretium[p] omnes[q] aestimationes[r] compositionis sunt[s].

a) XL *in loco raso Vat.* b) sigule *Vat.* c) septemtrionules *Corb.* d) aut *Vat.*; et *Corb.* e) pro *deest Corb.* f) solidum *Vat., Corb.* g) sigule *Vat.* h) Bortrensi sigla una *desunt Corb.* i) septemtrionules *Corb.* k) aut *Vat.* l) II ricla *Corb.* m) XV *Corb.* n) denarii ... faciant *desunt Corb.* o) *loco verborum* in aliis *legit Corb.* inde. p) p̄cium *Corb.* q) omnem *Vat., Corb.* r) estimationem *Vat., Corb.* s) conpositionis sunt *desunt Corb.*

anuena), nos docent et subsequens constitutio de taxanda avena apud Saxones septemtrionales et Tiliana appendix legis Saxon. c. 66: *Westfalaiorum et Angrariorum et Ostfalaiorum solidus est avenae sceffila* 60. Gaertner Leges Sax. p. 168 adnotat annonae vocabulum *pro tritico vel frumento saepius antiquiore aevo sumptum* esse; cum vero neque lex Saxonum neque eius additamenta tritici mentionem faciant, id nihil ad rem pertinere censeo. 58) *Bortrinos* vel *Bortrensos* dicit capitulare Saxonicum Westfalaos. Nempe Tilianum additamentum ei vocabulo hunc sensum subiecit, cum diceret: *apud utrosque* (i. e. apud Westfalaos et Angrarios Ostfalaosque) *duo sicle mellis solidos*, itaque capitularis Saxonici verba: *septemtrionales* (Saxones) *duos siclos de melle pro uno solido donent* eundem in modum repetiit, reliqua vero *mel vero pro solido Bortrensi sigla una et media donant* commutavit. Ceterum errasse puto Gaertner Leges Saxonum p. 169, Gaupp Sachsen p. 226 et Meinders Tractatus de statu religionis et reipublicae in veteri Saxonia, qui dicit p. 104: *Borthrini sive Bortrenses, nisi me coniectura fallit, sunt Saxones et Franci, qui ad ripas Rheni habitant; bord enim est ripa, et Rhenus Rhein fluvius nostris dictus. Hi populi Ripuarii, sive Bortrenses, Bort-Rhinenses dicti.* Etiamsi enim secundum regulas grammaticas *bort* ripam atque *rini* Rhenum sentire possent, verbum tamen *bort* alterum sequi oporteret. Immo Bortrini iidem sunt, quos appellarunt Romani *Bructeros*, tabula Peutingeriana *Burcturos*, Beda *Boructuarios*, Gregorius III. papa circa a. 738: *Borthros*, Jaffé Bibl. rer. German. III. p. 101, Aribo Frising. V. S. Emmerami (cfr. Grimm Geschichte der Deutschen Sprache I. p. 531. 627 et Zeuss Die Deutschen u. ihre Nachbarstämme p. 92. 352) *Porahtanos*. Cuius populi nomen etiam pagus quidam retinuit, v. dipl. a. 820: *Boretra*, Lacomblet Urkb. zur Gesch. des Niederrheins I. p. 19; dipl. a. 833: *in pago Boratre*, Wilmans Kaiserurkunden I. p. 36; dipl. a. 834: *Bortergo*, Lacomblet l. l. I. p. 23; dipl. a. 858: *Boroctra*, Wilmans l. l. p. 143; dipl. a. 966: *Borhtergo*, Lacomblet l. l. I. p. 65; reg. Werdens.: *Borahtron*, Lacomblet Archiv II. p. 239; V. Liudgeri *Borahtra*, Script. II. p. 417. Nescio an liceat coniicere, eosdem esse intelligendos Annal. Petav. a. 784: *sedit domnus rex Herisburgo et Franci sederunt in gyrum per borderes*, Script. I. p. 17. Cfr. Zur Lex Sax. p. 35 not. 1. 59) *scapilos]* Cfr. leg. Sax. c. 66 addit.: *sceffila* cum iis, quae p. 83 not. 83 adscripsimus. 60) *sigla]* Cfr. leg. Sax. c. 66 add.: *sicle* cum not. 84 p. 83. 61) *In argento duodecim denarii solidum faciant]* i. e.: si quis mulctaticiam pecuniam non animalia sed argentum dando exsoluturus est, singuli solidi sint duodecim denariorum Francicorum vel trium tremissium Saxonicorum = solidi maiores. Itaque si quis exempli gratia ex lege 120 solidos pensare debuisset, argentum numerando 3 × 120 tremisses, animalia vel alias res praestando pretium 2 × 120 tremissium ei solvendum fuisset. Sed complures viri doctissimi aliam sententiam comprobaverunt, v. Waitz Verfassungsgesch. IV. p. 68: *Nach der Eroberung Sachsens wird hier allgemein der neue Solidus* (argenteus 12 denariorum) *eingeführt und sollen regelmässig alle Zahlungen an den König in solchen erfolgen*; idem Ueber Münzverhältnisse p. 35; Soetbeer in Forschungen zur Deutschen Geschichte IV. p. 292: *Im Capitulare Saxonicum von 797 wird das Fränkische Münzwesen für Sachsen anerkannt, indem es am Schluss desselben heisst: in argento 12 den. sol. faciant;* Usinger Forschungen zur Lex Saxonum p. 24: *In Sachsen wird einfach nur der Fränkische Silbersolidus von 12 Denaren eingeführt.* Sed suprema legis Saxonicae verba: *et in aliis speciebus ad istum pretium omnes aestimationes compositionis sunt*, cum edicant, ut omnes res, quarum pretium ipso capitulari non statutum sit, ad exemplar taxatarum rerum aestimentur, demonstrant, ut pecorum frumentique pretium ita argenti antea praeceptum fuisse. Adde quod et capitulare Saxonicum (v. p. 92 not. 55) et lex Saxonum (v. p. 66 not. 87, p. 83 not. 80) minoribus solidis utitur. Quae cum ita sint, concedendum mihi omnino non est, rationes monetarum Francicas laudatis huius capitularis verbis in Saxoniam inductas esse. Qui factum est, ut Corbeiensis codex loco numeri 12 scriberet 15; argenti quidem pretium eo tempore, quo eius auctor vixit, commutatum fuit. Neque aliud sentire censeo legis Ribuar. XXXVI, 12 adiecta verba: *quodsi cum argento solvere contigerit* (weregeldum), *pro solido duodecim denarios, sicut antiquitus est constitutum.* Cfr. Zur Lex Saxonum p. 41—43.

IN LEGES SAXONUM

INDEX ALPHABETICUS.

Nudus numerus Arabicus indicat capitulum aliquod legis Saxonum; litterae *P. S.* capitula de partibus Saxoniae, litterae *C. S.* capitulare Saxonicum, numeri his litteris adscripti singula harum legum capitula.

comedere: si quis ieiunium contempserit et carnem comederit *P. S.* 4; ad honorem daemonum comederet *P. S.* 21; si quis carnem (occisae strigae) ad comedendum dederit, vel ipsam comederit *P. S.* 6; strigam homines comedere *ibid.*

comes: unusquisque comes in suo ministerio placita et iustitias faciat *P. S.* 34; dedimus comitibus potestatem bannum mittere infra suo ministerio *P. S.* 31; comitis bannum in sol. 15 constituimus *ibid.*; comites pacem et concordiam ad invicem habere studeant *P. S.* 29; si comis malefactores absconderit et ad iustitiam faciendam praesentare noluerit, honorem suum perdat *P. S.* 24; si comes (munera super innocentem acceperit), honorem suum perdat *P. S.* 28; si quis comitem interfecerit, hereditas illius ad partem regis *P. S.* 30; congregatis inlustribus viris comitibus *C. S.* 1. *Cfr.* comitatus, missus, placitum, ministerium.

comitatus: qui de uno comitatu ad alium confugium fecerint *P. S.* 24. *Cfr.* ministerium, comes.

committere: si servus scelus commiserit 51; quicquid in feminam committitur 15; pro criminibus latenter commissis *P. S.* 14.

communis: condicto commune placito *C. S.* 8; de ipso placito commune consilio facto *ibid.*

companere, **compositio**, **comprehendere** *v.* **conponere**, conpositio, conprehendere.

concedere: sol. 12 pagenses habeant concessos *C. S.* 4; hoc concessum habeant *ibid.*

concredere: si occupator sibi concrediderit 63.

condicere: condicto commune placito *C. S.* 8.

conditio: conponatur iuxta conditionem suam 19.

confessio: si quis confessione data agere poenitentiam voluerit *P. S.* 14.

configere: ibique (in sude pecus) confixum perierit 60.

confugere: si in ecclesiam confugerit 28; si aliquis ad sacerdotem confugerit *P. S.* 14. *Cfr.* fugere, confugium.

confugium: si quis confugia fecerit in ecclesiam *P. S.* 2; qui ad regiam potestatem confugium fecerit *C. S.* 10; qui de uno comitatu ad alium confugium fecerint *P. S.* 24. *Cfr.* confugere, fugere.

congregare: congregatis (Aquispalatio) Saxonibus de diversis pagis *C. S.* 1. *Cfr.* convenire.

coniugium: prohibitum seu inlicitum coniugium *P. S.* 20.

conponere: solidos conponat 6—12. 14. 40. 49; novies conponat 36. 37; quartam partem conponat 12; medietatem weregildi eius conponat 20. *C. S.* 8; solidis conponatur 13. 16. 17; conponatur primo in simplo 19; simpliciter conponatur, dupliciter conponatur 15; insuper octies ab eo conponatur 19; medietate conpositionis conponantur 13; tertia pars totius multae conponatur 13; minori solido homicidia conponuntur 66; conponat eum ac si occidisset 20; in triplum conponere *C. S.* 7; multae pars tertia a proximis conponenda est 19; omnia in duplum restituat et conponat *C. S.* 6; secundum eorum ewa conponere *C. S.* 7; 120 sol. fisco conponat *P. S.* 19; 60 sol. conponant *C. S.* 12; sol. 12 conponant *C. S.* 4; sol. 15 conponat *P. S.* 32; *P. S.* 27; quod vicinis debuit conponere *C. S.* 4. *Cfr.* emendare, solvere, persolvere, exsolvere.

conpositio: a) maiori solido aliae conpositiones, minori homicidia conponuntur 66; omnem aestimationem conpositionis *C. S.* 11; medietate conpositionis digitorum conponantur 13; medietatem supradictae conpositionis exsolvat 12. *Cfr.* multa. b) = weregildum: dominus conpositionem persolvat 18. *Cfr.* weregildum.

conprehendere: si quis alium conprehenderit et in aquam proiecerit 9; si per capillos alium conprehenderit 7.

consanguineus: vindicetur in illo et aliis septem consanguineis eius 18; proximus paterni generis eius consanguineus 42. *Cfr.* propinquus, proximus.

conscientia: si litus absque conscientia domini sui hoc fecerit 18. *Cfr.* conscius, iussus.

conscius: dominus liti se in hoc conscium non esse iuret 18; conscius similiter 36. *Cfr.* conscientia, iubere.

consensus: rex cum consensu Francorum et fidelium Saxonum *C. S.* 9; una cum consensu eorum habeat licentiam *C. S.* 10. *Cfr.* consentire, placere. — Consensu proximorum accipiat illam 43. *Cfr.* consentire.

consentire: omnes unanimiter consenserunt *C. S.* 1; *C. S.* 8; si quis hoc contra gentem christianorum consenserit *P. S.* 10; de minoribus capitulis consenserunt omnes *P. S.* 15. *Cfr.* placere. — Si vero nec parentes nec puella consenserunt, id est si vi rapta est 40; si sine voluntate parentum ducta fuerit, puella tamen consentiente 46, qui viduam ducere velit, offerat tutori pretium emptionis eius, consentientibus ad hoc propinquis eius 43; si domino factum servi inputetur, quasi consentiret 52. *Cfr.* consensus, iubere.

consiliari: qui consiliatus fuerit de morte regis 24. *Cfr.* consilium.

consilium: de ipso placito commune consilio facto *C. S.* 8; sine consensu et licentia sacerdotis *P. S.* 19; litus si per iussum vel consilium domini sui hominem occiderit 18; suo tantum consilio volens incenderit 38; si quis cum paganis consilium adversus christianos inierit *P. S.* 10; si quis de comitis morte consilium dederit *P. S.* 30. *Cfr.* consiliari, iubere, consentire.

constare: ab eo, cuius (animal) esse constiterit 57.

constituere: haec de partibus Saxoniae constituta sunt *P. S. init.*; bannum in 15 sol. constituimus *P. S.* 31; dare constituere *P. S.* 23. *Cfr.* statuere, iubere, praecipere.

consuetudo: iuxta consuetudinem eorum *C. S.* 4.

consumere: corpus defuncti flamma consumi *P. S.* 7. *Cfr.* cremare.

contemnere: si quis ad placitum mannitus venire contempserit *C. S.* 5; si quis quadragesimale ieiunium contempserit et carnem comederit *P. S.* 4.

contentus: nihil accipiat, sed contenta sit dote 28.

contradicere: contradicere viam *P. S.* 26; si occupator contradixerit 63.

contrarius: contrarium facere *C. S.* 6.

convenire: convenientibus in unum episcopis et abbatibus seu comitibus *C. S.* 1; de incendio convenit *C. S.* 8. *Cfr.* placere, consentire, statuere, constituere.

conventus: dominicis diebus conventus et placita publica non faciant *P. S.* 18; in festivitatibus praeclaris Deo et ecclesiae conventui deserviant, et saecularia placita demittant *P. S.* 18 interdiximus, ut omnes Saxones generaliter conventus publicos faciant *P. S.* 34.

convertere: convertat se ad proximos eius (viduae) 43.

convicinus: iuxta quod convicini iudicaverunt *C. S.* 4. *Cfr.* vicinus.

convocare: ad palatium convocatus *C. S.* 4. *Cfr.* mannire.

corpus: corpora ad cimiteria deferantur *P. S.* 22; si corpus defuncti hominis flamma consumi fecerit *P. S.* 7; si corpus perforaverit 5.

corripere: correptus *C. S.* 4.

coxa: si coxam perforaverit 5.

cremare: si quis ecclesiam igne cremaverit *P. S.* 3. *Cfr.* accendere, incendere.

crimen: mortale crimen *P. S.* 14.

culpabilis: culpabilis iudicetur *Spangenb. cod. addit. cap.* 5.

currere: quicumque gladio stricto super alterum cucurrerit 8. *Cfr.* recurrere, incurrere.

curtis: ad unamquamque ecclesiam curtem et duos mansos terrae pagenses condonant *P. S.* 15.

Daemon: si quis hominem diabulo sacrificaverit et hostiam more paganorum daemonibus obtulerit *P. S.* 9; si quis aliquid ad honorem daemonum comederet *P. S.* 21.

damnare: capitis domnatus nusquam habeat pacem 28.

damnum: si animal quodlibet damnum cuilibet intulerit 57; et haec (fossa vel laqueus) damnum cuilibet fecerint 56. 58; ipse tantum damni incurrat *P. S.* 27.

dare: dos ad dantem revertatur 47; uxorem ducturus det 300 solidos 40; ut tutori (pecuniam) dare possit 43; mancipia liceat illi dare ac vendere 62.

debitor: *P. S.* 27.

decessus: post decessum eius dos ad dantem revertatur 47.

decima: decima pars ecclesiis et sacerdotibus reddatur *P. S.* 16: omnes decimam partem substantiae et laboris sui ecclesiis et sacerdotibus donent *P. S.* 17.

decipere: a diabulo deceptus *P. S.* 6.

decretum: placuit his decretis inserere *P. S.* 19. *Cfr.* constituere, statuere, praecipere.

definire: in praesentia missorum causae definitae *C. S.* 4; causa ad palatium ad definiendum producta *ibid.* *Cfr.* diffinire, diiudicare.

defungi: si defunctus est 47; qui defunctus non filios sed filias reliquerit 44; pater aut mater defuncti 41; frater defuncti 42; si corpus defuncti hominis flamma consumi fecerit *P. S.* 7.

deiudicare: pro ista causa ad palatium fuerit convocatus et deiudicatus *C. S.* 4. *Cfr.* diiudicare, iudicare.

demittere: in festivitatibus praeclaris saecularia placita demittant *P. S.* 18. *Cfr.* dimittere.

denarius: in argento 12 denarii solidum faciant *C. S.* 11: uno denario minus tribus solidis 36. *Cfr.* solidus.

deputare: tutela filiarum fratri deputetur 44.

deservire: ecclesiae conventui deserviant *P. S.* 18.

despectus: pro despectu christianitatis *P. S.* 4. *Cfr.* despicere.

despicere: ut in praesentia nostra iustitiam reddat venire despexerit *C. S.* 8.

Si quis infantem intra circulum anni ad baptismum offerre contempserit, si de nobile genere fuerit, 120 solidos fisco conponat, si ingenuus 60, si litus 30 *P. S.* 19; si quis inlicitum coniugium sortitus fuerit, si nobilis 60 sol., si ingenuus 30, si litus 15 *P. S.* 20; si quis ad fontes votum fecerit, si nobilis fuerit, solidos 60, si ingenuus 30, si litus 15 *P. S.* 21; pro fredo, si nobilis fuerit, solidos 12, si liber 6, si litus 3, 36; nobiliores Saxones solidos 12, ingenui 6, liti 3 conponant *C. S.* 3; si quis de nobilioribus ad placitum mannitus venire contempserit, solidos 4 conponat, ingenui duos, liti unum *C. S.* 5; inter centum et viginti homines ad ecclesiam recurrentes, nobiles et ingenuos similiter et litos *P. S.* 15; tam nobiles quam ingenui similiter at liti *P. S.* 17. Servus a nobili occisus 17; servus si hominem occiderit ut puta nobilem 18. — Liber qui sub tutela nobilis cuiuslibet erat 64. *Cfr.* liber, ingenuus, nobilis, litus.

noctu, nocte: qui noctu domum alterius intraverit 32; qui bovem nocte furto abstulerit 34; qui vel interdiu vel noctu trium solidorum pretium abstulerit 35; qui domum alterius vel noctu vel interdiu incenderit 38.

notare: illud notandum est *C. S.* 11.

novies: novies conponat quod abstulit 36; novies conponendum est 31. *Cfr.* triplus, tripliciter, octies, simpliciter, dupliciter.

nox: si quis eos septem noctibus secum detinuerit *P. S.* 24. *Cfr.* noctu.

nubere: si vidua filiam habens nupserit 45. *Cfr.* emere.

nuptiae: habeat dotem quam in nuptiis accepit 47.

Obire: si vero (mater) post (filios) obierit 47. *Cfr.* defungi, mori.

obsequium: convenientibus Aquispalatio in (regis) obsequio episcopis et abbatibus seu comitibus *C. S.* 1.

occidere: litus occisus 16; qui nobilem occiderit 14; servus a nobili occisus 17; propinqui occisi 18; litus si hominem occiderit 18; qui in ecclesia hominem occiderit 21; qui hominem ad ecclesiam pergentem occiderit 23; qui dominum suum occiderit 25; qui filium domini sui occiderit 26; qui hominem in propria domo occiderit 27; si ibi occisus fuerit 32; conponat eum ac si occidisset 20; in turba occisus 16; iuxta voluntatem domini occidatur 26. *Cfr.* interficere.

occupare: qui terram suam occupatam ab altero dixerit 63; reddat hoc quod occupavit 63. *Cfr.* occupator.

occupator: si occupator contradixerit, si occupator sibi concrediderit 63. *Cfr.* occupare.

octies: octies ab eo conponatur 19. *Cfr.* novies.

oculus: qui oculum unum excusserit, 720 solidos conponat, si ambos, 1440 sol. conponat 11; si oculus .. percussa manca loco remanserint, medietatem supradictae conpositionis 12.

offerre: liber homo si hereditatem suam necessitate coactus vendere voluerit, offerat eam 64; offerat tutori pretium emptionis eius (viduae) 43; si quis aliquid more gentilium obtulerit *P. S.* 21.

opprimere: si arbor ab alio praecisa casu quemlibet oppresserit 54; si arbor accensa hominem oppresserit 55.

ordeum: item ordeum mundum sicut et sigale pro uno solido donent *C. S.* 11. *Cfr.* secale.

orfanus: ut orfani iustam et quietam pacem habeant *C. S.* 1—2.

os: si os paruerit 4; si os fregerit 5.

Ostfalai, Ostfalaii, Ostfalahi, Osterfali: Ostfalai volunt 47; apud Ostfalaos nihil accipiat 48; congregatis Saxonibus de diversis pagis tam de ... quam de Ostfalahis (*var. lect.* Osterfalis) *C. S.* 1—2; Westfalaiorum et Angrariorum quam et Ostfalaiorum solidus 66 *add.*

ovis: solidus est ovis cum agno 66; ovis cum agno et anniculus agnus ei superadiunctus solidus 1, 66 *add.*

Pacificare: causa infra patriam cum propriis vicinantibus pacificata *C. S.* 4; qui se pacificare noluerit *C. S.* 4.

paganus: ad morem paganorum *P. S.* 6; secundum ritum paganorum *P. S.* 7; more paganorum *P. S.* 9; non ad tumulos paganorum corpora christianorum deferantur 22; si paganus permanere voluerit *P. S.* 8; si cum paganis consilium adversus christianos inierit *P. S.* 10. *Cfr.* gentilis.

pagensis: duos mansos terrae pagenses ad ecclesiam recurrentes condonant *P. S.* 15; solidos duodecim ipsi pagenses habeant concessos *C. S.* 4; ipsi pagenses veniant *C. S.* 8. *Cfr.* pagus.

pagus: congregatis Saxonibus de diversis pagis *C. S.* 1—2. *Cfr.* pagensis, comitatus, ministerium, marca, patria.

palatium: qui homini ad palatium vel de palatio pergenti malum fecerit 37; ad palatium remeavit *C. S.* 4; ad palatium in praesentia regis *C. S.* 4; pro eadem re ad palatium fuerit convocatus *C. S.* 4; iterum pro ista causa ad palatium fuerit convocatus *C. S.* 4; si ad palatium pro huius rei causa venerit *C. S.* 4.

parare: convertat se ad proximos paratam habens pecuniam, ut dare possit 43; a quo (fossa vel laqueus) parata sunt 58. *Cfr.* praeparare, facere.

parens: uxorem ducturus 300 solidos det parentibus eius 40; si sine voluntate parentum ducta fuerit 40.

pars: tertia pars multae 13; multae pars tertia ... duae vero partes 19; quartam partem conponat 12; decima pars ecclesiis *P. S.* 16; *P. S.* 17; duodecima parte minor 16; ad partem regis conponat *C. S.* 5; 12 solidos missus recipiat ad partem regis *C. S.* 4.

pascha: die festo paschae 23.

pater: pater et mater 41; patri puellae 300 solidos 49; tutela filiae ad fratrem patris pertineat 45.

paternus: proximus paterni generis eius consanguineus 42; proximo paterni generis 44.

patria: incendium infra patriam facere *C. S.* 1—2; nullus infra patriam praesumat facere *C. S.* 8; causa infra patriam cum propriis vicinantibus pacificata *C. S.* 4; malefactorem cum uxore et familia et omnia sua foras patriam facere *C. S.* 10; si autem infra patria fuerit factum, sin autem infra patriam non fuerit *add. Spang.* 21; si infra patria fuerit *add. Spang.* 23; qui infra patriam furaverit, si foris patriae est *add. Spang.* 36. *Cfr.* pagus, provincia.

pax: ecclesiae viduae orfani et minus potentes iustam et quietam pacem habeant *C. S.* 1—2; propter pacem et propter faidam bannum fortiorem statuere *C. S.* 9; si quis confugia fecerit in ecclesiam, pacem habeat usque dum ad placitum praesentetur *P. S.* 2; capitis damnatus nusquam habeat pacem, si in ecclesiam confugerit, reddatur 28.

pecunia: paratam habens pecuniam 43.

pecus: qui in fossam pecus quodlibet agitaverit, ibique (id) perierit, multam conponat 60. *Cfr.* animal, fera, caballus, bos, vacca, vitulus, ovis, agnus.

pendere: si (membra) manca pependerint 12.

pentecoste: 23.

percutere: si ferrum manu elapsum hominem percusserit 59; si membra ita percussa manca loco remanserint 12. *Cfr.* excutere.

perforare: si corpus vel coxam vel brachium perforaverit 5.

pergere: homini ad ecclesiam vel de ecclesia die festo pergenti 23; homini in hoste vel de hoste, ad palatium vel de palatio pergenti 37.

perire: pecus (in fossam) cadens perierit 60.

periurare: qui sciens periuraverit, capite puniatur 21; qui nesciens periuraverit, manum suam redimat 22.

periurus: de periuris secundum legem Saxonorum sit *P. S.* 33.

permanere: traditiones legitimae stabiles permaneant 61. *Cfr.* remanere.

perpetrare: quicquid servus perpetraverit, dominus emendet 50; si servus perpetrato facinore fugerit 52; qui facinus perpetravit 19. *Cfr.* facere.

persolvere: dominus compositionem persolvat 18; bannum persolvat *P. S.* 25; *P. S.* 26; si vero non habuerint, unde praesentaliter persolvant *P. S.* 21. *Cfr.* exsolvere, solvere.

pertinere: ad eas omnis hereditas pertineat 44; tutela filiae ad filium pertineat, ad proximum eius pertineat 45.

pes: si pes ita ... percussa manca loco remanserint 12; similiter de pedibus 11; pollex pedis, articuli (pedis) 13.

Petrus: die festo sancti Petri 23.

pignorare: nullatenus alterum aliquis pignorare praesumat 25.

pignus: de pignore 25.

placere: de maioribus capitulis hoc placuit omnibus ut *P. S.* 1; placuit his decretis inserere *P. S.* 19; placuit omnibus Saxonibus ut *C. S.* 3; item placuit ut *C. S.* 9; placuit omnibus ut *C. S.* 10; et hoc Christo propitio placuit *C. S.* 16; secundum quod (regi) placuerit *C. S.* 9; rex eum mittat, ubi clementiae placuerit *P. S.* 3. *Cfr.* iubere.

placitare: emendet ei iuxta quod placitare potuerit 20.

placitum: in ecclesia pacem habeat, usque dum ad placitum praesentetur *P. S.* 2; si quis ad placitum mannitus venire contempserit *C. S.* 5; in festivitatibus praeclaris secularia placita demittant *P. S.* 18; in dominicis diebus conventus et placita publica non faciant *P. S.* 18; comes in suo ministerio placita faciat *P. S.* 34; condicto commune placito *C. S.* 8; de ipso placito commune consilio facto *C. S.* 8.

plenus: conponatur multa pleno weregildo 54; pleno sacramento negetur 17.

poenitentia: si confessione data poenitentiam agere voluerit *P. S.* 14.

pollex: pollex (manus) totus abscisus 360 solidis conponatur, si dimidius, 180 conponatur 13; pollex pedis medietate pollicis manus conponatur 13. *Cfr.* digitus.

ponere: qui homini insidias posuerit 23.

pons: si quis alium de ponte in flumen inpinxerit, 36 solidos conponat 9.

portare: conpositionem persolvat vel faidam portet 18.

portio: mediam portionem accipiat 48. *Cfr.* pars.

sanguinare: si sanguinat 3.

Saxani, Saxoni, Saxones: in gente Saxonorum *P. S.* 8; corpora christianorum Saxanorum *P. S.* 22; legis Saxonum liber *init. leg. Sax.*; secundum legem Saxonorum sit *P. S.* 33; secundum ewa Saxonum *C. S.* 10; omnes Saxones *P. S.* 34: placuit omnibus Saxonibus *C. S.* 3; una cum consensu Francorum et fidelium Saxonum *C. S.* 9; congregatis Saxonibus de diversis pagis *C. S.* 1-2; solidi Saxonum *C. S.* 11; ruoda dicitur apud Saxones 14; nobiliores Saxones *C. S.* 3; Saxones solvent *C. S.* 1-2. *Cfr.* Angarii, Ostfalai, Westfalai, septemtrionales.

Saxonia: ecclesiae construuntur in Saxonia *P. S.* 1.

scapilus, sceffila: *C. S.* 11; *leg. Sax.* 66 *add.*

scelus: si servus scelus quodlibet commiserit, ut puta homicidium 51. *Cfr.* facinus.

scire: qui sciens periuraverit 21. *Cfr.* conscius, nescire.

screona: qui in screona aliquid furaverit 33.

scutum: si gladio vestem seu scutum inciderit 6.

secale, sigale: de sigale Bortrini pro solido uno scapilos viginti donant, septemtrionales autem (de) sigale (scapilos) quindecim; item ordeum mundum sicut et sigale *C. S.* 11; Westfalaiorum et Angrariorum et Ostfalaiorum solidus est secales sceffila 30, 66 *add. Til.* *Cfr.* avena, ordeum.

seditio: si in turba vel seditione fuerit occisus 16.

sententia: capitali sententia punietur *P. S.* 6; *P. S.* 11. *Cfr.* punire.

sepes, septum: qui alvearium apum infra septa alterius furaverit 30; alvearium apum extra septa furatum 31; qui in sudem acutam suae vel alienae sepis pecus quodlibet agitaverit 60.

septem: si quis eos (latrones) septem noctibus secum detinuerit *P. S.* 24; vindicetur in illo et aliis septem consanguineis eius 18.

septemtrionales: septemtrionales vero (Saxones) donant *C. S.* 1. *Cfr.* Saxones.

septum *v.* sepes.

servitium: ad ecclesiae servitium donentur, usque dum ipsi solidi solvantur *P. S.* 21. *Cfr.* dare.

servus: servus occisus 36 solidis conponatur 17; quicquid servus iubente domino perpetraverit, dominus emendet 50; si servus scelus quodlibet nesciente domino commiserit, dominus conponat 51; si servus perpetrato facinore fugerit, (dominus) nibil solvat, si domino factum servi inputetur, duodecima manu 52; si servus iterum a domino receptus fuerit, multam pro eo conponat 53; 120 homines ad ecclesiam recurrentes servum et ancillam ecclesiae tribuant *P. S.* 15. *Cfr.* ancilla, mancipium.

siclus, sigla: mel pro solido Bortrensi sigla una et media donant, septemtrionales autem duos siclos de melle pro uno solido *C. S.* 11; duo sicle mellis solidus *addit.* 66.

sigale *v.* secale.

sigla *v.* siclus.

simpliciter: simpliciter conponatur 15.

simplum: conponatur primo in simplo 19. *Cfr.* novies.

solatium: comites ... aut nostrum solatium vel perfectum pro hoc non demittant *P. S.* 29.

solere: solito more *C. S.* 4; quae iuxta consuetudinem eorum solebant facere *C. S.* 4. *Cfr.* consuetudo.

solidus: solidus est duplex, unus habet duos tremisses, alter solidus tres tremisses. maiori solido aliae conpositiones minori homicidia conponuntur 66; solvatur autem solido maiore 16; notandum est quales debent solidi esse Saxonum *C. S.* 11; pro uno solido, pro solido *C. S.* 11; in argento duodecim denarii solidum faciant *C. S.* 11; solidus est, duo solidi, quinque solidi, tres solidi, solidus *add. leg. Sax.* 66; *P. S.* 19 – 21; *P. S.* 31; *P. S.* 32; *C. S.* 1—5; *C. S.* 9; bos quadrimus, qui duos solidos valet 34; qui duorum solidorum precium abstulerit 32; qui trium solidorum precium furto abstulerit 35; quicquid vel uno denario minus tribus solidis furto abstulerit 36.

solvere: bannum solvat 23; *P. S.* 24; *P. S.* 28; dominus nihil solvat 52; si post, nihil solvat 55; multam solvat 56; ubicumque Franci solidos 15 solvere debent, ibi Saxones 12 conponant *C. S.* 4; solidos solvent *C. S.* 1-2; non solvatur 32; solvatur autem solido maiori 16; si non habuerit, unde praesentaliter persolvant, ad ecclesiae servitium donentur, usque dum ipsi sondi solvantur *P. S.* 21. *Cfr.* exsolvere, persolvere, conponere.

solum: si nobilis nobilem extra solum vendiderit 20. *Cfr.* patria, hereditas, terra.

sortilegus: divinos et sortilegos ecclesiis et sacerdotibus dare constituimus *P. S.* 22.

sortiri: si quis prohibitum vel inlicitum coniugium sibi sortitus fuerit *P. S.* 20.

sponsus: sponso (puellae) 300 solidos 49. *Cfr* desponsare.

sponte: si sponte ad sacerdotem confugerit *P. S.* 14; si sua sponte reversus fuerit 20.

stabilis: traditiones et venditiones legitimae omnes stabiles permaneant 61.

statuere: et hoc statuimus ut *P. S.* 19; omnes statuerunt et aptificaverunt *C. S.* 1; hoc etiam statuerunt *C. S.* 4; de presbyteris statuerunt *C. S.* 6; de missis regis statuerunt *C. S.* 7; bannum fortiorem statuere *C. S.* 9; aframeat illum ad diem statutum *P. S.* 32. *Cfr.* aptificare, constituere, decretum, iubere, praecipere.

striga: si quis crediderit virum aut feminam strigam esse et homines comedere *P. S.* 6.

stringere: quicumque gladio stricto super alterum cucurrerit 8.

stuprare: qui filiam domini sui stupraverit 26. *Cfr.* rapere.

sudis: qui in sudem acutam suae vel alienae sepis pecus agitaverit 60.

surdus: de una aure vel ambabus si surdus efficitur 11.

sustentare: liceat traditionem hereditatis suae facere, famis necessitate coactus, ut ab illo qui hoc acceperit sustentetur 62.

Tempus: a mane usque ad mane vel a vespera usque ad vesperam, ex quo ignis accensus est, si infra hoc tempus 55.

terra: qui terram suam occupatam ab altero dixerit 63. *Cfr.* hereditas.

tertius: multae pars tertia 19.

testiculus: de testiculis, si unum abscisum fuerit, 720 solidos, si ambo, 1440 solidos conponat 11.

testimonium: testimonio sacerdotis de morte excusetur *P. S.* 14.

testis: adhibitis idoneis testibus probet eam suam fuisse 63; duobus aut tribus de eadem provincia idoneis testibus vincatur, et si plures fuerint melius est 39.

tollere: qui dolose per sacramentum res proprias tollere vult 39; si aliquid presbyteris quis tollere praesumpserit *C. S.* 6. *Cfr.* auferre.

traditio: traditiones et venditiones legitimae stabiles permaneant 61; nulli liceat traditionem hereditatis suae facere 62.

transgredi: si regis bannum transgressi sunt *C. S.* 1-2; si quis supradicta octo capitula transgressus fuerit *C. S.* 1-2; qui eius (regis) mandatum transgressus fuerit *C. S.* 9.

tremissis: 66. *Cfr.* solidus, denarius.

tres: duobus aut tribus testibus vincatur 39. *Cfr.* tertius.

tripliciter: omnia tripliciter faciant restaurare *C. S.* 7. *Cfr.* novies.

triplus: in triplo conponat 37; in triplum eum conponere debeat *C. S.* 7; triplam conpositionem exinde faciat *C. S.* 4.

tumor: livor et tumor 60 solidos, 2.

tumulus: corpora christianorum deferantur non ad tumulos paganorum *P. S.* 22.

turba: in turba vel seditione occisus 16.

tutela: qui mortuus viduam reliquerit, tutelam eius filius accipiat 42; tutela earum (filiarum defuncti viri) fratri vel proximo paterni generis deputetur 44; tutela filiae ad filium, quem tunc (vidua *iterum alicui nupta*) genuerat, pertineat 45; tutela filiae ad fratrem patris vel ad proximum eius pertineat 45; liber homo qui sub tutela nobilis cuiuslibet erat 64. *Cfr.* tutor.

tutor: qui viduam ducere velit, offerat tutori precium emptionis eius, si tutor abnuerit 43; liber homo qui sub tutela nobilis cuiuslibet erat, offerat (hereditatem) tutori suo 64. *Cfr.* tutela.

Unanimiter: omnes unanimiter consenserunt et aptificaverunt *C. S.* 1-2; si unanimiter consenserint *C. S.* 8.

uxor: uxorem ducturus 300 solidos det parentibus eius 40; uxorem emere 65; filius quem ex alia uxore habuit 42; filius uxore ducta filium genuerit 46; qui uxorem domini sui stupraverit 26; malefactorem cum uxore et familia et omnia sua foris patriam facere *C. S.* 10. *Cfr.* femina, mulier.

Valere: bovem quadrimum, qui duos solidos valet 34. *Cfr.* pretium.

velle: qui domum alterius suo tantum consilio volens incenderit 38. *Cfr.* voluntas.

vendere: mancipia liceat dare ac vendere 62; si hereditatem vendere voluerit 64; vendet eam 64; si nobilis nobilem extra solum vendiderit 20.

venditio: traditiones et venditiones legitimae omnes stabiles permaneant 61.

venire: ad placitum mannitus venire contempserit *C. S.* 4; ad nos, ut in praesentia nostra iustitiam reddat, venire despexerit *C. S.* 8; simul ipsi pagenses veniant *C. S.* 8.

verbum: ad audiendum verbum Dei *P. S.* 18; missus noster de verbo nostro eos (Saxones) congregare fecerit *P. S.* 34.

vespera: a vespera usque ad vesperam ex quo ignis accensus est 55.

vestis: si gladio vestem seu scutum alterius inciderit 6.

via: nulli contradicere viam ad nos veniendo pro iustitia reclamanda aliquis praesumat *P. S.* 26; si cum matre euntem in via rapuerit 49.

LEX THURINGORUM

EDENTE KAROLO FRIDERICO DE RICHTHOFEN.

Quo tempore lex Angliorum et Werinorum hoc est Thuringorum condita sit, et qua in Germaniae regione valuerit, cum diversissimas in opiniones viri docti discesserint, huic legis editioni praefaturo id mihi praecipuum agendum esse censeo, ut singulas eius constitutiones cum similibus coaevi iuris regulis aliarum nationum, quoad vires valent, conferam itaque principales istas quaestiones discernere studeam. Quod quia nisi continua ratione genuini legis textus habita perfici nequit, liceat pauca praemittere de codice libri manuscripto, qui unus hodie exstat, variisque eius editionibus.

I. Qui Thuringicam legem memoriae prodidit, codex olim Corbeiensis, nuper Paderbrunnensis, hodie Monasteriensis msc. VII. 5201, *saeculo decimo Corbeiensis abbatiae in usum conscriptus est; cfr. Wigand in Archiv für ältere Deutsche Geschichtskunde IV.* (1822) *p.* 346—349, *Spangenberg Beiträge zu den Teutschen Rechten des Mittelalters* (1822) *p.* 179—185, *Wigand Das Femgericht Westfalens* (1825) *p.* 47—50, *Pertz in Legg. I.* (1835) *p. XXIII, idem in Archiv VII.* (1839) *p.* 787, *Merkel Lex Saxonum* (1853) *p.* 3. 21, *Wilmans Kaiserurkunden der Provinz Westfalen* (1868) *p.* 504, *v. Richthofen Zur Lex Saxonum* (1868) *p.* 58—67, *scripturae specimen in Legg. IV. tab.* 6. *Cuius lectiones varias a se circa annum* 1826 *collectas vir cl. Pertz hanc ut constituam editionem mihi tradidit. Inest vero eidem lex Thuringorum serie capitulorum quodammodo perturbata, ut post* 66 *capitula legis Saxonum numeris adornata, quae eius pag.* 5—19 *complectuntur, nullis iam interpositis numeris pag.* 19—25 *nonnullae constitutiones* de alodibus, de furtis, de incendio, de vi, de minoribus causis *inscriptae legantur, quas Saxonicae legis partem haberes, nisi ceteri huius legis textus numerorumque antea adiectorum finis legis ipsius finem ostenderent; quae quidem praecepta infra legis Thuringicae capitula* 26—61 *dixi. Ultima deinde postquam pag.* 25 *in linea verba* Lex Thuringorum *scripta sunt, sequitur p.* 26. 27. *ea decretorum series, quae legis a me editae capitulorum* 1—25 *locum tenent*[1].

Princeps vero legis editio inest libro Originum ac Germanicarum antiquitatum libri, leges uidelicet Salicae, Ripuariae, ..., Saxonum, Vuestphalorum, Angliorum, Vuerinorum, Thuringorum ... Opera Basilii Ioannis Herold. Basileae (1557) *pag.* 127—130. *Ubi legis XVIII. in titulos divisae inscriptionem:*

1) Rössig Comment. ad leg. Angl. et Werinor. p. 8, Spangenberg Beiträge zu den Teutschen Rechten p. 182, Kraut in Falck Eranien zum Deutschen Recht p. 123, Gaupp Das alte Recht der Thüringer p. 249, Zoepfl Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte (ed. 2) II, 1 p. 40 cum de compluribus huius legis codicibus manuscriptis ad dies suos asservatis verba faciant atque modo haec modo illa de eorum natura referant, nullam tamen certam alius codicis notitiam habuisse sed errore tantum ducti fuisse putandi sunt. Similiter de Corbeiensi codice nonnulla false relata sunt. Neque enim ibi desunt cap. 45. 52, quod Gaupp l. l. p. 285. 286. 377. 249 contendit, neque leguntur post cap. 61 verba: *Finis appendicis legum Saxonum*, id quod — ut alios praeteream — pater meus Zur Lex Saxonum p. 59. 62 (v. supra p. 10) enarravit.

Lex Angliorum et Vuerinorum, hoc est, Thuringorum *primum sequuntur* 25 *priora huius editionis capitula, dein interiectis verbis:* HAEC IUDITIA VVLEMARUS DICTAVIT *decreta Legg. III. p.* 698—700 *typis impressa, ad ultimum reliqua Thuringicae legis pars i. e. cap.* 26—61. *Quo autem codice usus sit Heroldus, omnino ignoramus. Quamquam enim p.* 1 *prae se fert:* Woluffgangi Abbatis Principis Fuldensis benignitate ... ex superba illa celeberrimi Collegii Bibliotheca *codice aliquo se instructum esse, paullo tamen post multis quoque aliis viris doctis gratias agit, quod variis codicibus ipsum adornaverint, ut dicere non queas, unde Thuringicae legis textum iste deprompserit*[2]. *Alius vero certe fuit atque Corbeiensis codex. Quod demonstrant adiecta illa Vulemari iudicia, complurium capitulorum commutatus ordo, qualem subsequens docet tabula, lectionum singillatim ad editionem adnotatarum diversitas. Sin fuerunt, qui contenderent, Heroldum legis textum constituturum non uno tantum codice usum fuisse, ex mea quidem sententia nulla exstat causa, ex qua id cognoscatur. Suam enim solam opinionem ad grammatices regulas formatam Heroldus mihi proponere videtur*[3] *adnotando ad cap.* 28 *verba:* si autem nec filiam non habuit *in margine:* non redundat; *scilicet idem vocabulum* non, *quod revera redundat, Corbeiensis quoque codex praebet. Neque tacuisset Heroldus, diligentissime cum compararet librum suum, varias a se inventas lectiones, si complures codices novisset. Quae cum ita sint, Heroldiana editio unius codicis deperditi instar est.*

Posteriores denique legis editores modo Heroldianum librum modo Corbeiensem codicem modo utrumque secuti, nullis vero aliis praesidiis ornati fuerunt. Ex quibus paullo accuratius disserendum est de Friderico Lindenbrogo, cuius libro: Codex legum antiquarum. Francofurti. 1613 *p.* 479—486 *inest* lex Angliorum et Werinorum *his incepta verbis:* Incipit lex Angliorum et Vuerinorum, *quippe quem adhibuisse tertium nescio quem codicem plerique viri docti arbitrati sint, e. gr.* Gaupp *Das alte Gesetz der Thüringer p.* 283, Merkel *Lex Angliorum et Werinorum p.* 4, Gengler *Grundriss der Deutschen Rechtsgeschichte p.* 162, Stobbe *Geschichte der Deutschen Rechtsquellen I. p.* 173. *Sed dubium esse omnino non potest, quin Lindenbrogus Heroldi editionem noverit et adhibuerit, unde hausisse videtur totam legis divisionem ab Heroldo confectam (v. infra p.* 106*). Adde quod utrique libro insunt iudicia Vulemari, quae non ad Thuringicam legem sed ad Frisicam referenda esse pro certo habeo, iique adeo ubique sibi consimiles sunt, ut non posses non coniicere, Lindenbrogum denuo eodem codice usum esse, cuius textum ab Heroldo descriptum manibus trivit. Scilicet eo tantum differunt, quod Lindenbrogus Heroldi titulum IV. cum tit. V, tit. VI. §.* 3 *cum §.* 4, *tit. VIII. §.* 5 *cum §.* 6, *eiusdem tit. §.* 7 *cum §.* 8 *et §.* 9 *cum §.* 10 *coniunxit, tituli VI. vero §.* 8 *et §.* 11 *ita in duas partes dissecuit, ut priora verba antecedentibus paragraphis adnecteret, tit. XI. §.* 8 *(cap.* 58*) alium in locum transiecit, multa verba per compendia scripta varium in modum scripsit, ubique paragraphi vocabulum atque cap.* 28 *usus Heroldiana glossa marginali* non *omisit, cap.* 36 *loco* de servo *false* de cervo *et cap.* 12*:* cum XII iuret *loco:* cum XI iuret *(Her., Corb.) emendavit. Quibus ex omnibus minutiis una*

2) Postquam Föringer in Bayer. Annalen 1833 p. 664, Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer (1834) p. 282, alii Fuldensem illum codicem omnes ab Heroldo editas leges amplexum esse coniecerunt, id a veritate abhorrere coarguit inprimis pater meus Friesische Rechtsquellen p. XII et Zur Lex Saxonum p. 47. 48.

3) Contrariam sententiam a Merkel Lex Angliorum et Werinorum p. 4, et Stobbe Geschichte der Deutschen Rechtsquellen I. p. 173 propositam mecum repudiaverunt de Geer in Nieuwe Bijdragen vor Regtsgeleerdheit XV. p. 183 et in Zeitschrift für Rechtsgeschichte VIII. p. 138, pater meus Zur Lex Saxonum p. 57. 409.

tantum differentia digna est quae disputetur, quod capitulum 58 *alio loco in Corbeiensi codice, alio Heroldiana in editione, alio in Lindenbrogiana legitur. Sed haec una res cum mihi sufficere non videatur, qua contraria sententia comprobetur, contendam Lindenbrogum solum librum Heroldianum secutum esse. At ipse adnotavit p.* 1337: Legem Saxonum innumeris locis ad Ms. vetustissimum auximus. Idem quoque de Angliorum et Frisonum legibus dictum velim, *et constat, ad Saxonicam legem edendam eum Spangenbergianum codicem adhibuisse (v. supra p.* 4*). Cum vero Lindenbrogum legis Frisionum textum item ad solum Heroldianum librum constituisse Legg. III. p.* 631 *demonstratum sit, liceat haesitare, an tota illorum verborum pars suprema a veritate abhorreat. Itaque Lindenbrogianum librum omnino mihi negligendum esse censeo, quod similiter mihi faciendum esset, etsi revera Heroldianum codicem manuscriptum iterum perscrutatus fuisset. Nihilo tamen minus recentiores editores aut solum Lindenbrogianum textum repetiverunt aut variis lectionibus ex Heroldiano libro collectis auxerunt, cfr.* Leibnitii *Scriptores rerum Brunsvicensium (*1707*) I. p.* 81 *sqq. (= Lindenbr.), P.* Georgisch *Corpus iuris Germanici antiqui (*1738*) p.* 445—452 *(= Lindenbrog + Herold), P.* Canciani *Barbarorum leges antiquae (*1781*) III. p.* 31 *sqq. (= Lindenbr. + Her.), aut Georgischii editionem secuti sunt, cfr.* David Franck *Alt- und Neues Mecklenburg (Leipzig* 1753*) p.* 175—182, Rössig *Commentatio ad titulos VI priores Legis Angliorum et Verinorum (Lipsiae* 1785*),* Molhuysen *in Bijdragen vor vaderlandsche Geschiedenis en Oudheidkunde III. p.* 50—55. *Denique* Ferd. Walter *Corpus iuris Germanici antiqui I. (*1824*) p.* 375—381 *subsidiis a* Spangenberg *Beiträge zu den Teutschen Rechten des Mittelalters (Halle,* 1822*) p.* 181. 182 *publici iuris factis textum quodammodo correctum imprimere fecit. Quem ad verbum fere repetiverunt* Gaupp *Das alte Gesetz der Thüringer (Breslau* 1834*) p.* 293 —413, Gengler *Grundriss der Deutschen Rechtsgeschichte (Erlangen* 1849*) p.* 166—172, *I.* de Wal *Lex Frisionum, lex Angliorum et Werinorum (Amstelodami et Lugduni-Batavorum* 1850*). Novissima tandem editio:* Lex Angliorum et Werinorum hoc est Thuringorum, herausgegeben von Ioh. Merkel (1851) *inprimis Corbeiensis codicis collationem a viro clar. Pertz autori traditam secuta est, interdum etiam Heroldi atque Lindenbrogi libros adhibuit*[4]. *Quae cum ita sint, omnes has editiones genuinum legis textum constructurus penitus negligam oportet.*

Quo autem facilius intelligantur, quae de codicis editionumque ordine dixi, liceat hanc ea perlustrantem tabulam adiicere.

Haec editio. Capitul.	*Herold. edit.* Tit. Paragraph.	*Lindenbrog. edit.* Tit.	*Cod. Corb.*
1—8.	*I—IV.*	*I—IV*, §. 1.	[*p.* 26.]
9.	*V.*	*IV*, §. 2.	
10—12.	*VI*, §. 1—3.	*V*, §. 1—3 *(init.)*.	
13.	*VI*, §. 4.	*V*, §. 3 *(fin.)*.	[*p.* 27.]
14—16.	*VI*, §. 5—7.	*V*, §. 4. §. 6 *(init.)*.	
17.	*VI*, §. 8 *(init.)*.	*V*, §. 6 *(fin.)*.	
18.	*VI*, §. 8 *(fin.)*.	*V*, §. 7.	
19—21.	*VI*, §. 9—11 *(init.)*.	*V*, §. 8.	
22—24.	*VI*, §. 11 *(fin.)* — §. 13 *(init.)*.	*V*, §. 9 — §. 11 *(init.)*.	
25.	*VI*, §. 13 *(fin.)*.	*V*, §. 11 *(fin.)*.	
	Iuditia Vulemari.	*Iudicia Vulemari.*	*Lex Thuringorum.*

4) Merkel Lex Saxonum p. 21, postquam ipse Corbeiensem codicem denuo perscrutatus est, nonnullas Thuringicae legis lectiones varias publici iuris fecit, quae fere omnes a viro clar. Pertz eaedem adnotatae sunt.

Haec editio. Capitul.	*Herold. edit.* Tit. Paragraph.	*Lindenbrog. edit.* Tit.	*Cod. Corb.*
26. 27.	*VII*, §. 1.	*VI*, §. 1.	*De Alodibus [p. 19].*
28—33.	*VII*, §. 2—7 (*init.*).	*VI*, §. 2—7.	
34.	*VII*, §. 7 (*fin.*). §. 8.	*VI*, §. 8.	
35. 36.	*VIII*, §. 1.	*VII*, §. 1.	*De furtis [p. 21].*
37—40.	*VIII*, §. 2—5.	*VII*, §. 2—5 (*init.*).	
41.	*VIII*, §. 6.	*VII*, §. 5 (*fin.*).	
42.	*VIII*, §. 7. 8.	*VII*, §. 6.	
43.	*IX*.	*VIII*.	*De incendio [p. 22].*
44.	*VIII*, §. 9.	*VII*, §. 7.	
45.	*X*.	*IX*.	
46—49 (*init.*).	*XI*, §. 1—4.	*X*, §. 1—4.	*De vi [p. 23].*
49 (*fin.*).	*XI*, §. 5.	*X*, §. 6.	
50. 51.	*XI*, §. 6. 7.	*X*, §. 7. 8.	
52.	*XII*.	*XI*.	
53—56.	*XIII*—*XVI*.	*XII*—*XV*.	*De minoribus causis [p. 24].*
57.	*XI*, §. 9.	*X*, §. 9.	
58.	*XI*, §. 8.	*X*, §. 5.	
59—61.	*XVII*—*XVIII*, §. 2.	*XVI*—*XVII*, §. 2.	

Thuringicae igitur legis textus cum secundum codicem Corbeiensem atque Heroldianam editionem constituendus sit, alter vero ab altero magnopere discedat, dicam oportet, quas sequi rationes mihi proposuerim. Nihil quidem dubito, quin Heroldianam titulorum paragraphorumque divisionem ab ipsa lege alienam atque ab Heroldo inventam habeam. Dilucide enim res a patre meo Zur Lex *Saxonum p.* 52. 53 *de omnibus Saxonicae legis titulis et de iis Thuringicae, quibus numeros I, II, III, VI, XVII, XVIII imposuit (cfr. supra p.* 7), *demonstrata mihi esse videatur. Idemque potuisset dicere de inscriptionibus tit. IV:* De fractura ossium *atque tit. V:* De ossis fractura in libero; *illam enim spuriam esse, demonstrat pluralis numerus* ossium *(cfr. supra p.* 48 *not.* 7, *infra ad cap.* 8 *adnotata), hanc nemo scripsisset, nisi qui priorem novisset. Similiter tituli XIV. inscriptio* De potestate testandi *toti huic capitulo* 54 *falsum, nisi animus me fallit, subiicit sensum; eius enim regula, si esset de testamentis, a toto iure hereditario coaevo discederet; quam ob causam opinor Heroldum eo parum intellecto falsa cap.* 54 *praemisisse verba. Itaque non errare mihi videor, cum ceteras quoque sola in Heroldiana editione nobis traditas inscriptiones, scilicet cap.* 45: De liberto occiso, *c.* 52: Si quadrupes damnum fecerit, *c.* 55: De veneficiis, *c.* 57: De campo, *etsi a legis genere dicendi non omnino recedant, tamquam spurias reiiciam. Adde quod genuinis inscriptionibus Heroldus passim maiorem capitulorum numerum subiunxit, quam quae complecti voluerint; neque enim cap.* 40—42 *sunt* de furtis, *neque cap.* 48—51, 57 de vi, *id est de raptu vel stupro, ut censeas, parum perspecta horum vocabulorum vi titulos ab illo esse compositos. Quae omnia postquam eiecimus, nondum tamen genuinum legis textum, qualem Heroldianus codex praebuerit, manibus terimus. Iudiciis enim Vulemari merum ius Frisicum inesse ideoque a lege Thuringica ea segreganda, Frisicae autem adiungenda esse, dilucide comprobavisse mihi videntur* **Wilda** *Strafrecht der Germanen p.* 746. 105. 308 *et pater meus Legg. III. p.* 655. 698—700, *ut nihil iam dicere possem nisi allata argumenta repetere, quod supervacaneum duco*[5]. *Immo contendam, imperite*

5) Itaque consenserunt Hinschius in v. Sybel Historische Zeitschrift XI. (1864) p. 416, de Geer in Zeitschrift für Rechtsgeschichte VIII. p. 139. 149.

Heroldum folia codicis a se perspecti falsum in ordinem redegisse. Si denique **Wigand** *in Archiv für ältere Deutsche Geschichtskunde IV. p.* 346—349 *et Femgericht Westfalens (Hamm* 1825*) p.* 47 *capitula* 26—61 *appendices esse legis Saxonicae, atque sola cap. priora* 25 *Thuringica esse putat, ei accedere omnino non possum. Neque enim consonant cum Saxonico iure ullius temporis praecepta legis Thuringicae c.* 37, 38, 46—49, *ceterorum (cfr. quae infra adnotavi), et in una Thuringica lege eiusque utraque in parte, ut alia praemittam, homo nobilis dictus est adalingus (cfr. infra not.* 3 *ad cap.* 1.*), et hominum liberorum nobiliumque weregeldum c.* 46—49 *idem est quod cap.* 1. 2, *aliud Saxonica in lege. Quo factum est, ut exceptis* **Wigand** *l. l. et* **de Geer** *in Zeitschrift für Rechtsgeschichte VIII. p.* 140 *nemo rem in dubio reliquerit. Itaque omnia* 61 *capitula, quae et in Corbeiensi codice et Heroldiana in editione leguntur, eaque sola insuper titulorum inscriptionibus eiectis, quoad solas Heroldianus liber memoriae prodidit, genuinum legis textum habeo. Ceterum ad singulas eligendas lectiones maioris momenti esse Corbeiensem codicem dico, quia saepius speciem veritatis praebent, cfr. c.* 37 *loco:* sonesti *Corb.:* son est, *Her.:* son, *c.* 34. sive matris parte *(Her.) loco:* sive de matris parte *(Corb.), c.* 35. commotionis mulctam *(Her.) loco:* in commotionis multam *(Corb.). Quamvis igitur concedam, cap.* 55. *verba* ad vomeres *sola ex editione saepe laudata perspici posse (Corb.:* cccl*!), ibique rectius scriptum esse c.* 51*:* casu quolibet *loco:* casu quodlibet *(Corb.), atque censeam, ad utrumque textum perpetuo rationem adhibendam esse, malim plerumque Corbeiensem codicem eiusque capitulorum ordinem sequi, excepto eo, quod capitula* 26—61 *capitulis* 1—25 *ad exemplar Heroldianae editionis postponam. Quae ut faciam, id me movet, quod fere omnes leges consimiles, quae sunt praecepta de homicidiis atque de vulneribus, ceteris edictis praemittunt.*

II. Haec 61 *capitulorum lex, quam genuinam habeo, regioni alicui lata est, quam praeter servos duo tandem nobilium ingenuorumque ordines incolebant; litos enim cum lex praetereat, ibi fuisse negem, praesertim cum et aequales leges constituendis in weregeldorum positionibus eorum ubique mentionem faciant, et cap.* 45, *si litorum aldiorumve status exstitisset, hoc verbo usus fuisset loco* servi a domino per manumissionem libertate donati[6]. *Porro nobilium ordo, ubicumque Germani terram aliquam ad tempus a Romanis occupatam tenuerunt, exstare desiit; inprimis igitur apud omnes Francorum nationes tantopere omnia eorum vestigia exstincta fuerunt, ut hodie viri docti dubitent, an umquam ibi floruerint; similiter meridionalium Germanorum leges nobilitatem haud numerosam atque labefactam ostendunt. Itaque ex legibus, quas abusive dicunt barbarorum, praeter eam, de qua agimus, sola Saxonica atque Frisica magnum ei attribuunt momentum*[7]. *De litis vero leges Saxonum, Frisionum, Francorum et Salicorum et Ribuariorum et Chamavorum, Alamannorum, Baiuwariorum, Langobardorum partim breviora partim fusiora praecepta edunt, quos vario nomine modo litos modo aldios modo homines vel regios vel ecclesiasticos vel tributarios dicunt*[8]. *Quae cum ita sint, apparet*

6) Quos quidem ubique a litis discernere nos iubet Waitz Verfassungsgeschiche IV. p. 298. Ceterum weregeldum ab auctore Thuringicae legis libertis tributum dimidium est hominum ingenuorum, sicut litorum solet esse (cfr. infra ad c. 45 adnotata).

7) Idem sensisse videtur H. Müller Der lex salica und der lex Angliorum et Werinorum Alter und Heimath (1840) p. 111: *Der Adelingus,* inquit, *ohnedies ein fremdes Element in der lex Thuringorum.*

8) Quem ad modum varius his in legibus litorum status sit, cum huius praefationis non sit discutere, liceat laudare Walter Deutsche Rechtsgeschichte (ed. 2. 1857) II. §. 419—422.

legem Thuringorum ius continere regionis alicuius numquam a Romanis possessae, neque ullius populi paullo antea commemorati fuisse, ut contendam praeter Thuringiam ne ullum quidem in Germania exstare tractum, ubi lex valere potuerit. Adde quod ibidem nobiles homines vixisse constat (vide infra ad cap. 1 *not.* 3 *adnotata), liti vero defuisse putandi sunt. Postea enim ipsa in Thuringia litorum mentio non fit, atque in ea olim a Thuringis postea a Saxonibus habitata regione, quae anno* 534 *p. Chr. n. (v. infra p.* 112*) Saxonum in ditionem redacta Nordthuringia appellabatur, tunc demum litorum ordo natus esse narratur*[9]. *Neque minoris id existimo quod Thuringicae legis in capitulis* 31. 32. 38 *institutiones commemorantur, quas nostrates dicunt* Gerade *et* Heergeräthe. *Constat enim eas saeculis posterioribus per Saxoniam, Thuringiam, Frisiam, easque regiones, quae Saxonicum ius receperint, in usu fuisse, nusquam vero in Francia, Alamannia, Baiuwaria (cfr. quae infra ad laudata capitula adnotavi), nonum vero ad saeculum sola in lege Thuringorum reperiri*[10]. *Quae cum ita sint, nusquam potuisse laudata legis Thuringicae capitula valere nisi in Saxonia aut in Frisia aut in Thuringia. Neque aliud comprobat monetarum ista in lege commemoratarum usus: frustra requiras denarium, quorum prius apud Francos* 40 *solidum aureum, postea* 12 *solidum argenteum confecerunt, frustra saigam aliosque nummos Baiuwariorum Alamannorumque in legibus usitatos: solum invenias praeter solidum tremissem id est tertiam solidi particulam, ut Thuringica cum lege sola Saxonica atque ea, quae media in Frisia valuerat, hac in re consentiant*[11], *orientalis vero occidentalisque Frisia adhuc alio monetarum genere usa sit*[12]. *Quod denique ad probandi regulas Thuringica in lege proclamatas attinet, liceat pauca dicere de consacramentalium numero diversis a populis postulato. Lex quidem Ribuaria pro qualitate facinoris, cuius se quisque innocentem esse probaturus sit, vel* 6 *vel* 12 *vel* 36 *vel* 72 *homines simul iurare iubet (cfr. l. Rib. II—V, VIII, XVII,* 2*; VI, VII, IX,*

9) Widukind. Corb. Gest. Sax. I. c. 14: *Saxones ... reliquias pulsae gentis* (i. e. Thuringorum) *tributis condemnavere: unde usque hodie gens Saxonum triformi genere ac lege dividitur,* Script. III. p. 421. Specul. Saxonic. III, 44. §. 2. 3: *do lieten sie* (Saxones) *die bure* (Nordthuringiae incolas) *ungeslagen, unde bestadeden in den acker to alsogedaneme rechte, als in noch die late hebbet; dar af quamen die late.* Albert. Stad.: *Inde litones in provincia Saxonum sunt vocati,* Script. XVI. p. 311.

10) I. Grimm Rechtsalterthümer p. 567: *Wie sich nun,* inquit, *der Ausdruck râde als Besonderheit der Sächsisch-Thüringischen Sprache* (quo quidem vocabulo Burgundiones quoque et Alamanni usi sunt, v. infra) *darstellt, weisen auch die Beschreibung beider, des Heergewättes und der Gerade immer auf Sachsen und Westphalen, selten auf Friesland, kaum auf Thüringen.* Atque suo iure contendit Schröder, postquam de iure librorum Deutschspiegel et Schwabenspiegel dictorum verba fecit, Geschichte des ehelichen Güterrechts in Deutschland II, 1. p. 160. 161: *Hier sind wir vollständig in die Welt des Sachsenspiegels versetzt: wir haben den Musstheil, das Heergewäte und den dazu gehörigen Heerpfühl, die Morgengabe und die Gerade. Die Abweichungen sind gering .... So bleibt nichts übrig, als alle diese Stellen einfach zu streichen, und sich an die mit ihnen im Widerspruch befindlichen zu halten, nach welchen bei unbeerbter Ehe die ganze Fahrhabe der Witwe zufällt.*

11) De Frisicis monetis cfr. Legg. III. p. 650, de Saxonicis cfr. v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 26—47. 358—371.

12) Tremissem Thuringicum tertiam fuisse solidi partem, infra exponere studeam. Cfr. fragm. cod. Grac. exeunte saeculo XII. exaratum: *Secundum legem Francorum et Alamannorum et Saxonum et Duringorum et Linbarinorum 3 denarios valet saiga, 4 denarios tremissa, 4 saige solidum faciunt,* Legg. III. p. 132 not. 24. — Econtra H. Müller Der lex Salica und l. Angl. et Werin. Alter p. 115—118 contendit, Thuringicae legis usum nummorum omnino consentire cum moribus Francorum: *es bedarf,* inquit, *nur eines Blickes in die lex Saxonum, damit man sehe, wie wesentlich sie abweicht.* Quod ut demonstret, Thuringicum solidum olim 40 denariorum fuisse fingit atque miram quandam recapitulationem, ut ita dicam, legis Thuringicae conficit, secundum quam plerique ibi commemorati numeri multiplicando modo *kleine chunna, d. i. zu tiantig,* modo *grosse chunna, d. i. zu twalftig,* effecti fuerint. Sed quae iste talem in modum componit, omnia neque Thuringica in lege invenio neque constitutionibus legis Salicae Ribuariaeve consimilia sunt. Ceterum rem numismaticam Francorum Thuringicae legis auctorem imitatum esse, iam proposuit Rössig Commentatio ad leg. Angl. et Werin. p. 5, nullis vero rationibus sententiam a se prolatam confirmaturus est.

X; XIV, 1, XVIII, 2; XI, 2, XII, 1, XV--XVIII), lex Saxonum (v. supra p. 48 *not.* 6) *et leges Langobardorum (v. Legg. IV. p.* 673 *s. v. iurator)* 1, 3, 6, 12; *leges Alamannorum (cfr. Hloth. c.* 92. *Legg. III. p.* 78; *Karol. VI. ibid. p.* 131; *pact. II. leg.* 39 *l. l. p.* 36) *et Baiuwariorum (I,* 3, 6. *Legg. III. p.* 271, 273) 5 1, 3, 6, 12 *interdum* 24, *lex Frisionum (v. gr. I,* 1—8, 11, 16) 1, 3, 5, 7, 11, 17, 23, 48. *Leges autem Francorum Salicorum Chamavorumque et Burgundionum cum perraro iusiurandum commemorent (nullius nisi* sua manu duodecima *dati mentionem faciunt), liceat praeterire atque contendere, legem Thuringorum, quae reum aut solum aut cum quinque aut cum undecim consacra-* 10 *mentalibus pro qualitate facti iurare iubeat (cfr. adnotata ad cap.* 2 *not.* 7, *cap.* 3 *not.* 11), *proxime accedere ad ius Saxonicum atque Langobardicum. Postea vero Saxones ceterarum gentium exemplum imitati consacramentalium numerum valde adauxerunt, cfr. e. gr. Speculum Saxonicum I,* 6. *§.* 2 (mit tven unde seventich mannen), *ius territoriale Dithmarsicum; Thuringos autem anti-* 15 *quum modum etiam multo postea retinuisse*[13], *nonnulla nos docent exempla*[14].

Quae disputavi, coarguere mihi videntur gentis alicuius fuisse quam editurus sum legem, quae terram a Romanis numquam occupatam incoluerit, iure autem a Francico prorsus alieno Saxonicique simillimo usa sit. Sed complures viri docti summam esse cognationem Thuringicae legis cum iis, quae Francorum 20 *ius nobis rettulerint, exposuerunt*[15]. *Neque omnino id negare audeam. Liceat igitur singula examinare. Primum quidem maximi momenti* Gaupp *Das alte Gesetz der Thüringer p.* 246, *H.* Müller *Der lex salica u. d. l. Angl. et Werinor. Alter p.* 108, Stobbe *Geschichte der Deutschen Rechtsquellen I. p.* 175 *id esse voluerunt, quod ingenui hominis weregeldum idem est ducentorum solidorum ex* 25 *legibus Thuringorum et Francorum Salicorum, Ribuariorum Chamavorumque. Sed inhaerent legi, de qua disputamus, vestigia nonnulla temporis prioris, quo liberi hominis weregeldum* 160 *solidorum (maiorum* = 240 *solidorum minorum) fuit*[16], *ut sine ulla dubitatione contendam, prius weregeldum Saxonico Frisicoque consimile ad exemplar constitutionum Francicarum in Thuringia non omnino* 30 *quidem submotum, sed commutatum fuisse eiusque in locum successisse Francicum weregeldum. Neque fefellisse mihi videtur opinio v. d.* Wilda *Strafrecht der Germanen p.* 105, *cum exposuerit, dinoscendam ad nationum affinitatem weregeldorum summa multo maioris momenti esse aequam mulctarum minimarum magnitudinem, quae Thuringica in lege a more Francorum Saxo-* 35 *numque discedit soloque cum iure antiquissimo Langobardorum consentit*[17]. *Ex quo colligi potest, homines istos, quibus lex Thuringorum ius condiderit, neque Francos neque Saxones neque Frisiones neque Burgundiones neque Baiuwarios neque Alamannos fuisse, propius autem ad Langobardos, Saxones, Frisionesque quam ad reliquos accessisse, quodammodo vero antiquum eorum* 40 *ius ad exemplar legum Francicarum iam commutatum fuisse, quia fortasse*

13) Errore ductus proposuit Rössig l. l. p. 5, Thuringicos consacramentales secundum usum Francorum institutos esse; tota enim floruerunt Germania. 14) Singula infra adnotem ad cap. 2. 3. 44. 15) Ter- 45 tiam aliquam opinionem comprobaturus ait P. Hachenberg Germania media (ed. 3. 1709) p. 53: *tota fere* (lex Thuringorum) *ad genium Alemannicae legis composita est.* Qui cum nullas rationes attulerit, liceat negare huic sententiae ullas subesse. Quam- 50 vis enim Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer p. 377 dicat: *In seiner Fassung hat der IX. Titel* (i. e. leg. Thur. c. 45) *viel Aehnlichkeit mit l. Alam.* (Karol.) *XVII.*, eique Wilda Strafrecht p. 105 accedat, nequaquam tamen ex mea sententia haec similitudo tanta est, quanta utriusque legis specialis cognatio demonstretur. Neque possum cum Gaupp l. l. cap. 45 spurium ducere; cfr. infra ad cap. 45 adnotata. 16) Quae supra brevi stylo attigi, infra ad cap. 1. 2. 45. 49. exponere studeo. 17) Cfr. Wilda Strafrecht p. 357—365. 18) Quod Gaupp l. l. p. 249 et H. Müller l. l. p. 108 dicunt, iisdem mulctis complura vulnera a Francis Thuringisque esse compo-

eorum ditioni subacti fuerunt[19]. *Porro iis in legis Thuringicae capitulis, quae sunt de iure hereditario, similiter ipsae regulae cum Francico iure nequaquam consentiunt, usus tamen vocabuli* alodis[20] *atque constitutio c.* 34, *quae* ad quintam generationem *respicit (cfr. leg. Ribuar. LVI, infra ad cap.* 34 *adnotata) Francorum dicendi genus in memoriam revocant. Etiam notabilius quoddam signum autoritatis Francorum inest cap.* 37. 38, *quae fortasse ex deperdita aliqua lege Francorum in Thuringicam irrepsisse suspicareris, nisi eidem cap.* 38 *alia inessent, quae apud Francos nusquam legitima fuerunt*[21].

Neque aliud totius legis inscriptiones nos docent. Iam supra commemoravi, Heroldiana in editione ei praemissa esse verba: Lex Angliorum et Vuerinorum, hoc est Thuringorum, *Corbeiensi autem in libro mediae legi inserta esse:* Lex Thuringorum. *Utra inscriptio genuina fuerit, viri docti valde disputaverunt. Ex quibus de* **Westphalen** *Monumenta inedita (*1739*) I. p.* 101, **Rössig** *Commentatio ad leg. Angl. et Werin. (*1785*) p.* 8, *v.* **Wersebe** *Völker und Völkerbündnisse (*1826*) p.* 219, **Biener** *Commentarii de origine et progressu legum (*1787*) p.* 89 *vocabula* hoc est Thuringorum *postea adiecta uncinisque iccirco includenda esse proposuerunt;* lex enim ipsa, *ait Biener l. l.*, talem inscriptionem habere non potuit; quae enim gens duplex nomen, peregrinum et proprium, legi addet, istud ut per hoc explicetur? *Sed Corbeiensi in codice, id quod illi ignoraverunt, leguntur verba* lex Thuringorum, *ut necesse esset coniicere, iam saeculo decimo diversis in codicibus Thuringorum vocem ceteris additam, atque reliqua in uno, scilicet Corbeiensi, omissa fuisse. Equidem neque hoc verisimile habeo neque censere possum, tunc scivisse librarios, qui fuerint Anglii Werinique. Neque tamen melioribus rationibus ductus* **Moller** *Isagoge ad historiam cherson. Cimbr. I. (*1691*) p.* 260 Angliorum et Werinorum nomen ab imperita manu irrepsisse suspicatur. *Quonam tandem modo fieri potuisset, ut posterioribus saeculis Thuringorum cum nomine clarissimo obscura paene Angliorum et Werinorum coniungerentur? Nihil igitur dubitem, quin ab initio legis fuerit titulus:* lex Angliorum et Werinorum, hoc est Thuringorum[22]. *Sin vero quaeras,*

sita, id parvi pendam. Nempe ceteris quoque in legibus Germanicis eaedem laesiones saepissime eadem compositione solvuntur (v. notulas ad cap. 4—18). Omni vero ratione egere mihi videntur, quae idem H. Müller p. 110 de Frisica verbi *rhedo* forma disputavit; orthographicas regulas veras neque Saxonicus codicis Corbeiensis scriptor exeunte saeculo X (cfr. *rhē do*) neque Heroldiani codicis auctor (cfr. *son*) Germanicis in verbis scribendis parum intellectis retinuisse putandus est. Iis denique, quae de fideiussione universali atque contuberniis Gaupp l. l. p. 257 fabulatur, iamiam supervacaneum habeo aliquid opponere.

19) Et concentum et dissensum harum legum singulatim ad cap. 26—34 adnotaturus sum.

20) Grimm Rechtsalterthümer p. 493: *Das Wort verbreitete sich aus den Fränkischen Gesetzen in das Thüringische, Bairische und Alamannische Urkunden, welche daher d nicht mit t vertauschten.* Cfr. l. Alam. Lantfr. LIII, Karol. XLIV, Legg. III. p. 104. 146, et infra ad cap. 26 adnotata.

21) Lex Thur. c. 37. 38: *Qui* **scrofas** *sex cum verre, quod dicunt* **sonest**, *furatus est, in triplum conponat, et* **delaturam** *solidos VII, et in freda totidem. Qui ornamenta muliebria, quod* **rhedo** *dicunt, furto abstulerit, in triplum conponat,* **delaturam** *XII solidos et in freda similiter.* Cfr. supra p. 13 not. 10, infra ad cap. 37. 38 adnotata.

22) Quodammodo totius inscriptionis pars *lex Thuringorum* confirmari videtur verbis *secundum legem Duringorum*, quae ex fragmento quodam p. 108 not. 12 excerpta sunt. Nihil autem effici cogive potest ex saepe laudata constitutione Canuti regis de foresta c. 33: *Quod si (canes rabidi) intra septa forestae reperiantur, exquiratur herus et emendet secundum pretium hominis mediocris, quod* **secundum legem Werinorum** *i. e.* **Churingorum** *est ducentorum solidorum*, Schmid Gesetze der Angelsachsen (ed. 2. 1858) p. 320. Etsi enim coniecturae ab editore propositae *(Thuringorum* loco: *Churingorum)* dubii nihil inest, atque revera ipsius legis Thur. capitulum 2 ab illius praecepti scriptore laudatum esse videtur, aut tota illa constitutio, cuius notitiam Spelmannii Glossarium archaeologicum p. 240 solum retinuit, spuria aut certe interpolata est, ut coniicias oporteat, verba *secundum legem Werinorum i. e. Thuringorum* typis iam impresso Heroldiano libro originem sumpsisse. Cfr. Lappenberg Geschichte von England I. p. 95. 201; Schaumann in Göttinger gelehrte Anzeigen 1841 p. 212; K. Maurer in Kritische Ueberschau II. p. 410; Zöpfl Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte II, 1 (ed. 2. 1846) p. 41; Stobbe Geschichte der Deutschen Rechtsquellen I. p. 179; v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 410.

unde orta sit mira illa coniunctio, rem nullo modo interpretari possum nisi dicendo, non toti Thuringiae illam legem datam esse sed parti tantum cuidam a duobus populis Thuringicis Angliorum et Werinorum incultae, haec vero nomina legis conceptae tempore non nimis fuisse nota, ut explanandae rei causa adiectum sit: hoc est Thuringorum[23]. *Adde quod ius hereditarium hac lege promulgatum tantopere ab eo, quod in Nordthuringia postea valuisse Speculum Saxonicum nos docet, discedit (v. notulas ad cap.* 26—34*), ut lex Thuringorum in ea solum regione, quam posteriores dixerunt Sudthuringiam*[24], *legis vigorem habuisse putanda sit. Sed ne hac quidem tota terra*[25] *eam legitimam fuisse arbitror, immo iis tantum in regionibus, quas Anglii et Werini tenuerunt. Liceat igitur perscrutari, quas sedes uterque populus habuerit. Quod quidem ad Anglios Thuringicos attinet, non dubitem, quin plerisque*[26] *cum viris doctis, qui legem, de qua agimus, Thuringicam duxerunt, contendam, eos Engilin in pago Thuringico habitavisse, cuius situm haec nobis demonstrant documenta: dipl. a.* 802*:* in pago Englide in villa, quae dicitur Collide *(hodie Coelleda), Wenck Hessische Landesgeschichte II. Urkundenb. p.* 18*; dipl. a.* 932 *(spur.?):* in pago Engilin in comitatu Meginwardi comitis, *Dronke Codex diplomat. Fuldens. p.* 314*; dipl. a.* 957*:* in loco Hohflurun nominato in pago Engeli, in confinio Schidinga *(hodie Scheidungen)* marcha, *Gerken Cod. dipl. Brandenburg. I. p.* 23*; dipl. a.* 1200*:* bona in Rinthse sita in Engilde, *Michelsen Cod. Thuringiae diplomat. (Iena* 1854*) p.* 14*;* in regione vero Turingorum in pago Engli villam Geurichesleiba, *Dronke Cod. Fuld. p.* 43*;* in provincia thuringorum in pago Engleheim in villa Bichelinge, *Dronke Tradit. et antiq. Fuld. p.* 99 *c.* 64*;* in Engliden, Furare, item Furare *(hodie: Gross- et Klein-Furra), Schannat Tradit. Fuld. p.* 33. 234. 292. 302*;* Triburi *(hodie: Trebra)* in pago Engilin, *Dronke Tradit. et antiq. Fuld. p.* 231. *A Werinis tandem Thuringicis cum nequeam cum Eckhart Commentarii de reb. Franciae oriental.* (1729) *I. p.* 40, *Sachse Handbuch des Sächsischen Privatrechts (Weimar* 1824*), aliis coniicere Weringewe*[27] *pagum prope Würzburg urbem situm, quem ipsi Thuringi certe numquam*

23) Pater meus Zur Lex Saxonum p. 409 proponit, primo dictam fuisse legem Angliorum et Werinorum, paullo postea verba *hoc est Thuringorum* a librario adiecta, a Corbeiensis autem codicis scriptore genuina denique verba omnino reiecta esse.

24) Cfr. Dronke Trad. Fuld. c. 41, 20 p. 96; dipl. a. 1063 v. Heinemann Albrecht der Bär p. 441, dipl. a. 1147 ibid. p. 458; Speculi Saxonici III, 44 §. 2 glossam: *de nortdoringe de sint nicht doringe, de ut der lantgreveschap tu doringen geboren sin, wen dat sin Sassen,* Homeyer Sachsenspiegel I. (ed. 3) p. 338; infra not. 26. — Sudthuringiae autem vocabulum usurpat exempli gratia dipl. Ludowici a. 877 Ian. 6: *in villa quae dicitur Tennstedi et in villa, quae dicitur Herike, in pago qui dicitur Sudthuringia in comitatu Ottonis,* Orig. Guelf. IV. p. 377; dipl. a. 946 Leibnitii Script. rer. Brunsvic. II. p. 375.

25) Per totam Thuringiam atque Nordthuringiam legem Thuringorum viguisse proponit v. Ledebur in Archiv f. d. Geschichtsk. d. Preuss. Staates XIII. (1834) p. 77. Sed cum neque Anglios *jenen von der Elbe ost- und nordwärts bespülten Winkel, den die Altmark einnimmt,* tenuisse, neque Werinorum patriam fuisse Weringewe pagum prope Würzburg oppidum situm demonstrare potuerit (v. infra not. 26. 27), accedere eius opinioni nequeo.

26) L. v. Ledebur in Archiv etc. p. 77 et in libro suo Nordthüringen und die Hermunduren oder Thüringer (1842) p. 33 sqq. coarguere studet, Anglios in regione, quam nostrates dicunt Altmark, sedes habuisse. Equidem nego, Romanos auctores id nos docere (v. infra). Sed licet concedamus, saeculo I. vel II. p. Chr. n. ibi Anglios Thuringicos habitavisse, supervacaneum tamen dico fusius demonstrare, eo tempore quo lex Thuringorum concepta sit, sive ea saeculo V. sive VIII. sive XII. attribuenda sit, prope Tangermünde Thuringos coluisse, praesertim cum Nordthuringiae a. 534 a Saxonibus occupatae (v. infra) fines multo minus ad septemtrionem spectavisse, eamque inter reliquam Saxoniam et Thuringiam interiacuisse constet. Neque istius sententiam id mihi confirmare videtur, quod Tangermünde urbs etiam Angermünde dicta, neque procul inde villa aliqua, cuius nomen Angern est, sita fuit. Iisdem enim argumentis uti posses, si contendere velles Angros Saxonicos ibi habitavisse.

27) Weringewe, Weringewa, Weringawe, Werangewe, Werngowa pagus, qui a Wera parvulo fluvio Moeno influente nomen duxisse videtur, exempli gratia has villas amplectebatur: Altdorf, Binsfeld, Buchold, Fladungen, Gau-Aschbach, Gessenheim, Gresthal, Halsheim, Heslar, Heu-Grumbach, Muedesheim,

incoluerunt, nomen hausisse, bene proposuisse mihi videntur v. **Ledebur** *in Archiv f. Geschichtsk. d. Preuss. Staats XIII. p.* 78, *idem Nordthüringen und die Hermunduren (*1842*) p.* 33, *v.* **Richthofen** *Zur Lex Saxonum p.* 411, *qui Werinofeld id est Werinorum campum perraro laudatum inde nominatum esse censerent. Scilicet chronicon Moissiacense a.* 808 *narrat:* tertium exercitum transmisit *(Karolus imperator Bohemiam invasurus)* super Hwerenofelda[28] et Demelchion, *Script. I. p.* 307, *idemque a.* 809*:* Karolus imperator misit filium suum Karolum regem super Duringa ad locum qui vocatur Walada, ibique habuit conventum magnum; et inde misit scaras suas ultra Albiam, ipse vero movit exercitum suum ultra Sala super Hwerenaveldo, *ibid. p.* 308. *Affinis igitur fuit haec Werinorum regio Daleminceis*[29], *qui prope Misniam oppidum sedes tenuerunt, atque interiacuit inter Waladam*[30] *villam (Wallhausen?) et Salam flumen. Werinofeld*[31] *igitur i. e. Werinorum regio Thuringicos nonnullos pagos amplexa est, quos certe nominari tenuitas rerum memoriae traditarum vetat, Helmgawe, ut opinor, et Engilin (?). Quae cum ita sint, Thuringi qui Anglii et Werini dici potuerunt, eam tantum Thuringiae partem tenuerunt, quae proxime ad orientem spectabat atque ad Slavos Saxonesque accedebat, ut de qua agimus lex Westergewe, Lupentia, Onfelt, Ahegewe, Altgewe, Nabelgowe Thuringicis in pagis*[32] *valuisse non videatur.*

Sed nescio an quis concedat, Werinofeld a Werinis, Engilin pagum ab Angliis nomen sumpsisse, nisi demonstrari potest, utramque gentem Thuringicam fuisse atque iisdem fere in regionibus sedes habuisse.

Ipsa quidem Thuringia olim multo magis quam hodie et ad septemtrionem et ad occidentem et ad meridiem vergebat, ut orientalem tantum finem Sala flumen[33] *semper fecisse putanda sit. Quamquam enim Hermundurorum, qui breviore nomine postea Thuringi dicebantur*[34], *patriam Werra et Albi (= Sala?) fluminibus atque montibus, quos nostrates Harz silvamque Thuringicam dicunt,*

Obersfeld, Ostheim, Sundheim, Stetten, Thüngen; arg.: Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 21. 43. 53. 118. 130. 148. 149. 166. 173. 175. 177. 248. 270; Schultes Directorium diplomaticum I. p. 8. 14. 21. 86. Ceterum *Weringewi pagus orientalium Francorum* (v. dipl. a. 889 et a. 932, Mon. Boica XXVIII. p. 98. 161) interdum ad Grabfeld addictus est. Cfr. v. Ledebur in Archiv etc. XIII. p. 84.

28) Pertzius l. l. has lectiones varias adnotat: *Hwernofelda, Werinefelda.*

29) Deleminсion patriam fuisse Daleminсorum sive Glomazorum, nationis Slavicae, eiusque fuisse villas, quas nostri Meissen, Gana, Strehla, Boritz, Zehren, Zadel, Mügeln, Schrabitz, Döbeln, Mochau dicunt, ostendit W. v. Raumer Histor. Charten u. Stammtafeln I. (1837) p. 2, 23. A Sala autem fluvio aliis quibusdam nationibus Slavicis dirempti erant, quae inter Mildam Salamque flumina habitaverunt.

30) v. Ledebur in Archiv f. Preuss. Geschichtsk. VII. p. 39, W. v. Raumer Charten und Stammtafeln I. p. 10 proposuerunt, sub Waladae vocabulo hodiernum vicum Waldau prope ad Bernburg urbem situm intelligendum esse. Qui cum Sala fluvio paene alluatur, ut regio aliqua inter Salam et Waldau interposita commemorari vix possit, malim cum Knochenhauer Geschichte Thüringens in der Karoling. u. Sächs. Zeit (1863) p. 14 coniicere, Waladam dictam fuisse villam, quam posteriores Valeshusun, nostrates Wallhausen appellant. Quam in confinio Saxoniae et Thuringiae sitam, ut ipsa *fovea quae est iuxta Valeshusun* (Thietmar. Merseburg. Script. III. p. 749) vel Sachsengraben finem confecerit, atque Helmgowe pago addictam fuisse (cfr. dipl. a. 985 Schultes Dir. dipl. I. p. 414) omnino constat. — Cfr. dipl. a. 979: Wenck Hess. Landesgesch. II. Urkb. Nr. 35. dipl. a. 933. Schultes Dipl. director. I, p. 55. — Ceterum Förstemann Neue Mittheilungen aus dem Gebiete histor. antiq. Forschungen I, 1 (1834) p. 15 adnotat, usque ad bellum triginta annorum inter Cölleda oppidum atque Gross-Neuhausen vicum sitam fuisse Wellendorf villam.

31) Sicut Werinofeld ita Frisene-felde (cfr. v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 412) et Grabfeld (cfr. Genssler Das Grabfeld) et Meineveld non singularem pagum sed tractum quendam significant.

32) Omnibus his de pagis conferas, ut alios praeteream, inprimis Dronke Traditiones et antiquitates Fuldens. (1844) p. 230. 231, W. v. Raumer Charten und Stammtafeln I. sparsim, v. Wersebe Vertheilung Thüringens passim, v. Ledebur Nordthüringen und die Hermunduren.

33) Ex. gr. Einhart. V. Karol. c. 15: *Salam fluvium qui Thuringos et Sorabos dividit;* Poeta Saxo II. v. 38 sqq.

34) Haec coarguisse mihi videntur inprimis Zeuss Die Deutschen u. die Nachbarstämme (1837) p. 102—105. 367—373, I. Grimm Geschichte der Deutschen Sprache II. p. 597, Wislicenus Die Geschichte der Elbgermanen (1868) p. 13 sq. Diligentissime autem virorum doctorum et consentientium et obloquentium opiniones collegit Ad. Gloël De origine Thuringorum (Halis 1862) p. 1 sq., suam vero sententiam, ex qua Thuringi a Thervingis orti sint, comprobare non potuit.

circumscriptam fuisse Romani scriptores referunt[35], *attamen Thuringorum nomen inde ab eo tempore, quo primum commemoratur, complures gentes circumiectas complexum est, ut Waitz Deutsche Verfassungsgeschichte II. p.* 13 *coniiceret, migrationis magnae Germanicae tempore omnes nationes Herminonum Suevicorum hac una appellatione dictas fuisse*[36]. *Quamvis enim Saxones medio aevo fabulose enarrarent, olim a se egressis ex navibus Thuringos ex regione, quae Hadeln dicitur, repulsos esse*[37], *nihil tamen dubito, quin ineunte adhuc saeculo VI. Ora flumen utriusque gentis finis atque Nordthuringia*[38] *cum Suevia*[39] *pago Thuringiae pars fuerit, atque ab anno* 534 *tandem Unstrut fluvius terminus redditus sit. Porro iam tunc ut postea fuisse videtur* separatio Saxoniae et Thuringiae versus montana que dicuntur Hart[40]. *Ad occidentem vero aut Thuringorum aut populorum iis subiectorum vicini semper Franci videntur fuisse, termini autem saepius commutati sunt. Saeculo quidem nono et undecimo cum Werra*[41] *flumen eos a Francis, qui Grabfeld et Hessi pagum tenuerunt, dirimeret, a Procopio atque Geographo Ravennate*[42] *iam Thuringia affinis dicitur Franciae Rhenensi; similiter fabulae, quas refert Gregorius Turonensis de migratione Francorum per Thuringiam*[43], *de fuga Childerici regis Francorum ad Basinum regem Thuringorum*[44], *atque perpetua utriusque gentis bella*[45] *demonstrant,*

35) Cfr. Tac. Germ. c. 41; Strabo Geogr. VII, 1; Velleius Paterculus II, 106; Dion. Cass. fragment. a Morellio edita p. 32; Ptolomaei geograph. (Τευριοχαῖμαι); Zeuss l. l. p. 103; Wislicenus l. l. p. 15.

36) Cfr. Rettberg Kirchengeschichte Deutschlands II. p. 370. 286; Waitz Verfassungsgeschichte II. p. 55, III. p. 90; Knochenhauer Thüringen in der karoling. u. sächs. Zeit p. 7. Itaque dicit Geographus Ravennas IV, 25: *Thuringia quae antiquitus Germania nuncupatur.*

37) Widukind. Corb. Gest. Sax.: *Saxones his regionibus navibus advectos, et loco primum applicuisse, qui usque hodie nuncupatur Hadolaum; incolis vero adventum eorum graviter ferentibus, qui Thuringi traduntur fuisse,* Script. III. p. 418; Chron. Thuring. ed. Schötten I. p. 85; Magdeburger Schöppenchronik, herausgegeben von Janicke p. 11 etc.

38) Rudolf. Fuld. Transl. s. Alexandri: *vastatisque indigenis* (i. e. Thuringis) *et ad internecionem paene deletis, terram eorum* (Theodoricus rex Francorum) *victoribus* (i. e. Saxonibus) *delegavit* ... (Qui) *eam maxime, quae respicit orientem, colonis tradebant, singulis pro sua sorte sub tributo exercendam. Caetera vero loca ipsi possederunt, a meridie quidem Francos habentes et partem Thuringorum, quos praecedens hostilis turbo non tetigit, alveoque fluminis Unstrote dirimuntur,* Script. II. p. 674, VII. p. 285; Widukind. Corb. ibid. III. p. 424; Ann. Quedlinburg.: *Audiens autem Theodoricus, Saxones in loco Hadalaon dicto applicuisse, in suum eos convocavit auxilium, promittens ..., si Thuringos sibi adversantes vincerent, omnem illis eorum terram daturum usque ad confluentiam Salae et Unstradae fluviorum .... Tunc victoribus tradidit Saxonibus omnem terram Thuringorum, excepta quam Louvia et Haertz sylvae concludunt,* Script. III. p. 22; Specul. Saxon. III, 44. §. 2. 3; Albert. Stad. Script. XVI. p. 311; cfr. supra not. 10. Qui fit, ut etiam hodie Nordthuringicae domus alium in modum aedificatae sint, atque Saxonicae; v. Landau in Correspondenzblatt 1859 September.

39) Gregor. Turon. Hist. Franc. V, 15; Paul. Diacon. III, 7; Widukind. Corb. Script. III. p. 424; v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 400—404; v. Wersebe Gaue zwischen Elbe und Saale (1829).

40) Chron. Halberstad. ed. Schatz 1839. Similiter legitur in vita s. Luitberg.: *in pago, qui dicitur Harthgewi, in saltu qui vocatur Harzs, qui dividit Saxoniam et Thuringiam,* Script. IV. p. 159.

41) *In ripa fluminis praedicti* (Wirrae), *quod Hassiam Thuringiamque dirimebat,* Lambert. Hersfeld. a. 1074, Script. V. p. 207; idem a. 1073: *in confinio Thuringiae et Hassiae, in villa quae dicitur Gerstengun,* ibid. p. 202; dipl. a. 841: *villam Salzhunga in finibus Turingiae super fluvium Wisara,* Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 240; dipl.: *bonum, Gerstungen vocabulo, situm in terminis Thuringiae,* ibid. p. 278.

42) Procop. de bello Goth. I, 12: μετὰ δὲ αὐτοὺς (Φράγγους) ἐς τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον Θόριγγοι βάρβαροι; Geogr. Ravennas IV, 12.

43) Cfr. infra p. 118.

44) Hanc narrationem omnino fabulosam esse, demonstravit Iunghans Geschichte der Fränk. Könige Childerich und Chlodovech (1857) p. 11—38; v. Kauffmann in Forschungen zur Deutschen Geschichte VIII. p. 137—141. Quam ob causam errare mihi videtur Gloël, cum proponat in Forschungen etc. IV. p. 207. 233, duos fuisse Basinos reges, quia idem anno 458 (quo fuga peracta esse dicitur) atque ineunte saeculo VI. regnavisse vix potuerit: immo dubitem an a. 458 ille iam fuerit rex. Reliqua enim, quae de Basino Origo gentis Langobardor. Legg. IV. p. 643, Chron. Gothan. ibid., Venant. Fortunat. vit. s. Radegund. c. 12 et De excidio Thuringiae in Venant. Fort. operibus ed. Luchi II. p. 69 narrant, perbene inter se conveniunt. Econtra vita Basini Act. Sanct. Iul. III. p. 701. 702 tantas cumulat fabulas, ut veri quidquam eis inesse omnino non credam.

45) Gregor. Tur. H. Franc. II, 27: *Multa denique bella victoriasque fecit* (Clodowechus rex). *Nam decimo regni sui anno* (491 p. Chr. n.) *Thoringis bellum intulit, eosdem suis ditionibus subiugavit,* Bouquet II. p. 175. Neque sciam, cur cum Waitz Das alte Recht der Salischen Franken p. 49 et Gloël in Forschungen zur Deutschen Geschichte IV.

antiquam Franciam, quae a Werra flumine longe aberat, finitimam fuisse Thuringis, quorum sedes regnumve ad Rhenum flumen procurrisse videtur. Ad meridiem denique postquam ad tempus Thuringia multo magis patuit[46], *attigit plerumque eam* regio Suevorum *(Iornand. c.* 55*) et montes, quos priores Loibam, nostrates silvam Thuringicam appellarunt. Huius igitur magnae nationis partes dico Anglios atque Werinos, quos iam Tacitus Germ. c.* 40 *coniunxit Suevisque adnumeravit.* Τὸ (ἔθνος) τῶν Σουήβων τῶν Ἀγγειλῶν, *inquit Ptolemaeus Geograph. II,* 11, οἵ εἰσιν ἀνατολικώτεροι τῶν Λαγγοβάρδων ἀνατείνοντες πρὸς τὰς ἄρκτους μέχρι τῶν μέσων τοῦ Ἄλβιος ποταμοῦ *(Salae? cfr.* ***Bluhme*** *Die gens Langobardorum u. ihre Herkunft, Bonn* 1868*). Quae regio eadem fere est, quam Engilin pagus postea amplexus est. Neque procul ab iis saeculo VI. habitavisse Warnos, nos docent Fredegar. Gest. Franc. c.* 15 *et Theodorici epistola supra not.* 45 *laudata. Quae cum ita sint, paucae res memoriae proditae quamquam non omnino demonstrant, utrumque populum fuisse Thuringicum easque regiones, quae postea Engilin pagus atque Werinofeld nominabantur, incoluisse, verisimillimum tamen id reddunt.*

Iamiam demonstravisse mihi videor, legem Angliorum et Werinorum, hoc est Thuringorum, latam fuisse Thuringicis duabus nationibus, cum eae antiquum ius prorsus alienum ad exemplar legum Francorum valde commutavissent. Quod factum fuisse vix ducam, nisi isti Francorum aut imperio aut auctoritati subacti fuissent. Restat igitur, ut quaeramus, quonam tempore illorum res tales fuerint. Basinus quidem Thuringorum nondum superatorum rex, de quo supra not. 45 *verba feci, cum sexto saeculo ineunte moreretur*[47], *imperium eius tres eius filii inter se diviserunt, quorum Badericus natu maximus circa a.* 516 *ab Hermanefredo fratre Francorum ope victus cecidit, alii autem, quibus Hermanefredi et Bertharii nomina erant, a.* 531 *et a.* 535 *a Francis omnino superati sunt, ut horum provincia Thuringia fieret suoque iure Venantius Fortunatus poema illud* De excidio Thuringiae *componeret*[48]. *Nonnulli autem tractus etiam tunc invicti remanserunt*[49], *ii scilicet, qui maxime inter septemtriones et orientem solem spectabant, id est ipsa Angliorum Werinorumque patria, quorum duces Radulfus*[50] *(ineunte saeculo VII.) et Hedenus*[51] *(circa* 704—716*) interdum cum Francis bella gesserunt, quodammodo tamen iis subiecti fuerunt (rebelles*

p. 236 censeamus, istos Thoringos alium populum eodem nomine praeditum fuisse; liceat coniicere, Gregoriana verba, ut saepius fit, iactanter esse dicta. Similiter eorundem arma saepius collata sunt; cfr. Gregor. Tur. III, 7, res a. 531 et a. 534 gestas (v. Gloël l. l.), Gregor. Tur. IV, 10 (a. 553). Itaque suo iure Theodoricus rex Ostrogothorum litteras a Cassiodor. Var. IV, 1 memoriae proditas *Herulorum Guarnorum Thoringorum regulis* circa annos 501—506 (v. Freyberg in Münchener Gelehrte Anzeigen 1836 p. 256, Gloël l. l. p. 237, Binding Das Burgundisch-Romanische Königreich I. p. 182) misit, quibus eos adhortaretur, ut cum reliquis nationibus, quae circa Francos sedes habuerunt, societatem periculum ab his communiter imminens repulsuram coniungerent. 46) V. Eugipp. Vit. s. Severini c. 31, Acta SS. Ian. I. p. 65; Geograph. Ravenn. IV, 25: *Per quam Thuringorum patriam transeunt plurima flumina, inter cetera quae dicuntur Bac et Reganum, quae in* *D a n u b i u m* *merguntur,* ed. Parthey p. 229. Quae flumina prope Yssel fluvium sita fuisse et ibi Thuringiam aliquam exstitisse, quamquam Baersch Von dem Untergange des Thüring. Königreichs (Marburg. 1821) proponit, ut Waitz in Forsch. zur Deutsch. Gesch. IV. p. 233 adnotat, fusius tamen id reiicere supervacaneum habeo. — Venant. Fortunat. IV, 2: *virtus* (Sigeberti) *quam Nabis* (i. e. Nab, al. cod.: *Nablis*) *ecce probat, Thoringia victa fatetur,* ed. Luchi I. p. 188. 47) Gloël in Forsch. zur Deutsch. Gesch. IV. p. 208 proposuit, id circa a. 511 factum esse. Equidem malim coniicere, Basinum paullo ante a. 506 defunctum esse, cuius rei argumentum habeo Theodorici regis epistolam paullo antea laudatam. 48) Omnium harum rerum gestarum historiam eleganter perquisivit atque constituit Gloël in Forsch. zur Deutsch. Gesch. IV. p. 196—230. De vectigalibus autem, quae inde ab illo tempore Thuringis solvenda erant, cfr. Thietmar. Merseburg. V, 9, Script. III. p. 794; Ann. Quedlinburg. ibid. p. 31. 32; Annalist. Saxo a. 1002. 1046; v. Wersebe Vertheilung Thüringens I. p. 16. 28; Waitz Verfassungsgesch. II. p. 504. 505, III. p. 89; Knochenbauer Thüringen p. 75. 49) Testes sunt Gregor. Tur. Hist. Franc. IV, 10 et Venant. Fortunat. ed. Luchi I. p. 188; v. Gloël l. l. p. 231. 232. 50) Fredegar. Gest. Franc. 51) Willibald. V. Bonifacii: *sub Theotbaldi et Hedene periculoso primatu,* Script. II. p. 344; dipl. Hedeni a. 716 April. 8, Martene Collectio am-

enim ducebantur). Unde Hardradus quoque comes ortus esse videatur, qui contra Karolum regem a. 785 *vel* 786 *seditionem conflavit*[52], *cuius socii modo Thuringi modo orientales Franci dicti alio certe iure matrimonii usi sunt atque Franci.*

Quae cum ita sint, omnino apparet, legem Thuringorum multo post medium saeculum sextum esse conceptam, atque verisimile habeam, exacto saeculo nono eam nondum conscriptam fuisse. Neque possum ab iis non dissentire, qui, nullum christianitatis vestigium legi inhaerens cum reperirent, tempore latae legis Thuringicam gentem adhuc paganam fuisse contenderent[53]. *Quin etiam dubito, an Dei iudicio* ad novem vomeres ignitos *commemorato christiani eius mores demonstrentur; Wilda enim in Ersch Allgemeine Encyclopädie s. v.* Ordalien *comprobaturus est, reorum examinationes ad ferra candentia, ignitos vomeres, aquam frigidam nondum gentilium fuisse Germanorum, sed a clero demum christiano inductas. Similiter legis Thur. cap.* 47 *cum ab antiquissimo iure communi nostratium, ex quo patri tutorique puellam sine ipsius consensu viro nuptam reposcere atque matrimonium contractum dirimere licebat*[54], *omnino discedat, atque mulctaticiam solam pecuniam numerari, ipsum vero connubium consistere iubeat, secundum rationes christianas conscriptum esse videatur. Sed dubia haec sunt atque incerta. Maximum autem originis legis christianae fortasse argumentum id est, quod paganicae aetatis ne minima quidem nota ei inest; cfr. v. Richthofen Zur Lex Saxonum p.* 413. *Paullo quidem accuratius legis conditae tempus eius capitula* 41. 43. 57 *nos docere videntur. Bannus enim* 60 *solidorum, i. e. regius sive Francilis, quem hic arripimus, neque usquam in usu fuit nisi apud Francos populosque eorum ditioni subactos, neque ante Karolum regem ab his ipsis nisi singularibus constitutionibus pronunciatus pensari solebat. Ab anno autem* 797[55] *usque ad annum* 803 *com-*

pliss. I. p. 22; dipl. eiusdem Theodradaeque uxoris a. 704 Mai. 1: *illuster vir Hedenus in villa Aimestadi* (hodie: Arnstadt) *super fluvio Wielheo* (hodie: Welge) *in pago Turingasnes*, Hesse Arnstadts Vorzeit u. Gegenwart I. p. 79 = Bréquigny Diplomata ed. Pardessus (1843) II. p. 350; testament. Willibrord. ab Hontheim Hist. Trevir. I. p. 99. Quem Turingasnes pagum prope Toxandriam situm fuisse frustra demonstrare studuerunt P. C. Molhuysen in Overysselsche Almanak 1841 p. 153, idem in Bijdragen vor vaderlandsche Geschiedenis III. p. 66, Waitz Das alte Recht der Sal. Franken p. 47, Gloël in Forsch. z. Deutsch. Gesch. IV. p. 238; immo ipsa fuit Thuringia, id quod nuper coarguerunt Waitz in Göttinger Gelehrte Anzeigen 1850 p. 340 et v. Richthofen in Legg. III. p. 639, priores autem omnes proposuerant; cfr. Michelsen Rechtsdenkmale aus Thüringen p. 2.

52) Cfr. Ann. Lauriss. maior. a. 785: *Coniuratio Hardradi et orientalium Francorum, quae contra regem conspiraverant, deprehensa est*, Script. I. p. 168; Ann. Laresham. a. 786: *Rebellare conati sunt quidam comites, nonnulli etiam nobilium in partibus Austriae*, ibid. p. 32; Ann. Alam. contin. a. 786: *Turinci deprehensi*, ibid. p. 41; Ann. Nazar. cont. a. 786: *Thuringhi autem consilium inierunt, ut Carolum regem Francorum dolo delerent. Quod regi latere nequaquam potuit. Igitur transmisit legatum ad aliquem de illis Thuringhis propter filiam suam sponsam scilicet unius Franci, quam secundum legem Francorum sponsatam habuisse cognoscebatur, ut tempore statuto ei reddidisset sponsam suam. Ille ... non tantum spopondit se illam reddere ...; per universos Thuringos*, ibid. p. 41. 42.

53) Cfr. Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer p. 236. Iam Chr. Godofr. Hoffmann Specimen de origine et natura legum Germanicarum (1715) p. 56. 76 miratur, quod *vestigia clericorum non eminent.* Quod repudiaturus Chr. Gottl. Biener Commentarii de origine et progressu legum German. (1787) p. 97 quamvis lepide de inscriptione cap. 54: *de potestate testandi* dicat: *prodit temeratorem iuris patrii; manum clerici ex imperio Carolingico mihi deprehendere videor*, contrarii tamen argumentum non protulit. Haec enim inscriptio ab Heroldo composita ipsam constitutionem false ita constringit, ut isti argumento sit. Multo autem magis erraverunt Ludewig Reliquiae manuscript. VII. p. 397 et Rössig Commentatio ad leg. Angl. et Werin. p. 12, qui christianam legis originem numero duodecim consacramentalium ad 12 apostolos formato demonstrari putaverint; cfr. Waitz Verfassungsgesch. I. (ed. 2) p. 474—489, v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 376—394.

54) Cfr. Schröder Gesch. des ehel. Güterrechts in Deutschland I. p. 7 sq.

55) Documentum enim, quod Legg. I. p. 34 quasi capitulare a. 772 promulgatum editum est, ex mea sententia a privo homine tempore aliquo posteriore conscriptum est; cfr. supra p. 85 not. 3. Itaque non possum cum Walter Deutsche Rechtsgeschichte (ed. 2) I. §. 156 coniicere, constitutione cap. 57 demonstrari, Thuringicam legem esse *jünger als* 772; immo eam recentiorem anno 797 habeo. Ignoro enim, cur Waitz Verfassungsgesch. III. p. 144 not. 2 neget, ullum inde redundare argumentum. Cfr. v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 413—415. 341—347.

pluribus capitularibus[56] *Karolus Magnus generaliter edixit, ubi iste solvendus esset:* de illis (octo) capitulis, pro quibus Franci, si regis bannum transgressi sunt, solidos 60 conponunt, similiter Saxones *(ceteraeque nationes Karoli regno adscriptae)* solvent, si alicubi contra ipsos bannos fecerint[57]. *Quae cum solis in capitularibus isto tempore publici iuris factis, nulla vero in lege omnia commemorentur, non parvi id existimo, quod lex Thuringorum l. l. ter* bannum regis *Karoli sanxit, etsi duos tantum ex octo illis casibus ab eodem saepius promulgatis commemoravit, harizhut atque incendium nocturnum vetando (cfr. infra ad c.* 43. 57 *adnotata). His igitur rationibus ductus legem Angliorum et Werinorum, hoc est Thuringorum, Karolo Magno· addicere audeam. Adde quod simillimae earum, quae aequalibus in legibus legantur, cum permultae constitutiones tum tota vulnerum componendorum tabula legi Thuringorum insunt, eaque saepissime legem Saxonicam adeo nobis in memoriam revocant, ut dubites, an legislator eius libellum manibus triverit. Einhartus denique cum narret V. Karoli c.* 29, *Karolum Magnum* post susceptum nomen imperiale … omnium nationum, quae sub eius dominatu erant, iura, quae scripta non erant, describere ac litteris mandari *fecisse, idque annalibus*[58] *tunc conceptis comprobetur, reliqui tamen praeter Francos Chamavos Thuringosque*[59] *scriptis legibus usi esse videantur, coniiciam, legem, de qua agimus, a.* 802 *aut a.* 803 *his latam esse. Consuetudinarium autem singulorum populorum ius conscripturus Karolus rex legatos per provincias misisse refertur, qui ubique sapientes viros, hanc ob causam legislatores dictos, adhortarentur, ut suum quisque ius profiteretur. Quorum verba dictata audire paene mihi videor. Lex enim Thuringorum cum imperatorium dicendi genus*[60], *quale legum sit, bis tantum interrumpat, atque verba:* hoc iudicatum est *usurpet, a quibusnam quaeso haec iudicata esse potuerunt nisi ab istis legislatoribus?*

Ex mea igitur sententia lex Angliorum et Werinorum, hoc est Thuringorum, a Karolo Magno circa annum 802 *promulgata est, secundum quam ea Thuringorum pars, quae Engilin pagum atque Werinofeld teneret, viveret.*

III. Iamiam superest, ut rationes perscruter, quibus ducti permulti viri docti sententias a mea alienas atque inter se valde diversas proposuerint.

56) Singula haec capitularia supra p. 85—87 not. 3—11 enumerata atque excerpta sunt. 57) Cap. Sax. a. 797 initio, supra p. 85. 58) Ann. Lauresham. a. 802: *mense Octimbrio congregavit (domnus caesar Carolus apud Aquis palatium) universalem synodum … Sed et ipse imperator interim quod ipsum synodum factum est, congregavit duces comites et reliquo christiano populo cum legislatoribus, et fecit omnes leges in regno suo legi et tradi unicuique homini legem suam, et emendare ubicumque necesse erat, et emendatam legem scribere, ut iudices per scriptum iudicassent,* Script. I. p. 38. Cfr. Chron. Moiss. a. 802 ibid. p. 306, Ann. Guelferbyt. a. 801 ibid. p. 45, Poeta Saxo a. 801 l. IV. v. 77 sq., l. V. v. 539 sqq., cap. Aquisgran. a. 802 c. 1, Legg. I. p. 20—22, Boretius Die Capitularien im Langobardenreich p. 71—85, v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 352—355. 59) Praeter scriptores supra p. 28. 29 laudatos Waitz in Göttinger gelehrte Anzeigen 1869 tunc etiam legem Saxonum conceptam esse censet. Ceterum quam de origine legis Thuringorum protuli sententiam, eandem nonnulli comprobaverunt scriptores, ex quibus afferam: Hachenberg Germania media (ed. 3. 1709) p. 53 *(Basino Irminefredo regibus,* inquit, *enatam primum legem populoque impositam haud temere colligitur; … donec tandem per Karolum M. confirmata ad posteros devenit);* Sachse Handbuch des Sächsisch. Privatrechts (1824) p. 13, Kraut in Falck Eranien zum Deutschen Recht (1828) I. p. 125, Eichhorn Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte (ed. 5. 1843) I. p. 576, Heimbach Privatrecht der Sächsischen Länder (1848) p. 8, Stobbe Gesch. d. Deutschen Rechtsquellen (1860) I. p. 177, Beseler System d. Deutsch. Privatrechts (ed. 2. 1866) p. 133, v. Richthofen Zur Lex Saxonum (1868) p. 352—355. 412—416. 60) Cfr. c. 2—9 etc.: *conponat,* c. 40. 41: *solvat,* c. 39: *solvatur,* c. 50: *emendet,* c. 39: *conprobet,* c. 3—5: *iuret,* c. 6—9: *negetur,* c. 3: *exeat,* c. 28: *accipiat,* c. 26. 29: *suscipiat,* c. 27: *pertineat,* c. 31: *debet pertinere,* c. 32: *dimittat,* c. 33: *relinquat,* c. 46: *reddat,* c. 30. 34: *succedat,* c. 34: *transeat,* c. 42. 43: *decernat,* c. 43: *sarciat,* c. 54: *liceat.* Cfr. Waitz Verfassungsgesch. II. p. 81 n. 2, v. Richthofen Zur Lex Sax. p. 420. — Verba *iudicatum est* nobis c. 36. 49, *iudicatur* c. 56 occurrunt; similiter Legg. I. p. 118, leg. Sal. prolog. 5 ed. Merkel p. 94.

Nequaquam enim omnes tam caute ut Conring De origine iuris Germanici (ed. 3. 1665) diversas rationes meditati concesserunt: ἐπέχειν malumus quam in re usque adeo dubia aliquid asseverare. *Quam quidem opinionem iste verisimiliorem habuit, ex qua Thuringia huius legis fuisset patria, hanc tamquam solam veram comprobaverunt Ioh. Moller Isagoge ad historiam chersonnesi Cimbricae I. (1691) p. 260, P. Hachenberg Germania media (1709 ed. 3), Hoffmann Specimen coniecturarum de origine legum Germanicarum (1715) p. 55—57, Eckhart Commentarii de rebus Franciae orientalis (1729) p. 39, Rössig Commentatio ad titulos VI. priores legis Thuringorum (1785) p. 5. 12, Sachse Grossherzogl. Sächs. Privatrecht (1824) p. 13—18, v. Wersebe Vertheilung Thüringens (1826), Kraut in Falck Eranien zum Deutschen Recht (1828) p. 122 sqq., Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer (1834) p. 234—283, v. Ledebur in Allgemeines Archiv f. d. Geschichtsk. d. Preuss. Staates XIII. (1834) p. 77 (cfr. supra p. 111 not. 25), Wilda Strafrecht der Germanen (1842) p. 104—106, Eichhorn Deutsche Staats- u. Rechtsgesch. I. (1843 ed. 5) p. 575 sq., Davoud-Oghlou Histoire de la législation des anciens Germains II. (1845) p. 193, Gengler Grundriss der Deutschen Rechtsgesch. (1849) p. 165, Merkel Lex Angliorum et Werinorum h. e. Thuringorum (1851) p. 3, Walter Deutsche Rechtsgeschichte I. (ed. 2. 1857) p. 162, Stobbe Gesch. d. Deutschen Rechtsquellen I. (1860) p. 172--179, Waitz Deutsche Verfassungsgeschichte I. (ed. 2. 1865) p. 192, v. Richthofen Zur Lex Saxonum (1868) p. 404—418. Qui omnes quamvis legem, de qua agimus, partim tota Thuringia partim modo in his modo in illis regionibus valuisse arbitrati valde inter se dissentiant, unanimi tamen aliam reiiciunt opinionem, cuius auctores proposuerunt, viguisse legem et in Slesviciae regione, quam nostrates Angeln vocant, et apud ignotum aliquem Werinorum populum, cuius nomen Warnow flumen Mecklenburgicum atque Warnemünde oppidum ei appositum ad hodiernos dies retinuerint. Hanc autem sententiam secuti sunt Leibnitii Scriptores rer. Brunsvic. (1707) I. pag. 51. 15, Struvii Historia iuris civilis (1733) p. 363, Schwarz Einleitung in die Pommersche u. Rugianische Iustiz-Historie (1735) p. 16, de Westphalen Monumenta inedita I. (1739) p. 105 sqq., III. p. 60, Dreyer De usu genuino iuris Anglo-Saxonici (1747) p. 206, Franck Alt- und Neues Mecklenburg (1753) I. p. 171—175, v. Selchow Gesch. der in Teutschland geltenden Rechte (1778) p. 271 sqq., Biener De origine et progressu legum Germanicarum (1787) I. p. 89, Zöpfl Deutsche Staats- u. Rechtsgeschichte (ed. 2) II, 1 (1846) p. 40 sq. At qui fieri potuit, ut populi duo tot aliis dirempti eadem lege usi essent, quin etiam ut Slavica aliqua natio — nam medio aevo prope Warnemünde semper habitabant Slavi — talibus constitutionibus praedita esset, quales insint legi Thuringorum eaeque omnino Germanicae? Adde quod nemo eorum potuit Thuringorum vocabulum additum interpretari, qui hancce opinionem comprobavissent. Neque omnia, quae supra attuli, leviora esse puto, quam quibus haec omnino reiiciatur*[61]. *Quam ob rem liceat tertiam quandam opinionem perpendere, quam primus invenit H. Müller Der lex salica und der lex Angliorum*

61) Nolim coniecturam huic quodammodo consimilem praeterire. Scilicet Dahlmann Forschungen auf dem Gebiete der Geschichte I. (1822) p. 441 et Lappenberg Geschichte von England I. (1834) p. 10 proposuerunt, Heroldiana in editione Thuringicae legi praescripta verba, reiecto insuper Thuringorum vocabulo, emendanda esse: *Lex Angliorum Etverinorum*, Etverinos autem vel Hetwerinos Slesvicensem fuisse populum ex Beowulf poemate tantum nobis notum. Sed praesertim cum alii melioribus fortasse rationibus ducti Hetvare terram l. l. commemoratam in Francogallia sitam fuisse credant, itaque negandum sit, umquam talem regionem in Slesvicia exstitisse, supervacaneum habeo, hanc opinionem fusius discutere.

et Werinorum Alter und Heimath (1840) atque comprobaverunt Molhuysen in Overysselsche Almanak (1841) p. 153, idem in Bijdragen vor Vaterlandsche Geschiedenis III. p. 66 sqq., Waitz Das alte Recht der Salischen Franken (1846) p. 46—50, I. Grimm Geschichte der Deutschen Sprache (1848) II. p. 604—606. Qui cum contendant sinistra in Rheni ripa populum aliquem, cuius Thuringorum nomen fuerit, habitavisse, et Angliorum Werinorumque gentes amplexum esse, eumque aut saeculo quinto aut saeculo nono ea lege usum fuisse, quam editurus sum, necesse est quaeramus, an revera ista Thoringia umquam exstiterit[62]. Cum iam supra p. 113 not. 45 et not. 44, p. 114 not. 51 nonnulla argumenta ab istis prolata infirmare studuerim, atque demonstravisse mihi videar, neque fabulas de Chlodowechi victoria a. 491 reportata vel de Childerici fuga a. 458, ut exhibent, ad Basinum regem Thuringorum peracta, neque Turingasnes pagum semel laudatum illud nos docere, restat tantum, ut de iis disputem, quae Gregorius Turonensis Hist. Franc. II, 9 de Francis in terram Salicam migrantibus rettulit. Primo quidem ipse Gregorius prae se fert, laudato loco se nequaquam certam historiam sed rumore tantum perlata describere; aliam enim postquam post aliam fabulam de origine Francorum enarravit, ad novam cum accederet, verba tradunt atque ferunt cumulat. Dein ipse Thoringiae Thoringorumque vocabulorum loco alias ubique ipsam Thuringiam ipsosque Thuringos dicit. Ad ultimum auctor Gestorum Francorum[64], qui hac in re unum Gregorium secutus est, eius narrationem ita commutavit, ut omnia ad mediam Germaniam spectarent. Quae omnia, etsi me non eo adducunt, ut ex ipsis verbis fabulosae illius Gregorianae narrationis colligam, ea omnia ad ipsam Thuringiam referenda esse, id tamen efficiunt, ut contendam, Gregorium ipsum nullam aliam Thuringiam novisse ipsasque fabulas tam obscuras, quam audivisset, memoriae prodidisse. Sed licet concedam, aut in Toxandria, aut in insula Batavorum, aut prope Tongern oppidum exstitisse regionem, cui idem Thoringiae nomen fuisset, non possum tamen quin negem, inde legem, de qua verba facio, ortam esse. Omnes enim illae regiones postea a Frisionibus[65] occupatae erant, qui lege Thuringorum certe numquam usi sunt, neque est, quo demonstretur, alium umquam ibi incoluisse populum. Adde quod omnia quae supra de legis patria, quam veram habeo, attuli, huic repugnant opinioni, neque Angliorum[66] nomen in Frisia usquam invenitur.

Dabam Berolini Nonis Iuniis 1869.

62) Quod negavit pater meus in Richter Kritische Iahrbücher X. (1841) p. 1012, in Legg. III. p. 639 et Zur Lex Saxonum p. 416—418, fusius autem comprobaturi sunt H. Leo Vorlesungen über Deutsche Geschichte I. p. 238. 256. 297, Gloël Forschungen zur Deutschen Geschichte IV. p. 233—240. 63) Gregor. Tur. Hist. Franc. II, 9: *Tradunt enim multi eosdem de Pannonia fuisse digressos. Et primum quidem litora Rheni amnis incoluisse; dehinc transacto Rheno Thoringiam transmeasse ... Ferunt etiam tunc Chlogionem ... regem Francorum fuisse, qui apud Dispargum castrum habitabat, quod est in termino Thuringorum. In his autem partibus, id est ad meridionalem plagam, habitabant Romani usque Ligerim fluvium, ultra Ligerim vero Gothi ... Chlogio autem missis exploratoribus ad urbem Cameracum ... Romanos proterit, civitatem adprehendit.* Quorum verborum de interpretatione disputaverunt H. Müller Der lex salica Alter u. Heimath p. 103 sqq., Waitz Das alte Recht der Sal. Franken p. 48, idem Verfassungsgeschichte II. p. 277, Gloël in Forsch. zur Deutsch. Gesch. IV. p. 234, v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 416. 64) Gest. Franc. c. 5, Freher Corp. Franc. histor. 65) Cfr. Legg. III. p. 630. 66) H. Müller l. l. et Molhuysen nonnulla colligunt nomina villarum istis in regionibus sitarum, quae similiter ut Angliorum nomen sonaverint, ut demonstretur talem populum ibi exstitisse. Quod ut coarguatur, argumenta allata sufficere mihi non videntur. Econtra Warnorum gentem quandam ad tempus illius terrae partem tenuisse constat.

LEX ANGLIORUM ET WERINORUM[a] HOC EST THURINGORUM[b. 1].

[I, 1—4.][c. 2] **1.** Si quis adalingum[3] occiderit, 600[4] solidos[d] conponat[e]; (2.) qui liberum[5]

a) Vuerinorum *Heroldina editio.* b) *huius inscriptionis loco legitur Corbeiensi in codice:* LEX THURINGORUM. c) *numeri uncinis circumscripti Heroldinae sunt editionis, quae hoc loco praebet verba:* De homicidiis. Tit. I. Paragraph. I. d) *solidorum vocabulum et Heroldina in editione et Corbeiensi in codice saepe varium in modum per compendium scriptum est, quod singillatim annotandum mihi esse non puto. Itaque* sol. *Corb.*, solid. *Her.* e) *Herold. in editione ubique legitur:* componat, componatur *etc.*

1) Praemissa legi verba nos docent, eam promulgatam fuisse, ut Thuringiae in parte ab Angliis Werinisque inhabitata, id est Engilin in pago atque Werinofeld in regione observaretur; cfr. supra p. 110—114. 2) Thuringicae legis textum ad libidinem Heroldus editionem suam comparaturus in titulos atque paragraphos divisit, singulisque ab ipso confectis titulis singulas adscripsit inscriptiones. Quod cum faceret, iisdem verbis uti solebat, quae legibus Frisionum, Saxonum, Langobardorum item immiscuit, v. supra p. 7. 106. Itaque leg. Thur. tit. I. *De homicidiis,* leg. Sax. tit. II. (= c. 14—23): *De homicidiis,* leg. Langob. tit. IX. (i. e. ed. Roth. 12 sqq.): *De homicidiis liberorum hominum,* leg. Langob. tit. XI. (i. e. ed. Roth. 129 sqq.): *De homicidiis servorum ministerialium vel aldiorum* inscripsit. 3) Adalingorum verbum primitivum *adal* omnium fere Germanorum est; cfr. leg. Baiuw. add. V[tam] I, 7: *servi principis qui dicuntur adalscalhae,* Legg. III, 460, nomina Gothorum *Athal, Athala, Athalaricus,* Förstemann Altdeutsches Namenbuch I. p. 137, Langobardorum: *Adalpertus, Adelwald,* Legg. IV. p. 660. 645, quae de Anglosaxonico eius vocabuli usu annotat Schmid Gesetze der Angelsachsen (ed. 2) p. 526, de Frisico v. Richthofen Altfriesisches Wörterbuch p. 730, de Saxonico Homeyer Sachsenspiegel I. (ed. 3) p. 394, supra p. 47 not. 4, de Alamannico Graff Althochdeutscher Sprachschatz I. p. 141 sqq., de Francico Förstemann Altdeutsches Namenbuch I. p. 136—160, II. p. 119—124. Sed saeculo nono, ut Thuringos omittam, solos apud Saxones atque Frisiones verus nobilitatis sensus isti vocabulo infuit, verusque floruit adalingorum ordo. Anglosaxones enim quamquam solum hominem regia de stirpe ortum *aeđeling* nuncupabant, ut reliquae nationes vocabulo *aeđel* generalem quandam praestantiae sententiam subdabant, cfr. Schmid l. l. p. 527. 526, Waitz Verfassungsgeschichte I. (ed. 2) p. 192. 367, Homeyer l. l. Ipsum autem nobilium statum cum constet in Saxonia atque Frisia toto aevo medio viguisse, liceat nonnulla afferre, quae demonstrent, idem de rebus Thuringicis esse contendendum: Willibald. v. Bonifatii §. 16: *in Thyringea ... senatores denique plebis totiusque populi principes* Script. II. p. 341; ibid. §. 23: *seniores plebis populique principes* l. l. p. 344; Ann. Laauresham. a. 786: *rebellare conati sunt quidam comites, nonnulli etiam nobilium in partibus Austriae* Script. I. p. 32 (cuius *Austriae* incolae Ann. Lauriss. maior. a. 785: *orientales Franci* l. l. p. 168, Ann. Naz. cont. a. 786: *Thuringhi* l. l. p. 41, Ann. Guelferbyt. cont. a. 786: *Turingi* l. l. p. 41, Ann. Alam. contin. a. 786: *Turinci* ibid. dicti sunt); V. Sturmi c. 12: *viros nobiles* Script. II. p. 370; *maiores natu ... nobiles* Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 207; *nobiliores personae* l. l. p. 38; *nobilissimi viri* l. l. p. 46. Cuius ordinis cum vestigia quaedam in Baiuwaria atque Alamannia nobis adhuc occurrant (v. Maurer Ueber das Wesen des ältesten Deutschen Adels p. 22—32. 199, Waitz Verfassungsgesch. I. [ed. 2] p. 193. 215), aliaque nonnulla id verisimile reddant, coniicere quidem liceat, antiquissimis temporibus eum apud Francos quoque floruisse, constat tamen, postea omnino eum illic exstinctum esse, ut inde a saeculo sexto frustra eius reliquias exquiras; cfr. Waitz Verfassungsgeschichte I. (ed. 2) p. 272, II. p. 243, IV. p. 275, Loebell Gregor von Tours (ed. 2) p. 87—91. 392—420. Quae cum ita sint, apparet, eius populi res, cuius ius lex Thuringorum descripsit, diversissimas fuisse a Francicis atque maxime accessisse ad Saxonicas Frisicas Thuringicas. — Ceterum adalingorum vocabulum nulla in Germanica lege ante promulgatam legem Thuringorum invenias, immo ubique viri nobiles appellati sunt, quo vocabulo huius legis etiam cap. 42 usum est. 4) Lex Thuringica cum cap. 1. 48 nobilium virorum weregeldum esse 600 solidorum, c. 2. 46. 49 ingenuorum 200 solidorum iubeat, bis tamen (c. 45. 49) libero homine occiso aliam pecuniam solvendam exposcat, itaque demonstret, olim ingenui Thuringi weregeldum fuisse 160 solidorum maiorum vel 240 solidorum minorum (v. infra annotata), Francorum auctoritatem secuta novam atque a Thuringicis moribus alienam constitutionem videtur promulgavisse. Lex enim Salica XLI constituit, ut occisus *ingenuus Francus* 200, is *qui in truste dominica est* 600 solidis, lex Ribuar. VII. XI, ut *homo ingenuus Ripuarius* 200, *is qui in truste regia est* 600, lex Chamavorum c. 4. 3, ut *homo ingenuus* 200, *homo Francus* 600 solidis componeretur. Quae summae extra Franciam nusquam weregeldi loco pensari solebant, v. infra ad c. 45. 49 annotata. 5) Ingenuus homo dicitur hac in lege c. 2. 5. 9. 13. 17. 25. 41. 42:

occiderit, 200 solidos conponat. Et[6] de utroque si negaverit, cum 11[7] iuret, aut in campum exeat[8]: utrum ille voluerit, ad quem causa pertinet[9]. 3. Qui servum occiderit, 30[10] solidos conponat, aut, si negaverit, cum quinque[a] iuret[11].

a) V *Her.*

liber, c. 7. 40, 45. 54: *liber homo*, similiter c. 49: *libera*, c. 46. 47. 58: *libera femina*. Neque est cur cum Usinger Forschungen zur Lex Saxonum (1867) p. 16 miremur, quod ista verba varientur, cfr. supra p. 81 not. 66. 6) Reus cum negaverit, se esse homicidam, hominis interfecti cognatis, quos Germani dixerunt Schwertmagen, ex lege Thuringica optio dabatur, utrum ille se esse insontem cum consacramentalibus suis iurando demonstrare posset, an res Dei iudicio diiudicanda esset. Quod similiter diffinierunt Liutprandi leges de a. 731. V: *si autem causa non fuerit provata, nisi tantummodo quispiam de suspecto alium de oxorem suam conpellaverit, habeat licentiam ipse qui conpellat aut ad pugna aut ad sagramentum ipsum hominem querere* (i. e. provocare), *qualis voluerit*, Legg. IV. p. 158, atque decretum, quod inest Ansegisi capitul. append. II. c. 34: *Si aliquis Saxo hominem conprehenderit absque furto aut absque sua propria aliqua re, dicens quod illi habeat damnum* (furtive) *factum, et hoc contendere voluerit in iudicio aut in campo aut ad crucem, licentiam habeat. Si vero hoc* (accusator) *noluerit, cum suis iuratoribus ipse liber homo* (homicidii obnoxius) *se idoniare faciat*, Legg. I. p. 324. Sed negem casu factum esse, ut utraque a me excerpta lex de crimine, quod alio modo demonstrari non potuisset, reliquis argumentis deficientibus ad Dei iudicium reum provocari permitteret; immo cum Thuringica lex tum aliae, quae huius momenti mentionem non faciant, idem posuisse mihi videantur. Ceterum multa de *campo* vel duello attulit Walter Deutsche Rechtsgeschichte (ed. 2) II. §§. 668—670; cfr. infra cap. 39. 42. 55. 56. 7) Lex Thuringica iubet reum aut solum iurare aut cum quinque aut cum undecim consacramentalibus, ut praeter unius hominis iusiurandum *plenum* tantum *sacramentum* atque *fractum* Thuringico in usu, cum haec lex scripta est, fuisse appareat. Similiter posteriora statuta Thuringica, ex quibus exempli gratia Saalfeldensia (in Walch's Beiträge zu d. Deutschen Recht I. (1771) p. 14 sqq.), Hallensia (Laband Magdeburger Rechtsquellen, 1869, p. 7 sqq., Förstemann Neue Mittheilungen I, 2, 1834, p. 78 sqq.), Erphesfurtensia (in Walch l. l. p. 105 sqq.) dico, nusquam maiorem numerum hominum simul iurantium exposcunt, atque diploma quoddam a. 1412 edicit: *wird ein Man beschuldiget umb ein Besicht, das soll er verrechten mit sein eigne Hand, und ein Deübe selb dritte und ein Raub selb sibende und ein Mord selb dreyzehende*, Schultes Sachsen-Coburg-Saalfeldische Landesgesch. II. (1820) 2. p. 51. Ceterum loco *sacramenti pleni*, quo vocabulo, ut Anglosaxonicas atque Dithmarsicas leges praeteream, lex Saxonum c. 17 (cfr. supra p. 56 not. 39) usa est, quam edimus lex dicit c. 2. 25. 42. 43: *cum undecim iuret*, c. 13. 8: *duodecim hominum sacramento negetur*, c. 39: *conprobet duodecim hominum sacramento*; de sacramento quinque hominum una iurantium v. infra not. 11, de singulo viro iusiurandum edente v. not. 97 ad c. 44 annotata. Haecce quidem lex omittit constituere, semperne solis hominibus eiusdem conditionis, qua reus sit, cum ipso iurare licitum fuerit, neque edicit quales cognati consacramentalium munere fungi possint. Quo adducor, ut eam priorem dicam capitulis a. 817 a Hludowico I. imperatore promulgatis *quae per se scribenda et ab omnibus observanda sunt*, c. 10: *adhibeat sibi octo coniuratores legitimos ex ea parte unde pulsatur, sive illa paterna sive materna sit, et quatuor aliunde non minus legitimos* Legg. I. p. 215. Maximam autem illam consacramentalium multitudinem simul iurare iubet lex Thuringica, si crimen, de quo agatur, aut sexcentis aut ducentis aut nonaginta solidis componendum sit. Multo maiorem istorum numerum etiam postea Saxones postulasse, commemoravi p. 109, cfr. dipl. Magdeburg. §. 12. Laband Magdeburger Rechtsquellen p. 6, ius terr. Dithmars. a. 1447 §. 76 in Michelsen Samml. altdithmarscher Rechtsquellen (1842) p. 29. 8) *in campum exeat]* cfr. c. 42. 43: *aut campo decernat*, c. 56: *campus iudicatur*, c. 55: *campo eam innocentem efficiat*, c. 39: *campo eum conprobet innocentem*, infra annotata. Suo quidem iure Rössig Commentatio ad leg. Angl. et Werinor. p. 12: *non*, inquit, *vindictae sed purgationis causa haec pugna committitur*. 9) *ad quem causa pertinet]* i. e. cuius est tutela homicidii; qua de re edicit huius legis cap. 31: *Ad quemcumque hereditas terrae pervenerit, ad illum vestis bellica, id est lorica, et ultio proximi et solutio leudis debet pertinere;* cfr. infra ad c. 26—34 annotata. 10) Verum weregeldum cum multis ex legibus tum ex Thuringica hominibus nobilibus, ingenuis, litis tantum occisis solvendum erat, servi tamen homicidium triplici mulcta minima pensata (cfr. infra) luebatur; cfr. leg. Sax. c. 17: *servus occisus* 36 *solidis conponatur*, leg. Ribuar. XXVIII, VIII: *si quis servum interfecerit*, 36 *solidis culpabilis iudicetur*, leg. Sal. X, 1: *si quis servum aut cavallum vel iumentum furaverit, solidos* 30 (2×15) *culpabilis iudicetur*, l. Baiuw. XVIII, 2, VI, 12: *si* (servum) *occiderit, solvat eum domino suo cum* 20 *solidis*. Econtra l. Alam. Karol. VIII, l. Burg. Gund. X, l. Burg. Rom. II, 6, ed. Rothar. c. 130—135, Legg. III. p. 133. 537. 538. 597, IV. p. 30. 31. constituunt ut singuli interfecti servi secundum suum quisque pretium atque dignitatem varium in modum componantur. Quod cum occidentali atque media in Frisia item factum esse leg. Fris. tit. I, 11, IV, 1 demonstretur, orientali autem eiusdem terrae in regione servus *suam habet compositionem*, l. Fris. I, 12, quam dimidiam partem litalis weregeldi esse iubet l. Fris. XV, 4. Quas singulas constitutiones si contuleris, concedas, idem hac in re fuisse ius Saxonum Ribuariorumque Francorum, ad hoc vero proxime accessisse ius Thuringicum. 11) Sex viros una iurantes exposcit haec lex c. 3. 4. 53: *cum quinque iuret*, c. 23: *cum sex iuret*, c. 6. 7. 9: *sex hominum sacramento negetur*, ubicumque aut 50 (c. 23), aut 30 (c. 3. 4. 6. 7. 9—11), aut 10 solidi (c. 5—7. 9—11. 53) solvendi fuerunt, i. e. ubicumque pecunia pensanda minor 90 solidis (cfr. supra not. 7)

[II, 1. 2.][a.12] 4. Qui[13] adalingum ictu[14] percusserit, 30 solidos conponat, aut, si negaverit[b], cum 5 iuret[15]; (5.) qui liberum, 10[16] solidos conponat, aut cum quinque[c] iuret.

[III, 1. 2.][d.17] 6. Sanguinis effusio adalingi 30 solidis conponatur, aut cum sex[e] hominum sacramento negetur; (7.) liberi hominis 10 solidis, aut sex[f] hominum sacramento 5 negetur.

a) De Ictu lęsis. Tit. II. *Her.* b) si negaverit *desunt Her.* c) V *Corb.* d) De Vulneribus. Tit. III. *Her.* e) VI *Corb.* f) VI *Corb.*

fuit. Iam supra dictum est, hanc legem, si cap. 44 constitutionem omittimus, aut 12 aut 6 consacra- 10 mentales exposcere, posteriores Thuringicas praeterea iusiurandum tertia manu editum commemorare. Cuius rei concordia aut dissensus inter singulas leges Germanicas cum permagni momenti esse mihi videatur ad cognoscendam singularum nationum 15 consanguinitatem atque similitudinem, liceat paullo accuratius eas perlustrare. Nulla enim quamquam exstat lex coaeva, quacum Thuringica omnino concordet, adeo tamen leges Langobardorum et Saxonum ad eam accedunt, ut idem edicant, quod recentius 20 ius Thuringicum iussit, v. supra p. 48 not. 6 et Legg. IV. p. 673 s. v. *iurator.* Lex quidem Salica atque Chamavica rarius hac de re disputant, quam quod permissum sit eas conferre, imprimis autem iusiurandum *sua duodecima manu* ibi laudatur, cfr. Waitz 25 Das alte Recht der Sal. Franken p. 171 sqq., quod de lege Burgundionum (Gundebad. LII, 4. VIII, 1) paene similiter dicendum est. Leges porro Alamannorum atque Baiuwariorum cum praeter numerum 1, 3, 6, 12 hominum simul iurantium interdum etiam 24 ex- 30 poscant (cfr. leg. Alam. lib. II. c. 92, l. Alam. Karol. VI, pact. II. leg. Alam. c. 39, Legg. III. p. 78. 131. 36; leg. Baiuw. I, 3. 6, Legg. III. p. 271. 273), etiam insuper Ribuaria lex praescribit, ut praeter 6 (tit. II—V etc.) et 12 (tit. VI—X) etiam 36 (tit. XIV, 1; 35 XVIII, 2 etc.) atque 72 (XI, 2; XII, 1 etc.) adiutores iurisiurandi existant. Quibus longe maiorem varietatem prae se fert Frisionum lex, quae 1, 2, 3, 5, 7, 11, 17, 23, 35, 48 homines iuxta qualitatem facti iurare velit, v. Legg. III. p. 705 s. v. *iurare;* cfr. 40 Siegel Gesch. d. Deutsch. Gerichtsverfahrens I. Tabelle. Neque sola hac in re Saxonum, Langobardorum, Thuringorum iura ceteris multo maiorem affinitatem profitentur. Cfr. Siegel l. l. p. 264. 265, Schröder Ehel. Güterrecht I. p. 77, v. Hammerstein Der Barden- 45 gau p. 59—65. 12) De Heroldini tituli secundi inscriptione cfr. v. Richthofen Zur Lex Saxon. p. 52. 53, supra p. 7, Müller Observationes ad veterem legem Saxonum p. 5. 13. 13) Rössig Commentatio ad leg. Angl. et Wer. p. 14 lepide annotavit: 50 *incipiunt sancito homicidio, a laesionibus minoribus ad graviora pergentes.* Itaque quodammodo perturbatus est ordo concinnus Saxonicae Ribuariaeque legis, cuius expositio inest libro parentis mei Zur Lex Saxonum p. 371 sqq., cfr. supra p. 33. Sin 55 vero Thuringicae legis capitula 1—4 post cap. 25 scripturus esses, eundem paene omnino restitutum invenires. Quam ob causam Thuringicam quoque legem ut Saxonicam ad exemplar Ribuariae compositam esse contendam. 14) Lex Thuringorum 60 cum principaliter c. 4—7 plagas non discerneret, nisi prout sanguinis effusio eas sequeretur, ad communes iuris aequalis regulas, quas una lex Saxonum omisit, eam praecepta edidisse, fusius p. 47 not. 3 expositum est. Quamquam miramur, quod ista sola utrumque vulnus eadem pecunia lui iussit; quod demonstrare videtur, hanc legem non secundum consuetudinarium ius Thuringicum sed ad formam scriptarum legum compositam esse. Ceterum biceps illa disiunctio generalibus quoque capitularibus, ex quibus dicam licet Hludow. cap. a. 817 c. 2, Legg. I. p. 210, proclamata etiam multo postea in regionibus Thuringicis atque Thuringiae affinibus in usu fuit; cfr. ius municipale Leutenberg. art. 20: *Wer den andern beschuldiget eyner wunden ader wirdet beschuldiget, dy da is geschehen mit eynem waffn, der sal dauor gerechten selb sibend; ist sie nit zcugkbar, so rechtet man davor selb dritte,* Michelsen Rechtsdenkmale aus Thüringen (1863) p. 428; statut. Saalfeld. saec. XIII, art. XVIII. XIX. XXI: *Wer den andren blutrunstig macht ane wafin ... Wer den andren wundet einre czucbern wunden di mit boten besaczt wirt,* = *Wer da beschuldiget wirt einer wunden, di da ist geschen mit eine wafene, der sal da vor gerichte selbe sibende* Walchs vermischte Beiträge I. (1771) p. 18. 19; Raitenbuch. Ehhaftsordnung, Grimm Weisthümer III. p. 630; Oberampferbach. Maiengericht: *Item ein truckner streich III pfund, halb dem richter und halb dem kleger. Aber eine fliessende wunden (flusswunden) oder baynschrottig, die soll frevel geben nach erkanntnuss der oberkeyt,* l. l. p. 616; statut. Wormat. Burchard. c. 27: *si quis in civitate aliquem percusserit ita ut ad terram (sanguis) decidat, ad bannum episcopi 60 solidos componat; si autem cum pugno aut aliquo levi flagello, quod bluathram vocant, aliquem percusserit et non deciderit, 5 solidos tantum componat,* ed. Gengler p. 30; etc. 15) Gaupp Miscellen des Deutschen Rechts p. 110, et Das alte Gesetz der Thüringer p. 309. 310, cum quaerat, idemne fuerit postulatus consacramentalium numerus, cum malefactor fuerit vel adalingus vel homo liber, coniicit, legem hac in re ad ingenuos tantum respicere. Quod quamvis certe definire vix audeam, verisimilius tamen id habeo, quod caute lex sceleratorum conditionem dicere omiserit, eandemque multitudinem ubique poposcerit. 16) Minima mulcta, qua multiplicata omnibus in legibus aequalibus pleraque vulnera componuntur, ex lege Thuringorum est 10 solidorum, cfr. c. 53: *quicquid homo alteri fecerit, quod iniustum factum dicatur, 10 solidis conponat.* Quae cum nobis c. 5. 7. 11. 42. 53 simplex, atque adalingorum ratione habita c. 4. 6. 11. 42. (53) triplex occurrat, ter sumpta criminibus c. 9. 10. 22 commissis ideoque eadem de causa iterum triplicata secundum c. 8. 10. 22 solvebatur. Ceterae autem ex hac lege componendae pecuniae weregeldi partibus effectae sunt; cfr. not. 19. 17) Cfr. supra p. 7.

[IV.][a.17] 8. **Os**[18] **fractum adalingo 90 solidis**[19] **conponatur, aut duodecim**[b] **hominum sacramento negetur;** *[V.]*[c.17] **(9.) libero 30 solidis conponatur, aut sex**[d] **hominum sacramento negetur.** *[VI, 1.]*[e.17] **10. Corpus transpunctum similiter.**

[VI, 2—13.] **11. Coxa vel brachium transpunctum**[20]**, ut sanguinis effusio.**

12. Oculus[21] **unus vel ambo excussi adalingo 300 solidis conponantur, (13.) libero 100 solidis; aut, si negat, 12 hominum sacramento negetur. 14. Nasus abscisus**[f] **similiter, auris similiter; lingua similiter; (15) manus**[22] **vel pes abscisus**[f] **similiter: aut si manca**[23] **pependerint, medietas conponatur.**

16. Qui adalingo unum vel ambos testiculos excusserit, 300 solidos conponat; (17.) si libero, 100 solidos conponat: vel iuret ut superius[24]**. 18. Si vectem**[25]**, similiter.**

19. Qui pollicem[g] **absciderit, 33 solidos et tremissem**[26] **conponat**[27]**; (20.) si indicem**

a) De Fractura ossium. Tit. IIII. Paragraph. I. *Her.* b) XII *Her.* c) De ossis fractura in Libero. Tit. V. Paragraph I. *Her.* d) VI *Her.* e) De Transpunctione et membris lęsis. Tit. VI. *Her.* f) abscissus *Her.* g) policem *Corb.*

18) Cum hoc in 9 capitulo tum alias ossis voci calvae sensum subiectum esse, supra p. 48 not. 7 annotatum est. Quod etsi verisimile habeo, praeterire tamen nolim, communem quoque sententiam saepissime eidem vocabulo inesse, cuius rei exemplum est ed. Rothar. a. 47: *si quis alium plagaverit in caput, ut ossa rumpantur, pro uno osso conponat solidos 12; si duo fuerint, conponat solidos 24; si tres ossas fuerint, conponat solidos* 36 Legg. IV. p. 21. 305. 19) Quae mulctae ex hac lege effuso sanguine, transpuncto vel corpore vel brachio vel coxa, fracto osse componendae sunt, cum minima mulcta multiplicanda effectae, omnibus vero similibus in casibus Saxonica ex lege weregeldi partes solvendae sint, in mentem revocare id supervacaneum non habeo, quod antiquissimi iuris Germanici criminalis historia hunc compositionum modum ubique illo submotum esse nos docet. Quamvis igitur hac in re Thuringica lex Ribuariae similior sit quam Saxonicae, non est, cur hinc maiorem nationum affinitatem colligamus. 20) *Corpus transpunctum, coxa vel brachium transpunctum]* Lex Ribuaria cum tit. IV generaliter tantum constituat: *si quis ingenuus alterum transpuncxerit,* Saxonica autem tria ista eadem membra similiter enumeret c. 5: *si corpus vel coxam vel brachium perforaverit,* ad cognoscendum Thuringicae legis conceptae tempus non minimi momenti id existimo. De ipsis quidem laesionibus conferas, quae supra p. 49 not. 9 annotata sunt. 21) *Oculus unus vel ambo excussi]* Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer p. 330, idem Lex Francorum Chamavorum (1855) p. 69, Davoud-Oghlou Histoire de la législation des anciens Germains II. (1845) p. 196 arbitrati sunt, Thuringicam legem edicturam fuisse, ut unus oculus excussus dimidio laesi hominis weregeldo componeretur, atque duo oculi simul excussi eadem pecunia solverentur, *wobei,* ut Gauppii verbis utar, *eines wie beide, beide wie eines gerechnet werden, indem, wie es scheint, von der Ansicht ausgegangen wird, dass der Verlust des einen auch dem andern seine beste Kraft entziehe.* Equidem credere omnino non possum, antiquos Thuringos adeo miris vanisque rationibus ductos fuisse. Adde quod singulare eorum fuisset ius, si isti legis laudata verba recte intellexissent; omnes enim aequales leges, quod supra p. 50 not. 20 annotatum est, similiter unum oculum deperditum dimidio, ambos toto weregeldo componendos esse iusserunt. Idque revera commune regni Francorum ius fuisse, insuper capitulare Ticinense a. 801 c. 5 demonstrat, quod Langobardis solis id adhuc decernendum esse duceret: *si quis alterum praesumtive sua sponte castraverit et ei ambos testiculos amputaverit, integrum widrigildum suum iuxta conditionem personae conponat; si virgam absciderit, similiter; si unum testiculum, medietatem solvat; hoc de oculis, manibus et pedibus, vel de lingua sancimus, ut si unum eorum abscisum fuerit, medietas widrigildi, si ambo, integritas pro facti emendatione conponatur* Legg. I. p. 84, IV. p. 502. Quae cum ita sint, facere non possum, quin coniiciam, Thuringicae legis auctorem male dixisse, quod constituturus fuerit, atque praeceptum cum reliquis legibus concinnum editurum fuisse. Ceterum laudati capitularis verba casu cum iis, quibus leges Thuringorum Saxonumque usae sint, consonare, vix opiner. Immo haecce similitudo tempus utriusque legis aequale demonstrat. 22) Quae paullo antea de oculis excussis annotavi, eadem de manibus, pedibus testiculisque abscisis dicta esse velim. 23) De membrorum mancorum mulctis cfr. p. 51 not. 24. 24) *superius]* i. e. c. 13: *si negat, 12 hominum sacramento negetur.* 25) Vectis vocabulo veretri masculini sensum hic subesse, annotat Ducange ed. Henschel VI. p. 752. 26) Praeter solidum unoquoque fere in capitulo nobis occurrentem nullum nummum lex Thuringorum nisi tremissem commemorat, ut denarius Francorum moneta principalis in usu fuisse non videatur. Tremissis argenteus vero, etsi in Saxonia modo dimidiam modo tertiam, in regionibus quibusdam Frisicis duas quintas partes solidi amplectebatur, ubique idem erat atque quatuor denariis aequabatur, ut solidorum magnitudo varia esset, cfr. Legg. III. p. 650, V. p. 11; Müller Deutsche Münzgeschichte bis zur Ottonenzeit (1860) p. 250; v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 27—45. 358—370. In Thuringia vero cum huius legis cap. 49 amplius *duos tremisses* solidum effecisse demonstret, non est dubium, quin trium tremissium solidus, quem Saxonica lex maiorem dixerit, ubique putandus sit, quocum perbene fragmentum illud supra p. 108 not. 12 excerptum convenit. Ceterum ineunte saeculo octavo aurum quoque pecuniae locum in Thuringia obtinuisse, demonstrat Hedeni ducis diploma a. 704: *inferat tibi una cum cogente fisco auri libras* 5, *argenti pondo* 15, Bréquigny diplomata ad res Gallo-Francicas spectantia, ed. Pardessus (1843) II. p. 263. 27) Quo de obscuro

et inpudicum[a. 28], similiter; (21.) si medicum et minimum, similiter.

22.[b] Articulus[29] pedis abscisus[c] ut os fractum conponatur[d].

23. Wlitiwam[e. 30] 50 solidis[31] conponatur[f]; vel cum sex[g] iuret.

24. Qui alium[32] percusserit, ut surdus fiat, adalingo 300 solidos[h] conponat[i]; (25.) libero 100 solidos[k] conponat, vel cum 11 iuret.

[VII, 1—8.][33] De alodibus[l. 34]. 26.[m. 35] Hereditatem[n] defuncti filius non[o] filia susci-

a) impudicum *Her.* b) *Merkel Lex Saxonum p. 22 adnotat: „der § 22 steht im Corv. Msc. ganz auf radirtem Grunde"; sed qui totum codicem conscripsit, idem librarius rasum in locum cap. 22 scripsit.* c) abscissus *Her.* d) comp. *Her.* e) Vulitiuuam *Her.*; Vulitivam *Corb.* f) componant *Her.* g) VI *Corb.* h) solid. *Corb., Her.* i) cōpon. *Her.* k) solid. *Her*; sol. *Corb.* l) *haec Heroldiani tituli VII inscriptio Corbeiensis codicis in pag. 19 unam implet lineam, secundum quem exarata nonnulla verba sunt Legg. IV. tab. 6.* m) *in editione Heroldiana totius capituli 26 verba initialibus litteris scripta sunt.* n) haereditatem *Her.* o) non *legitur in cod. Corb. et in ed. Herold.*

dicendi genere paullo antea not. 21 disserui, eiusdem novum quoddam exemplum afferunt capitula 19—21. Sola enim verba si quis inspecturus esset, opinaretur, ni fallor, ea de adalingis agere, neque sciret, utrum unusquisque digitus eadem $33\frac{1}{3}$ solidorum mulcta componendus, an solus pollex ceterorumque digitorum par similiter taxandus esset. Cum vero subsequens capitulum 22 edicat: *articulus pedis abscisus ut os fractum conponatur*, i. e. *adalingo* 90 *solidis, libero* 30 *solidis* (c. 8. 9), atque omnibus aequalibus in legibus manus digiti pluris quam pedis aestimentur (cfr. leg. Sax. c. 13 supra p. 52 cum notis 25. 26), dubium non est, quin laudata legis Thuringicae capitula de laesis ingenuis verba factura fuerint, quod item Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer p. 333 contendit. Qui cum l. l. annotet, ex cap. 22 omnes pedis articulos aequaliter componi iussos esse, demonstravisse mihi videtur, idem de digitis esse proponendum. Mulcta vero singulorum digitorum si fuit $33\frac{1}{3}$ solidorum, omnes una abscisi $166\frac{2}{3}$ solidis luendi fuerunt, quanti pristinum liberorum Thuringorum weregeldum auctum praemio vel bute fuisse, eorum legis cap. 49 ostendit, v. infra ad c. 49 not. 12. Itaque coniiciamus, cum weregeldum maius redditum sit, nondum simul digitorum compositionem commutatam esse. Ceterum conferenda est tabula, quam confecit Wilda Strafrecht der Germanen p. 768. 28) Quem medianum digitum nostrates dicunt, ei iam Martialis epigramm. l. VI. ep. 70. 5 inpudici, quem annularem, ei auctor ad Herenn. III, 20, Plin. hist. natural. XXX, 12, Macrob. sat. VII, 13 medici nomen subiunxerunt, quod attulit Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer p. 334. 335. 29) *ut os fractum conponatur]* i. e. *adalingo* 90 *solidis conponatur, libero* 30 *solidis* (c. 8. 9). Thuringica igitur lex cum tripliciter vel novies sumpta minima mulcta quemque pedis digitum componi iuberet, singulari quodam iure usa est, quod similes ceteris ex legibus supra p. 52 not. 26 excerptae constitutiones plane ostendunt. 30) *Wlitiwam* vocabulum ex verbis *wam* (vitium, macula) atque *wlite* (splendor, vultus, facies) compositum esse, atque *deformitatem faciei* vulneribus prolatam dicere, pater meus Legg. III. p. 685 not. 59 fusius demonstravit; cfr. supra p. 49 not. 8, Grimm Rechtsalterthümer p. 630, Wilda Strafrecht der Germanen p. 746. Quod cum in sermonibus Thuringorum, Saxonum, Anglosaxonum Frisionumque cum antiquorum tum posteriorum nobis occurrat, harum nationum maximam fuisse affinitatem non temere colligamus; cfr. Grimm Geschichte der Deutschen Sprache II. p. 606. 31) Hoc quoque capitulum statuere omisit, utrum 50 solidorum poena homine libero laeso solvenda esset an adalingo. Equidem cum Davoud-Oghlou Histoire de la législation des anciens Germains (1845) II. p. 197 malim ei sensum subiungere: *wlitiwam adalingo* 50 *solidis, libero* 16 *solidis et duobus tremissibus conponatur* ut duodecima weregeldi pars componenda fuerit. Cui opinioni ni accederemus, paene necesse esset cum Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer p. 335 coniicere, librarii mendum Corbeiensi codici et Heroldinae editioni inesse; ceterae enim leges supra p. 49 not. 8 laudatae minorem mulctam similiter praescribunt. 32) Mirari liceat, quod capitula 24. 25 solam constitutionem capituli 14: *auris similiter* etsi fusius atque accuratius repetunt, ut haec omnino superesse videatur. Quae si nobiscum animo volutaverimus atque supra p. 116, p. 122 not. 21 et 27 annotata in memoriam revocaverimus, Thuringicae legis auctorem tanta neglegentia usum esse negare nequimus, ut statutorum a sapientibus viris Karolo Magno iubente interrogatis relatorum rudes indigestaque moles, ut ita dicam, intercedente nulla deliberatione statim publici iuris facta, ad artem vero vix composita esse videatur. Omittitur enim discrepantia, quam prae se ferunt e. gr. l. Alam. Hloth. LX, 1. 2: *si quis aliquis aurem alterius absciderit, et non exsurdaverit*, 12 *solidos conponat; si autem sic absciderit a profundo et eum exsurdaverit*, 40 *solidos conponat*, Legg. III. p. 65, lex Ribuar. V, 1: *si quis ingenuus ingenuo auriculam excusserit, ut audire non possit, centum solidis culpabilis iudicetur; si autem auditum non perdiderit, quinquaginta solidos componat*, l. Baiuw. IV, 14, al. 33) Supra p. 106. 107 exposui, Corbeiensi in codice capitula 26—61 antecedere prioribus, neque esse, cur coniungendae hae partes duae dirimantur. Cui opinioni contrariam proposuit Merkel Lex Angliorum et Werinorum h. e. Thuringorum p. 4. 5: *dass das thüringische Volksrecht aus verschiedenen Bestandtheilen, welche der Cod. Corb. noch ausscheidet, zusammengesetzt, zuletzt aber und, wie es scheint, ohne Ueberarbeitung in einem Gesetzbuch vereinigt worden ist.* Quin etiam sunt, qui miro errore ducti quam secundam (vel tertiam) ducunt Thuringicae legis partem, cap. 26—61 legem Francorum dicunt, quia uno in codice Corbeiensi legis Saxonicae textui vox *lex Francorum* iniecta est; cfr. supra p. 10. 31. 34) Alodis vocabuli de origine cum neque priorum virorum doctorum sententiae a Wachter Gloss. Germ. s. v. *allodium* collectae probandae sint neque Phillips Grundsätze des Deutschen Privatrechts I. §. 56 vel

piat[36]. (27.) Si[37] filium non[a. 38] habuit, qui defunctus est, ad filiam pecunia et mancipia[39],

a) non *deest Corb.*

Müllenhof in Waitz Das alte Recht der Sal. Franken p. 278 demonstrare potuerint, aliena ex lingua id in Germanicam inductum esse, liceat cum I. Grimm Rechtsalterthümer p. 493 contendere, compositum esse verbum ex *al* (totus, integer) et *ôd* (bonum) atque significare *al-eigen, mere proprium, durchschlechtig eigen;* cfr. Grimm l. l. p. 950. Ceterum idem nos docet, grammatices regulas ostendere, Francorum ex sermone alodis vocem alias ad nationes Germanicas translatam esse; cfr. supra p. 110, Eichhorn Deutsche Rechtsgesch. I. §. 57. p. 327. Quod quamvis infitiari nolim, exempla tamen nonnulla partim afferam partim allata laudem, quae demonstrent, communem paene eius usum redditum esse. Sicut enim magnum documentorum numerum ex Alamannia atque Baiuwaria Merkel ad leg. Baiuw. II, 1; XII, 8: *hucusque antecessores mei tenuerunt et in alodem mihi reliquerunt,* et ad leg. Alam. Lantfrid. LIII, 1: *in auro aut in argento aut in mancipio aut qualecumque habuit alodo,* Legg. III. p. 312 not. 46, p. 104 not. 18, nonnulla ex regionibus a Wisigothis incultis I. Grimm l. l. p. 951 annotavit, ita Langobardorum in recentiorem linguam vocem antea apud eos inauditam illatam fuisse argumento est gloss. lib. Pap. Lothar. 64: *proprium id est allodium,* Legg. IV. p. 550 (nullum quidem exemplum dico lib. Pap. Karol. 5 ibid. p. 485), in Saxonicam Ann. Lauriss. a. 777: *multitudo Saxonum secundum morem illorum omnem ingenuitatem et alodem manibus dulgtum fecerunt* (var.: *hereditatem* = *ingenuitatem et omnem proprietatem suam,* Ann. Fuld. a. 777 Script. I. p. 349), Script. I. p. 158, in Thuringicam, ut eorum legem omittam, Weisthum von Monre a. 1264: *in Schonresteden quandam curiam sive allodium, quod in illorum ydiomate dicitur eyn forwerk,* Grimm Weisthümer III. p. 618, ibid.: *sunt preterea in Monre ad allodium quattuor gebunden et novem agri,* l. l. p. 619, ibid.: *de allodio nostro in Schonresteden,* l. l. p. 620 (= *eyne frie hufe,* l. l. p. 623). Sensus quidem ipsi voci subiectus allatisque exemplis quodammodo fortasse enucleatus valde dubius est. Fuerunt enim qui omnia defunctorum hominum bona eam complecti contenderent; inter quos Eichhorn Deutsche Rechtsgesch. I. (ed. 5) §. 57 p. 326 ex hoc Thuringicae legis capitulo similibusque constitutionibus id colligere iussit; sed inscriptionem *de alodibus,* quae similiter legis Salicae titulo LIX et leg. Ribuar. tit. LVI praemissa est, ad totam capitulorum seriem, quae ei singulae legum editiones subiunxerunt, attinere nequaquam constat; immo ad unumquodque subsequens solum praeceptum eiusque principalem sententiam, quae est de terris hereditariis, eam addicam. Neque aliis ex certis rationibus generalis ista verbi significatio demonstrari potuit. Quae cum ita sint, cum Walter Deutsche Rechtsgeschichte II. (ed. 2. 1857) §. 520, Waitz Das Recht der Sal. Franken p. 119 sqq. et Verfassungsgesch. II. p. 193, IV. p. 154, aliis censeo, alodem terram solam dicere. Sed inter hos ipsos, quos dixi, viros doctissimos alia quaedam exstat controversia. Walter enim cum proponat: *ein solches freieignes Besitzthum wurde Allode genannt,* nullo iure alieno circumscriptum fuisse alodis possessori huius terrae dominium censet; econtra dicit Waitz l. l.: *regelmässig hat alodis zur Bezeichnung besonders des Landes gedient, das durch Erbfolge von den Vorfahren her auf den jetzigen Besitzer gekommen ist.* Mihi quidem toties alodis expressis verbis res propria dicta atque toties beneficiis opposita fuisse videtur, ut has notiones contrarias existimem. Quamquam igitur concedam oportet, saepissime terram aviaticam inprimis apud Francos sub ista voce esse intellegendam, id nullam ob causam factum esse arbitror, nisi quia maxima terrarum libere possessarum pars per multas generationes eadem in familia remanebat, earumque alienatio difficilis erat. Quod ut illustrem, haecce liceat afferre exempla: capit. ad Niumagum a. 806. c. 7: *aliqui reddunt beneficium nostrum ad alios homines in proprietatem, et in ipso placito pretio conparant ipsas res iterum in alode sibi: qui hoc faciunt, non bene custodiunt fidem, quam nobis promissam habent,* Legg. I. p. 144; conv. in villa Sparnaco a. 846. c. 20: *quod ad rem publicam pertinuit, aut praereptione in beneficiario iure aut in alode adsumptum habetur,* l. l. p. 389; Karol. II. capit. a. 856. missat., l. l. p. 449; conv. Confluent. a. 860. adnunt. c. 5: *alodes illorum de hereditate et de conquisitu, quod tamen de donatione sua non venit, et illos alodes quos de donatione imperatoris habuerunt,* l. l. p. 474; *beneficiastis nobis ipsum alodem,* Vaissette Histoire de Languedoc (1730) I, 2. p. 55; *comis placito habito divestivit illum de proprio alode propter crimen incesti...; reclamavit se ille, quod iniusto iudicio propriis rebus caruisset; ... missi iudicaverunt, quod pro tali incesto non debuisset proprias res perdere, et reddiderunt ei predictas res in proprio,* Bibliothèque de l'école des chartes 3. série II. p. 525. Cfr. Merkel in Legg. III. p. 282 not. 98, Homeyer Ueber die Heimath nach Altdeutschem Recht (1852) p. 35 sqq.

35) Antiquissimum Thuringicum ius hereditarium ab intestato cum c. 26—34 potius referant quam discernant, constituere omittunt, ne testamenta conscribantur neve bona mortis causa alienentur (cfr. cap. 54). Quod cum saeculo nono apud Francos aliasque nationes, inter quas Romani habitabant, concessum iam esset, Thuringos priores Germanorum mores diutius retinuisse, recentiores libri demonstrant. Ceterum ipsarum, quae hac de re sunt, constitutionum series tres in particulas divisa est, quarum prima (cap. 26—31) de legitima successione in bona viri defuncti, secunda (cap. 32. 33) de successione in bona mulierum, tertia (cap. 34) de utraque est. Quem tractandi rem modum rusticitas tantum legislatoris, nulla iuris diversitas effecisse videtur. Sola enim, quae exstat differentia, paene re ipsa oriebatur: neque mulieres relinquere solebant *vestem bellicam* neque viri *ornamenta muliebria.* Sin vero in Thuringia aut vir aut femina vita decesserat, primo fiebat quod statut. Goslar. I, 4, 5 ita praescribunt: *is arer eneme dat gherade oder herwede anirstorven, das nimt de tovoren,* secundum regulam Speculi Saxonici III, 15. §. 4: *sve so herwede vorderet, die sal al ut van sverd halven dar to geboren sin; sve*

terra vero ad proximum paternae generationis consanguineum[40] pertineat. (28.) Si autem

so rade vorderet, die sal ut von wif halven dar to geboren sin. Dein, siquidem homo defunctus liberos utriusque sexus habuerat, soli filii omnem eius *hereditatem* (c. 26) i. e. *terram, mancipia, pecuniam* (c. 32) suscipiebant, filiae exheredes erant; porro *si filium non habuit qui* (vir feminave) *defunctus est*, eius bona duas in partes dirimebantur, ut res immobiles *proximus paternae generationis* (cfr. infra not. 40) *consanguineus* (c. 27—30. 33), mobiles proxima cognata, sive filia (c. 27), sive soror (c. 28. 33), sive mater (c. 29) acciperet (adde: nisi viri propinquiore affinitate cum defuncto homine coniuncti superstites erant); sin tandem *nec filiam nec sororem aut matrem dimisit superstites* (c. 30), qui rerum immobilium, idem mobilium heres existebat (c. 30); cum vero proximus agnatus longinquiore quinque generationibus consanguinitate mortuum hominem attigisset, virilis stirps muliebri anteponi desiit, agnatorumque loco cognati succedebant (c. 34). Quem succedendi ordinem perbene stemma gentile a Kraut Grundriss zu Vorlesungen über das Deutsche Privatrecht (ed. 4) §. 170 p. 323 conceptum illustrat. Cfr. Majer Germaniens Urverfassung p. 78, Paulsen De antiqui populorum iuris hereditarii nexu cum eorum statu civili (Hafniae 1822) p. 54 sqq., Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer (1834) p. 339—359. 36) Quod Thuringica lex expresse statuit, ut defunctorum hominum filii sorores suas ab hereditate omnium bonorum excluderent (c. 26. 30), idem antiquissimum ius Saxonum, Langobardorum, Alamannorum, Baiuwariorum, Burgundionum fuisse videtur, etsi partim similes constitutiones de successione tantum in praedia edunt, cfr. l. Sax. c. 41 (cum iis, quae supra p. 71 not. 8. 9 allata sunt), lib. Pap. Roth. 153 tractat. §. 4: *quodsi filium vel filios et filiam vel filias reliquerit, filii tantum succedant*, Legg. IV. p. 318, cet. Fortasse idem de paternis saltem bonis hereditariis custodiri voluit l. Cham. XLII: *si quis Francus homo habuerit filios duos, hereditatem suam de sylva et de terra eis dimittat, et de mancipiis, et de peculio; de materna hereditate similiter in filiam veniat.* Econtra Francorum Salicorum Ribuariorumque leges edixerunt, ne umquam *de terra ulla in muliere hereditas* esset (quod praeceptum postea de praediis tantum avitis valuit), ut cetera autem bona inter liberos utriusque sexus aequaliter dividerentur. Cfr. Walter Deutsche Rechtsgesch. II. (ed. 2) §§. 578—583, Schröder Gesch. des ehel. Güterrechts I. (1863) p. 113—119, Waitz Verfassungsgesch. I. (ed. 2) p. 59 sq. Itaque hac quoque in re, quam magni momenti habeo, Thuringica lex a Francicis magis recessit quam a ceteris. 37) Capitulum hoc 27 cum praeciperet, ut defuncti hominis, qui nullos filios sed solas filias superstites reliquisset, bona in duas portiones dividerentur, hisque praeter terram hereditariam omnia, ista autem proximo paternae generationis consanguineo addicerentur, magis accessit ad Francicum ius, quale post medium saeculum sextum valuit, quod illud hoc tempore recentius esse verisimile reddit. Cfr. edict. Hilperichi c. a. 574. c. 3: *placuit, ut ... si subito filios defuncti fuerint, filia simili modo accipiant terras ipsas, sicut et filii, si vivi fuissent aut habuissent*, Merkel Lex Salica p. 37, leg. Sal. LIX. nov. 167: *de terra vero salica in muliere nulla pertinet portio, sed qui fratres fuerint, et ad virile sexu tota terra pertineat*, l. l. p. 72, l. Ribuar. LVI, 4: *cum virilis sexus extiterit, femina in hereditatem aviaticam non succedat.* Ceterorum Germanorum leges coaevae feminino sexui multo magis faverunt; cfr. l. Sax. c. 44: *qui defunctus non filios sed filias reliquerit, ad eas omnis hereditas pertineat*, l. Liutprand. c. 1: *si quis Langobardus sine filiis masculinis legetimis mortuos fuerit, et filias dereliquerit, ipsae ei in omnem hereditatem patris vel matris suae, tamquam filii legetimi mascolini, heredis succedant*, Legg. IV. p. 108, l. Burg. Gundebad. XIV, 1, Legg. III. p. 538, l. Alam. Hlothar. LVII: *si autem duas sorores absque fratre relictas post mortem patris fuerint, et ad ipsas hereditas paternica contingat*, l. l. p. 64. Similiter posterius ius Thuringicum a Saxonico discessit; cfr. dipl. Hallens. a. 1235 §§. 20—23: *si aliquis moriens bona dimiserit, si pueros habuerit sibi pares in nacione, bona ipsius ad pueros spectabunt; si pueros vero non habuerit, proximus ex parte gladii bona ipsius possidebit. Idem iudicium habetur de Herwete. Idem iudicium habetur de Rade in feminino sexu*, Laband Magdeburger Rechtsquellen (1869) p. 10; Sachsenspiegel I, 17 §. 1: *stirft die man ane kint, sin vader nimt sin erve; ne hevet he des vader nicht, it nimt sin muder mit mereme rechte, dan sin bruder; ... it ne si dat dar nen sone ne si, so nimt it de dochter.* Qua in re ius pagi Nordswevego mirae varietatis est, prioresque consuetudines diu retinuisse videtur; cfr. gloss. Spec. Saxon. I, 17 §. 2: *de het men swauee; suste wât in den alten boken steit, dat de wif ervelos sint, dat meinet he io in desseme slechte, wen hir inne sint se ervelos u. anders nergen*, Homeyer Sachsenspiegel I. (ed. 3) p. 173. 38) Corbeiensis codicis lectio quamvis, si verba *qui defunctus est* ad *filium* referamus, sensu non careat, deteriorem tamen duco Heroldina. 39) Quod Waitz Verfassungsgesch. II. p. 156 annotat, Fuldensibus in traditionibus colonos tantum serviles servos, ceteros servos mancipia dici, idem hac de lege contendere potuit; cfr. divis. imp. a. 806. c. 11: *venditionem rerum immobilium, hoc est terrarum, vinearum atque sylvarum servorumque, qui iam casati sunt, sive caeterarum rerum, quae hereditatis nomine censentur; excepto auro ... nec non et mancipiis non casatis*, Legg. I. p. 142, leg. Saxon. c. 62. Ceterum pecuniae mancipiorumque verba, quorum loco lex Chamavorum 42 mancipia peculiumque affert, omnia bona mobilia, quae Germani scherpha nominabant (v. Schröder Gesch. des ehel. Güterrechts I. p. 117 not. 5, Bluhme in Legg. IV. p. 677 s. v. *scerfa*) amplecti censeo. Cfr. Griesinger-Danz Handbuch des heut. Deutschen Privatrechts X. (1823) p. 189. 40) *proximum paternae generationis consanguineum*] adde: *virilis sexus*; cfr. c. 28: *proximus paternae generationis*, c. 30: *proximus qui fuerit paternae generationis*, c. 33: *proximo vero paterni generis*, c. 34: *ad quintam generationem paterna generatio*, c. 39: *proximus eius*, c. 55: *proximus mulieris*; cfr. p. 71 not. 12; paterna scilicet generatio eadem est, quam dicit Speculum Saxoni-

nec filiam non[a] habuit, soror[41] eius pecuniam et mancipia, terram proximus paternae generationis accipiat. (29.) **Si autem nec filium nec filiam neque sororem habuit[42], sed matrem tantum superstitem reliquit[b], quod filia vel soror debuerunt[43], mater suscipiat, id est pecuniam[c] et mancipia[d].** (30.) **Quodsi nec filium nec filiam nec sororem aut matrem dimisit superstites, proximus qui fuerit paternae[e] generationis[44], heres[f] ex toto succedat, tam in pecunia atque in mancipiis quam in terra.**

31. Ad quemcunque[45] hereditas[g] terrae pervenerit, ad illum vestis[46] bellica[47], id est

a) nō redūdat *Her. in margine annotat.* b) reliquid *corr.* reliquit *Corb.* c) pecunia *Corb.* d) mancia *Corb.* e) paterne *Corb.* f) hęres *Her.* g) hęreditas *Her.*

cum III, 15, 4: *von sverd halven geboren.* Recte quidem contendere mihi videtur Paulsen de iuris hereditarii nexu cum statu civili p. 56: *proximitas* (Thuringica in lege) *secundum parentelas et in iis rursus secundum gradus computabatur;* neque minus consentiam cum Walter Deutsche Rechtsgeschichte (ed. 2) §. 579: *dass in dieser Stelle durch paterna generatio nur der Mannsstamm, nicht alle Verwandten von der väterlichen Seite bezeichnet werden, ergiebt sich aus dem Geist des Verhältnisses, namentlich aus VI,* 8 (id est c. 34); cfr. infra ad cap. 34 allata. 41) Cum lex hominis liberorum orbi defuncti in bona mobilia eius sororem matremque succedere iuberet, easque fratribus eius anteponeret, nonnullas saltem mulieres proxima affinitate cum illo coniunctas non omnino exheredari voluit, naturali vero, ut ita dicam, ex familia nondum excessit, ut defunctorum amitae omni ab hereditate a consanguineis viris excluderentur. Etiam quidem magis sororibus favet lex Liutpr. c. 3: *si ipse frater neque filius neque filias reliquerit, aut si habuerit et ante eum mortui aut mortuae fuerent absque filiis filiabus: tunc sorores eius tam qui in capillo remanserunt quam quae ad maritum ambolaverunt, in omnem substantiam eius ei heredis succedant,* Legg. IV. p. 109, l. Ahistulf. 10 l. l. p. 198. 42) Non est cur miremur, quod lex neque avum neque patrem ad hereditatem vocari iubet; filiifamilias enim, dum ascendentes viverent, propria bona possidere nondum solebant; cfr. Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer p. 346, Waitz Das alte Recht der Sal. Franken p. 109; recentius ius dipl. Hall. a. 1235 §. 27: *bona ipsius pueri, qui moritur, spectabunt ad gremium matris* Laband l. l. p. 11. Cuius rei aliam interpretationem proponit Brunner Das Anglo-Normännische Erbfolgesystem (1869) p. 16. 22—27. 43) Nescio an *debuerunt* verbi usus demonstret, non licuisse exheredes facere laudatos heredes; cfr. cap. 47: *habere debuit.* 44) Generationis vox quid sentiat, valde disputatur. Mihi quidem persuasissimum est, coniuncta paternae generationis verba c. 27. 28. 30. 34 nihil dicere nisi agnationem id est agnatorum numerum vel omnes per virilis sexus personas cum defuncto coniunctos homines, eidem vero vocabulo c. 34: *ad quintam generationem* alium sensum eumque parentelae subesse, sicut *sibbe* quoque varia significabat; v. infra not. 56 ad cap. 34. 45) Terrae heredem cum iubeat cap. 31 tamquam res annexas semper acquirere, ut recentiori vocabulo utar, *heergewäte* (v. not. 46), tutelam homicidii (v. not. 49), obligationem weregeldi solvendi (v. not. 50), tritissimum fortasse totius Thuringicae legis edit praeceptum. Ultio quidem proximi cum solutioni leudis ut officium potestati respondeat neque alteri plus detrimenti insit quam alteri commodi, constitutio de veste bellica, etsi duorum illico commemoratorum institutorum gratia edicta est, quodammodo cum praecepto capituli 32 convenit. — Spec. Sax. I, 27, §. 2: *dat erve an den nesten evenbürdigen mach, sve de is, unde it herwede an den nesten svert mach.* 46) H. Schulze Das Recht der Erstgeburt in den Deutschen Fürstenhäusern (1851) p. 203, Schröder Gesch. des ehel. Güterrechts I. p. 144, alii quamquam contendant, Tacitum Germ. c. 32: *inter familiam et penates et iura successionum equi traduntur: excipit filius non ut cetera maximus natu, sed prout ferox bello et melior,* heergewäte in animo habuisse, liceat tamen dubitare, an ipsius rei hic (cfr. ibid. c. 28. 18) primordia commemorentur, praesertim cum succedendi ius omnino diversum sit. Cfr. v. Martitz Das ehel. Güterrecht des Sachsenspiegels p. 111. Immo putem, ante conscriptam legem Thuringicam singulare illud ius nusquam laudari. Neque tamen minus fabulosa est narratio, quae inest Repgowii chronico Saxonico a Massmann edito pag. 295: *De koning* (Henricus I. c. a. 926) *bot oc, dat de eldeste broder in dat here vore: dat se dat herewede namen, dat do recht ward,* chronico Luneburg. ed. Eccard Corp. hist. med. aev. I. p. 1330, Gobelini Personae cosmodromio VI. c. 47 ed. H. Meibom. rer. Germ. I. p. 247, aliis libris; cfr. Grimm Rechtsalterthümer p. 566, Homeyer Heimath nach Altdeutschem Recht (1852) p. 57, Waitz Heinrich I. (ed. 2. 1863) p. 104. Cuius fabulae origo inde mihi orta esse videtur, quod, quo tempore munus castra sequendi fundorum tantum possessoribus addicebatur, speciale loricae eis hereditate relinquendae ius generalius redditum est; quod quidem non Henrico I. regnante sed Carolo Magno imperante factum esse illi ignorarunt. Ceterum alium in modum rem interpretari student leges Frisionum septemtrionalium §. 6: *men mochte fragen: wor aff is erst de herwede gekamen? Unse landes vorfaren de hebben in olden tiden ganz vele in der heruart gelegen und se hebben ock vel orlogh gehatt in natiden, dar af is dat herwede vp gekamen,* v. Richthofen Friesische Rechtsquellen (1840) p. 567. Singulae quidem res, quae ad *heergewäte* annumerari solebant, nequaquam ubique eaedem erant; recte enim ait glossator Speculi Saxonici I, 22: *hergewette ist das, was man in den heerfarten haben muss* (= *sicud vir cum armis suam desiderat tueri vitam, cum suis melioribus vestibus* dipl. a. 1273 Pufendorf Observ. iur. III. App. p. 399). Quam ob causam diversissimi exstant catalogi rerum, quas modo hic modo illic istud verbum amplectebatur; cfr. Grimm Rechtsalterthümer p. 566, Phillips in Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft VII. (1831) p. 1 sqq., Museum für Iurisprudenz VII. (1835)

lorica[48], et ultio proximi[49] et solutio[a] leudis[50] debet pertinere.

32. Mater moriens[51] filio terram, mancipia, pecuniam dimittat, filiae vero spolia colli[52]

a) *solucio Corb.*

p. 288, Nitsch in Iahrbücher f. d. Landeskunde von Schleswig, Holstein und Lauenburg I. (1858) p. 335 —354, Heydemann Die Elemente der Ioachimischen Constitution vom Iahre 1527 p. 55. 69. 76—79. 89, Siegel Das Deutsche Erbrecht (1853) p. 166 sqq., v. Martitz Das eheliche Güterrecht des Sachsenspiegels (1867) p. 110 sqq., al. Supra p. 108 commemoravi, praeter Saxoniam, Frisiam, Thuringiam hereditatis certam partem heergewäte nusquam reddidisse; cfr. dipl. Hall. a. 1235 (supra p. 125 not. 37), dipl. Aldenburg. a. 1234: *armaturam, que vulgo hervede vocatur,* Scheidt Nachrichten vom Adel in Teutschland (1754) p. 104, dipl. Altenburg. a. 1470 §. 22: *heergerethe* Mittheilungen der geschichtsforschenden Gesellschaft des Osterlandes III. (1853) p. 362. De Anglosaxonico *heregeat* vide v. Martitz l. l. p. 114. 47) Grimm Rechtsalterthümer p. 567 cum nos doceat: *herwêde, die Sächs. Form für Heergewäte, kann von nichts anderm abgeleitet werden, als von wâd (vestis), wie der Latein. Ausdruck vestis bellica ausser allen Zweifel setzt,* admiremur oportet, quam idonee Thuringicae legis auctor technicum verbum Germanicum in Latinam linguam converterit. Qui cum addat, *id est lorica,* cuius imago saepissime Speculi Saxonici in codicibus picturatis omnes res ad heergewäte pertinnetes significat, nescio an eam exempli causa laudet. 48) Naudet in Mémoires de l'institut, academie des inscriptions VIII. (1827) p. 459 et Davoud-Oghlou Histoire de la législation des anciens Germains (1845) II. p. 194 loricae verbum transferunt: *cuirasse ou côte de mailles.* 49) Wilda Strafrecht der Germanen p. 173: *die Blutrache wie die Mundschaft war Familiensache;* Kraut Vormundschaft nach den Grundsätzen des Deutschen Rechts I. p. 168: *Derselbe Verwandte, welcher wenn Jemand erschlagen ist, als Vormund des Todtschlags für ihn aufzutreten hat, ist auch, wenn er bei Lebzeiten eines Vormunds bedarf, sein rechter Vormund.* Similiter non dubitem, quin Thuringicae legis verbis *et ultio proximi* addam: *et tutela mulierum.* Quod quidem Beseler Lehre von den Erbverträgen I. p. 49 et Gerber Meditationes ad locum Speculi Saxonici I, 52 (1847) p. 4 contendunt, nequaquam laudatarum rerum ubique eundem existere heredem, Thuringici certe non fuit iuris. Ut autem proximus vir defuncto agnatus homicidium eius ulcisci faidamque portare debuit, ita, quando compositio intercessit, ad istum pecunia weregeldi loco numerata solvenda erat. Quod etiam multo postea Saxonicum Thuringicumque ius observari iussit; cfr. librum legis secundum distinctiones I, 38 pr.: *Wert ein man czu tode geslayn, dy forderunge erbet her uf sinen nesten swertmag,* ed. Ortloff p. 73, iudicium scab. Magdeburg.: *clagit des mannis neste swertmoge uff den umb das vorretenis des totslages, u. begert her vorczukomen umb sine unschult, so sal her komen in das neste gerihte* Böhme Dipl. Beiträge zur Untersuchung d. Schlesischen Rechte II. 2 (1775) p. 98, specul. Saxon. II, 16. §. 1: *Gewere sal iewelk man dun umme dotslach unde umme lemesle unde wunde, vor sinen herren dem he bestat, unde vor sine swertmage* (var.: *sein mündlein*); Kraut Vormundschaft I. p. 374, 12, Homeyer Heimath nach Altdeutschem Recht p. 40. — Ceterum parum accurate annotat Davoud-Oghlou Histoire de la législation II. p. 194 faidae vocabulum in Latinam linguam translaturum legislatorem dicere ultionem proximi. 50) *leudis]* Cfr. gloss. leg. Sal.: *leudus eius iacet finitus id est weregildus, leudum compositio seu widrigilt* Merkel Lex Sal. p. 103, Legg. I. p. 187 not. 79; l. Chamav. 12: *ille leodis,* ibid. 20, 23: *quarta parte de sua leode;* l. Sal. XVI: *de leude* ed. Merkel p. 53; l. Fris. II, 1: *tertiam partem leudis;* leg. Aethelbert. 23: *gif bana of lande gewited þâ magas healfne leôd forgelden* Schmid Gesetze der Angelsachsen (ed. 2) p. 4. Grimm Rechtsalterthümer p. 652, idem in Merkel Lex Salica p. X, Müllenhof in Waitz Recht der Sal. Franken p. 288, Wackernagel in Binding Das Burgundisch-Romanische Königreich I. p. 393, Kern Die Glossen in der Lex Salica p. 41. 60 demonstraverunt, primum leudi verbo fuisse sensum hominis plebeii (*liud* = plebs), postea *mit einer frischen Kürzung des Begriffes* weregeldi. Ipsa quidem vox praeter Francos, Frisiones, Thuringos, Burgundiones, Anglosaxones nationibus Germanicis ignota fuisse videatur. 51) Conferenda sunt, quae ad consonam capituli 26 constitutionem supra p. 124 sq. not. 35. 36 annotavi. Quid ibidem laudatus legis Chamavicae locus sentiat, perquam dubium est; sed persuasum habeo, Gaupp Lex Franc. Chamav. p. 82 *hereditatis maternae* verbis perperam sensum *Gerade, Niftelgerade* subiecisse; immo merum ius Francorum, quale illi legi insit, omnino haec ignorat. Itaque Eichhorn Deutsche Rechtsgesch. I. p. 738, Pertz in Abhandlungen der Academie der Wissenschaften zu Berlin 1846 p. 420, Schröder Eheliches Güterrecht I. p. 122 etsi rem non omnino explanavisse videantur, demonstraverunt tamen, Chamavicum ius a Thuringico discedere. 52) *Spolia colli* id est *ornamenta muliebria quod rhedo dicunt* (c. 38), quoad hoc loco commemorantur, antiquissimo tempore fortasse sola Niftelgerade ducebantur, postea principalem minime rerum, quas *Niftelgerade* amplectebatur, efficiebant partem. Ceterum Radegunden reginam Francorum Thuringica ex natione ortam etiam magis exornatam fuisse, refert Fortunatus V. Radegund. c. 13: *cingulum auri ponderatum, ... stapionem, camisas, manicas, cofeas, fibulas, cuncta auro, quaedam gemmis exornata.* Ex posterioribus quae hac sunt de materie legibus imprimis huc pertinet dipl. Hall. a. 1235 §. 44: *ista spectant ad ius quod Rade dicitur: omnes vestes dominarum, omnis ornatus dominarum de auro et argento factus, ita quod sit integer; omne quod Vedirgewant dicitur, spectat ad Rade; mensalia, manuteria, lintheamina, tapecia, cortine, Ummehanc, candelabra, pelves, cyste superius gybbose, equi, oves et omne, quod spectat ad braxandum, excepto magno doleo, anseres et pulli, sartago, que conducitur pro precio, omnes sues.* §. 43. *Omnia spectantia ad cibaria, quod dicitur Mustheil, tricesimo*

id est[53] murenulas[a], nuscas, monilia, inaures, vestes, armillas, vel quicquid ornamenti proprii[b] [54] videbatur habuisse. 33. Si[55] nec[c] filium nec filiam habuerit, sororem vero habuerit, sorori pecuniam et mancipia, proximo vero paterni generis terram relinquat.

34. Usque ad quintam generationem[56] paterna generatio succedat. Post quintam

a) murenas *Her.* b) proprii *recentiore manu corr.* proprium *Corb.* c) nec *deest Corb.*

peracto. medietas spectat ad hereditatem, medietas ad ius, quod Rade dicitur Laband Magdeburger Rechtsquellen (1869) p. 13; statut. Hall. in Förstemann Neue Mittheilungen aus histor. antiquar. Forschungen I, 1 (1834) p. 80; antiquiss. statut. Susat. §. 27. 52, Seibertz Urkundenb. Westfalens I. p. 52. 55, specul. Saxon. I, 24. §. 3, fragment. de Gerade ed. Wilda in Rhein. Museum für Iurisprudenz VII. (1835) p. 290; cfr. Haltaus s. v. *Gerade*, Grimm Rechtsalterthümer p. 576—586, Kraut Grundriss zu Vorlesungen über d. Deutsche Privatrecht p. 319—321, Schröder Gesch. des ehel. Güterrechts I. p. 173, 113—125. Beseler Privatrecht (ed. 2) p. 567: *Unter den eingebrachten Gütern der Frau wird besonders die Mitgift hervorgehoben. Dieselbe konnte die Bedeutung einer Abfindung von dem elterlichen Nachlass haben; regelmässig bestand sie in einer Aussteuer an beweglichen Sachen zum persönlichen Gebrauche der Frau und zu wirthschaftlichen Zwecken. Daraus erklärt sich die Entstehung der Rade oder Gerade im Sächsisch-Thüringischen Stammesrecht, indem die Sachen, die darunter befasst wurden, meist auch zur Aussteuer gehörten, und also ein bevorzugter Anspruch der Frau und anderer weiblichen Verwandten auf dieselben sich leicht entwickeln konnte.* Cui opinioni etsi accedunt Schröder l. l. et v. Martitz Das eheliche Güterrecht p. 96 sqq., malim tamen cum Siegel Deutsches Erbrecht (1853) p. 165. 173 censere, istas gentes aequum quodammodo ius secutas loco rerum exercitalium, quas solis viris concedebant, muliebria ornamenta atque vestimenta feminis tribuisse. — Cfr. infra p. 129 not. 59. 53) De vario muliebris mundi genere, cuius Thuringica lex mentionem facit, dicenda dicunt: *Murenulae, Murenae, Mulierum ornamenta aurea, quibus metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena collum cingebatur, ut scribit D. Hieronymus Epist.* 15, Ducange-Henschel Gloss. s. v.; *nusca fibula est aurea, in veteri lingua Germanica Nüschel*, Rössig Comment. ad leg. Angl. et Verin. p. 23; Karol. cap. a. 812: *inaures aurei* 4, *pensantes denarios* 17, Legg. I. p. 176; Mai Class. auct. V. (1833) p. 390; l. 25 §. 10 D. 34, 2; pact. leg. Alam. III, 4, Legg. III. p. 38; cod. dipl. Fuld. ed. Dronke p. 207. 54) Vocabuli *proprii* usum nos docere, etiam vivo marito uxori Thuringicae fuisse propria bona, in dotem fortasse illata, vix credam; immo frequentatas res ab uxore legislatorem dicturum esse censeo. 55) Cfr. cap. 28 cum not. 41. 35. 56) *Ad quintam generationem paterna generatio succedat]* Quae verba cum omnium interpretum tritissima fuerint crux, multum dicere meum non est. Ipsius quidem regulae iuris consimilia sunt ed. Roth. 153: *omnis parentilla usque in septimum geniculum nomeretur, ut parens parenti per gradum et parentillam heres succedat;* l. Sal. XLIV. §. 2: *qui proximior fuerit extra superius nominatos, qui singulatim secundum parentilla dicti sunt usque ad sexto genuculo, ..., iam post sexto genuculo si non fuerint, in fisco,* ed. Merkel p. 25; l. Rib. LVI, 3: *usque ad quintum genuculum, qui proximus fuerit, haereditatem succedat;* l. Baiuw. XV, 10: *Quodsi maritus et mulier sine herede mortui fuerint, et nullus usque ad septimum gradum de propinquis et quibuscumque parentibus invenitur: tunc illas res fiscus adquirat,* Legg. III. p. 321; specul. Saxon. I, 19. §. 1; I, 3. §. 3: *De sibbe lent in dem seveden erve to nemene, al hebbe de paves georlovet wif to nemene in der veften,* ed. Homeyer p. 159; ep. Leon. a. 800: *usque in septimam generationem observare, quia in septimo die quievit Dominus,* Kleinmaiern Iuvavia p. 58; cap. a. 753 c. 1, Legg. I. p. 22; cap. a. 757 c. 1, ibid. p. 27; a. 801 c. 20, ibid. p. 86; cap. in leg. Rib. mitt. a. 803 c. 10, ibid. p. 118; leg. Henr. I. c. 70 §. 20; v. Kolderup-Rosenvinge Dänische Rechtsgesch. übersetzt von Homeyer (1825) §. 99 not. c, §. 48 not. g. Klenze cum in Zeitschrift f. gesch. Rechtswissensch. VI. p. 178—191. 199 demonstraturus sit, dicendi tantum genus his in legibus diversum esse, idem autem eas referre ius: *im einen ist exclusiv, im andern inclusiv mit der bekannten eingradigen Berechnung der Geschwister gesprochen,* nescio an satis Germanicum generationum computandarum modum a canonico distulerit. Sed praeterquam quod dubium est, quot propinqui ad quintam generationem annumerandi sint, etiam maior isque gravior dissensus est, quid generationis vocabulum sentiat. Gaupp Das alte Gesetz der Thüringer p. 344 sqq. censet singulam generationem, = parentelam = Sippe, omnes homines ab eodem parente progenitos amplecti, Wasserschleben Das Princip der Successionsordnung nach Deutschem insbesondere Säcbsischem Recht (1860) p. 42: *generatio bezeichnet nicht die einzelnen Parentelen, sondern Sippzahl, Glied, Grad; es gehen demnach sämmtliche Agnaten, welche von irgend einem Stammvater des Erblassers nur* 5 *Glieder entfernt sind, den weiblichen Verwandten vor, ... ohne Rücksicht auf irgend eine Parentel,* Rive in Bekker u. Muther Iahrbuch des gemeinen Deutschen Rechts VI. (1863) p. 219: *dem Sprachgebrauche anderer Quellen analog ist hier darunter der quintus genuculus, das fünfte Glied einer Parentel zu verstehn, ... also Linealgradualfolge,* Lewis in Pözl Kritische Vierteljahrsschrift für Gesetzgebung u. Rechtswissenschaft IX. (1867) p. 39: *es kann hier generatio nicht die technische Bedeutung von Linie, Parentel haben, weil generatio durch das hinzugefügte paterna hinlänglich bestimmt wird;* cfr. Homeyer Stellung des Sachsenspiegels zur Parentelenordnung (1860) p. 8, Grimm Rechtsalterthümer p. 469, al. Quibus ex viris doctis cum Rive artificiosiorem quam naturaliorem sententiam a Wasserschleben prolatam bene reiecisse neque Lewis adiecto vocabulo *paterna* (opp. *materna*) certam opinionem demonstrari recte iudicasse mibi videatur, Gauppium malim sequi; sin enim recte sensisset Rive, in quavis parentela

autem filia[57] ex toto, sive de[a] matris parte in hereditatem[b] succedat; et tunc demum hereditas[c][58] ad fusum[59] a lancea[60] transeat.

[VIII, 1—8.] De furtis[61]. 35. Qui gregem equarum[d] in parrico[62] furatus fuerit, in triplum conponat[63]; si autem[64] foris gregem[65] commovit, quot equae[e] fuerunt, tot[66] capita[f] commotionis multam conponat; et quot abstulit, tot in triplum conponat. (36.) Hoc de servo[67],

a) de *deest Her.* b) hęreditatem *Her.* c) haereditas *Her.* d) ęquarum *Corb.* e) eque *Corb.; equę Her.* f) in *addunt editores.*

nobis intelligendum esse quintum gradum, omisisset legislator ipsam parentelam laudare neque quicquam dixisset. 57) De iure fisci quod Thuringicae legi nullum praeceptum inest, grave habeo argumentum antiquae legis originis. 58) *hereditas ad fusum a lancea transeat]* Simillime statuit publicum ius Francogallicum: *la couronne ne peut tomber de lance en quenouille = la couronne de France ne tombe pas en quenouille = les lis ne filent pas*, v. Phillips Deutsche Rechtsgeschichte (ed. 3) §. 38, H. Schulze in Bluntschli Staatswörterbuch X. p. 529, et ius territoriale pagi Hagen: *das nechste bludt vom Schwerdt geboren erbet, und da kein schwerdt vorhanden, erbett die Spille,* Puffendorf Observationes iuris universi III, app. p. 5. Cum tota fere Germania, quod subsequentibus in notis allatis nonnullis exemplis demonstrare studeam, fusus muliebrem, lancea masculinum sexum significaverit, dubium esse non potest, quid haec constitutio sentiat. 59) Fusum feminini sexus symbolum fuisse apud Germanos per totum aevum medium, ostendunt inprimis Grimm Rechtsalterth. p. 171, Phillips Deutsche Geschichte I. p. 102. 183, Akerman On the Distaff and the Spindle as the Insignia of the Female Sex in former times in Archaeologia (1857) XXXVII. p. 83—101, ut arma muliebria fusum olim habitum esse dicas. Cfr. Fortunat. V. s. Radegund. c. 13: *adhuc de regali secum habens ornamento felte fusum ex auro et gemmis vel margaritis factum,* Thietmar. Merseburg. chron. II. c. 24: *in aecclesia Albani in Mogoncia* (Conradi ducis Francorum uxor) *flebiliter est sepulta, cuius fusum argenteum in eius memoria ibidem est suspensum,* Script. III. p. 756, statut. vet. Hildeshem. a. 1249: *tertium dimidium denarium et peplum suum et colum et fusum suum,* Puffendorf Observ. IV. app. p. 285. Simili quoque in usu fuerunt forfices. 60) Virorum ingenuorum quae sunt insignia, lancea gladiusque, saepissime in lingua Germanica eos ipsos significant. Unde prodiit paullo ante enumeratis aliisque multis exemplis comprobatus usus verbi *Schwertmagen;* alia collegit Grimm Rechtsalterthümer p. 169, Homeyer Sachsenspiegel (ed. 3) I. p. 476. 61) Furtorum regularis quae fuerit apud Thuringos poena, cum lex non statuerit, atque extraordinarias tantum nonnullas cognitiones praescripserit, illa in re antiquum ius retinuisse, in hac novum condidisse videatur. Nulla enim de re nisi de furto pecudum domesticarum, quibus servi annumerabantur (v. not. 67) atque ornamentorum muliebrium quicquam statuit, neque alius differentiae rationem habet nisi singulane an gregalia animalia ablata sint. Quod autem hoc delictum minus censet, hinc fortasse est, quod gregales pecudes adhuc indoctae erant. 62) *Parricus* vel *parcus*, anglosaxonice *pearroc, pearruc* Bosworth Anglo-Saxon Dictionary p. 52 v, apud nostrates sonat *Pferch*, v. Scherz Glossar. II, 1184, 1209, Graff III. fol. 348, Diez Wörterbuch d. Roman. Sprache (ed. 2) I. p. 306, Mittelhochdeutsches Wörterbuch II, 1. p. 493, atque fuit *liberior et spatiosior locus in quo grex totus includitur* Ducange-Henschel V. p. 92; cfr. l. Ribuar. LXXXII, 2: *Si quis peculium alienum in messe adprehensum ad parricum* (lectio Til. et Lindenbr.: *parcum*, Corb.: *paricum*) *minare non permiserit;* v. Alcuini c. 10: *curte sive equarum sub uno parco omnis mundus collectus ostenditur* Mabillon Acta Sanct. S. IV. tom. I. p. 151; dipl. a. 1092 et a. 1236 a Ducange l. l. allegat.; l. Baiuw. X, 2. *de illo granario quod parc appellant* Legg. III. p. 307 c. not. 96. Idem fere alias vocabula *septum, sepis* sentiunt, etsi plura amplectuntur, ut tripla rei ablatae compositio regulari iam maior fuisse habenda sit; nam si quis in septa irrumpendo furatus fuit, tota Germania maiori poena dignus putabatur; cfr. Cropp in Hudtwalcker und Trummer Criminal. Beyträge II. p. 18, v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 197, supra p. 65 not. 80. 82, dipl. Wormat. Heinrici IV. a. 1061: *si autem infra septa cuiuslibet furtum aliquod commiserit, reddat quod abstulit vel restituat, et insuper unam unciam tantummodo componat, et nunquam maius vadimonium* (= fredum) *promereantur quam quinque solidos* Stumpf Acta imperii p. 69. 63) Specialis cum plerumque componendi verbo sensus insit, generali hic occurrimus, cuius originem nos docet dipl. a. 1212: *inter ... et ... longo tempore questio* (civilis) *moveretur, tandem nobis et aliis honestis viris mediantibus talis hinc inde compositio intercessit,* Gottern Nachricht v. d. Nonnenkloster Eisenberg (1730) p. 18. 64) Similiter edicunt l. Sal. XXXVIII: *si quis caballum qui carrucam trahit furaverit, ... solidos 45 ...; si quis admissario .. sol. 45 ...; si quis admissario cum gregem suam hoc est 12 equas ... sol. 62½ ...; si vero grex minor fuerit usque ad septem capita cum admissario, excepto capitale et dilatura, ... sol. 62½ culpabilis iudicetur;* l. Ribuar. XVIII, 1: *Quod si ingenuus sonesti id est duodecim equas cum amissario aut sex scrovas cum verre vel duodecim vaccas cum tauro furatus fuerit,* 600 *solidis culpabilis iudicetur, et insuper capitale et delaturam restituat;* l. Alam. LXX, Legg. III. p. 69. 158. 65) Davoud-Oghlou Histoire de la législation II. p. 199 cum verba *foris gregem* francogallice reddiderit: *hors du parc,* quin erraverit, nihil dubitem; immo equae putandae sunt, quae non sint gregales. 66) *tot capita commotionis multam conponat]* puta: *reddat aut ipsum aut aliud simile vel pretium eius,* leg. Fris. add. VII. Legg. III. p. 693. 67) *servo]* Gaupp Gesetz der Thüringer p. 364, idem Lex Franc. Chamav. p. 73, Gengler Grundriss der Deutschen Rechtsgesch. p. 169, de Wal Lex Frisionum p. 54, alii Lindenbrogi (v. supra p. 104) coniecturam secuti *cervo* proponunt. Sed servis nullum olim fuit ius

bove, vacca, ove, porco iudicatum est. 37. Qui[68] scrofas sex[a. 69] cum verre, quod dicunt sonest[b. 70], furatus est, in triplum conponat[c], et delaturam[71] solidos 7[72] et in freda

a) VI *Corb.* b) son est *Corb.*; son *Her.* c) componat *Her.*

civile, ut nullum weregeldum iis addici soleret ipsique saepissime una cum bestiis numerarentur, cfr. p. 56 not. 37, p. 75 not. 31, p. 76 not. 35, p. 120 not. 10. Quae cum ita sint, neque ulla tali coniecturae subest ratio et simillimo dicendi usu reiicitur, quae inest e. gr. legi Chamav. c. 25: *de quicquid in casa furaverit, in wirdira solidos* 7, *de warnione in wirdira solidos* 7, *de spadato caballo solidos* 7, *de servo solidos* 7, *de spata* 7, *de iumento solidos* 4, leg. Fris. IV, 1. 2. II, 11: *si quis servum aut ancillam, caballum, bovem, ovem vel cuiuscumque generis animal* Legg. III. p. 660, l. Sal. X, 1: *si quis servum aut cavallum vel iumentum furaverit.* Adde quod nuda vox cervi parum accurate domesticum vel venaticum cervum diceret; cfr. l. Sal. XXXIII, 2. 3. ed. Merkel p. 18. 65, l. Ribuar. XLII, 2, l. Alam. CI, 5 Legg. III. p. 81 c. not. 85. 68) Ut lex Thuringorum inter singulas equas et equarum gregem; cui sine dubio tacite admissarius sive warnio annumerabatur, ita inter singulos porcos (c. 36) eorumque gregem (c. 37), quam scrofis sex cum verre effici refert, legitimam differentiam statuit. Itaque cap. 36 et 37 verba sic interpretor: *si quis porcum sive unum sive complures furatus fuerit, aut eos restituat aut eorum pretium solvat, et insuper quot capita abstulit tot tripliciter conponat; si autem gregem porcorum, tripliciter tantum eam conponat; utroque vero in casu et delaturam et fredam penset.* 69) Plerumque duodecim pecudes grex appellabantur; cfr. l. Alam. XXVII, 1: *vaccaritiam legitimam, ubi sunt* 12 *vaccas vel amplius (cum tauro)* Legg. III. p. 72; l. Rib. XVIII. (v. not. 64); l. Sal. III, 7: *si quis* 12 *amimalia furaverit;* dipl. a. 849. *iuga boum sex* Neugart Cod. dipl. Alem. I. p. 264; form: 12 *equae cum admissario, in vaccaritia capita* 12 *cum tauro et armentario* Waitz Verfassungsgesch. II. p. 189 not. 5; etiam maiorem numerum praebet l. Sal. II, 13, 7; III, 8, sex l. Ribuar. l. l. 70) *Sonest, son* mutilas censeo formas verbi Francici: *suuinesta, suinesta, sonesta* i. e. *sû-in-i-sta. Das Stammwort ist ahd. sû, nhd. Sau, ags. sû, engl. sow; aus sü + in geht regelmässig swîn hervor; nach einer Fränkischen Schreibweise darf dies soîn werden; aus swîn, Stamm swîna entsteht mit Suffix str, sta: swinasta, swinesta, nach Fränkischer Schreibweise suuinesta, suinesta, soinesta* Kern Die Glossen in der lex Salica p. 145. Quod verbum apud Francos usitatissimum invenias in l. Sal. XXXVIII, III, IV, e. gr. III, 15: *si* 25 *porcos furaverit ubi amplius non fuerint in grege illa, malb. sonista hoc est,* 2500 *dinarios, qui faciunt solidos* 62½, *culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura* ed. Merkel p. 4; l. Rib. XVIII. (v. not. 64); cap. in leg. Rib. mitt. a. 803. c. 4: *De sonesti aut* 600 *solidos conponat aut cum duodecim iuret* (reus); *aut si ille qui causam quaerit duodecim hominum sacramentum recipere noluerit, aut cruce aut scuto et fuste contra eum decertet* Legg. I. p. 117. Idem apud Anglo-Saxones sonasse *suner, sunor,* ostendit Bosworth Anglo-Saxon Dictionary p. 71 c. d., quod nonnulli intelligendum esse proponunt in ed. Roth. 351: *si quis verrem alienum furaverit, conponat solidos duodicem; ipse dicitur sonorpair, qui omnes alios verres in grege battit et vincit; tamen in uno grege, quamvis multitudo porcorum fuerit, unus conpotetur sonorpair* Legg. IV. p. 80. 81 c. Bluhmii not. 52, Grimm Geschichte der Deutschen Sprache pag. 548. 695. Paullo post verbum non amplius perspectum fuisse, demonstrat gloss. San-Petrin. e lege Ribuar.: *sonestis, stuat rura. suanus* Mone Anzeiger f. Kunde d. Teutschen Vorzeit V. (1836) p. 233. 71) Delaturam vel dilaturam vel dilationem (l. Rib. XXXIII, 3) ipsos Germanos dixisse *wirdriâ,* argumento est saeculo nono confecta transversio verborum legis Salicae: *excepto dilatura et capitale: foruzzan haupitgelt inti þirdriun, foruzan haubitgeld indi þirdriun* Merkel Lex Salica p. 110. 111 et leg. Chamav. c. 25 (v. not. 67), c. 26, 27: *quicquid in Mashau furaverit, duos geldos componere faciat, in wirdira uncias duas, in fredo dominico solidos quatuor.* Sed quid ipsum vocabulum sentiat, valde dubium est; quam difficultatem id auget, quod nonnullis in locis varia significat. Quamquam raro tantum ei sensus infuisse videtur, qui a Ducange-Henschel II. p. 786 principalis habetur: *accusatio, calumnia,* scilicet in leg. Henrici I. reg. Anglo-Saxonici 64. §. 1: *in quibusdam locis iuramenti vel anteiuramenti multa est distantia, sicut in delatura et pluribus aliis* Schmid Gesetze der Angelsachsen (ed. 2) p. 466, et in eccles. cap. 28. apud Carolum M. lib. IV. de imag. cap. 5. ab isto allegato. Neque putem ad rem enucleandam quicquam afferre gloss. leg. Sal. Pithoe.: *delatura, fredo* Merkel Lex Salica p. 103 vel vetus versio leg. Anglosax. reg. Ine c. 17: *Qui investigabit furtivam carnem, habeat þaet meldefeoh, i. e. pecuniam indicationis vel delaturam* Schmid l. l. p. 29, etsi nonnulli viri docti modo hanc modo illam sententiam comprobaverunt atque tamquam solam rectam demonstrare studuerunt. Fredum enim a dilatura distare, ut alia praeteream, dilucide ostendunt ipsius legis Thur. c. 36. 38, ut glossatori rem obscuram fuisse contendas. Neque gravius argumentum habeo, quod translator ille posteriore aliquo tempore arbitratus est dilaturam esse = meldefeoh i. e. pretium, quod delatori fuit constitutum, saepius laudatum e. gr. l. Wisigoth. VII, 1, 4, ed. Roth. 255. 335, l. Burg. Gundeb. XVI, 3 (*veiaturas*), CIII, 6, XCVI, leg. Wihtr. 11, etsi epist. Purchardo scripta *occulte sibi pactum fieri petüt de pretio duarum librarum pro delatura, ut haec patefaceret* Goldast Script. rer. Alsat. II. p. 56 res probabilis redditur; recentior enim is locus esse videtur, quam cui fides adhibeatur, v. Waitz Das Recht der Sal. Franken p. 198; itaque non possum hunc sensum genuinum existimare cum Grimm Rechtsalterthümer p. 655: *delatura ist was der Melder für die Angabe der entfremdeten Sache empfängt; ... dem Dieb legten die Gesetze ein geregeltes Anbringegeld auf,* Eichhorn Deutsche Rechtsgesch. I. (ed. 4 et 5) §. 71, Wilda Strafrecht d. Germanen p. 901: *Anbringelohn,* Gengler Grundriss der Deutschen Rechtsgesch. p. 366, sed putem id penitus reprobatum esse a v. Woringen Beiträge

totidem. 38. Qui ornamenta muliebria, quod[73] rhedo[a] [74] dicunt, furtu[b] abstulerit, in triplum conponat[c], delaturam 12 solidos et in freda similiter.

a) rhēdo (*id est* rhemdo *vel* rhendo) *Corb.*; *falso annotat Merkel Lex Saxonum p.* 21: *„Dieser Strich kommt öfter im Codex ohne Bedeutung vor.“* b) furto *Her.* c) componat *Her.*

zur Gesch. d. Deutsch. Strafrechts (1836) p. 75. 76, Waitz l. l.; cfr. leg. Sal. LXV. nov. 274: *De delatura: si quis hominem occiderit et quod lex habuit pro eo dederit, solidos* 30 *pro delatura conponat, de puero aut liberto solidos* 15, *de furtibus vero aliis* 7 *solidos* ed. Merkel p. 82; cap. leg. Sal. add. a. 819 c. 2: *si quis servum alienum occiderit vel vendiderit, vel ingenuum dimiserit, ... sol.* 35 *culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura* Legg. I. p. 225. Sin I. Ch. Majer Histor. iur. German. circa homicidium (1770) §. 20, al. putant, delaturam praemium fuisse quoddam ei, qui res in iudicium deduxerit, concessum, ne fiscus fredum amittat, miram coniecturam nullis rationibus subventam refellere longum est. Dubias tantum has opiniones habeo: a) Wiarda Erläuterung der lex Salica b. p. 281 proposuit, litis impendia iudicio solvenda esse delaturam. Sed ubique coniungitur capitale cum delatura, quod istius sectator interpretari non posset; inprimis autem tempore legum Francorum Salicorum, Ribuariorum, Chamavorum, Thuringorum certa talia impendia pensata fuisse nequaquam constat, et delaturam ad eum, cui furtum factum esset, pertinuisse, ostendit Chlothach. II. decret. c. 8: *continuo capitale ei qui perdidit reformetur; ... capitale vel dilatura si fuerit, de facultate latronis ei qui furtum pertulit sarciatur; ... fretus tamen iudicibus in cuius provincia est latro restituatur requirenti* Leg. I. p. 13. Cfr. v. Woringen l. l. p. 78—84. b) Eodem Chlothacharii capitulari reiici mihi videtur sententia a Waitz Das Recht der Sal. Franken p. 199 prolata: *es scheint nichts übrig zu bleiben, als die Dilatura für eine Art der Strafe zu halten, die einen gewissen öffentlichen Charakter an sich trug,* si quidem haec verba recte intelligo. c) Artificiosiorem tandem quam probabiliorem aestimo opinionem, cui an accedat haesitat v. Woringen l. l. p. 88: *Dilatura könnte eine von Compositio und Schaden unabhängige Abgabe dafür sein, dass Zögerung oder Weigerung statt fand, auf ein gerichtliches Verfahren einzugehn,* quod l. Wisig. II, 18 intelligendum esse apparet: *iudex cum ab aliquo fuerit interpellatus, adversarium ammonitione unius epistolae ad iudicium venire compellat; ... si se dilataverit, aut venire contempserit, pro dilatione sola quinque auri solidos petitori et pro contemtu quinque alios iudici coactus exsolvat.* Sed fere nusquam res Wisigothicas longe recentiores ad antiquas Germanicas enucleandas afferre audeam. Adde quod dilatura, si fuisset haec dilatio Wisigothica, ubique certe solvenda fuisset, non vero solis furtis et interdum homicidiis commissis, et quod saepius laudatum capitulare Chlothacharii huic quoque sententiae oppugnat. d) Quae cum ita sint, recte mihi sensisse videntur Cuiacius, Bignonius Marculfi formulae (1665) b. p. 143: *dilatura est id quod interest propter moram,* Heineccius Elem. iur. Germ. II, 21: *quod pro mora datur,* Eccard Leges Francorum p. 15: *mora sua cuilibet nocica,* v. Woringen l. l. p. 84: *die Bezeichnung des Verlustes, den der Eigenthümer durch das Entbehren einer Sache erlitten,* Grimm in Merkel Lex Sal. p. LXXXVI; Gaupp Lex Franc. Chamav. p. 73, Geib Lehrbuch d. Deutschen Strafrechts p. 176. Cuius opinionis praecipuum argumentum inest leg. Sal. IX, 1: *si quis animal aut caballum vel quolibet pecus in messe sua invenerit, penitus eum vastare non debet. Quod si fecerit et hoc confessus fuerit, capitale in locum restituat, ipse vero debilem ad se restituat; si vero confessus non fuerit, et ei fuerit adprobatum, solidos* 15 *culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.* Neque scio, cur legis Sal. supra laudatam novellam 274 ei contrariam nonnulli habuerint. Nonne hominis occisi propinquis lucrum cessabat, si weregeldum longe post peractum homicidium solvebatur? Cfr. leg. Aethelbert. 22. Qua de re summi momenti sunt, quae nos *notitia chartae geist* i. e. iectivitatis a. 868 docet; Alcaudus scilicet quidam postquam mallavit Heldebernum atque in mallo publico dixit, istum *malo ordine* quempiam *mortificasse;* respondit H., se *iniuste* esse ab illo mallatum; *A. vero contra eum widridum stipulavit, unde ante hos dies per iudicium scabiniorum ad respectum fuerunt; scabinei decreverunt iudicium, quod post* 40 *noctes in proximo mallo, ipse H. contra A. iurasset, aut quod lex est fecisset* etc. Pérard Recueil de pièces servant à l'histoire de Bourgogne (1664) p. 148. 72) *solidos 7]* Wilda Strafrecht der Germanen p. 462: *Die Brüche von 7 Schillingen kann ich nur für eine Anomalie halten, wenn sie nicht gar ein Schreibfehler ist.* Itaque emendant Gengler Grundriss p. 169, de Wal Lex Frisionum p. 54: *sol.* 12, Sachsse Histor. Grundlagen p. 354 tacite: *sol.* 6. Equidem cum Francicarum legum nonnullis in capitulis delaturam 7 solidorum inveniam, emendare non audeo; cfr. l. Cham. c. 25 (v. not. 67), l. Sal. LXV. nov. 274 (v. not. 71). 73) Nolim cum Grimm Gesch. der Deutschen Sprache II. p. 606 coniicere, verba *quod rhedo dicunt* genuinam in legem a glossatore esse iniecta; simillimum enim dicendi genus saepissime nobis occurrit, e. gr. c. 37: *quod dicunt sonest.* 74) De iure quod dicitur Gerade, rebusque huc annumeratis cfr. supra p. 127 sq. not. 52. 53. Quod ad ipsum verbum *rhedo* attinet, contendit Grimm Rechtsalterthümer p. 567: *Gerade, im Ssp. rade, im Lat. utensilia, führt auf Geräthe (apparatus); nur ist dieses ein Neutrum (ahd. giräti, mhd. geraete), Gerade hingegen unumgelautetes Femininum. Auch irrt das rh in lex Angl. et Werin.; man hätte einen Schreibfehler anzunehmen, und zwar rêdho (nom. plur.)? Ich entscheide mich also für die Schreibung râde, gerâde und die Bedeutung des hochd. Masculin. rât (supellex).* Wackernagel in Binding Das Burgundisch-Romanische Königreich I. p 356 proponit tertiam quandam etymologiam, ex qua *rhedo* aliud verbum sit atque *Gerade: auf das altnord. reidha, Zurichtung, Zubehör, und das althochd. reita, fränk. raida in Worten wie antreita, hariraida und wie jetzt noch Hofraite* (*Schmellers Bair. Wörterb.*

39. **Homo in furtu[a] occisus non solvatur[75]; sed si proximus eius dixerit innocentem occisum, campo[76] eum conprobet innocentem; vel[77] 12[78] hominum sacramento[b], furem credi iusto occisum.**

40. **Qui[79] hominem liberum infra patriam[80] vendiderit, solvat eum quasi occisum, et in fredam solidos[c] 12[81]; (41.) qui liberum extra solum vendiderit, solvat eum similiter, et in fredam[82] solidos[c] 60. Similiter de femina[d. 83].**

a) furto *Her.* b) sacro ienta *corr.* sacramento *Corb.* c) sol. *Corb.*; solid. *Her.* d) foemina *Her.*

III, 155). Idem vocabulum nobis occurrit in l. Burgund. LXXXVI, 1: *De malahereda* (vel *malaharada* v. Wackernagel l. l. p. 351): *si pater qui filias dimittit, malaherada se vivo dare voluerit, cui voluerit donet, ita ut postea ad filias suas, si ille dederit, nemo requirat*, cfr. Homeyer Die Heimath nach Altdeutschem Recht (1856) p. 36 not. 44, Schröder Geschichte des ehelichen Güterrechts I. p. 44. 122, v. Martitz Ehel. Güterrecht p. 96, atque in l. Alam. Lantfr. LIII: *si quis liber mortuus fuerit et reliquid uxorem sine filiis aut filiabus, et* (haecde) *illa hereditate exire voluerit; ... sequat eam dotis legitima et quidquid parentes eius legitima plagitaverent, et quidquid de h e r e d i paternicam secum adtulit habiat* Legg. III. p. 104, cfr. Merkelii not. 17 l. l.; res vero ipsa a Gerade Saxonum, Thuringorum Frisionumque quodammodo distabat. 75) Fur in manifesto facinore deprehensus Germanorum secundum leges si domino rerum ablatarum ipsum ligaturo (cfr. infra p. 133 not. 84. 85) obstiterit vel eum aufugere tentaverit, occidere licuit, quin weregeldum deberetur; conditio vero a me iam dicta ubique, etsi interdum praeteritur, subintelligenda atque adiicienda esse mihi videatur; cfr. leg. Saxon. 32; ed. Rothar. 32. 264; l. Fris. V, 1; l. Rib. LXXVII; decret. Chlothach. II. c. 2. Legg. I. p. 12; ed. Chlothach. II. a. 614 c. 22 l. l. p. 15; l. Baiuw. IX, 5 et decret. Tassil. IV, 3; l. Burg. VI, 2. XXVII, 6. 8; conv. Ticin. a. 850 c. 3. Legg. I. p. 406; conv. Silvac. a. 853 c. 5 l. l. p. 424; cap. Caris. a. 873 c. 2 l. l. p. 519; Vern. a. 884 c. 3. 10. l. l. p. 552. 553; l. Wisigoth. VII, 2. §. 15. 16; supra p. 66 not. 84; Hälschner Das Preussische Strafrecht III. (1868) p. 401. Ceterum cum Siegel Gesch. des Deutschen Gerichtsverfahrens I. p. 123. 80 sqq. exponeret, *dann hat der Verletzte, um sicher zu seinem Rechte zu kommen, die Befugniss, den Verbrecher ohne Weiteres zu tödten*, eum errasse falsamque legibus causam subiecisse, comprobatum esse censeam a Sohm Der Process der lex Salica (1867) p. 134 sqq.: *Sobald der Gegner dem ligare, und damit dem vor Gericht Bringen sich widersetzt, gewinnt der Verletzte das Recht zu unmittelbarer Execution. Der Rechtfertigung dieser Handlung dient der Eid, welcher von diesem zu erbringen ist, dessen Wirkung also nach rückwärts, nicht nach vorwärts sich richtet. Von der Privatperson wird die öffentliche Strafe vollstreckt.* 76) De campo ceterisque Dei iudiciis Thuringica in lege laudatis conferenda sunt, quae infra ad cap. 55 et 56 annotavi. 77) Res ipsa docet, a legislatore omissa esse verba *homicida conprobet*, id est: si quis furem ligaturus antecepta poena, quia restitit, interfecerit, sua duodecima manu iuret, se istum manifesto in facinore deprehendisse itaque iuste occidisse; cfr. not. 75, leg. reg. Ine. c. 21: *gif mon þaes ofslaegenan were bidde, he môt gecŷđan, þaet he hine for þeóf ofslôge, nalles þaes ofslegenan gegildan ne his hlâford; gif he hit þonne dierneđ and weorđeđ ymb long yppe, þonne rŷmeđ he þâm deâdan to þâm âđe, þaet hine môton his maegas unsyngian*, ibid. c. 35 Schmid Gesetze der Angelsachsen (ed. 2) p. 28. 30. 36, form. Sirm. XXX: *in sua orta contentione vel in sua movita atque per suas culpas ibidem interfectus fuit; absque ulla fraude vel conludio, et in sua culpa secundum legem ipsum ferro battudo fecit et si hoc facere poterit, de ipsa morte quietus valeat residere* Walter Corp. iur. German. III. p. 390. 78) De pleno sacramento cfr. p. 108. 120 not. 7. 79) Capitula 40. 41 constituunt, ut plagiarius ei, *ad quem ultio proximi et solutio leudis* (c. 31) hominis ab ipso venditi pertinuerit, i. e. proximo agnato eius weregeldum, atque fisco *si infra patriam vendiderit*, bannum minorem vel comitis, *si extra solum*, regium solvat. Qua de re quae sunt aequales leges, praeter Ribuariam omnes eandem poenam propinquis pensandam statuunt, nihilo autem utrumque casum discernunt; cfr. l. Sax. 20: *si extra solum vendiderit, conponat eum ac si occidisset* supra p. 59 c. not. 54, l. Fris. XXI: *si quis hominem extra patriam vendiderit, componat eum ac si ab ipso fuisset interfectus*, Liutprand. leg. 48: *si quis liberum hominem foris provincia vindederit, conponat wirigild eius, tamquam si eum occidisset*, l. Alam. Pact. III, 12, Hloth. XLVI: *si quis liberum ex terminos vindiderit, ... cum widrigildo eum parentibus solvat*, l. Baiuw. XVI, 5, l. Sal. XXXIX, 3. 4 ed. Merkel p. 67, l. Rib. XVI. 80) Patria = solum, cfr. supra p. 88 not. 18, cap. Sax. c. 10 supra p. 92, Waitz Verfassungsgesch. IV. p. 300, Zöpfl Deutsche Rechtsgeschichte (ed. 3) p. 421. 81) De fredi vocabulo v. Legg. III. p. 661 not. 41, de eius sensu supra p. 67 not. 92, Zöpfl Rechtsgesch. (ed. 3) p. 918 sqq. Fredum Thuringorum fuisse duodecim solidorum, ostendit praeter hunc locum etiam capitulum 38, ut dubia cap. 37 verba omittere liceat (v. p. 131 not. 72). Neque parvi id existimandum esse censeo, quod tantidem istud fuit et in Saxonia (cfr. supra p. 87 not. 14) et in Frisia (cfr. v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 347) et in Burgundia (cfr. Wilda Strafrecht p. 456) et in Baiuwaria (cfr. Roth Entstehung der Lex Baiuwariorum p. 59), quindecim autem solidorum apud Francos (cfr. Wilda Strafrecht p. 468). Adde quod excepta Thuringica omnibus in aequalibus legibus fredum atque minima mulcta (cfr. supra p. 121 not. 16) eandem summam complectebatur; quam ob rem fortasse coniicere liceat, hanc quoque apud Thuringos ante conscriptam legem fuisse 12 solidorum ut apud populos iis affines; cfr. p. 109. 82) *Bannum regis* (c. 57) vel sexaginta solidorum ut solvatur, cum lex Thuringorum ter (c. 41. 43. 57 v. p. 115) statuat, itaque institutionem mere Francicam

42. **Qui**[84] liberum ligaverit[85], 10 solidos[a] conponat[b], qui adalingum[86], 30[87] solidos[a]; si[88] negat, cum 11[89] iuret, aut campo[90] decernat.

[IX.] De incendio[91]. 43. Qui domum alterius noctu incenderit, damnum triplo

a) sol. *Corb.*; solid. *Her.* b) componat *Her.*

(cfr. annotata ad c. 43. 57) commemoret, bis tamen (c. 41. 43) fredi vocabulum, quod apud Francos ubique solum minorem vel comitis bannum (v. not. 81) dicebat, usurpat. Qua in re quod tantopere a Francorum usu discedit, id coarguere mihi videtur, rem nuper in Thuringia publici iuris factam neque legem a Franco homine conscriptam esse; putare enim non possum cum v. Woringen Beiträge zur Geschichte des Deutschen Strafrechts p. 167, hic esse *eine Verwechslung.* 83) De miro consensu ultimorum huius capituli verborum cum leg. Sax. cap. 20 atque leg. Ribuar. tit. XVI. disputatum est supra p. 59 not. 57. Weregeldum autem feminae Thuringicae quale fuerit, docent cap. 46—49. 84) Quid cap. 42 sentiat, liceat sic interpretari: *si quis hominem liberum sine causa et contra leges ligaverit,* 10 *solidos conponat, si adalingum,* 30 *solidos; sin contenderit, se istum in facinore furtim commisso comprehendisse itaque suo iure usum ligasse, malefactor autem vel eius propinqui culpam istius negaverint, sua duodecima manu iuret, aut in campum exeant.* Quam maximam enim a Germanis contumeliam habitam esse ligaturam constat, cfr. gest. Franc. 18: *ab ipsis traditoribus comprehensus, ligatis a tergo manibus* (ut fur, v. Grimm Rechtsaltertümer p. 637. 638) *praesentatur. Cui dixit Chlodoveus: Cur humiliasti gentem nostram, ut te vinciri permitteres? nonne melius fuerit mori; ... si tu solatium fratri tuo praebuisses, ille ligatus non fuisset* Bouquet Recueil des historiens de la France II. p. 555; quod inde factum esse censeo, quia ligatus homo a quovis in manifesto facinore comprehensus scelerator (cfr. p. 132 not. 75) putabatur. Cfr. l. Fris. XXII, 82: *qui libero homini manus iniecerit, et eum innocentem ligaverit,* 15 *solidos componat, et* 12 *sol. pro freda ad partem regis* Legg. III. p. 681 c. not. 14; ed. Roth. 42: *Si quis hominem liberum legaverit absque iussionem regis* (form. in libro Papiensi adiecta addit: *aut*) *sine causa, duas partis praetii ipsius tamquam si eum occidissit, ei conponat* cum expositione lib. Pap.: „*sine causa*“ *dixit ad differentiam illius qui captus erat in curte tempore noctis* Legg. IV. p. 20. 304; l. Burg. XXXII: *De eo, qui hominem inlicite et sine causa ligaverit: si quis hominem ingenuum innocentem ligaverit, et hoc ingenuus fecerit, inferat ei, quem ligavit, solidos* 12, *et multae nomine sol.* 12; *si libertum ... ei quem ligavit, sol.* 6 *et multae nomine sol.* 6 Legg. III. p. 546; l. Sal. XXXII: *si quis hominem ingenuum sine causa ligaverit, .. solidos* 30 *culpabilis iudicetur;* l. Rib. XLI, 1: *si quis ingenuus ingenuum ligaverit et eius culpam cum* 6 *testibus in haraho non adprobaverit,* 30 *sol. culpabilis iud.;* l. Cham. c. 17: *qui hominem Francum sine culpa ligaverit, sol.* 12 *componat, et in fredo dominico sol.* 3. 85) Ligare licebat secundum leges antiquas Germanorum quemvis hominem furtive scelus in ipsum committentem illico comprehensum; sed ut omnis res clam possessa furtiva putabatur (cfr. Laband Die vermögensrechtlichen Klagen nach den Sächs. Rechtsqu. d. Ma. p. 70—80, Sohm Process d. lex Sal. p. 60 sqq.), ita furi *si in fossa, qua domum alterius effodere conatur fuerit repertus* i. e. manifesto exaequatum esse *et adulterum et eum, qui domum alterius incendere volens facem manu tenet, ita ut ignis tectum vel parietem domus tangat,* ostendit l. Fris. V, 1; cfr. l. Baiuw. VIII, 1. Quamdiu autem scelera commissa manifestis aequo loco habita sint, discutit Sohm Process p. 64—75; cfr. lex Sal. XXXVII: *si quis bovem aut caballum vel qualibet animal per furtum perdiderit, et eum dum per vestigium sequitur fuerit consecutus usque in tres noctes.* 86) *adalingum]* cfr. p. 107, p. 120 not. 3, p. 47 not. 4. 87) Minimam mulctam libero homine laeso decem, adalingo triginta solidorum fuisse in Thuringia, exposui supra p. 121 not. 16. Fredum enim cum ibidem 12 solidorum neque hominibus varii status violatis diversum fuisse constet, nolim cum Sohm Process der lex Salica p. 137 coniicere simillimo in loco legis Ribuar. XLI, 1 (v. not. 84) id intelligendum esse. 88) *Si negat, cum 11 iuret]* Si quis sola haec verba examinaret, coniiceret fortasse ea sentire, *si negat, se eum ligavisse.* Sed Sohm Process p. 135 coarguit, ligaturam ut mannitionem actionem fuisse extraordinariam privatamque: *Das Gerüft ausstossend* (v. l. Chamav. c. 38, decret. Tassil. IV, 3, form. Sirm. XXX) *ergreift ihn der Verletzte, fesselt ihn und bringt ihn unter Anwendung von Gewalt sofort vor Gericht. Ist nicht gerade Gerichtstag, so versammelt sich jetzt die Gemeinde zum Richten über die handhafte That.* Quae cum ita sint, nusquam potuit litigari, ligatus sit ille necne, atque apparet thema probandi id fuisse, quod supra not. 84 laudavi. Neque accedere possum emendationi: *cum 5 iuret,* quam proposuerunt Gaupp Gesetz der Thüringer p. 362, Davoud-Oghlou Histoire de la législation II. p. 203, Gengler Grundriss d. Deutsch. Rechtsgesch. p. 170. Cfr. pact. pro tenore pacis Childeberti et Chlotharii c. 2: *si quis ingenuam personam pro furto ligaverit, et negator extiterit, duodecim iuratores medios electos dare debet, quod furtum quod obicit verum sit* Legg. I. p. 7 = Merkel Lex Sal. p. 44; leg. Aethelstan. II, 11: *Ond we cwǣdon, se þe scyldunga baede aet ofslagenum þeôfe, þaet he eôde þreôra sum tô, twegen on faederan maegas, and þridda on mêdren, and þone âđ syllen, þaet hŷon heora maege nâne þŷfđe nyston, þaet he his feores wyrđe nǣre for þâm gilte; and hŷ gân siđđan XII sume and gescyldigen hine, swâ hit ǣr gecweden waes.* Schmid Gesetze d. Angelsachsen (ed. 2) p. 138. 89) De pleno sacramento cfr. p. 120 not. 7. 90) De campo quae insint Thuringicae legi regulae, collegi ad eius cap. 56. 91) Lepide scripsit Geib Lehrbuch des Deutschen Strafrechts I. p. 187. 222: *zwischen Brand und Mordbrand* (*Nachtbrand* Grimm Weisth. II. p. 22. 23. 41. 43. 44. III. p. 554. 892) *ist derselbe Unterschied wie zwischen Todtschlag und Mord* (*mordtotum* v. p. 58 not. 48, Geib l. l. p. 183); *dieser*

sarciat[a], et in fredo[92] solidos[b] 60; aut[93], si negat, cum undecim[c] iuret, aut campo decernat.

44. *[VIII, 9.]* In omni re furtu[d] [94] ablata, si is, cui res conponenda[e] est, dixerit capitale[95] peius esse, quam quod ablatum est, iuret de[f] debito[g] [96] solus[97], peius non esse, quod offert, illo, quod abstulit, et ita solvat secundum legem[98].

45. *[X.]*[h] Servus a domino per manumissionem[99] libertate donatus[100] si occisus fuerit,

a) sartiat *Corb.* b) solid. *Corb.;* sol. *Her.* c) XI *Corb.* d) furto *Her.* e) conponenenda *Corb.* f) de *deest Her.* g) debita *corr.* debito *Corb.* h) De Liberto occiso. Tit. X. *addit Her.*

wird nach Art eines Mordes (mortlich) d. h. heimlich (hellich) verübt, jener öffentlich, idque multis exemplis demonstravit, e. gr. iure municip. Ratisbon.: *wer umb prannt gevanngen ist, den er hellich getan hat, das morttprantt haisset,* spec. Suev. 174: *swer tages oder nahtes heimlichen brennet, er lougene oder nicht, das heizzet mortbrant.* Itaque capitulum 43 non de incendio palam peracto, sed de clandestino tantum verba facit edicendo, ut incendiarius damnum a se datum domus possessori *triplo sarciat* et fisco 60 solidos solvat, quod secum discrepare falso annotat Usinger. Forsch. zur l. Saxonum p. 49. Ceterae aequales leges etsi Thuringicae simillimae sunt, varias tamen mulctas ei addicunt, cui damnum illatum est, cfr. leg. Fris. VII, 1: *de brand: si quis domum alterius incenderit, ipsam domum et quicquid in ea concrematum est in duplo componat;* leg. Upstallbom. 3: *incendiarii nocturni concrementur, diurni incendii vero damnum taxatione praemissa in septuplum recompensent* v. Richthofen Friesische Rechtsquellen p. 103; l. Baiuw. X, 1: *omnia aedificia conponat et, quicquid ibi arserit, restituat;* l. Rib. XVII: *si quis hominem per noctem incenderit,* 600 *solidis culpabilis iudicetur, et insuper damnum et delaturam restituat;* Wilda Strafrecht p. 943; v. Richthofen Zur Lex Sax. p. 305—311; supra p. 68 not. 98. 92) Fredi vocabulum loco banni usurpatum esse, annotavi p. 133 not. 82, quem incendio commisso solvendum esse, generaliter iussit Karolus Magnus cap. Sax. a. 797 c. 2: *nec incendium infra patriam quis facere audeat praesumptive, ...* 60 *solidos conponant,* cap. ad leg. Baioar. add. a. 803 c. 2: *ut incendia infra patria nemo facere praesumat; et qui hoc commiserit,* 60 *solidos in bannum nostrum componat* Legg. I. p. 126, III. p. 248, doc. incerti anni: *qui incendium facit infra patriam, hoc est qui incendit alterius casam aut scuriam, ... domnus noster vult quod exeant sol.* 60 Legg. I. p. 35. Cfr. supra p. 115. 93) De iureiurando pleno cfr. p. 120 not. 7, de campo infra ad cap. 56 annotata. 94) Suo iure legislator totius seriei capitulorum, quae sunt de furto, ultimum hoc capitulum esse voluit, qua re parum intellecta Heroldus eorum ordinem perturbavit. Furti enim notio antiqua Germanica et ab hodierna et a Romana valde distabat, ut omnia scelera aut furtim aut vi peracta haberentur atque e. gr. mordhtotum incendiumque nocturnum (v. not. 91) inter furtiva facinora computarentur; cfr. Wilda Strafrecht p. 859. 862, Geib Deutsch. Strafrecht I. p. 183. 186. 222 sqq., l. Baiuw. XIX, 2: *Si quis liberum occiderit furtivo modo,* cap. de part. Sax. 3: *si quis* (ex ecclesia) *per vim vel furtu aliquid abstulerit,* l. Wisigoth. VII, 6, 3. 4, l. Fris. Add. VII: *de rebus fugitivis: si servus fugiens dominum suum ab alio fuerit receptum, et quaerenti domino negatum, ... pro furto ... componat,* etc. Similiter nostrates etiam hodie dicunt: Funddiebstahl. 95) Capitalis verbum, etsi res omnium fuit Germanorum, solis in Francorum legibus iisque, quae istis auctoribus conscriptae sunt, invenias; cfr. l. Sal. XXV, 3: *dominus servi capitale domino ancillae in locum restituat,* LXI, 1: *rem in capite reddat,* Childeb. II. decret. a. 596 c. 12. 11: *si furtum factum fuerit, capitale de praesente centena restituat* Legg. I. p. 10, Chlothach. II. decr. c. 4: *capitalem dominus restituat* l. l. p. 12, ibid. c. 8: *capitale vel dilatura si fuerit, de facultate latronis, ei, qui furtum pertulit, sarciatur* l. l. p. 12. 13; *excepto dilatura et capitale = foruzzan haubitgeld indi pirdriun,* v. p. 130 not. 71; l. Alam. Kar. III, 2: *alium servum in capitale restituat aut pretium sicut compositio servi fuerit,* V, 1: *si per furtum hoc fecerit, ipsas res in capitale restituat et sicut ipsae res valuerint hoc nocimpliciter conponat,* VIII: *si quis servum alienum occiderit, solidos* 12 *in capitale restituat aut cum alio servo ... et* 3 *solidos in alio pretio superponat* Legg. III. p. 129. 131. 133. Dubium esse non potest, quin recte dixerit Eichhorn Rechtsgesch. I. (ed. 5) p. 380: *Zur Busse kam bei Beschädigungen körperlicher, einer Schätzung fähiger Sachen noch die Erstattung des Schadens selbst (capitale),* cfr. Grimm Rechtsalterthümer p. 383, v. Woringen Beiträge zur Gesch. d. Deutsch. Strafrechts p. 71—74, Wilda Strafrecht p. 321, Waitz Recht der Sal. Franken p. 197. 96) Gaupp Das Gesetz der Thüringer p. 363. 362, Gengler Grundriss p. 170, de Wal Lex Frisionum p. 55 male emendant: *iuret debitor;* vix enim fur dici potuit debitor; neque est causa, ob quam a textu memoriae tradito discedamus. 97) Quod Thuringica lex ubique 6 aut 12 homines una iurare, hoc solo loco unum hominem iusiurandum edere iubet, eo evenisse videtur, quod alias probandi causa, hic in litem iuramentum exposcitur. Similiter l. Alam. LXX, 1: *Si quis alterius amissarium involaverit, ille cuius est, debet probare quod valet* Legg. III. p. 69. 98) *Secundum legem]* i. e. legitime; legum codicem raro in animo habuisse videntur scriptores, qui saepissime simili dicendi genere usi sint, cfr. supra p. 30, 46 not. 72, 47 not. 1, 87 not. 13, Steinhoff Das Königthum u. Kaiserthum Heinrich III. (1865) p. 21 sqq. 99) Liceat dubitare, an consilio manumissionis vocabulum usurpatum sit, ut manumittendi illud genus significetur, de quo est lex Cham. 11: *qui per hantradam hominem ingenuum dimittere voluerit, in loco, qui dicitur sanctum, sua manu duodecima ipsum ingenuum dimittere faciat.* 100) Equidem (cfr. p. 107 not. 6) negare nolim, litalem conditionem saepissime originem sumpsisse a servorum

80[1] solidis[a] conponatur[b], vel quicquid ei solvi debeat, medietas conpositionis liberi hominis solvatur[2].

[XI, 1—5.] De vi[3]. 46. Qui liberam feminam[c] rapuerit, reddat eam cum solidis[d] 200[4], et quicquid cum ea tulerit[e], restituat, addens ad unamquamque rem solidos[f] 10[5].

47. Si[6] libera femina sine voluntate patris aut tutoris cuilibet nupserit[7], perdat omnem

a) sol. *Corb.*; solid. *Her.* b) c̄pn̄ *Corb.*; cōp. *Her.* c) foeminam *ubique Her.* d) solid. *Corb.*, *Her.* e) tulit *Her.* f) sol. *Corb.*; solid. *Her.*

manumissione, quod comprobasse videtur Walter Deutsche Rechtsgesch. II. (ed. 2) p. 34; sed interdum litos libertis verbis directis oppositos invenias, e. gr. ed. Roth. 28: *si quis servum alienum aut ancillam seu haldium aut libertum* Legg. IV. p. 17, ut caveas eos in aequo ponere. Pro certo autem habeam, in Thuringia, cum lex conderetur, aut nullos fuisse litos aut certe eos in cap. 45 non intellegendos esse; alias enim lex talem in modum, qualem habemus, conscribi non potuit. 1) Cum vulnerato liberto dimidiam ubique compositionem, quam simili in loco ingenuis competiit, occiso autem weregeldum 80 solidorum solvi iussum sit, contendam, etsi cap. 2 alia constitutio inest, olim in Thuringia liberis hominibus weregeldum fuisse 160 solidorum, quod similiter docet cap. 49. Ceterum ubique fere libertis litisque dimidium ingenuorum hominum weregeldum addicebatur; cfr. l. Sax. 16; l. Fris. I, 4. 7. 10, XXII, 90. Add. III, 73; leg. Sal. XXXV, 4, LXXVIII; l. Rib. IX; supra p. 55 not. 32; Walter Deutsche Rechtsgesch. II. (ed. 2) p. 47; Waitz Verfassungsgesch. II. p. 158; Merkel Legg. III. p. 50 not. 33, p. 94 not. 8, p. 136 not. 33. Servis vero cum saepissime nullum esset weregeldum, vix audeam cum Naudet in Mémoires de l'Institut, académie des inscriptions VIII. p. 390 dicere: *c'étoient encore des serfs pour la plupart.* 2) Gaupp Gesetz der Thüringer p. 377: *in seiner Fassung hat der obige Titel* (i. e. cap. 45) *viel Aehnlichkeit mit l. Alam. XVII.* (i. e. Hlothar. Legg. III. p. 50, vel Lantfr. XV. l. l. p. 94, vel Karol. XVII. l. l. p. 136; cfr. l. Baiuw. V. l. l. p. 295, add. V. c. 10 cod. Lindenbrog. l. l. p. 466); Wilda Strafrecht p. 105: *der neunte Titel des Thüringischen Gesetzes* (i. e. c. 45) *weist unverkennbar auf Alamannisches Recht;* idem p. 420: *ich möchte glauben, dass die Stelle etwa aus dem Alamannischen oder Baierischen Recht in das Thüringische gekommen sei.* Sed praeter eandem 80 solidorum mulctam, quam alias quoque invenimus, frustra aliquam requiro similitudinem, ut illorum coniecturae accedere non audeam; hic enim est leg. Alam. Karol. titulus XVII: *Liberi, qui ad ecclesiamdimissi sunt liberi vel per cartam libertatem acceperunt, si occidantur,* 80 *solidis solvantur ecclesiae vel filiis eius.* 3) *De vi*, id est *de raptu seu violentia, corruptione virginum seu mulierum, quod vulgariter dicitur notnunfft* dipl. a. 1265 Haltaus II, 1427. Romani enim cum id speciale scelus non duxissent, Germani eorum lingua usi nomen criminis vis usurparunt, eoque omnia scelera laudato in diplomate enumerata, quae inter se nondum distulerunt, complexi sunt, cfr. p. 63 not. 73. Ius autem ipsum huius capituli magnopere consonat cum Hludow. cap. legib. addend. a. 817 c. 9: *si quis sponsam alienam rapuerit, aut patri eius aut ei, qui legibus eius defensor esse debet, cum sua lege eam reddat, et quicquid cum ea tulerit, semotim unamquamque rem secundum legem reddat; et si hoc defensor eius perpetrari consenserit, et ideo raptori nihil quaerere voluerit, comes singulariter de unaquaque re freda nostra ab eo exactare faciat; sponso vero* Legg. I. p. 211. 314, et cum statut. Wormat. a. 1024 c. 23: *si quis eorum domum alterius cum armata manu introierit et filiam eius vi rapuerit, cuncta vestimenta, quibus tunc induta fuerat, quando rapta est, singulariter in triplum patri eius vel mundiburdo restituat et per singulas vestimentorum partes bannum episcopo componat; postremum ipsam triplici sua satisfactione cum banno episcopi patri repraesentet* ed. Gengler p. 27. 4) Summa 200 solidorum pretium emptionis mulieris raptae, quod tantidem aestimabatur (c. 49), haberi non potest; ipsa enim reddi iubetur. Immo putem eam ut *solidos* 10 hoc ex capitulo *ad unamquamque rem* addendos mulctam fuisse publicam, fortasse ex raptoris weregeldo confectam. Quod colligendum esse ex similibus Frisicae legis constitutionibus pater meus Zur Lex Saxonum p. 299 comprobaturus est; cfr. l. Fris. IX, 8. 9: *si quis puellam virginem rapuerit et violatam dimiserit, componat ei weregildum eius, sive nobilis sive libera fuerit, ad satisfactionem, et ad partem regis similiter, tertium weregildum patri sive tutori puellae,* add. l. Fris. III[a], 76: *si quis liber uxorem alterius contra legem tulerit, reddat eam et facinus ter* $53\frac{1}{3}$ *solidis componat, et pro freda ad partem regis weregildum suum,* quamquam dubium habeo, an ultimo loco laudatum *weregildum suum* = *weregildum raptae feminae* sit. Sed maiorem certe similitudinem Thuringica lex cum Saxonica quam cum Frisica eo prae se fert, quod weregeldum, de quo verba feci, patri tutorive non fisco solvi vult (v. *reddat eam cum*); cfr. l. Sax. c. 40: 300 *solidos parentibus eius conponat,* c. 49: 300 *solidos patri puellae* supra p. 70 c. not. 5, p. 74 c. not. 30. 5) De mulcta 10 solidorum dicenda annotavi ad cap. 53. 6) Canonicum ius commune sponsalia de futuro, etsi dissentientibus parentibus contracta essent, valere iussit; cfr. Schulte Kirchenrecht II. p. 285, Richter Kirchenrecht (ed. 6) p. 863. A quo antiquum ius Germanicum omnino discessit; sed ad tempus cum eo concinnum reddebatur; cfr. l. Alam. Hlothar. LIV, 1. 2: *si quis filiam alterius non sponsatam acciperit sibi ad uxorem, si pater eius eam requirit, reddat eam et cum* 40 *solidis* (i. e. regio banno Alamannico) *conponat eam; si autem ipsa femina post illum virum mortua fuerit, antequam illius mundium aput patrem adquirat, solvat eam ad patrem eius* 400 *solidis; et si filios aut filias genuit ante mundium et omnes mortui fuerint, unicuique cum widrigildum suum conponat ad illum patrem feminae,* ibid. LI, 1: *si quis liber uxorem alterius contra legem tulerit, reddat eam;*

substantiam[8], quam habuit vel habere debuit[9].

48. Qui[10] feminam nobilem virginem nondum parientem occiderit, 600 solidos[a] conponat; si pariens erat[b], ter[11] 600 solidos[c]; si iam parere desiit[d], 600 solidos[c]. (49.) Qui liberam non parientem occiderit, bis[12] 80 et 6 solidos[c] et duos tremisses conponat[e]; si

a) solid. *Corb.*, *Her.* b) erit *Her.* c) solid. *Corb.*, *Her.* d) desijt *Her.* e) componat *Her.*

Gregor. Tur. hist. IX, 33: *quia sine parentum consilio cum coniugio copulasti, non erit uxor tua*, l. Sax. c. 43: *offerat tutori precium emptionis eius, consentientibus ad hoc propinquis* supra p. 72 c. not. 15, l. Fris. IX, 11—13, l. Burg. Gundeb. CI, Kraut Die Vormundschaft I (1835) p. 290, Walter Deutsche Rechtsgeschichte II (ed. 2) p. 123, Schröder Geschichte des ehelichen Güterrechts I. p. 7. 8. Eundem in modum atque Thuringica in lege res praescripta est in leg. Liutprand. 119: *si quis filiam suam aut sororem sponsare voluerit, habeat potestatem cui voluerit ...; et ille qui eam (sponsam) tollere praesumpserit, conponat ...; puella vero ipsa qui suam volontatem hoc facere presumpserit, si aliqua ei portio ex parentum successionem decetur, amittat ipsam portionem suam et nuta et vacua de rebus parentum suorum vadat* Legg. IV. p. 157, l. Wisigoth. III, 2, 8, statut. Hall.: *welche Iungfraw sich vortrawete addir entfure mit eynem knechte ane orer frunde willen, der sal öres vaters guter nymmer nyrkeyn pfenning volgen* Förstemann Neue Mittheilungen aus hist. antiquar. Forsch. I, 2 (1834) p. 78; v. Kraut l. l. p. 320, supra p. 115. 7) Paucissima cum ipsa lex de antiquissimo Thuringorum iure matrimoniali praescribat, liceat aliunde haustis argumentis demonstrare, simillimum id fuisse Saxonico Frisicoque. In epistola quidem, quam *Herminafrido regi Thoringorum Theodoricus rex* Ostrogothorum misit, neptem suam isti nuptum daturus scripsit: *indicamus, nos venientibus legatis vestris impretiabilis quidem rei sed more gentilium suscepisse pretia destinata, equos argenteo colore vestitos, quales decuit esse nuptiales; ... nihil maius persolvimus, quam quod vos tantae foeminae decori copulavimus* Cassiodor. op. ed. Garet (1679) I. p. 59. Neque minus respicienda est narratio Procopii de bell. Goth. IV, 20: Ῥαδίγερι ὁ πατὴρ (Ἑρμεγίσκλος, ὅςπερ τῶν Οὐάρνων ἦρχεν) παρθένου κόρης ... ἐμνήστευσε γάμον ... χρήματα μεγάλα τῷ τῆς μνηστείας αὐτῇ δεδωκὼς λογῳ· ... παρείσθω μὲν ὑμῖν τοῦ παιδὸς τοῦδε νησιῶτις μνηστὴ χρήματα πάντα ὅσα παρ' ἡμῶν κεκομισμένη τούτου δὴ ἕνεκα ἔτυχε, τῆς ὕβρεως ἀπενεγκαμένη μισθὸν, ᾗ νόμος ἀνθρώπων ὁ κοινὸς βούλεται· .. Ῥαδίγηρ Οὐάρνων τὴν βασιλείαν παραλαβὼν... τὸν γάμον αὐτίκα τῇ μνηστῇ ἀπεῖπε ...· παρ' αὐτοῖς ξυντετυχηκότος ὀνόματος γάμου, μὴ ἐπιγενομένου τοῦ ἔργου, δοκεῖ πεπορνεῦσθαι γυνή Procop. op. ed. Dindorf II. p. 560—565. Vide Schröder Ehel. Güterrecht I. p. 74. 8) Substantia hominis similiter omnia eius bona dicuntur e. gr. ed. Liutpr. 138: *perdat omnem substantiam suam* Legg. IV. p. 168; ed. Roth. 181: *sit contempta de patris vel matris substantia, quantum* l. l. p. 42; cap. in Theod. vill. a. 805. II. c. 7: *omnis substantia eorum auferatur ab eis* Legg. I. p. 133; ius cur. Limburg. a. 1035. Hansselmann Hohenlohe Landeshoheit II, 162. 9) Cfr. supra p. 126 c. 29 cum not. 43. 10) Dum *mulier pariens est* (c. 49) vel *erat* (c. 48), regulare virorum eiusdem conditionis weregeldum, quod similiter occisa *femina virgine nondum pariente* (c. 48. 49) atque *si iam parere desiit* (c. 48. 49) solvendum erat, triplicari iubet lex Thuringorum. Qua cum constitutione conferas l. Sax. c. 15: *quicquid in feminam committitur, si virgo fuerit, dupliciter conponatur, si iam enixa, simpliciter*; l. Rib. XII—XIV: *si quis feminam Ripuariam interfecerit, postquam parturire coeperit, usque ad quadragesimum annum, 600 sol. culpabilis iudicetur; si quis puellam Ripuariam interfecerit, 200 sol. culp. iud.; quod si puellam* (non recte emendat Gaupp Gesetz der Thüringer p. 253: *feminam*) *post quadragesimum annum interfecerit, 200 sol. culp. iud.*; l. Sal. XXIV, 6: *si quis femina ingenua post quod coeperit habere infantes occiderit, sol. 600 culpabilis iudicetur; post quod infantes non potuerit habere qui eam occiderit, sol. 200 culp. iud.* cum nov. 64. 65: *si quis puellam ingenuam,* (nov. 295: *infra annos*) *antequam infantes habere possit, occiderit, malb. hismala* (*smala* = virgo v. Kern Glossen der lex Sal. p. 131), *sol. 200 culp. iud.; si post media aetate hoc est postquam infantes non potest habere, sol. 200 culp. iud.*, nov. 274 ed. Merkel p. 13. 61. 82. 85. A quo antiquissimo iure ceterae leges discedentes omnibus mulieribus partim simplex partim multiplicatum virorum weregeldum addicunt, cfr. l. Fris. VI, 2, Add. V; l. Alam. Hloth. LXIX, 3, LXVIII, 2, XLIX, 2. Legg. III. p. 68. 111 61 c. not. 1; l. Baiuw. IV, 29 l. l. p. 294; ed. Roth. 201; v. supra p. 54 not. 30, Grimm Rechtsalterthümer p. 404, Gaupp Ges. d. Thüringer p. 252—254, 379—385, Wilda Strafrecht p. 420, Geib Deutsch. Strafrecht I. p. 178. Alia quidem eaque accuratissima praecepta insunt legi Wisigoth. VIII, 4, 16. Ceterum leges a me excerptae, cum Walter Deutsch. Rechtsgesch. (ed. 2) II. p. 106 recte contendisse, virginis vocabulum in lege Sax. etiam *die verheirathete Frau* comprehendere, vix credam, eo inter se distant, quod partim pariendi facultatem partim virginitatem augendi weregeldi causam ducunt, ut Thuringicum ius hac in re Francico similius fuerit quam Saxonico; cfr. Walter l. l. 11) Triplicandarum mulctarum, ut nobilium hominum weregeldum triplex ingenuorum fuisse omittam, mentionem lex Thur. c. 35. 37. 38. 43. 48. 49. 50 facit; cfr. p. 91 not. 39. 12) Gaupp Gesetz der Thüringer p. 379. 385. 255, Gengler Grundriss d. Deutsch. Rechtsgesch. p. 170 emendaturi sunt: *ter* 60 *et* 6 *solid. et duos tremisses*, quod Davoud-Oghlou Législation des anciens Germains II. p. 198 *ingénieuse* ducit, Wilda Strafrecht d. Germanen p. 420: *bis* 60 *et* 6 *solid. et duos tremisses*, H. Müller Der lex Salica Alter p. 109: *bis* 50 *sol. et duos tremisses*. Equidem nego, ullam esse causam textus corrigendi. Sed qui hoc concedunt, varium tamen in modum capitulum interpretantur; pater enim meus Zur Lex Saxonum p. 388 cum demonstret, occiso homine praeter weregeldum saepissime eius duodecimam partem tamquam *prae-*

pariens est, 600 solidos[a]; si iam desiit[b], 200 solidos[13] conponat[c]. Similiter de viduae[14] raptu vel interfectione iudicatum est.

[XI, 6.] **50. Qui[15] alterum infra septa propria[16] occiderit, in triplum[17] conponat, vel quicquid damni ibi commiserit, tripliciter emendet.**

[XI, 7.] **51. Qui[18] nolens, sed casu quolibet[d] hominem vulneraverit[e], vel occiderit, conpositionem legitimam solvat.**

a) solid. *Corb.*, *Her.* b) detsij *Her.* c) componat *Her.* d) quodlibet *Corb.* e) vulneravit *Corb.*

mium vel *bute* (v. p. 53 not. 28) solvendam fuisse, summae 180 solidorum autem partem duodecimam esse 13⅓ solidos, proponit verbum *bis* etiam ad 6 *sol. et* 2 *tremisses* referendum esse; econtra dicit Grimm Rechtsalterthümer p. 405: *das „bis" bezieht sich bloss auf* 80, *nicht auf die Zugabe von* 6⅔. Quam supremam sententiam rectam esse, demonstrare mihi videntur, quae supra p. 123 not. 27 annotavi, ut censeam una cum weregeldo ex 80 ad 160 solidos aucto praemium istud nondum geminatum esse. Nihil enim dubito, quin Grimm l. l. paterque meus l. l. recte exposuerint, summam 160 solidorum prius generale fuisse weregeldum ingenuorum Thuringorum, v. supra p. 109, quam nudam c. 45, praemio adauctam c. 19. 49 arripimus. Solidus autem Thuringicus cum tribus tremissibus exaequandus esse videatur (cfr. p. 126 not. 26), 160 solidi (maiores) sunt = 480 tremisses = 240 solidi minores, qui numerus positionibus weregeldorum Frisicis, Saxonicis, Anglosaxonicis, Alamannicis, Baiuwaricis item subfuit; cfr. Wilda Strafrecht p. 408—415. 421. 422. 430—438; v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 384—391; l. Sax. 14. 16: *qui nobilem occiderit*, 1440 *solidos conponat, et in premium* 120 *sol.; litus occisus* 120 *solidis conponatur;* l. Rib. XXXVI, 2. 4: *si quis Ripuarius advenam Burgundionem interfecerit*, 160 *sol. culpabilis iudicetur; si quis Rip. advenam Alamannum seu Fresionem vel Baiuvarium aut Saxonem interfecerit*, 160 *sol. culp. iud.;* Legg. III. p. 650, supra p. 53 not. 27, IV. p. 679 s. v. *wergild*. Quorum populorum omnium leges aeque opponendae sunt Francicis, apud quos ingenui weregeldum ubique fuit 200 solidorum; v. supra p. 119 not. 4, Wilda l. l. p. 416—420; atque huc attinet maxima pars legis Thuringicae. Quod mihi quidem demonstrare videtur, primo in Thuringia weregeldi loco tot solidos solutos esse, quot in Saxonia ceterisque laudatis regionibus, postea rem ad Francorum auctoritatem commutatam esse, v. p. 109. Omnino vero intelligere non queo, qua ratione ductus contenderit Zöpfl Deutsch. Rechtsgesch. (ed. 3) I. p. 19. 47: *die lex Angl. et Werin. ist eine eigenthümliche, locale abgekürzte Recension der Lex Salica; sie enthält eine Mischung aus Fränkischem und Friesischem Rechte.* 13) 200 *solidos]* i. e. ordinarium liberi Thuringi weregeldum, v. c. 2: *qui liberum occiderit*, 200 *solidos conponat.* 14) Omittitur constituere, cui mulctae propter viduae raptum vel interfectionem pensandae debeantur, id est quis fuerit viduarum legitimus tutor, quod nec cap. 55 nos docere videatur; nempe exceptionem hoc proclamaturum esse censeo; cfr. Spec. Saxon. I. 23. 43: *svar de sone binnen iren jaren sin, ir eldeste evenburdige svert mach ... is der kindere vormunde; he is ok der wedewen vormünde bit dat se man nimt, of he ir evenburdich is ... Gat aver de klage to kampe wart, so mut wol ir vormunde sin en iewelk ir evenbürdige svert mach*, Kraut Vormundschaft I. p. 24. 30 sqq. 185. 15) A crimine fractae pacis domesticae, de quo est hoc capitulum, discernenda est fortia = barizhut vel hemsekinge, cuius mentionem facit cap. 57. Solus enim introitus in domum alienam nolente eius domino secundum antiquissimas leges Germanorum iam solvenda pecunia puniebatur, quod olim longe maioris momenti fuit quam hodie, quia privatus domus ingressus privatimque inibi peragendum scrutinium rerum amotarum legitima litis forma habebatur; v. Sohm Process der Lex Salica p. 64 sqq., Siegel Gesch. d. Deutschen Gerichtsverfahrens I. p. 42 sqq. Itaque constituit l. Rib. XLVII, 3: *quod si ibidem* (domi) *violenter ingressus fuerit*, 15 *solidis multetur*, l. Alam. C: *si intus per forare intrat et de suo nihil invenit*, 6 *sol. conponat; et si in curte aliena ingressus fuerit, simili modo; si intus in curia*, 12 *sol. conponat* Legg. III. p. 81, l. Baiuw. XI: *si quis in curte alterius per vim contra legem intraverit, cum* 3 *solidis conponat; si autem in domum per violentiam intraverit, et ibi suum nihil invenerit, cum* 6 *sol. conp.; nemo enim ingrediatur alienum domum per violentiam, quia hoc scandalum nascitur* l. l. p. 310; Bruns Recht des Besitzes p. 297, Wilda Strafrecht p. 241 sqq. Qui factum est, ut ipse homo faidosus sua domo tutus fuerit, cfr. l. Sax. c. 27: *qui hominem propter faidam in propria domo occiderit, capite puniatur*, l. Fris. Add. I, 1: *homo faidosus pacem habeat in domo sua; qui hanc pacem effregerit et hominem occiderit, novies* 30 *solidos componat*, v. supra p. 64 c. not. 75, v. Richthofen Zur Lex Saxon. p. 259 sqq. Itaque hoc loco omnia scelera triplici mulcta solvi iubentur, quibus domestica pax fracta sit, cfr. Kolderup-Rosenvinge Dänische Rechtsgesch. übersetzt von Homeyer p. 126, Geib Deutsch. Strafrecht I. p. 163, Osenbrüggen Der Hausfrieden p. 60—68. 16) *septa propria]* cfr. p. 129 not. 62, v. Richthofen Zur Lex Saxonum p. 197. 17) De triplicatione disputatum est p. 68 not. 97, p. 136 not. 11. 18) Generale huius capituli praeceptum, cuius usus multis variarum legum praeceptis inest, recte intellegere nequeas nisi adiecturus: *solam conpositionem persolvat*, id est: quisquis deficiente dolo criminali ullaque culpa hominem vulneraverit vel occiderit, damnum a se datum conponat, sed neque faidosus umquam sit neque fredum bannumve eum pensare oporteat; cfr. ed. Roth. 387: *si quis hominem liberum, casum facientem, nolendo occiderit, conponat eum sicut adpretiatus fuerit, et faida non requiratur, eo quod nolendo fecit* Legg. IV. p. 90; v. Wilda Strafrecht p. 544 sqq., Geib Strafrecht II. p. 252, Hälschner Preuss. Strafrecht II. p. 154, supra p. 76—78 not. 37—48, infra ad cap. 52 annotata.

[XII.][a] 52. **Si**[19] **quadrupes damnum quodlibet fecerit, possessor pro qualitate damni vel conpositionem solvat, vel sacramentum iuret.**

[XIII.] 53. **De**[20] **minoribus causis. Quicquid homo alteri fecerit, quod iniustum factum dicatur, 10 solidis conponat, aut**[b] **cum quinque**[c] **iuret.**

[XIV.][d] 54. **Libero**[21] **homini liceat hereditatem**[e, 22] **suam, cui voluerit, tradere.**

a) Si quadrupes damnum fecerit. Tit. XII. *Her.* b) aud *corr.* aut *Corb.* c) V *Corb.* d) De Potestate testandi. Tit. XIIII. *Her.* e) haereditatem *Her.*

19) Similiter constituit lex Sax. c. 57: *si animal quodlibet damnum cuilibet intulerit, ab eo, cuius esse constiterit, componatur excepta faida;* cfr. l. Fris. Add. III[a], 68, l. Rib. XLVI, 1, ed. Roth. c. 326 (supra p. 77 excerpt.), ed. Roth. 325: *de quadrupedia, si in hominem aut in peculium damnum fecerit, ipse conponat damnum, cuius fuerit peculius,* l. Alam. Pact. III, 18, l. Sal. XXXVI, l. Wisigoth. VIII, 4, 23. Quaeras, qua de re domino quadrupedis, si compositionem mulctamve ob damnum ab isto datum solvere nolit, *pro qualitate damni* i. e. aut sua sexta aut sua duodecima manu iusiurandum edendum sit. Equidem censeo, rem nos docere l. Rib. LXVI, 2: *si quis Ripuarius sacramento fidem fecerit, super quatuordecim noctes sibi septimus seu duodecimus vel septuagesimus secundus cum legitimo termino noctium studeat coniurare,* l. Rib. LXVII, 2, l. Alam. Hloth. XXXVI, 3: *in primo mallo spondeat sacramentales et fideiussores praebeat, sicut lex habet, et wadium suum donet ad misso comitis, ut in constituto die aut legitime iuret, aut, si culpaviles est, conponat.* Ex mea igitur sententia Thuringicae legis auctor, probandi vel negandi causa quadrupedis dominum iurare, non iubet, sed assertorium iusiurandum exposcit, quo ille se certo quodam die debitam pecuniam soluturum esse confirmet; quod, si durante iudicio nulla pecunia reo praesto erat, fieri solebat. Siegel Gesch. d. Deutsch. Gerichtsverfahrens I. p. 181. 190. 219—224 et Sohm Process der Lex Salica p. 163 sqq., qui hac de materia disputent, tale iusiurandum *Urtheilerfüllungsgelöbniss* dicunt. Scilicet cum animalia, dum damnum dabant, illico pignerari solerent, probationi locus relinqui non potuit. 20) Minorum causarum verbo legislatorem hic technice usum esse, vix credam; illa enim differentia statuta esse solet secundum fredum bannumve solvendum; cfr. supra p. 40 not. 25, Wilda Strafrecht p. 269, Gengler Grundriss der Deutsch. Rechtsgesch. p. 70, Walter Deutsche Rechtsgesch. II. (ed. 2) p. 393—395. In Thuringia autem cum fredum esset duodecim, atque mulcta minima decem solidorum (v. supra p. 121 not. 16, p. 131 not. 72), hoc loco lex eam in animo habere videtur, quod primus perspexit Wilda l. l. p. 358. Neque est, cur cum Gaupp Das Gesetz der Thüringer p. 399 hanc constitutionem *etwas räthselhaft* habeamus; immo revera ea edicit, quod iste refellit: *das Thüringische Recht hat auch bei der geringsten Rechtsverletzung keine niedrigere Busse als* 10 *Schill. gekannt.* Quod falsum esse, capitulum 56 omnino non demonstrat; nequaquam enim constat, duos ibi commemoratos solidos fuisse iniuria aliqua homini illata solvendos; immo fuerunt aut rerum furtim ablatarum vel raptarum pretium aut aliam ob causam numeranda pecunia. Neque alias intellegere posses, qui factum sit, ut legatur: *aut cum* 5 *iuret,* id est, *si quis negaverit, alteri se iniuriam fecisse, cum quinque consacramentalibus ipse sextus iuret, se vere loqui;* minor nempe hominum una iurantium numerus hac in lege nusquam commemoratur, v. supra p. 109, 120 not. 7, 11; cfr. statut. Salfeld. art. VI: *Wer den andern schuldiget umme dube odir nachtbrannt adir roub, daz vorrichtit her selbe sibende* Walch's Vermischte Beiträge I. (1771) p. 15; ius municipal. Leutenberg. 6: *Wer den anderen schuldigt umb dewb, rawp ader mortprant, das verrechtet er selb sibend* Michelsen Rechtsdenkmale aus Thüringen p. 176. Quae cum ita sint, consentire omnino non possum cum Merkel Lex Saxonum p. 21, Stobbe Gesch. der Deutschen Rechtsquellen I. p. 174, qui censeant, inscriptionem *de minoribus causis* ad omnia legis Thuringicae capitula subsequentia attinere; immo communi multorum virorum errore ductos, quem sola Heroldinae editionis natura produxisse mihi videtur, omnibus capitulis specialia quaedam verba praemissa habuisse censeo. 21) Capitulum 54 cum de iure hereditario edicere ideoque a multis aliis legibus aequalibus discedere plerique viri docti censerent, modo haec modo illa verba tamquam breviloquentiae causa praeterita adiicienda esse duxerunt. Sic contendit Griesinger-Danz Handbuch des heut. Deutsch. Privatrechts X. (1823) p. 180 istam regulam *nach einer schreienden Billigkeit und nach der Analogie* constringendam esse addendo: *si procreationem filiorum vel filiarum, vel nepotum et pronepotum non habuerit;* sed etsi concedendum esset, dicendi modum Thuringica in lege adeo rusticum esse, ut eius auctor contrariam sententiam eius, quam in animo habuisset, protulisset, adiicere oporteret: *si neque usque ad quintam generationem paterna neque ulla materna generatio isti fuerit* (v. c. 34); cfr. Luden Gesch. des Teutschen Volkes III. (1827) p. 384. Neque magis consentiam cum v. Sydow Darstellung des Erbrechts nach den Grundsätzen des Sachsenspiegels (1828) p. 181: *es ist nothwendig, das Recht der Erben zu suppliren,* ex cuius opinione lex idem praeceptura fuisset, quod Spec. Saxonicum I, 34, 1: *ane des richteres orlof mut en man sin egen wol vergeven in ervengelof, deste he's behalde ene halve hüve unde ene word, dar man enen wagen uppe wenden moge,* I, 52, 1: *ane erven gelof unde ane echt ding ne mut nieman sin egen noch sine lüde geven.* Similiter ut ultimum auxilium hominis consilii inopis repudiandum est, quod approbat Walter Deutsche Rechtsgesch. II. (ed. 2) §. 473: *Die Stelle ist, wie Merkel zeigt* (?), *offenbar ein Nachtrag.* Hasse proposuit Rhein. Museum für Iurisprudenz II. p. 175: *Ich zweifle nicht, dass hereditas ... hereditas terrae bedeutet, und sicher hat auch das testari in der Ueberschrift* (at non est genuina) *einen besonderen Sinn, ähnlich wie in l. Sax. c.* 62 *exheredem*

[XV.][a] 55. Si mulier maritum veneficio[b. 23] dicatur occidisse, vel dolo malo ad occi-

a) De Veneficijs. Tit. XV. *Her.* b) ueneficio *corr.* ueníficio *Corb.*

facere. Wollte man aber diesen Text dem strengsten Wortsinne nach von einer unbedingten Veräusserungsfreiheit verstehn, so würde er zu viel beweisen, und könnte nur diesem Volksstamm bei der bekanntlich späten Verfertigung dieses Gesetzbuchs aufgedrungenes Recht sein, was denn galt so viel es eben gelten konnte (sed nemini interfuit odiosum tale praeceptum edere). *Allein es scheint mir in dem Prädikat* l i b e r o *der Schlüssel zu liegen. Für den Freien soll es keine politische Abhängigkeit geben nach oben hinsichtlich der Veräusserung seines freien Eigenthums, kein König, kein Herzog oder Graf soll ihn, wie ein Schutzherr den Hörigen daran hindern können. So ist dies* r e l a t i v *zu nehmen, aber nicht in Beziehung zur Familie; denn die Verkettung in der Familie erschien nicht wie Unfreiheit oder fesselnde Abhängigkeit;* Gerber Meditationes ad locum Speculi Saxonici (Erlangen 1847) p. 8: *verba ‚cui voluerit' si coniungo cum verbis ‚libero homini', magnam speciem veritatis mihi habere videtur interpretatio, quae locum significare docet iura* l i b e r o r u m, *opposita oneribus servorum, qui res suas non ‚cui volebant', sed tantum iis vendere poterant, qui intra eosdem fines et pari conditione vivebant.* Equidem neutri accedere possum; ut enim omittam, quod magni momenti aestimavit Sandhaas Germanistische Abhandlungen (Giessen 1852) p. 169, constitutionem, qualem Gerber hic promulgatam esse proposuit, omnino esse supervacaneam, pro certo habeo, iura servorum vel potius litorum eorumque, quos Hörige dicunt, non legis conditae tempore sed multo tandem postea talia fuisse, qualia iste finxit; neque verisimilius est, ut Karolus Magnus legibus interdixerit ne ipsi liceat prohibere, quin quisquam suam terram alienet, quod Hassii ex opinione credendum esset. Summa vero difficultas, quam laudati viri docti omnes repudiare non potuerunt, eo consistere videtur, quod tota Germania heredum futurorum iura liberae terrarum alienationi obsistebant neque ulla earum emptio venditio vel inter vivos vel mortis causa facta legitima habebatur, nisi quae publico in mallo confirmata fuisset; cfr. l. Sax. 62: *nulli liceat traditionem hereditatis suae facere praeter,* ed. Roth. 168: *nulli liceat sine certas culpas filium suum exhereditare, nec quod ei per legem debetur, alii thingare,* supra p. 79 not. 53—60 annotata. Quam regulam iuris *(wer seelig will sterben, schall laten ererben sin Allodi Gut ant nächst gesippt Blut)* etiam in Thuringia viguisse, nonnullis exemplis comprobare liceat: Heden. dipl. a. 704: *ego Hedenus una cum coniuge mea Theodrada aliquid de rebus nostris ... Willibrordo episcopo dare disposuimus ...; si quis vero ... de* ***heredibus aut proheredibus nostris*** *... tibi de istis tam rebus aliquid quasi* ***hereditario iure*** *auferre conaverit ... Ego Hedenus hanc donationis cartam a me factam ... firmavi et subscripsi cum Theodrada; ego Thuringus,* ***filius*** *Hedeni,* ***donationem patris*** *firmavi* Diplom. ad res Gallo-Francicas coll. a de Bréquigny edid. Pardessus II. p. 263; dipl. Heden. a. 716: *dono ... Willibrordo ... Ego Hedenus donationem fieri volui et subscripsi cum Theodrada coniuge mea. Ado nutricius Hedeni et Tiringus filius Hedeni* l. l. II. p. 308; dipl. a. 771: *si ego ipse aut aliquis* d e h e r e d i b u s m e i s v e l p r o h e r e d i b u s m e i s *hanc donationem inrumpere voluerit* Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 21; dipl. a. 1313: *dei consensu et bona voluntate Henrici filii nostri* Michelsen Rechtsdenkmale aus Thüringen p. 505, dipl. a. 1323: *de consensu dilectorum fratrum nostrorum, ... heredum nostrorum et aliorum qui nobis sperabuntur futuri heredes* Gottern Kloster zu Eisenberg p. 49; statut. Salfeld. XXXVI. CXLIV, Walchs vermischte Beiträge I. p. 23. 48, statut. Erphesfurt. a. 1306 §. 18. l. l. p. 107 etc. Quamquam prius ius commune paullatim eo infractum esse constat, quod modo ecclesiis clerove nonnullos agros donare modo aliquantam eorum partem vendere concedebatur; cfr. l. Sax. l. l., l. Burg. Gundeb. I, 1: *quia nihil de praestita patribus donandi licentia vel munificentia dominantium legibus fuerat constitutum, praesenti constitutione omnium uno voto et voluntate decrevimus, ut patri etiam, antequam dividat, de communi facultate et de labore suo cuilibet donare liceat, absque terra sortis titulo adquisita* Legg. III. p. 532, l. Alam. Hloth. I, 1: *si quis liber res suas vel semet-ipsum ad ecclesiam tradere voluerit, nullus habeat licentiam contradicere ei* l. l. III. p. 45, cap. l. Sal. add. a. 803 c. 6 l. l. I. p. 113, cap. Aquisgr. a. 817 legib. add. c. 6: *ut omnis homo liber potestatem habeat ubicumque voluerit res suas dare pro salute animae suae* l. l. I. p. 211, libros locosque supra p. 79. 80 laudatos. Nusquam tamen terrarum abalienatio omnino libera reddita est, ut longe terminos Biener (v. supra p. 115 not. 53) transiisse dicam, qui avidorum clericorum consilia secutum huius capituli constitutionem edidisse legislatorem proposuerit; adde quod paullo antea laudata exempla donationes ipsis ecclesiasticis hominibus praestitas attingunt. Neque audeam, quam interpretationem, etsi nondum proposita esse videtur, praeterire nolim, coniicere, capitulum 54 cum hereditarii iuris regulis prioribus in capitulis prolatis legibusque aequalibus ita coniungendum esse, ut sentiat: *solo libero homini liceat hereditatem suam cui voluerit et hereditate relinquere et vendere; adalingo sit interdictum,* itaque alodis nobilis *(odal)* privilegium quoddam ponat. Cum ceteros enim rem explanandi conatus, de quibus disserui, tum hunc revinci censeo iis, quae Beseler Erbverträge I. p. 48. 68 et Sandhaas l. l. afferunt, qui capituli 54 tenorem Germanicam in linguam translaturi: *jeder freie Mann darf über sein Gut frei verfügen* contendant, hunc dicendi modum esse *möglichst kategorisch,* quamcumque autem adiectionem alicuius conditionis restrictionisve esse *eine unnatürliche Supposition.* Sed eodem iure dixit Gerber l. l. p. 8: *phrasis haec generalis* (capituli 54) *sufficere nequit ad removenda tot et tam clara contrarii testimonia,* quibus demonstretur tota Germania liberam bonorum alienandorum facultatem eorum dominis defuisse. Quae cum ita sint, liceat aliam quandam traditionis vocabuli notionem in animum revocare, ex qua ab alienatione diversum negotium inter

dendum prodidisse[24], proximus mulieris[25] campo[26] eam innocentem efficiat; aut, si campionem non habuerit, ipsa[27] ad[a] novem[b] vomeres ignitos examinanda mittatur.

[XVI.][c] 56.[28] A duobus solidis usque ad maximam conpositionem in furto et vulneri-

a) *loco verbi* ad *scribit Corb. corr.* l. b) VIIII *Corb.* c) De Campo. Tit. XVI. *Her.*

vivos contractum significet, cfr. e. gr. cap. de exped. exerc. a. 811 c. 3: *quicumque proprium suum episcopo, abbati vel comiti aut iudici vel centenario dare noluerit, illum semper in hostem faciant ire, usque dum pauper factus, volens nolens, suum proprium tradat aut vendat; alii vero qui traditum habent, absque ullius inquietudine domi resideant* Legg. I. p. 168, dipl. a. 849: *colonos ... sive absque ullo proprietatis iure terram eorum tantum possidentes sint, seu proprię hereditatis agros Deo et sanctis eius traditos usufructuario, ut fieri moris est, in beneficio tenentes sint* Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 249. Ex mea igitur opinione ut his in locis aliisque ita in lege Thuringica tradendi voci nullus sensus inest nisi beneficiandi id est beneficiario iure offerendi; v. Waitz Verfassungsgesch. IV. p. 153: *Die geistlichen Stifter* (aliique) *geben einen grossen Theil ihrer Güter zum Niessbrauch, unter Umständen an Freie ... gegen eine geringe Leistung, die mehr nur die Bedeutung einer Anerkennung des Eigenthums hatte, dies namentlich, wenn das Gut durch Schenkung erhalten ward*, ibid. p. 151 — 305. Itaque priori iuri Thuringico novam quandam constitutionem proclamato hoc 54 capitulo additam esse censeo. 23) *veneficio]* Cfr. Chron. Goth. Legg. IV. p. 644. 645. Neque dubitem quin veneni scelus ut muliebre exempli gratia dictum sit. 24) *prodidisse]* Cfr. l. Fris. II, 1: *exposuerit* Legg. III. p. 658 c. not. 23; supra p. 43 not. 51. 25) Communis iuris Germanici regulam, ex qua virginis tutor proximus eius consanguineus ex parte gladii, uxoris maritus, viduae mariti defuncti proximus agnatus exstiterit, interdum exceptioni locum dedisse constat, praesertim cum aut ipse maritus aut eius familia ab ista femina laesus fuerit; cfr. Kraut Vormundschaft I, 40 sqq. 325, Rive Gesch. der Vormundschaft nach Deutschem Recht I, 271. 275 sq., Schröder Gesch. des ehel. Güterrechts I. p. 3. 141, Stobbe Beiträge zur Gesch. d. Deutsch. Rechts (1865) p. 18, Waitz Verfassungsgesch. I. (ed. 2) p. 414. 417, v. Martitz Ehel. Güterrecht p. 84, supra p. 72 not. 15; ed. Roth. 202. 203: *Si mulier in morte mariti sui consiliaverit per se aut per supposita persona, sit in potestatem mariti de ea facere quod voluerit; simul et de res ipsius mulieris. Nam si illa negaverit, liceat parentibus eam pureficare, aut per sacramentum, aut per camfionem, id est per pugna. Si mulier maritum suum occiderit, ipsa occidatur, et res eius, si filii non fuerint, parentes mariti habeant potestatem* Legg. IV. p. 50; leg. Grim. 6. 8. 7: *Si quis uxorem suam incriminaverit, ... quasi adulterassit aut in animam mariti sui tractassit, liceat illi mulieri per sacramentum parentum aut per pugnam se mundare* l. l. p. 94; leg. Liutprand. 130 l. l. p. 163; Greg. Tur. hist. Franc. V, 33: *mulier quaedam ruit in crimen, quasi quod relicto viro cum alio misceretur. Igitur parentes illius accesserunt ad patrem dicentes: „aut idoneam redde filiam tuam aut certe moriatur“ ...; „non“ inquit pater, „est verum verbum hoc; ... innocentem eam faciam sacramento“ ... Tunc inito placito ... elevatisque pater manibus super altarium iuravit filiam non esse culpabilem. E contrario vero periurasse eum alii a parte viri pronuntiant ...; mulier vero non post multis diebus, cum ad iudicium vocaretur, laqueo vitam finivit* Bouquet II. p. 252. Neque aliter, cum officiorum pugna oreretur, res diffiniri potuit; ad eundem enim pertinuit et ultio occisi viri et tutela viduae eius, cfr. supra p. 127 not. 49, p. 137 not. 14. 26) De campo campionibusque conferenda sunt ad cap. 57 annotata. 27) Ad iudicium ferri candentis nusquam fere res deducebatur nisi personis ad arma inutilibus, servis scilicet feminisve, Dei iudicium subeundum erat. Cfr. Regino a. 887: *Richardis de virginitatis integritate gloriatur; idque se approbare Dei omnipotentis iudicio, si marito placeret, aut singulari certamine aut ignitorum vomerum fiducialiter adfirmat* Script. I. p. 597; Adalbert. v. Heinrici II. c. 21: *hoc dicto* (Chunegunda) *vomeres candentes nudo vestigio calcavit et sine adustionis molestia pertransiit* l. l. IV. p. 805; Helmold. I, 83: *criminibus pulsatos* (Slavos christianos redditos) *sacerdoti, ferro vel vomeribus examinandos* Script. XXI. p. 77; dipl. a. 1195: *secundo quesitum est, quo iure deberet probare, et sententiatum est: divino iudicio; tercio quesitum est, quo divino iudicio, et data est sententia: ferro candenti ius suum debet probare* Erhard Cod. dipl. Westfal. II. p. 238; capit. leg. Sal. add. a. 803 c. 5: *si negaverit, se illum occidisse, ad novem vomeres ignitos, iudicium Dei, examinandus accedat* Legg. I. p. 113; cap. a. 809 c. 25: *ut omnis homo iudicium Dei credat absque ulla dubitatione* l. l. p. 157; iur. XXIV terr. c. 23: *ac ief hi biseke, sa sikerie hine mit tuelef monnem anda withem, ieftha hi gunghe tha niughen heta skere* v. Richthofen Fries. Rechtsquellen p. 76; ibid. c. 10: *ille servus calcet candentia ferra* l. l. p. 58; Rogge Gerichtswesen der Germanen (1820) p. 210; Grimm Rechtsalterthümer p. 914 sqq.; Wilda in Ersch Allgemeine Encyklopädie (1833) s. v. *Ordalien;* Baudri in Dieringer Katholische Zeitschrift I. (1846) p. 194; Dahn Zur Gesch. d. Germ. Gottesurtheile (1857) p. 43. 33; Dove in Zeitschrift für Kirchenrecht IV. p. 9; Rockinger in Quellen zur Bair. u. Deutsch. Gesch. VII. p. 384. 28) Huius constitutionis vim negativam duco, ut antea nusquam rem ad duellum deducere vetitum fuerit; cfr. Saxo Gramm.: *de qualibet vero controversia ferro decerni sanxit* (rex Frotho III), *speciosius viribus quam verbis confligendum existimans* ed. Müller et Velschow (1839) I. p. 230. Nolim autem cap. 65 edictum esse credere, ut ubique *a duobus solidis* inter campum et reliqua probandi genera vel reo vel accusatori ius eligendi fuerit; quo etiam magis errare contendo, qui reo ubique duellum fuisse censeant subeundum, quod mortis civilis tandem et furti repetiti eventum esse voluerunt cap. Aquisgr. a. 809 c. 1: *si aliquid in postmodum, postquam ei vita concessa est* (c. 2: *dicendo quod*

bus campus[29] iudicatur[30].

[XI, 9.] 57. Qui[31] domum alterius collecta manu hostiliter[a] circumdederit, trium primorum, qui fuerint, unusquisque solidos 60[32] conponat; et rei similiter; de ceteris[b], qui eos secuti sunt, solidos 10 unusquisque: et in bannum regis[33] solidos 60.

[XI, 8.] 58. Si[34] servus liberam feminam[c] rapuerit, dominus conpositionem[d] solvat, ac si occisa fuisset.

[XVII.][e] 59. Omne[35] damnum, quod servus fecerit, dominus emendet.

a) ostiliter *Corb.* b) caeteris *Her., Corb.* c) foeminam *Her.* d) conposicionem *Corb.* e) De Delictis seruorum. Tit. XVII. *Her.*

mortuus sit), cum iustitia adquirere potuerit, in sua libertate teneat et defendat secundum legem: in testimonio non suscipiatur, nec ...; si ad sacramentum aliquid ei iudicatum fuerit quod iurare debeat, si aliquis ipsum ad sacramentum aliquid admallaverit, ipse semper ad iudicium Dei examinandus accedat Legg. I. p. 155 et Burchard. stat. Wormat. c. 32: *si quis ex familia furtum fecerit ...; et quod furatus, si 5 solidis appreciari potest, ... legem sibi innatam propter furtum perdat; et si ab aliquo de aliqua re inculpatus fuerit, non se expurget iuramento, sed aut duello aut bullienti aqua aut ferventi ferro.* Cfr. Waitz Verfassungsgesch. I. (ed. 2) p. 417: *das Urtheil enthielt, wie der Beweis geführt werden sollte, und ergab zugleich, was einzutreten hatte, je nachdem er gelang oder nicht erbracht ward.* 29) *campus iudicatur]* similiter c. 2: *aut in campum exeat*, c. 39: *campo eum comprobet innocentem*, c. 42. 43: *aut campo decernat*, c. 55: *proximus campo eam innocentem efficiat, aut si campionem non habuerit.* Quae verba demonstrare videntur, in Thuringia homines litigantes ipsos inter se digladiatos esse; neque dubitem quin in leg. Fris. V. campionis vocabulo idem insit sensus. Ceterum de re ipsa cfr. dipl. Karol. a. 775 Sickel Acta Karolin. II. p. 32, Wilda l. l. (v. supra not. 27), Baudri l. l. p. 275—316, Dahn l. l. p. 44, Unger Der gerichtl. Zweikampf (Gött. 1847) passim, Siegel Geschichte des Deutschen Gerichtsverfahrens I. p. 202—209. 124—131, Legg. III. p. 663 not. 63, supra p. 120 not. 6. 30) Ad vocem *iudicatur* nescio an idem annotari liceat, quod p. 116 not. 60 attuli. 31) Capituli 57, quod Heroldus recte inscripsisset *de contubernio* (v. Zöpfl Deutsche Rechtsgeschichte ed. 3. p. 921), verba *rei similiter* cum Rogge Gerichtswesen der Germanen (1820) p. 64, Gaupp Gesetz d. Thüringer p. 379, Gengler Grundriss der Deutschen Rechtsgeschichte p. 171, quamquam eadem in Heroldina editione et in codice Corbeiensi leguntur, emendaturi sint: *regi similiter*, taleque scripturae mendum e. gr. in codicibus cap. leg. Sal. add. a. 803 c. 6 inveniri Legg. I. p. 114 g) doceamur, pulchram quidem sed supervacaneam ideoque reprobandam coniecturam proposuisse videantur, cfr. Davoud-Oghlou Législation des Germains II, 200. Immo saepissime tria genera hominum fortiae (v. supra p. 86 not. 9) vario modo obnoxiorum disiunguntur, quod aliis quoque criminibus collecta manu commissis fieri solebat; cfr. l. Rib. LXIV: *si quis hominem in domo propria cum hariraida interfecerit, auctor facti triplici wergildo multetur; et tres priores 90 solidis culpabiles iudicentur, et quanti ei sanguinem fuderint, unusquisque wergildo eum componat; et quanticunque post auctorem sanguinis effusores vel post tres primores fuerint, unusquisque 15 sol. multetur et quicquid ibi talaverint, restituant*, l. Rib. XXXIV, 1: *si quis .. ingenuam .. rapuerit*, 200 *sol. noxius iudicetur; quod si tres ingenui cum ipso fuerint (= qui ei auxilium praebuerint), unusquisque eorum* 60 *sol. noxius iud.; et quanti super illos quatuor fuerint, unusquisque* 15 *sol. nox. iud.;* l. Sal. XLIII: *si foris casa . . . fuerit occisus, tres de eo contubernio qui adprobati fuerint singulatim mortem illius coniactant; et tres si plures fuerint de eodem contubernio (*nov. 126: *quisquis illorum), sol.* 30 *solvant; et tres adhuc si fuerint de eo contubernio, sol.* 15 *(*nov. 323: *singuli eorum) solvant*, l. Sal. XIII: *si tres homines . . .; illi qui super tres fuerint, sol.* 5 *solvant; qui cum sagittas fuerint*, 3 *sol.; raptor;* v. Wilda Strafrecht p. 612—635, Waitz Verfassungsgesch. I. (ed. 2) p. 463—469. Quam ob causam culpae *reos* dicere legem Thuringicam censeo eius socios adiutoresque principales. 32) Cave ne hos 60 solidos cum solvendo banno regio, de quo subsequentia sunt vocabula, confundas, a quo diversam eorum naturam etiam verba: *solidos* 10 *(i. e. simplicem mulctam minimam) unusquisque conponat* ostendunt. — De ipso crimine *heymsuche* cfr. stat. Wormat. Burchard. c. 27, diplom. Hall. a. 1235 Laband Magdeburger Rechtsquellen p. 9, Wilda Strafrecht p. 952—959, Osenbrüggen Hausfrieden p. 61—70, v. Richthofen Zur Lex Saxon. p. 259—264, supra p. 86 not. 10. 33) Karolum Magnum *regem* inde ab anno 797 compluribus generalibus capitularibus edixisse, ut fortiae auctor *bannum* suum solveret, annotatum est supra p. 86 not. 10; cfr. v. Richthofen Zur Lex. Sax. p. 414, supra p. 116. 134 not. 92. — De regalis dignitatis titulo vide Sickel Acta Karolorum I. passim. 34) Generalis cap. 59 ratio huic quoque constitutioni subest; cfr. c. 46—49. 35) Thuringica lex cum hoc in capitulo et mera antiquissimi iuris Germanici principia professa sit neque litorum mentionem fecerit, liceat forsitan contendere legis conditae tempore nullos fuisse in Thuringia litos (v. p. 108), generale autem capitulare (v. Legg. IV. p. XLVII) in leg. Rib. a. 803 missum nondum publici iuris factum fuisse; hoc enim praescripsit c. 5: *iuxta qualitatem damni dominus pro ipso (servo) respondeat vel eum in compositione aut ad poenam petitoris offeret; si autem servus perpetrato facinore fugerit, ita ut a domino paenitus inveniri non possit, sacramento se dominus eius excusare studeat, quod nec suae voluntatis nec conscientia fuisset, quod servus eius tale facinus commisit* Legg. I. p. 117, v. supra p. 76 not. 35.

[XVIII, 1. 2.][a] 60. Qui[36] quadrupedia[b] alterius in sepem cuiuslibet seu fossam minaverit, ibique vel mortua fuerint, vel damnum aliquod pertulerint, is, qui ea minaverit[c. 37], damnum[d] emendet.

61. Si homo laqueum vel pedicam vel quodlibet machinamentum ad[e] capiendas feras in silva[f] posuerit, ibique pecus vel iumentum alterius captum vel mortuum fuerit, qui machinamentum fecit, damnum[d] emendet. 5

a) De Animali alieno laeso. Tit. XVIII. *Her.* b) quadrupeia *Her.*, *Corb.* c) minavit *Corb.* d) dampnum *Corb.* e) at *Corb.* f) sylua *Her.*

36) Similiter praecipit lex Saxon c. 60: *qui in fossam vel sudem acutam suae vel alienae sepis pecus quodlibet agitaverit, ibique confixum vel cadens perierit, multam conponat,* eadem c. 58: *si fossa vel laqueus ad feras capiendas praeparata damnum quodlibet fecerint, a quo parata sunt conponatur* supra p. 78 c. not. 48. 43. 44. 37) De minandi voce scripsit Diez Etymolog. Wörterbuch der Romanischen Sprachen (ed. 2) I. p. 272: *Neben Lat. minari = drohen bestand ein unclassisches Activ minare = das Vieh antreiben durch Drohungen;* cfr. Pauli Diac. excerpt. ex libr. Pomp. Festi: *Inigere, pecus agere, id est minare* Corp. grammat. Lat. vet. ed. Lindemann II. p. 82, l. Rib. LXXXII, 2: 10 *si quis peculium alienum in messe adprehensum ad parricum minare non permiserit,* l. Rib. LXX, 5: *si quis in sepem vel in quocunque libet periculo res alienas invitas minaverit, et ibidem interfectae vel debilitatae fuerint, similes restituat,* rell. Neque est 15 cur cum Mederer's Beiträge zur Gesch. von Baiern V. p. 68. 211 et Merkel in Legg. IV. p. 317 not. 79 Germanica verba *mennen, Menner* hinc referamus. 38) Ad cap. 61 conferas legis Sax. c. 56 eaque, quae supra p. 77 not. 43 annotata sunt. 20

IN LEGEM THURINGICAM

INDEX ALPHABETICUS.

AD LEGEM THURINGORUM CORRIGENDA ET SUPPLENDA.

p. 103 *l.* 37 *adde:* deperditi cuiusdam Coloniensis codicis vestigia in epistola a. 1555 concepta (Burmann Sylloge epistolarum II. p. 237) deprehendere opinatur O. Stobbe Beiträge zur Gesch. des Deutsch. Rechts p. 83. 87.

p. 114 *l.* 31 *adde:* cfr. Breysig Karl Martell (1869) p. 44. 45. 85.

p. 115 *l.* 5 *loco* nono *lege* octavo.

p. 117 *l.* 31 *adde:* cfr. Müllenhof in Nordalbing. Studien I, 1 (1844) p. 129.

EDICTUM THEODERICI REGIS

EX PETRI PITHOEI EDITIONE REPETITUM ADNOTATIONE INDICIBUSQUE INSTRUXIT FRIDERICUS BLUHME I. C.

CAP. I. DE ORIGINE EDICTI THEODERICIANI.

Theoderici Ostrogothorum regis Edictum anno Christi quingentesimo confectum esse, cum ipse rex per sex menses Romae ageret, omnibus probatum videbatur iis argumentis, quae Iohannes Daniel Ritterus in praefatione ad Gothofredianam Theodosiani codicis editionem, Lipsiae anno 1737 *repetitam, Tom. II. pag.* 4. 5 *primus protulerat. Nostris vero diebus adversarius Rittero extitit Iwanus a Gloeden in libro:* Das Römische Recht im Ostgothischen Reiche 1843 *pag.* 18 *sqq., cum id potissimum demonstrare studeret, Edictum recentius esse lege Romana Wisigothorum, quae breviarium Alaricianum vulgo dicitur, edita anno Chr.* 506. *Gloedenium alii secuti, alii vero refutare conati sunt: Carolus Guilielmus*[1] *Walchius inprimis et Gustavus Haenelius*[2]*; Dahnius denique, qui nuperrime totam quaestionem denuo examinavit, neutri parti consentit, omniaque incerta esse ait, praeterquam quod ante annum* 493 *Edictum illud proponi non potuerit. Idque certissimum est; quamquam enim ipse rex imperii sui initia ad annum* 489 *referat, quo primum Italiae fines transierat*[4]*, tamen pro totius Italiae domino, qui de omnibus provinciis atque adeo de ipsa urbe Roma generaliter statuere non dubitabat*[5]*, ante annum* 493 *se gerere non poterat. Accedit, quod capite* 28 *Edicti omnibus Romanis faciendi testamenti facultatem, quam usque ad annum* 493 *vel* 494 *multis quasi dediticiis rex ademerat, restitutam videmus; de quo conferenda est adnotatio mea ad cap.* 28 *cit.*

Verisimile autem Dahnio id etiam esse videtur, non multo post annum 500 *Edictum fuisse propositum; immo cum Gloedenio ipse probavit, Cassiodorum, qui decreta et rescripta regis in Variarum libris collecta vel ipse composuit, vel praetextis prologis ampliavit, Edicti auctorem non fuisse*[6]*. Urbicum potius fuisse crediderim, qui Ennodio teste iam anno* 494 *quaestor sacri palatii fuerat*[7]*, quo munere postea Cassiodorum, antequam consulatum anni* 513 *vel* 514 *adipisceretur, functum fuisse scimus*[8]*. Id etiam nemo negabit, generalis Edicti*

1) Ienaische Literaturzeitung 1845 Ianuar pag. 10—16. 39—48. 53—62. 2) in praefatione legi Romanae Wisigothorum praemissa a. 1849 pag. XCI. XCII. 3) Felix Dahn Die Könige der Germanen. Vierte Abtheilung. 1866. S. 8—12. 4) Cassiodor. Var. I, 18: *ex quo Sonti fluenta transmisimus, ubi primum Italiae nos suscepit imperium.* 5) Edicti cap. 10. 111. 6) Gloeden pag. 33. 34. Dahn pag. 4. 5. 124. 7) Ennodii vita Epiphanii, ed. Sirmond 1728. Tom. I. pag. 1012, ed. Migne in patrologia Tom. 63 p. 226: *His praecellentissimus rex dictis, virum illustrissimum Urbicum acciri iubet, qui universa palatii eius onera sustentans, Ciceronem eloquentia, Catonem aequitate praecesserat; cui praecepit, ut generaliter indulgentiae pragmaticum promulgaret. Quod ille ad omnem benignitatem paratissimus illico tanta brevitate et luce contexuit, ut et illa culparum genera cognoscerentur abolita, quae putabantur fuisse reservata.* Cfr. Edicti cap. 28, ibique notata. 8) Cassiodor. Variar. IX, 25. De quaestoris munere ipse rex dixit: *nostrae linguae vocem esse censemus*, Var. VI, 5.

proponendi necessitatem tunc praesertim Theoderico regi obvenisse, cum primum totius Italiae dominus factus omnes Romanos, possessores Italiae praesertim, pacis et aequabilis iustitiae beneficiis sibi devincire studeret. Sane omnes fere Ostrogothorum, Wisigothorum atque Burgundionum reges exemplum a veteribus Romanorum magistratibus sibi datum secuti esse videntur, ut novi imperii initia edicto proposito inaugurarent[9]*; quod Ulpianum etiam in libris de officio proconsulis, quibus Edicti auctor non semel usus est*[10]*, provinciarum praesidibus specialiter commendasse scimus*[11]*. Ideoque maxime niti regem videmus, ut servata Romanarum legum auctoritate ea tantum novo iure adderentur, quibus iudiciorum ordo restaurari, possessores contra barbarorum saevitias et exactorum fraudes defendi, malefici acrioribus suppliciis coerceri posse videbantur. Rarius mitiores poenae statuebantur, nonnunquam etiam poenarum genera ideo mutabantur, quia veterum poenarum executio vel difficilior vel impossibilis apparebat*[12]*. Quae quidem omnia mihi id suadere videntur, Theodericum post annum* 493 *mox generalis Edicti proponendi consilium cepisse, ipsam vero rem vel ante vel certe statim post annum* 500 *perfecisse. Nec obstat argumentum Gloedenii ab interpretatione Wisigothica, ut dici solet, anni* 506 *desumptum; nam quindecim illa capita, in quibus pauca interpretationis istius verba geminari videntur*[13]*, id potius probant, iam saeculo quinto commentarios quosdam a iuris Romani interprete nobis ignoto conscriptos extitisse, ex quibus tamquam ex communi fonte tam Wisigothorum, quam Burgundionum et Ostrogothorum Solones hausisse videmus*[14]*. Genuino Theodosiano codice Theodericum usum esse, multae constitutiones in breviario Alariciano omissae, a Theoderico vel re vel etiam verbis repetitae declarant.*

CAP. II. DE EDICTI CODICIBUS MANUSCRIPTIS.

Petrus Pithoeus, cum anno 1578 *primam edicti Theodericiani editionem pararet, his verbis prolocutus est:*

P. PITHOEUS C. V. EDOARDO MOLAEO SENATORI S.

INTEREA dum tu a Rege missus Aquitaniae rebus componendis vacas, ego vero rebus hic tandem prolatis rure vix fruor, editi sunt a typographis nostris Aur. Cassiodori Variarum libri XII, qui, ut scis, ad ius Romanum sic pertinent ut Theodericiana et Ostrogothica pleraque admixta habeant, quae qui non satis discernunt, hybridas saepe nobis pro meris Romanis obtrudunt. Haec tamen qualiacumque sunt, quando iam non raro ut lippos oculos tractare cogimur, pridem etiam constitueram opera aliqua iuvare, non ut gentis et saeculi vitia corrigerem, quì enim possem? sed quo a nostris hominibus cum minore saltem fastidio legerentur. Verum cum eo fere tempore quo editio postulabatur, ab re nostra tantum mihi otii non esset, quod potui, alienam operam meis exemplaribus iuvi. Rebus reversis, cum et ipse huc reversus a librario rogarer, ut Theoderici Regis Edictum, cuius ille exemplaria apud me esse audierat, tanquam Ostrogothici iuris caput reliquo corpori accedere sinerem, facile me exorari passus sum: immo etiam, ne quid Orienti Occidens de eadem gente invideret, legis Wisigothorum libros XII, ut tandem aliquando ederentur, concessi. Edictum vero prudentissimi principis in tuo nomine apparere volui, non tam quod te plane dignum, quam quod aliqua ex parte esset tuum, cuius beneficio alterum eius exemplar nactus sum: simul ut intelligeres te a me praesentem sic observari, sic coli, ut etiam Reip. causa

9) Cfr. quae de Gundobado Burgundionum rege notavi Legum Tom. III. pag. 500. De Wisigothorum regibus vide Merkelium in Savinii historia iuris Romani Tom. VII. pag. 4. 46. Edictum Athalarici habes Cassiodori Variar. lib. IX. cap. 18. 10) Vide Edicti cap. 57. 58. 74. 82. 103. 11) Fr. 4 §. 3 de Officio proconsulis (Dig. 1, 16). 12) Cfr. Dahn l. c. pag. 41—44. 108—117. 13) Sunt capita 5. 14. 17. 26. 27. 28. 42. 54. 77. 117. 120. 134. 152 et capita 20. 122, a Gloedenio omissa; quem erasse, cum etiam capita 37 et 145 ex interpretatione Wisigothica trahere vellet, iam Dahnius recte monuit l. c. pag. 10. 11. 14) Cfr. quae de hac re notavi Legum Tom. III. pag. 580.

absentis rationem habeam: tantique apud me esse futuramque amicitiam tuam, ut eius aliquod apud posteros testimonium extare cupiam. Bene vale V. C. Lutet. Parisior. II. Kal. Ian. M.D.LXXVIIII.

His autem verbis omnia continentur, quae de legis codicibus mss. comperta habemus: duos olim extitisse codices, alterum ut videtur ipsius Pithoei, alterum Eduardi Molaei. Neminem enim habemus, qui istos codices postea viderit, neminem qui aliorum codicum, in omnibus Europae partibus quaesitorum, ullum vestigium invenire potuerit. Nam quod vulgo traditur, Fridericum Lindenbrogium vel tertium codicem[15] *vel certe Pithoei exemplaria*[16] *inspexisse, id mero errori tribuendum est; Francisci enim, non Petri Pithoei bibliotheca, nunc Tricassina, se usum esse Lindenbrogius ait in praefatione ad Codicem legum antiquarum anno* 1613 *editum. Erroris tamen causam ipse Lindenbrogius dedit, qui suis Pithoeique coniecturis incerti codicis manuscripti auctoritatem praetendere videbatur, cum genuinam Pithoeanorum codicum scripturam inter varias lectiones (pag.* 1318*) reiectam hac nota* al. *signaret.*

CAP. III. DE EDICTI EDITORIBUS ET COMMENTATORIBUS.

Petrus Pithoeus non solum Theoderici Edictum, sed Wisigothorum etiam leges se adiecturum esse spoponderat, cum Gulielmus Fornerius, antecessor Aurelianensis, Cassiodori opera edenda curaret; idque tam ex ipsius Pithoei epistola ad Molaeum data, quam ex titulo principis editionis anni 1579 [17] *apparet. Postea tamen, mutato consilio, leges Wisigothorum a Cassiodoro et Edicto separatae, eodem anno editae sunt. Ceterum Pithoeus in Edicto edendo ita versatus est, ut de varietate librorum manuscriptorum, quorum alter alterius apographum fuisse videtur, omnino taceret, cum in notulis margini raro adspersis nonnisi coniecturas de emendando contextu nobis praebuerit.*

De ceteris Edicti editionibus paucissima nobis dicenda erunt. Pithoeanam sexies vel septies repetitam habemus inter Cassiodori Opera edita[18]*; item in Goldastina collectione constitutionum imperialium*[19]*, quae in eo tantum a Pithoeana differt, quod indicem Edicto praemissum in rubricas singulis capitibus praescriptas divisit*[20]*. Reliquae editiones Lindenbrogianam anni* 1613 *(anno* 1607 *nulla prodiit) sequuntur, quae nonnullos Edicti locos, spreta ut diximus codicum manuscriptorum fide, ad Pithoei Lindenbrogiique coniecturas accommodatos*[21]*, alios etiam editoris vel typographi culpa corruptos vel mancos exhibet*[22]*. Quae quidem omnia fere repeti videmus in editionibus a Petro Georgisch anno* 1738[23]*, a Paulo Canciani anno* 1781[24]*, a Gotthardo Friderico Rhon anno* 1816[25]*, a Ferdinando*

15) Heineccii antiquitatum Germanicarum Tom. X. pag. 301. 16) Iwan a Gloeden Das Römische Recht im Ostgothischen Reiche 1845 pag. 18. 17) *Edictum Theoderici regis Italiae, C. Sollii Apollinaris Sidonii Arvernorum episcopi de Theoderico rege epistola. Ennodii Ticinensis panegyricus Theoderico regi dictus. Codicis legum Wisigothorum libri XII. Parisiis apud Sebastianum Nivellium* 1579. fol. — Cassiodori opera iam mense Octobri anni 1578. a Fornerio absoluta erant; Edictum cum reliquis et Pithoei epistola, data 2. Kal. Ianuarias, 34 paginis seorsim numeratis postea insertum videmus. Novo titulo ornatus totus liber denuo prodiit anno 1589. 18) Parisiis 1588. 4°, pag. 357—370. Ibidem, apud Marcum Orry. 1600. 8°. Genevae cura Petri Brossaei. 1609. 8°. pag. 1262—1309. Ibidem, sumptibus Petri Chouet. 1650. 4°. pag. 650—669. Ibidem 1656. 4°. Ibidem, sumptibus Samuelis Chouet. 1663. 4°. pag. 650—669. Denique sine loci mentione prodiisse dicuntur a. 1637. 4°. Abest Edictum a Cassiodori operibus anno 1595 et 1679 editis. 19) Hanoviae 1610. Francof. 1673 et 1713. fol. Tom. III. pag. 18—31. 20) Praeterea tit. 19 pro *iudiciis* habet *indiciis*, typographi, ni fallor, incuria. 21) Recte transponuntur capita 83 et 84, corriguntur cap. 12. 24. 30. 42. 68. 98. 120. 150. 22) Male mutantur cap. 24 (om. *legum*). 46 (om. *ei*). 104 (*iuribus*). 126 (*mutuum*). 134 (*legitimam centesimam*). 137 (*recipiat, amittat*). 138 (om. *diversis*). 144 (*reliquas* pro *quas*). 23) Corporis iuris Germanici col. 2199 sqq 24) Legum barbarorum Tom. I. pag. 1 sqq. 25) In commentatione singulari ad Edictum Halae edita 1816. 4°.

Waltero anno 1824 *et Felice Dahn anno* 1866 *paratis; ita tamen, ut Cancianius, Rhonius et Dahnius etiam unum alterumve locum sanare conati sint*[28].

Quae cum ita essent, id mihi praesertim curae esse debuit, ut Pithoeanas lectiones integritati suae restituerem; deinde ut locos vere vitiosos, si fieri posset, probabilibus coniecturis sanarem, quod etiam aliquatenus mihi successisse spero in capitibus 46. 52. 55. 61. 73. 104. 140 *et in Epilogo. In adnotatione critica usus sum littera* P., *ut Pithoeani codicis lectiones indicarem, quas emendare non dubitavi, verbis autem* P. in marg. *ea, quibus ipse Pithoeus emendari posse locos vitiosos monuerat. Id denique, quod Goldastus et Cancianius sibi proposuerant, ut omnia fere, quae in Cassiodori Variarum libris ad Gothici iuris historiam pertinere videbantur, adpendicis modo cum Edicto coniungerentur, mihi remitti poterat, quia totum Variarum opus statim inter Monumenta Legum proditurum esse spero.*

Commentariis nemo ante Rhonium Lubecensem (not. 25*) Edictum illustraverat; qui de fontibus iuris Romani, a quibus Theoderici lex manavit, investigandis satis bene meritus est, aliis tamen supplendi emendandique locum saepius reliquit. Successerunt ei Savinius*[29]*, Gloedenius (not.* 16*) et nuperrime Dahnius*[30]*, cuius eximia in hac re merita maiore etiam laude celebranda essent, si cautior fuisset in Rhonii erroribus increpandis: allegationes enim Rhonianas, quas falsas dixit, nonnunquam parum intellexit, nec paucas ipse minus recte protulit, quae mero typographi errori vix tribui possunt. Plurimum tamen Dahnio ideo debemus, quod non solum varias et vage disiectas Edicti materias diligentissime collegit et composuit, sed omnia etiam, quae in Cassiodori Variarum libris ad Edictum trahi posse videbantur, plenissime lectori indicavit.*

Nobis autem, quae de Romanis Edicti fontibus dicenda habemus, partim scholiis, partim indicibus ipsi Edicto subiiciendis reservari posse videbantur. Eorum vero, quae de iure Romano non descendunt, longe maior pars vel necessitutis vel utilitatis causa statuta esse videtur; in quorum numero, ut supra (not. 12*) monuimus, plurima sunt, quae ad leges poenales pertinent, pauca, quae rem iudiciariam innovant*[31]*; singularia denique beneficia, quibus possessores sibi devincire regem videmus, cum capite* 45 *privatis, ne titulos praediis adfigerent, omnino interdiceret, capite vero* 142 *omnibus licentiam daret originaria mancipia quasi servos ad alia loca transferre vel urbanis ministeriis adplicare, immo etiam alienare absque terrae aliqua portione*[32]*. Alia, sed longe minor novarum legum pars in iis consistit, quae ex iure Mosaico (cap.* 59*) vel Germanico desumpta Theodericus Romanos observare iussit: velut manifestandi officium iis iniunctum, qui animal alienum invenerint (cap.* 58*), item iuramenti purgatorii defensio cauponibus stabulariisve concessa (cap.* 119*), denique poena dupli, tripli vel quadrupli ita mutata, ut non aestimatum pretium multiplicaretur, sed aliae res* eiusdem meriti, *vel* aliae tales *inferri iuberentur. Sic iuberi videmus cap.* 64. 70. 80. 84. 152. 154 *et apud Cassiodorum Variarum lib. III. cap.* 20*; sic constanter legitur etiam in legibus Langobardorum, sic in interpretatione Wisigothica ad Paulum I,* 13ª *§.* 6, *et in lege Wisigothorum lib. V,* 4, 20. *VII,* 3, 2*; cum de aestimatione rei pervasae semel tantum Theodericus loquatur (cap.* 10*),*

26) Corp. iur. Germanici Tom. I. pag. 391. 27) In notis ad librum: Die Könige der Germanen. Vierte Abtheilung. 1866. pag. 45 sqq. 28) Dahnii emendationes habes in cap. 55. 61. 104 et in Epilogo. 29) Geschichte des Römischen Rechts im Mittelalter. Bd. II. S. 172 – 181 ed. II. 30) Die Könige der Germanen. Abtheilung 2. 3. 4. München 1861. Würzburg 1866. 31) Dahn l. c. pag. 26 – 31. Bethmann-Hollweg Der Civilprocess des gemeinen Rechts. Bd. IV. 1868. §. 55. 56. 32) Cfr. Dahn Abtheilung III. pag. 55. 56; IV. pag. 96.

Constantinus autem semel tantum (const. 4 *Cod. Iust. de servis fugitivis* 6, 1) *de servo* cum pari alio vel viginti solidis *reddendo, et Valentinianus III. (Novellar. tit.* 30 *c.* 1 *§.* 3) *de* vicaria eiusdem meriti pro uxore reddenda *statuerit.*

Sed finem iam faciamus in tractandis rebus minoribus; nam inter arma 5 *silent leges.*

Datum Bonnae die 25. *mensis Augusti* 1870.

FRIDERICUS BLUHME.

CAPITA EDICTI.

1. *Iudex si pecuniam acceperit, ut male iudicet.*
10 2. *Iudex si, contra statum aut fortunas cuiuslibet ut sententiam proferret, pecuniam acceperit.*
3. *Iudex si immerito a provincialibus aliquid acceperit.*
4. *Si officium cuiuslibet iudicis ultra iussionem acceperit.*
5. *Si sententia non praesentibus dicatur.*
15 6. *Ut ad officium et sollicitudinem iudicis pertineat, quomodo in executionem mittantur iudicia.*
7. *Iudex ut discussis allegationibus vel documentis utriusque partis, verum iudicet.*
8. *Sine iudicis auctoritate nullum ingenuorum debere teneri.*
9. *De his qui aliquid adversum hoc praesumpserint.*
20 10. *Cuiuslibet rei possessorem per iudicis auctoritatem debere conveniri, et expectare cognitionis eventum.*
11. *Si possessor pulsatus legibus non reddiderit rem petitam.*
12. *De his, qui per 30 annos quamlibet rem iugiter possederint.*
13. *De his, qui alterum quolibet crimine pulsaverint*
25 14. *Ut sub alterius nomine nullus accuset.*
15. *De percussore ad se veniente.*
16. *De his, qui ad possessionem alienam violentus vadit*[a].
17. *De raptore ingenuae mulieris aut virginis.*
18. *De parente raptae, aut curatore eius.*
30 19. *De servo, qui querelam de raptu viderit dissimulari.*
20. *De raptu, intra quae tempora concludatur.*
21. *Si ancillam alienam aut originariam congregata multitudine rapiat.*
22. *De conductore conscio aut connivente*[b].
23. *De his qui intestati mortui fuerint.*
35 24. *Quando debet fiscus agere.*
25. *Unumquemque possessorem apud iudicem fisci nomine pulsandum.*
26. *De intestatis clericis et religiosis personis.*
27. *Curialis si sine successore intestatus defecerit.*
28. *De data testandi licentia.*
40 29. *Si testator aut litteras ignoret, aut non possit subscribere.*
30. *De falsariis.*
31. *Ut voluntatem suam facere volenti nullus contradicat.*
32. *De his qui ab intestato possunt succedere.*
33. *De barbaris, qui voluerint iure testari.*
45 34. *De subreptione Romani aut barbari.*
35. *De delatoribus.*
36. *Si quis ad nuptias non legitimas aspiraverit.*
37. *Intra annum mortis mariti si mulier nupserit.*
38. *De adultero et adultera.*
50 39. *Qui, ut adulterium fieret, domum praestiterit.*
40. *Qui falsum fecerit, aut usus fuerit.*
41. *Qui falsum nesciens allegaverit.*
42. *Qui varium vel falsum testimonium dixerit.*

a) uiolenter uadunt *Lind.; sed uiolentus in ipso contextu et cap. 75 repetitur.* b) conhibente *P.*

43. *Nullum debere ad potentem Romanum aut barbarum suas actiones transferre.*
44. *Nullum Romanum aut barbarum tamquam defensorem aut suffragatorem in alieno stare negotio.*
45. *Nullum debere alienae rei nec suae titulos ponere.*
46. *Si quis in ea re, quam possidet, conventus, ut adversario suo resistat, titulos posuerit.* 5
47. *Si quis possessa ab aliis praedia titulis occupaverit.*
48. *Libertos originarios aut servos contra patronos suos eorumque liberos non audiri.*
49. *Hoc etiam et de familiaribus observandum.*
50. *De occultis secretisque delationibus.*
51. *De donationibus celebrandis mancipiorum.* 10
52. *Si quis praedium rusticum aut urbanum donaverit.*
53. *De traditione facienda.*
54. *Matrimonia passim non debere dissipari, ut quibuslibet criminibus probatis a coniunctione recedant.*
55. *Omnes appellationes iudicem debere suscipere.* 15
56. *De abactore animalium diversorum.*
57. *Abactor si usque ad unum equum, duas equas totidemque boves, decem capras et quinque porcos.*
58. *Qui bovem, equum, vel aliud pecus errans invenerit.*
59. *Qui ingenuam virginem per vim corruperit.* 20
60. *Si quis viduae violenter stuprum intulerit.*
61. *Si matrona vidua cuiuslibet libidine corrumpatur.*
62. *Si matrona vidua volens corrumpatur a servo.*
63. *Si servus alienus aut originarius ingenuam virginem per vim corruperit.*
64. *Si quis ancillam alienam aut originariam virginem corruperit.* 25
65. *Quoties se ancillae ingenuus, originarius aut servus miscuerit.*
66. *Quoties se originariae servus alienus aut ingenuus sociaverit.*
67. *Si originarius alienus se originariae iunxerit.*
68. *Si originaria de ingenuo solo exierit.*
69. *Si quis curialem collegiatum aut servum per 30 annos possederit.* 30
70. *Si servus ad quamlibet ecclesiam confugiat.*
71. *Si quis in causa publici debiti ad ecclesiam quamlibet convolaverit.*
72. *De allegatione testamentorum.*
73. *De auctoritatibus exsequendis.*
74. *De improbo litigatore.* 35
75. *De armatis hominibus expugnandis, si ad rem venerint violenti.*
76. *De reddendo momento rerum invasarum.*
77. *Si servi de inrogata violentia convicti fuerint.*
78. *De ingenuo plagiato.*
79. *Si quis ingenuum in conditione tenuerit.* 40
80. *Qui mancipium alienum sollicitaverit.*
81. *Si quis nesciens a plagiatore mancipia comparaverit.*
82. *Si quis ingenuus distrahatur.*
83. *Qui ingenuum celaverit, vendiderit, vel sciens comparaverit.*
84. *Quisquis servum alienum aut colonum sciens fugitivum susceperit.* 45
85. *Si servos sollicitatos vel ab altero furto ablatos susceperit.*
86. *Qui servum alienum invito domino apud se detinuerit.*
87. *In fuga positum servum.*
88. *Si abactor, sollicitator aut fur, antequam conveniatur, mortuus fuerit.*
89. *Si qui sibi ad terrorem militiam confinxerunt.* 50
90. *Si quis testamentum, codicellum, tabulas, rationes, gesta, libellos, cautiones, epistolas in fraudem alterius mutaverit.*
91. *Qui testibus pecuniam dederit, ut falsum dicant.*
92. *Si sponsa persuasa ab sponso ad eius domum non tradita venerit.*
93. *Invitus pater familiam suam nulli dare in matrimonium cogitur.* 55
94. *Parentes, qui cogente necessitate filios suos vendiderint.*

95. *Nec pro pignore filios a parentibus dari.*
96. *Qui in libertate degunt*[a], *si ad servitutem vocantur.*
97. *Qui domum aut villam aut casam incenderit.*
98. *Incendium quod incaute servus aut colonus in agro suo posuerit.*
99. *Qui hominem sine audientia occiderit, aut occidi suaserit.*
100. *Servum alienum in alterius caput torqueri non posse.*
101. *Qui servum ideo comparavit, ne adversum se torqueretur.*
102. *Si servus ad hoc fuerit manumissus, ne torqueretur.*
103. *Ubi aliquod facinus committitur, ibi debere defendi.*
104. *De effossis terminis aut arboribus terminalibus.*
105. *Qui limites inter duos fundos debeant observari.*
106. *De negotio sacramentis finito.*
107. *De auctore seditionis.*
108. *De his qui pagano ritu sacrificaverint.*
109. *Si servus aut colonus, domino nesciente, violenter aliqua rapuerit.*
110. *Qui sepulchrum destruxerint.*
111. *Si quis intra urbem Romam cadavera sepelierit.*
112. *De bonis damnatorum quolibet crimine.*
113. *Si curialis damnatus filios reliquerit.*
114. *Si damnatum clerici aut alii eruerint.*
115. *Qui pecuniam publicam aut fiscalem furaverit.*
116. *Si quis a fure aliqua ad servandum susceperit.*
117. *Servus si furtum fecerit, vel damnum cuilibet dederit.*
118. *Si propter furtum servi dominus conventus fuerit.*
119. *Si quis de taberna, nave aut stabulo perierit.*
120. *Si servus furtum fecerit, et manumissus fuerit.*
121. *Si procuratori aut actori vel colono, conductori avt servo alicuius, invito aut nesciente domino, mutuam pecuniam quis dederit.*
122. *Si quis cautionem suam potenti dederit exigendam.*
123. *Creditor si debitori suo res sibi non obligatas violenter rapiat.*
124. *De pigneribus capiendis.*
125. *Si qui de ecclesiis, id est locis religiosis, homines traxerint.*
126. *Ut nullus curialium sive tabulariorum vel susceptorum, intra ecclesiam residens, emittat pictatia.*
127. *Ut invitus nullus delegetur.*
128. *Si filius in potestate patris positus, servus aut colonus, a patre*[b] *vel domino in aliqua culpa non defendatur.*
129. *Qui per mendacium vel subreptionem aliquid impetraverit.*
130. *Si quid promissum est, ut fur comprehenderetur.*
131. *Qui de debito in iudicio convicti aut condemnati fuerint.*
132. *Qui possessor ad iudicium veniet.*
133. *Mulier etiamsi per cautionem alienum debitum se reddituram spondeat.*
134. *Qui ultra legitimam centesimam a debitore suo speraverit.*
135. *Si fideiussor pignora debitoris, pro quo fidem fecit, liberaverit.*
136. *Si quis quamlibet rem suam nesciens a possessore conduxerit.*
137. *Si quis in area aliena aedificium fecerit.*
138. *Si una res a duobus fuerit comparata.*
139. *Cuius forum auctor venditionis sequatur.*
140. *Qui de re comparata pertulerit quaestionem.*
141. *Quicunque servum fugitivum vendiderit ignoranti.*
142. *Liceat unicuique domino mancipia sua, etiam originaria, ad alia loca transferre, vel quod voluerit facere.*
143. *De servandis privilegiis Iudaeorum.*
144. *De emittendis securitatibus fiscalium titulorum.*
145. *Si quis barbarorum tertio conventus, iudicio adesse contempserit.*

a) degent *P.* b) si a patre *P.*

EDICTUM THEODERICI REGIS.

Querelae ad nos plurimae pervenerunt, intra provincias nonnullos legum praecepta calcare. Et quamvis nullus iniuste factum possit sub legum auctoritate defendere: nos tamen cogitantes generalitatis quietem, et ante oculos habentes illa, quae possunt saepe contingere, pro huiusmodi casibus terminandis, praesentia iussimus edicta pendere: ut salva iuris publici reverentia, et legibus omnibus cunctorum devotione servandis, quae barbari Romanique sequi debeant super expressis articulis, edictis praesentibus evidenter cognoscant.

1. Priore itaque loco statuimus, ut si iudex acceperit pecuniam, quatinus adversum caput innocens contra leges et iuris publici cauta iudicaret, capite puniatur.

2. Iudex si pecuniam, contra statum aut fortunas cuiuslibet ut sententiam proferret, acceperit, et ex hac re sub iusta fuerit examinatione convictus, in quadruplum quod venalitatis studio accepit, exsolvat, illi profuturum, contra quem redemptus docebitur tulisse sententiam.

3. Iudex quod immerito provincialibus rapuerit, amissa dignitate qua male usus est, in quadruplum reddat his duntaxat, quibus immerito constat ablatum: et si defunctus fuerit, ab eius heredibus haec poena poscatur.

4. Officium cuiuslibet iudicii, quod quid ultra quam iussum est, exegerit, in quadruplum sub fustuaria poena cogatur exsolvere iis, quibus inlicite monstrabuntur ablata.

5. Sententia non praesentibus partibus dicta nullius momenti sit; nisi adversus eum prolata doceatur, qui tertio conventus, et edictis sollemniter inclamatus, adesse contempserit.

6. Ad officium sollicitudinemque iudicis pertinet, ut ea scripto lata definiant, quae apud se aguntur, sententia: et in executionem mitti iubeant, quod fuerit iudicatum.

7. Iudex discussis utriusque partis suggestionibus atque documentis, id solum iudicare debet, quod iuri et legibus viderit convenire.

8. Sine competentis iudicis praecepto nullus ingenuorum sustineat detentionis iniuriam, aut ad iudicium deducatur, vel in privata habeatur cuiuslibet praesumptione custodia.

9. Si quis autem aliquid eorum admiserit, ad violentiae poenam, quae capitalis est, se non dubitet esse rapiendum.

10. Qualemcunque cuiuslibet rei possessorem conveniri iudiciaria auctoritate decer-

Prologus: *barbari Romanique]* cfr. cap. 34. 43. 44 et epilogus. De solis barbaris vel capillatis cap. 32. 145. Cap. 1. 2.] Ex Pauli Sententiis receptis lib. V. tit. 23. §. 10: *Iudex qui in caput fortunasque hominis pecuniam accepit, in insulam bonis ademptis deportetur.* Cfr. Paulus l. c. V, 25. §. 4. Marcianus, fr. 1. §. 1. Ad leg. Cornel. de Sicar. (48, 8). Arcadius et Honorius a. 403, c. 3. Cod. Iust. de adsessoribus (1, 51). Cap. 3.] Ex const. Gratiani, Valentiniani et Theodosii a. 380, const. 2. Theod. Cod. Ad leg. Iul. repetund. (9, 27) in verbis *dignitates praeclusas* et *male usae administrationis crimen;* cfr. c. 3. 4. eod. (eorundem a. 382). Cap. 4.] Hoc caput novum ius introduxit. Cap. 5: *Sententia — momenti sit.*] Haec ex eodem fonte manarunt, a quo interpretatio Wisigothica ad Paulum V, 5ª. §. 6. derivanda est in verbis: *Sententia absente parte altera a iudice data nullam obtinet firmitatem;* vel ex Aemilii Macri libro de appellationibus, fr. 1. §. 3. Quae sent. sine app. (49, 8): *cum ex edicto peremptorio, quod neque propositum est, neque in notitiam pervenit, absentis condemnatio fit, nullius momenti esse sententiam, constitutiones demonstrant. nisi — contempserit]* Cfr. Paulus Sentent. V, 5 A. §. 7. const. 9. 10 Quomodo et quando (Iust. Cod. 7, 43) et infra cap. 145. Cap. 6.] Simil. const. 1 Theod. de sent. ex peric. (4, 17) a. 374. Sed quae de executione statuuntur, novi iuris sunt. Cap. 7. 8.] Ex certo fonte haec manasse non videntur. Cap. 9.] De poenis violentiae cfr. cap. 16. 21. 75. 77. 109. 124. 125. 126. Cap. 10. 11.] Simil. Valentiniani Theodosii et Arcadii const. 3 Theod. Unde vi (4, 22) in verbis

nimus, et expectari semper iustae cognitionis eventus. Quod si quis qualemcunque possessorem possessione deiecerit, amissionem pro tanta praesumptione vel bonae litis incurrat; reformata scilicet possessione quam occupaverit, fructus quoque duplos pro tanta temeritate persolvat. Quod si illam possessionem occupaverit, quae eidem minime debebatur, hanc poenam habeat, ut et rem cum fructibus in eo statu domino reddat invasam, et aestimationem rei pervasae subire cogatur, fisci iuribus profuturam. Cuius decreti iusti atque legitimi omnes per provincias iudices et urbe venerabili constitutos, vel eorum officia, iubemus esse custodes: ita ut si aliquid extiterit, quo se putent exigendae mulctae superius comprehensae pares esse non posse, relationem ad scrinia nostra transmittant, ut a nobis, si ratio poposcerit, districtius vindicetur.

11. Quod si possessor pulsatus legibus, non reddiderit rem petitam, et sub cognitionis eventu adversus eum legibus fuerit lata sententia, a die qua per auctoritatem conventus est et dedit responsum, expensas litis vel sumptus victus exsolvat. Hoc remedio fiet, ut in mala causa nullum litigare delectet.

12. Qui per triginta annos quamlibet rem iugiter possidere fuerit adprobatus, neque publico, neque privato nomine patiatur aliquam penitus quaestionem. Tali autem possessori etiam auctorum proauctorumque suorum tempora secundum leges proficere debere censemus: illud adiicientes, ut si *in*tra[a] triginta anno*s* mota lis[b] fuerit, nec finita, superveniens conclusio triginta annorum, eandem sine aliqua dubitatione consumat[c]: quia cuivis satis credimus abundeque sufficere, intra 30 annos et actiones suas rite componere, et eas publico iudicio vel privata definitione peragere. Ita ut circa pupillarem aetatem privilegia antiquis vel novellis legibus concessa serventur, vel circa eos, qui ex quo competere poterant post vicesimum et quintum annum intra tricesimum suas legibus proposuerint actiones. Cui casui quinquennii beneficium novella lege probamus adiectum.

13. Qui alterum quolibet crimine putaverit accusandum, non prius audiatur, nec de exhibitione aliquid iubeatur, nisi se praemissae inscriptionis vinculis obligarit, et istud caverit apud competentem iudicem, se eam poenam subiturum, si non probaverit, quod inten*d*it[d], quam possit reus convictus secundum leges excipere: et usque ad eventum iudicii tam reus quam accusator aequali custodiae sorte teneantur. Nisi forte aut minora sint crimina, in quibus fideiussor praeberi debeat, aut reus adeo nobilis vel splendidi honoris sit, ut suae committi debeat dignitati.

14. Sub alterius nomine nullus accuset: quia improbum iudicamus, ut quis alienae utilitatis vel voluntatis, quasi sub specie accusationis, executor exsistat.

15. Qui percussorem ad se venientem ferro repulerit, non habetur homicida: quia defensor propriae salutis videtur in nullo peccasse.

16. Qui ad possessionem alienam violentus advenerit cum multitudine congregata, si aut ipse aut aliquis ex eodem numero casu, dum repellitur violentia, occisus fuerit, is qui per necessitatem[e] hoc fecit, a metu poenae liber habeatur.

a) ultra *P. sed* intra *P. in marg.* b) annorum mortalis *P.*; annos *P. in marg.* c) consummat *P.* d) intentit *P.* e) pro necessitate *Coll. Anselm. l. c.*

exspectari, eventus, praesumptione, aestimationem, cogantur; cfr. Decretum D. Marci, apud Callistratum fr. 13. Quod metus (4, 2) et fr. 7. Ad leg. Iul. de vi privata (48, 7); et Constantini legem, c. 2 Theod. Finium regund. (2, 26); infra cap. 34, 129, item Cassiodor. Variar. 3, 20 et 4, 39. *urbe venerabili*] Roma. c. 2 Theod. Cod. de habitu (14, 10) Cassiodor. Var. I, 1. *ita ut* rell.] cfr. infra epilogus. Cassiodor. Var. 3, 21. 7, 28. Cap. 11.] cfr. const. 1 Theod. de fructibus et litium expensis (4, 18). Cap. 12.] Ex const. unic. Theod. de actionib. certo finiendis (4, 14) in verbis *iugi silentio*, et in verbis finalibus ex Novella Valentiniani III. a. 452 de episcopali iudicio (tit. 34. col. 251 ed. Hänel) ubi in §. 13 haec inveniuntur: *excepto privilegio pupillaris aetatis, quod ... patris nostri Theodosii lege concessum est ... nisi forte post vicesimum quintum annum, ex quo competere actio coeperat, contestata lis fuerat. Cui si is casus eveniat ... aliud quinquennium prorogamus.* Cap. 13.] Ex const. 19 Theod. de accus. et inscr. (9, 1) in verbis: *vinculum inscriptionis* et *habita dignitatis aestimatione;* item ex const. 11 eod. in verbis *si quod intenderit non probaverit.* Cfr. infra cap. 35. 50. Cap. 14.] Simil. const. 15 Th. eod.; ibique interpr. in verbis *nullus accuset.* Cap. 15.] Ex const. Gordiani c. 3. Iust. Ad leg. Corn. de sicar. (9, 16): *Si quis percussorem ad se venientem gladio repulerit, non ut homicida tenetur: quia defensor propriae salutis in nullo peccasse videtur.* Vide quae notavi ad cap. 16. Cap. 16.] cfr. const. 2 Theod. eod. (9, 14). Hoc caput cum cap. 15. iisdem verbis repetitur in nonnullis libris mss. Novellarum Iuliani et breviarii Alariciani, item in collectione Anselmo dedicata P. VII. c. 36, addita tamen utrique falsa hac inscriptione ac subscriptione: *Ex libro VII. cod. tit.* 38. — *Datum VIIII. Kl. Oct. iust.*

17. Raptorem ingenuae mulieris aut virginis cum suis complicibus vel ministris rebus probatis iuxta leges iubemus extingui: et si consenserit rapta raptori, pariter occidatur.

18. Si parentes raptae, aut curator eius, quae minore aetate rapta est, exsequi et vindicare talis facti culpam forte neglexerit, pactum quod non licet de hoc crimine faciendo, poenam patiantur exilii.

19. Servus vero si querelam de raptu dissimulari a dominis, et pactione crimen senserit definiri, atque iudiciis[a] prodiderit, libertate donetur.

20. Raptum intra quinquennium liceat omnibus accusare, post quinquennium vero nullus de hoc crimine faciat quaestionem, etiamsi intra suprascriptum tempus egisse aliquid de legibus doceatur: maxime cum et filii de hoc matrimonio suscepti, exacto quinquennio legitimorum et iure et privilegio muniantur.

21. Si quis ancillam alienam aut originariam violenter cum multitudine congregata rapuerit, si ingenuus est, raptoris poena feriatur, quia violentiae crimen admittit: si servus est aut colonus, et sua hoc tantum voluntate commisit, simili ratione puniatur.

22. Si vero conscio conductore aut iubente aut connivente vel non prohibente hoc fecerit, etiam conductor ipse, tamquam facti reus, simili poena feriatur. Si autem domino sciente vel iubente hoc fecit, eandem possessionem, de qua raptor egressus est, fisco profuturam dominus incunctanter amittat.

23. Si quis intestatus mortuus fuerit, is ad eius successionem veniat, qui inter agnatos atque cognatos gradu vel titulo proximus invenitur, salvo iure filiorum ac nepotum.

24. Fiscus tunc agat, quando nec parentum, nec filiorum, nec nepotum, nec agnatorum, nec cognatorum, nec uxoris et mariti, quae succedat, extare comperitur persona, secundum legum veterum constituta: ita ut fiscus, quotiens locum successionis invenerit, vel aliqua sibi competentia repetit, actionem, remota titulorum vel officii praesumptione, proponat; quia tunc fiscus unamquamque rem merito potest et sine oppressionis alienae iniuria vindicare, dum[b] intercedente sententia pro ipso fuerit iudicatum. Nobis enim, sicut et principes voluerunt, ius cum privatis volumus esse commune.

25. Unumquemque possessorem fisci nomine apud competentem iudicem statuimus debere pulsari.

26. Clericos religiosasque personas intestatas deficientes, quotiens defuerit qui iure succedat, locum ecclesiae suae secundum leges facere debere praecipimus.

27. Curialis si sine successore, quem leges vocant, intestatus defecerit, excluso fisco curiae suae locum faciat.

28. Faciendorum testamentorum omnibus, quos testari leges permittunt, damus late licentiam: ita ut septem aut quinque testes ingenui ac puberes in conspectu testatoris uno tempore eodem rogante subscribant.

a) indiciis *Goldastus.* b) cum *Lindenbrog.*

opimo. Vid. Savinii hist. iur. Rom. T. II. §. 101. not. f. pag. 292 et Aemilii Hermanni notam ad c. 3. Iust. cit. Cap. 17.] Ex const. 1. §. 5. Theod. de raptu virg. (9, 24.) in verbo *ministros;* ceterum cfr. §. 2. ibid. et const. 2. eod. Cassiodor. Var. III, 24. Cap. 18.] Ex §. 4. ibid. in verbis *parentibus* et *vindicta.* *poenam exilii]* haec cum interpretatione Wisigothica ad c. 1. cit. conveniunt. Cap. 19.] Ex eodem loco in verbis *dissimulatione* et *pactione.* Cap. 20.] Simil. c. 3. eod.; sed verba finalia propius ad interpretationem, quae Wisigothica vulgo dicitur, accedunt, quae habet: *et filii omnes legitimi habeantur.* *etiamsi* rell.] In const. 3. cit. habetur: *sine metu interpellationis et complemento accusationis.* Cap. 21.] Cfr. const. 4 Theod. Ad leg. Iul. de vi (9, 10). Cap. 22. *conductore]* scil. colono libero; agitur enim de domino servi, qui dominus praedii non erat. Cfr. Paulus Sent. V, 30 B, §. 2. Infra c. 146. *domino sciente]* sc. praedii. Cap. 23—33.] Continuatur de iure fisci (c. 22) in bona vel vacantia vel caduca, praemissa tamen generali confirmatione iuris succedendi tam Romanorum quam Gothorum; cfr. Ulpianus, fragm. tit. 17. §. 2. Cassiodor. Var. VI, 8. V, 24. *vel titulo]* Haec de bonorum possessionis ordinibus intellegenda esse, cum Rhonio facile crediderim. Cap. 24. *titulorum]* vide infra cap. 45. 47. *ius cum privatis esse commune:* Eadem verba Theodahadi habentur Cassiodor. Var. X, 4. med.: *iure communi nos fecit vivere cum privatis.* Cap. 25.] cfr. const. 27. 30. 31. Theod. de petit. et ultro dat. (10, 10). *fisci nomine]* i. e. in iure caducorum. *competentem iudicem]* scil. comitem rerum privatarum. Vide Cassiodor. Var. VI, 8, ad comitem rerum privatarum: *possessores admones — caduca bona non sinis esse vacantia.* Cap. 26.] Simil. c. un. Theod. de bonis clericor. (5, 3.) Cap. 27.] Simil. c. un. Theod. de bonis decurion. (5, 2). Cap. 28. *omnibus, quos testari leges permittunt]* Haec verba ad eos praesertim referenda videntur, quibus, impetrata regali venia, civitatis Romanae iura restituta erant, cum primum, quia susceptis armis

29. Quod si testator aut litteras ignorando aut per necessitatem vicinae mortis propriam subscriptionem non potuerit commodare, tunc octavus testis pro testatore adhibeatur huiusmodi, de cuius fide dubitari omnino non possit: scituris testibus et scriptore praecipue testamenti, quod si quid falsitatis extiterit, sub cognitione decursa se supplicium evadere non posse, quod circa falsarios legum dictat auctoritas.

30. Sciat autem scriptus heres vel legatarius aut libertus, quod si eis conniventibus aut scientibus, tale aliquid temptatum fuerit, se non solum emolumento ipso vel fructu eius scripturae esse privandos, verum etiam falsi poenam declinare non posse. In hoc reatu erit, quisquis operam aut studium faciendis adhibuerit talibus testamentis: cum voluntates velimus esse liberas mortuorum, et nihil ibi sibi aliena debeat persuasio[a] vindicare.

31. Ne quis voluntatem suam facere volenti, aut testes quolibet nomine deterreat, aut contradictor existat: cum, si quid actionis fuerit, eam legibus adversum haeredem possit exercere.

32. Barbaris, quos certum est reipublicae militare, quomodo voluerint et potuerint, faciendi damus licentiam testamenti, sive domi, sive in castris fuerint constituti.

33. Is qui ab intestato defuncti sperat hereditatem, si volentem testatorem prohibeat facere testamentum, tanquam ab indigno eius hereditas auferatur.

34. Nemo, aut Romanus, aut barbarus, rem petat alienam: quam si per subreptionem impetraverit, non valebit, et eam se non dubitet cum fructibus redditurum. Salvo eo, quod super hac parte superiora nostra edicta ius sanciunt.

35. Is qui quasi sub specie utilitatis publicae, ut sic necessarie faciat, delator existit[b], quem tamen nos execrari omnino profitemur, quamvis vel vera dicens legibus prohibeatur

a) praesuasio *P*. b) existat *P*.

adversus Theodosium pugnaverant, peregrinorum dedititiorum conditionis habiti essent; cfr. Gaii institutionum lib. 1. §. 14. 25. cum iis quae ab Ennodio narrantur in vita Epiphanii episcopi Ticinensis (ed. Gallandi Tom. X. pag. 150. Migne Patrolog. Tom. 63. col. 226): *interea subita animum ... regis Theoderici deliberatio occupavit, ut illis tantum Romanae libertatis ius tribueret, quos partibus ipsius fides examinata iunxisset: illos vero, quos aliqua necessitas diviserat, ab omni iussit et testandi et ordinationum suarum ac voluntatum licentia submoveri. Qua sententia promulgata et legibus circa plurimos tali lege calcatis, universa Italia lamentabili iustitia [tristitia?] subiacebat.* — Deinde (col. 228) idem auctor regis, Epiphanii precibus adnuentis, verba talia refert: *omnibus generaliter errorem dimittemus ... Paucos tamen, quos malorum incentores fuisse cognovi, locorum suorum tantum habitatione privabo ... His ... rex dictis virum illustrissimum Urbicum acciri iubet ... cui praecepit, ut generaliter indulgentiae pragmaticum promulgaret: quod ille ... illico tanta brevitate et luce contexuit, ut et illa culparum genera cognoscerentur abolita, quae putabantur fuisse reservata.* — De barbaris militibus vide §. 32. — *aut quinque testes]* cfr. const. 1. et c. 3. §. 1. Theod. de testamentis (4, 4) ibiq. interpretatio Wisigothica. Lex Gundebati tit. 43. §. 1. 2. Isidor. Origg. 5, 24. Quinque enim testes iure civili sufficiebant, si libripens et familiae emptor, qui vetere iure accedere debebant, amplius non desiderabantur; idque usu obtinuit, quamvis Theodosium II. in novellarum tit. 16. §. 2. (Hänel col. 62) contrarium statuisse videamus; cfr. Savigny Vermischte Schriften Tom I. num. 7 in fine. Leist Bonorum possessio II, 2. pag. 99. 106—113. *in conspectu testatoris]* Haec repetita sunt ex Diocletiani constitutione anno 290 emissa, const. 9. Cod. Iust. de testamentis (6, 23); cfr. Arcadius et Honor. c. 3. §. 2. Theod. de testamentis. *uno tempore]* Ex Novella Theodosii II. cit. §. 2. in verbis: *uno eodemque die ac tempore subscribentibus.* Cap. 29.] Ex Novellae Theodosii II. cit. §. 3: *Quodsi litteras testator ignoret, vel subscribere nequeat, octavo subscriptore pro eo adhibito, eadem servari decernimus.* — *circa falsarios]* cfr. Pauli Sent. V, 25. §. 1. infra Cap. 29. 40. 41. 90. Cassiodor. Var. 12, 5. Cap. 30.] cfr. fr. 6. §. 1. Ad leg. Corn. de falsis (48, 10). c. 1 Theod. eod. (9, 19). Cod. Iust. de his qui sibi adscrib. in test. (9, 23). Cap. 31.] cfr. Paulus fr. 2. pr. D. Si quis aliquem testari prohib. (Dig. 29, 6) et infra cap. 33. Cap. 32.] Simil. Ulpian. fragm. XXIII, 10; cfr. Idem fr. 1 pr. de test. mil. (29, 1). *sive domi]* scil. ante missionem; nam post missionem honestam testamentum prius factum intra annum tantum valebat. Iustinianus autem militum privilegium ad eos restrinxit, qui in expeditione testabantur; c. 17 Iust. de test. mil. (6, 21). Ceterum cfr. Dahn P. IV. pag. 59—61. Cap. 33.] Ex Pauli Sent. V, 12 §. 2: *Ei etiam velut indigno aufertur hereditas, qui affinem vel cognatum, cui ipse ab intestato successurus erat, testamentum facere prohibuit, aut ne iure subsisteret, operam dedit.* Cfr. supra cap. 31. Cap. 34: *Romanus aut barbarus]* Vide supra ad prologum. *per subreptionem impetraverit]* cfr. c. 2. 3. 9. Theod. de diversis rescriptis (1. 2). *superiora edicta]* cap. 10. cfr. infra cap. 129. Cap. 35.] cfr. c. 1—3. Th. de pet. et ultro dat. (10, 10). *execrari] delatorum execranda pernicies* dicitur c. 2 cit. Vide supra c. 13 et infra cap. 50. 100. *legibus prohibeatur audiri]* De teste singulari Constantinus in c. 3. Th. de fide testium (11, 39) iusserat: *ut unius testis responsio non audiatur.* Cfr. eiusdem edictum de accusationibus,

audiri: tamen si ea, quae ad aures publicas detulerit, inter acta constitutus non potuerit adprobare, flammis debet absumi.

36. Si quis ad nuptias non legitimas aspiraverit, legum censuram penitus non evadat: qui nec iustum matrimonium, nec filios sciat se habere legitimos.

37. Intra annum mortis mariti nulla ad secundas nuptias migret: sed nec furtim se misceat illi, cuius post annum erit uxor futura; quia leges videtur circumscribere voluisse. Idcirco utramque personam stupri ream esse praecipimus. Quam querelam damus tantum filiis et propinquis, ut quod in talibus causis legibus competit, exsequantur.

38. Adulteri vel adulterae intra iudicia convicti interitum non evadant: ministris eiusdem criminis aut consciis pariter puniendis.

39. Qui, ut adulterium fieret, domum vel casam praebuit; quive mulieri, ut adulterio consentiret, suasit, capite puniatur.

40. Qui falsum nesciens allegavit, ad falsi poenam minime teneatur.

41. Qui falsum fecerit, vel sciens falso usus fuerit, aut alterum facere suaserit aut coegerit, capitali poena feriatur.

42. Qui *var*ium[a] vel falsum testimonium dixerint, aut utrique[b] parti prodiderint, in exilium dirigantur.

43. Nullus ad potentem Romanum aut barbarum proprias quolibet titulo transferat actiones. Quod si fecerit, iacturam litis iurgator incurrat, et is qui susceperit, medietatem pretii rei aestimatae fisco cogatur inferre. Qua poena teneri praecipimus etiam eos, qui rem in lite positam in huiusmodi credider*int*[c] transferendam esse personam; quoniam volumus, ut remota persona potentioris, aequa iurgantes sorte confligant. Litigantibus vero post causae terminum, largiendi quod vicerint, cui voluerint personae concedimus potestatem.

44. Nullus se potens Romanus aut barbarus tamquam defensor aut suffragator negotio misceat.

45. Nullus alienae rei vel suae titulos prorsus adfigat: cum soli fisco hoc privilegium, his quae possidet iure vel corpore, videatur esse concessum.

46. Is qui in ea re quam possidet, iudicis praeceptione conventus, titulum potentis nomine adfixum adversario suo crediderit opponendum, eius possessionis aut casae, quam sub hac fraude vindicare temptaverit, amissione *mulct*etur[d]: nec repetendae actionis, etsi ei competere possit, habeat facultatem.

47. Ille vero qui possessa ab aliis praedia titulis occupaverit, capite puniatur.

a) uanum *P.*, *sed* uarium *P. in marg.* b) utriusque *P.*; utrique *P. in marg.* c) crediderit *P.* d) *sic corrigendum ex cod. Theod.*; priuetur *P.*; puniatur *Lind.*

in notis Haenelii ad c. 1 Th. Ad legem Iul. maiestatis (9, 5). Cap. 36.] cfr. Arcad. et Honor. a. 396, c. 6. init. de incestis nupt. (5, 5). Gaius Instit. I, 64. Cap. 37.] cfr. c. 1 Th. de sec. nupt. (3, 8). Sed proxime accedere videtur legibus annorum 380 et 381, quae nobis in Iustiniani codice supersunt c. 1 de secundis nupt. (5, 9) et c. 4. ad SC. Tertull. (6, 56). Cap. 38.] cfr. c. 4 Th. Quor. app. non. recip. (11, 36); c. 7 Th. de indulg. crim. (9, 38); c. 1 Th. de poenis (9, 40). Cap. 39: *qui ... praebuit]* Ex Papiniani lib. II. de adulteriis, fr. 8. Ad leg. iul. de adult. (48, 5): *qui domum suam, ut stuprum adulteriumve ... fieret, sciens praebuerit ... appellatione domus habitationem quoque significari palam est.* Cap. 40.] Ex Pauli Sent. I, 12. §. 3: *Qui falsum nesciens allegavit, falsi poena non tenetur.* Cap. 41.] Simil. Pauli Sent. IV, 7. §. 2. Supra cap. 29. Cap. 42.] Ex Pauli Sent. V, 15. §. 5: *qui falso vel varie testimonia dixerunt, vel utrique parti prodiderunt, aut in exsilium aguntur, aut in insulam relegantur, aut curia submoventur.* Exilii poenam etiam interpretatio Wisigothica substituit; *competenter puniri* iubentur a Triboniano, fr. 16 Digest. de testib. (22, 5). Cap. 43. 44.] Simil. tit. Theod. cod. de action. ad pot. transl. (2, 13). *etiam eos* etc.] cfr. Gaius et Ulpianus fr. 1. §. 1 — fr. 3 pr. Digest. de alienat. iud. mut. causa (4, 7). Cap. 44.] Simil. Diocl. et Maxim., c. 1 Cod. Iust. Ne liceat potentiorib. (2, 14). Lex Burg. Gundebati tit. 22: *de removendis in negotio Romanorum patrociniis barbarorum.* Cassiodor. Var. II, 24. 25; III, 5, 20. 36; IV, 39. 40. 42; VIII, 31. Cap. 45.] Simil. c. un. Theod. de his qui potent. nomina in lite praetendunt aut titulos praediis affigunt (2, 14). Sed Theodericus ius titulos affigendi privatis omnino ademit, cum iure Romano nonnisi potentiorum qui domini non essent, titulos affigere vetitum esset. Vide etiam Athalarici edictum §. 2, inter Cassiodori Varias IX, 18. Cap. 46.] Ex c. un. cit. in verbis *titulis alterius nomen crediderit inserendum, eius possessionis aut casae, quam sub hac fraude aut retinere aut vindicare tentaverit, amissione mulctetur.* Nam verba *caussae* (pro *casae*), et *evitare* vel *uitare* (pro *vindicare*) in edd. codicis Theodosiani corrigenda esse, palam est. Vide supra notam *d.* *eius possessionis ... facultatem]* Ex c. un. Th. cit. Cap. 47.] Cfr. Cassiodor. Var. III, 20.

48. Libertos originarios vel servos, dominos aut patronos suos eorumque liberos deferentes, in quolibet negotio prohibemus audiri: quia huiusmodi personae neque in civilibus, neque in criminalibus causis contra patronos aut dominos eorumque liberos, etiamsi pro his dicant, vocem possunt habere legitimam. Quos in huiusmodi facto deprehensos, in ipso actionis exordio gladiis oportet extingui.

49. Hoc etiam de familiaribus servari debere censemus, qui cuiuslibet familiaritate vel domui inhaerentes, delatores aut accusatores emerserint: excepto tamen crimine maiestatis.

50. Occultis secretisque delationibus nihil credi debet; sed eum qui aliquid defert, ad iudicium venire convenit; ut si, quod detulit, non potuerit adprobare, capitali subiaceat ultioni.

51. Donationes sub hac sollennitate praecipimus celebrari. Quod si cuiuslibet pretii res mobilis fortasse donetur vel certe mancipium, sola traditione largientis sit perfecta donatio; quae tamen scripturae fide possit ostendi, cui testium subscriptio adiecta monstretur.

52. Si vero praedium rusticum aut urbanum quisquam libero arbitrio conferre voluerit, scriptura munificentiae etiam testium subscriptionibus roborata gestis municipalibus allegetur; ita ut confectioni gestorum praesentes adhibeantur tres curiales *et*[a] magistratus, aut pro magistratu defensor civitatis cum tribus curialibus, aut duumviri quinquennal*es*[b]: qui si defuerint, in alia civitate quae haec habuerit, allegationis firmitas impleatur, aut apud iudicem eiusdem provinciae, quod donatum fuerit, allegetur.

53. De traditione vero quam semper in locis secundum leges fieri necesse est, si magistratus, defensor, *aut* duumviri quinquennal*es*[c] forte defuerint, ad conficienda introductionum gesta tres sufficiant curiales: dummodo vicinis scientibus impleatur corporalis introductionis effectus.

54. Passim matrimonia dissipari non patimur. Ideo uxor a marito, aut maritus ab uxore, nisi probatis causis, quas leges comprehendunt, omisso repudio, a iugali vinculo non recedant. Causae autem istae debent esse divortii: si maritus aut homicida, aut maleficus, aut sepulchrorum violator ab uxore in examine fuerit adprobatus. Maritus quoque his criminibus convictam merito dimittat uxorem, si adulteram, vel maleficam, vel etiam quam vulgus adpellat aggagula*m*[d], in iudicio potuerit adprobare. Quibus edoctis, maritus et dotem lucretur, et sponsalitiam recipiat vel sibi habeat largitatem, et tituli utriusque proprietatem secundum leges filiis eum iubemus servare communibus. Pari etiam modo, si mulier maritum superioribus criminibus involutum in iudicatione convicerit, et dotem recipiat, et sponsalitiam lucro habeat largitatem. Cuius tamen sponsalitiae tantum donationis proprietatem liberis communibus etiam ipsa conservet: et nubendi vel non nubendi licentiam pro constitutis veteribus sortiatur.

55. Omnes appellationes suscipiant ii provinciarum iudices, a quibus provocari potest: quando optimae conscientiae conveniat etiam superfluam appellationem sine dubitatione suscipere, dum de appellationis merito sacer possit perpensis legibus cognitor iudicare.

a) *sic recte coniecit Savinius in historia iuris Romani T. I. p.* 112. 113; aut *P.* b) *sic iterum Savinius;* uel quinquenalis *P.* c) *sic Savinius l. c.;* defensor duumuiri aut quinquennalis *P.* d) aggagula *P.*

Cap. 48.] Ex const. 3 *Theod.* Ne praeter crim. mai. (9, 6), praesertim in verbis: *in ipsa expositione criminum atque accusationis exordio ultore gladio feriatur.* *vocem possunt habere legitimam]* legitimam personam (non *standi* personam) habere dicitur in rubrica Codicis Iustiniani lib. 3. tit. 6. Cap. 49.] Ex const. 3 Theod. cit., in verbis: *Si quis ex familiaribus vel ex servis cuiuslibet domus ... delator atque accusator emerserit,* et: *maiestatis crimen excipimus.* Cap. 50.] Ex const. 4 Th. de pet. et ultro dat. (10, 10) in verbis *occultis delationibus;* cfr. c. 7 eod. et supra cap. 13. 35. Cap. 51—53.] cfr. const. 1. 6. 8 Th. de donationib. (8, 12). Infra cap. 53. 138. Cassiodor. Var. VIII, 25 et Ed. Athalarici §. 8. Cap. 53: *semper in locis]* Const. 8 §. 2 cit.: *in locis, ubi res donata consistit, omnimodo celebretur.* *vicinis scientibus]* Const. 1 §. 2 cit.: *advocata vicinitate.* Cap. 54.] Ex Constantini lege, const. 1. Theod. de repudiis (3, 16). Sed cum interpretatione Wisigothica Theodosiani codicis magis quam cum legis verbis convenire videntur, quae Theodericus sancivit; idque praesertim ex verbis *probatis causis,* item *maleficum, maleficam* et (sepulcri) *violator* colligi potest, pro quibus ipse Constantinus *medicamentarium, medicamentariam* et (sepulchrorum) *dissolutor* dixerat; cfr. etiam lex Romana Burgund. tit. 21. §. 2. 3, et lex Gundobada Burgundionum tit. 34. §. 3. 4. *aggagulam]* In const. 1 Theod. l. c. et in lege Romana Burgundionum legitur: *conciliatricem.* Singulari tamen casui tribuendum videtur, quod eadem const. 1 cit. eodem fere loco etiam haec continet: *oportet eam usque ad acuculam capitis in domo mariti deponere.* *quibus edoctis* rell.] Cfr. Novell. Theodosii II. a. 439. de paternis bonis, s. tit. 14. c. 1. §. 4, col. 52. ed. Hänel. Cap. 55.] Cfr. c. 2. 22. 25. 42. 44. 48. 51. 67. Th. de appell. (11, 30.) *superfluam appellationem]* *superfluam provocationem*

Quod si iudex suam absentiam procuraverit, ne appellatorios libellos accipiat: in locis celeberrimis, qui appellare voluerit, libellum de absentia iudicis *et*[a] de sua appellatione *exhibere*[b] debere censemus. Iudex autem, qui aut suscipere appellationem contempserit, aut certe in custodiam dederit, aut verberaverit, aut aliquo dispendio laeserit appellantem, decem librarum auri amissione feriatur, quas fisci compendiis cura sacri cognitoris praecipimus aggregari; officium quoque, cuius interest, multae legitimae subiacebit.

56. Abactor animalium vel gregum atque pecorum alienorum, sive ea de stabulis, sive de pascuis abegerit, gladio puniatur, et in quadruplum amittentis damno de eius substantia consulatur. Quod si servus aut originarius fuerit, dominus pro his conventus legibus, si maluerit, aut ut supra diximus satisfaciat, aut impetitos ad poenam mortis iudici publico tradere non moretur.

57. Abactor si usque ad unum equum, duas equas totidemque boves et usque ad decem capras et quinque porcos tulisse tam de stabulis, quam de pascuis fuerit adprobatus, sive per surreptionem, sive ea violenter abduxerit, severissime puniatur: quidquid vero intra suprascriptum numerum animalium vel porcorum[c] a quocunque sublatum fuerit, tanquam furtum sub quadrupli poena solvatur.

58. Qui bovem vel equum errantem vel aliud pecus abduxerit, furti magis reus tenendus est, et in quadruplum animalia vel pecora sublata restituat: nisi ea ab eo die quo invenerit, septem diebus continuis in publicis celeberrimisque locis aut ante praetorium iudicis proposuerit; hoc enim facto nullius poenae damna sustineat.

59. Qui ingenuam virginem per vim corruperit, si idoneo patrimonio gratulatur et est genere nobilis, et[d] eandem accipere cogatur uxorem; ita ut ei sponsalitiae titulo largitatis quintam partem patrimonii sui noverit conferendam. Quod si iam habens uxorem ista commiserit, tertiam partem patrimonii sui illi, quam per vim corruperit, sub idonea et sollemni scriptura dare cogatur: ut illa quae per eum iacturam pudoris incurrit, honestum possit invenire coniugium. Si autem nullo patrimonio aut nobilitate fulcitur oppressor et violator pudoris ingenui, supplicio adficiatur extremo.

60. Si quis viduae stuprum violenter intulerit, cuiuslibet loci corruptor sit, adulterii poena depereat.

61. Si quis vero *servus*[e], etiamsi cum volente et adquiescente vidua, hoc crimen admiserit, flammis ultricibus exuratur: illa quoque adulterii poena damnanda, quae non erubuit servili subiacere libidini.

62. Si matrona vidua alicuius libidine volens corrupta sit, stuprum admittitur: nisi

a) et *ex coniectura inserendum esse Dahnio suasore non dubito.* b) habere *P.* c) uel pecorum *P. in marg.* d) et *delendum esse censet Lind. pag.* 1318. e) Si quis uero *P.*; servus *ex coniectura supplevi.*

recipere dicitur in c. 42 cit. De locis celeberrimis cfr. cap. 58. *iudex ... subiacebit]* ex c. 22 cit.: *iudex qui suscipere neglexerit, auri libras decem et officium eius quindecim pendat.* Verbum *contempserit* ex c. 67 eod. manavit. *in custodiam dederit]* Similia habentur c. 2 eod. De cognitore sacri auditorii agitur c. 44 eod.; cfr. epilogum edicti et Cassiodor. Var. IV, 37. VII, 3. IX, 14. XII, 21. Cap. 56.] Ex Pauli Sentent. V, 18. §. 2: *Atroces pecorum abactores plerumque ad gladium vel in metallum, nonnunquam autem in opus publicum dantur. Atroces autem sunt, qui equos et greges ovium de stabulo vel de pascuis abigunt, vel si id saepius aut si ferro conducta manu faciunt;* cfr. rescriptum D. Hadriani, apud Ulpianum fr. 1 pr. de abigeis (47, 14). Pro quadrupli poena triplum in Pauli libris (§. 1. 3. l. c.) statuitur; sed vel errori vel Wisigothis id tribuendum eo magis videtur, quia eundem Paulum in alio libro quadrupli testem habemus, Coll. LL. Mosaicar. XI, 6. §. 2; cfr. cap. 57. *Quodsi servus aut originarius]* cfr. infra cap. 109. 117. Cap. 57.] Ex Paulo l. c. §. 1: *Abactores sunt qui unum equum, duas equas totidemque boves vel capras decem aut porcos quinque abegerint; quicquid vero intra hunc numerum fuerit ablatum, poena furti pro qualitate eius aut in duplum aut in triplum* [vide ad cap. 56] *convenitur;* cfr. Ulp. de off. proconsulis, fr. 1. §. 1. de abigeis (47, 14) et fr. 2 eod. Cap. 58.] Ex Pauli Sent. V, 18. §. 4: *Qui bovem vel equum errantem quodve aliud pecus abduxerit, furem magis eum quam abactorem constitui placuit.* Simil. Ulp. de off. procons. fr. 1. §. 1 cit. *nisi ... sustineat]* Haec Germanici iuris esse videntur; cfr. Edictus Rothari cap. 343. Cap. 59.] Ex legibus Moysis, Exod. XXII, 16. 17; Deuteronom. XXII, 28. 29; vel forsan ex Collatione LL. Mos. et Romanar. tit. IV, cap. 1; cfr. Procop. de bello Goth. III, 8; cap. 1. 2. X de adulteriis (5, 16). *supplicio extremo]* cfr. c. 4 fin. Th. Quorum appell. (11, 36). Cap. 60.] Haec ex deperdito Pauli loco manasse videntur. Legem Iuliani de adulteriis etiam ad vim feminae liberae sine raptu illatam pertinuisse, ex fr. 5. §. 2. ad leg. Iul. de vi (48, 6) et const. 25. ad leg. Iul. de adult. (9, 9) patet. *cuiuslibet loci]* liber tamen. Nam de servo vid. cap. 61. 63. Cap. 61.] Ex c. 2. Th. de raptu virg. (9, 24) et c. 1 Th. de raptu sanctimon. (9, 25). Cap. 62.] Simil. Pauli Sentent. II, 26. §. 11: *cum his, quae publice mercibus vel tabernis exercendis procurant, adulterium*

forte vilis vulgarisque sit mulier. Cum his enim viduis adquiescentibus si quis concubuerit, quas artis operam, aut ministerii laborem publice exercere constiterit, hoc crimine nec ipse nec illae teneantur obnoxii.

63. Si servus alienus aut originarius ingenuam virginem per vim corruperit, aut 5 stuprum viduae per vim intulerit, convento domino, rebus discussis atque patefactis, capite feriatur.

64. Ancillam alienam virginem vel originariam cuiuslibet aetatis, quisquis ingenuus, nulli tamen quolibet modo obnoxius civitati, corruperit, si dominus voluerit, aut corruptor ipse rogaverit, et apud gesta professus fuerit, mansurus in domini mulieris potestate, 10 eius quam vitiavit contubernium non relinquat, nec, eadem mortua, discedendi habeat facultatem. Quod si dominus ancillae non consenserit, aut ille profiteri noluerit, tunc aut huius meriti duo mancipia domino tradat, eius iuri profutura, si eius substantia patiatur: aut si hoc implere non potuerit, caesus districtissime fustibus vicinae civitatis collegio deputetur; quod iudex eiusdem loci, periculi sui memor, implere et custodire debebit.

15 65. Quoties se ancillae ingenuus aut originarius aut servus forte miscuerit, necesse est ut omnis matrem sequatur agnatio, id est, filii omnes ad dominum ancillae pertineant.

66. Quoties vero se originariae servus alienus ingenuusve miscuerit, nihilominus omnes filii matrem sequantur.

67. Si vero originarius alienus se originariae fortasse coniunxerit, duas filiorum partes 20 originarii dominus, et tertiam sobolis originariae dominus consequatur.

68. Originaria ex *quo*[a] de ingenuo solo discesserit, intra vicennii spatia repetatur. Qu*od* si[b] originaria, exp*le*tis[c] viginti annis, domino sub hac praescriptione perierit, *simul*[d] eius agnatio intra viginti annos suscepta, domino mulieris, servato novellae legis tenore, non pereat.

25 69. Quisquis curialem, aut collegiatum, aut servum, per triginta annos possederit, qui nullam patria*e* sua*e*[e] conlationem subisse[f] monstratur, eos praediorum dominis iubemus adquiri: quia in nullo tricennalis legis saluberrimum constitutum sub qualibet patimur occasione turbari: quam sive adversum privatum, sive adversum fiscum, suam, quemadmodum leges praecipiunt, obtinere convenit firmitatem. Et quia frequenter scimus tales 30 calumnias in perniciem dominorum, con*n*iventibus rusticis aut curialibus excitari, quo conlationem[g] praestitisse dicantur: hoc eatenus valebit, si sciente possessionis domino, et non reluctante, aut certe procuratore conductoreque eius, cum dominus in transmarinis fuerit regionibus constitutus, conlationem[h] praestitam fuerit adprobatum.

a) *sic P. in marg.;* si ex eo *P.* b) *sic P. in marg.;* quae si *P.* c) exemptis *P.* d) *sic P. in marg.;* sunt *P.*
35 e) *sic P. in marg.;* patriam suam *P.* f) subiisse *P. in marg.* g) *sic P. in marg.;* consolationem *P.* h) consolationem *P.*

fieri non placuit. Diocl. et Max. a. 290, c. 22 Iust. Ad leg. Iul. de adult. (9, 9): *Si ea, quae stupro tibi cognita est, passim venalem formam exhibuit, ac prostitutam meretricio more vulgo se praebuit,* 40 *adulterii crimen in ea cessat.* cfr. Ulpian. fr. 43 pr. de ritu nupt. (23, 2). c. 29. cod. Iust. cit. (9, 9). Cap. 63.] Cfr. c. 1 fi. c. 2 Theod. de raptu (9, 24). Vide supra ad cap. 60. 61. Cap. 64 init.] Simil. Novell. Valent. III. de colonis vagis a. 451 data, 45 tit. 30. §. 5. (Hänel col. 226. 227), ubi ingenuus *advena* dicitur *tenuis abiectaeque fortunae.* *nulli obnoxius civitati]* In Valentiniani novella cit. haec ita exprimuntur: *Itaque si nulli quolibet modo obnoxius civitati ad praedium se cuiuscunque rusticum* 50 *urbanumque collegerit, et mulieri obnoxiae sociari voluerit, gestis municipalibus profiteatur habitandi, ubi elegerit, voluntatem; ut hoc vinculo praecedente nec habitaculum, quod placuit, deserat, nec consortium mulieris abrumpat. Qua professione de-* 55 *prompta, salva ingenuitate licentiam non habeat recedendi.* *vicinae civitatis collegio deputetur]* i. e. collegiatus efficiatur; cfr. tit. 69. Haec novella Valentiniani non habet. Cap. 65—68.] Ex c. un. Theod. de inquilin. (5, 10). Cap. 65. 66.] Cfr. Gaius Inst. I, 80. fr. 19 de statu hom. (Dig. I, 5). c. 16. Iust. de agricolis (11, 47). *Agnationis* mentio fit c. un. Theod. de inquilinis (5, 10). *miscuerit]* non coniunxerit, quod nonnisi connubio interveniente fieri poterat, ut cap. 67. Cap. 67.] Ex c. un. §. 3. fi. cit. cfr. Savigny Vermischte Schriften II, p. 8. Cap. 68.] Ex c. 1. §. 3. Theod. de inquilinis et colonis (5, 10): *mulierum, quae fuisse originariae docebuntur, si ante vicesimum annum de solo cui debebantur, abscesserint, universa repetitio cesset.* *de ingenuo solo]* i. e. ubi nata est. *novellae legis]* Valentiniani III. tit. 30. §. 2. (col. 225. ed. Haenel.): *colona vero, quae petitori post* 20 *annorum curricula denegatur, si quem partum ante designatum tempus edidit, priori domino convenit non perire.* Cap. 69.] Hoc capite quaedam ex Maioriani novella lege 7. §. 1. 2. de curialibus (col. 316. ed. Haenel.) repetuntur, ita tamen, ut ea quae Maiorianus pro civitatibus statuerat, a Theoderico eatenus restringerentur, ne in fraudem insciorum vel absentium possessorum collationes civitatibus praestitae tricennalem praescriptionem excluderent. Repetuntur epitheta: *saluberrima* et *constitutum,* quibus Maiorianus suam legem ornaverat, a Theoderico ad novellam Valentiniani III. legem 26

70. Si servus cuiuslibet nationis ad quamlibet ecclesiam confugerit, statim domino veniam promittente reddatur: nec enim ultra unum diem ibidem residere praecipimus. Qui si exire noluerit, vir religiosus archidiaconus eiusdem ecclesiae, vel presbyter atque clerici, eundem ad dominum suum exire compellant, et domino indulgentiam praestanti sine dilatione contradant. Quod si hoc suprascriptae religiosae personae facere forte noluerint, aliud mancipium eiusdem meriti domino dare cogantur: ita ut etiam illud mancipium, quod in ecclesiae latebris commoratur, si extra ecclesiam potuerit comprehendi, a domino protenus vindicetur.

71. Si quis in causa publici debiti ad ecclesiam quamlibet convolaverit, archidiaconus eum compellat egredi, ad edenda legibus ratiocinia sua: aut si hoc facere noluerit, eius substantiam, quam ad ecclesiam detulit, sine mora contradat. Quod nisi fecerit, quanti interest utilitatis publicae, archidiaconus cogatur exsolvere.

72. Testamenta, sicut leges praecipiunt, allegentur: hoc modo fides voluntatis alienae titubare non poterit.

73. Auctoritates quorumlibet iudicum, vel praecepta cuiuslibet sedis ac potestatis, sola publica, servata civitate [a], exsequantur officia: et conventum sufficiat promittere, se ad iudicium esse venturum, nihil ultra praesumat apparitor. Et illius sedis apparitor executiones suscipiat, unde praecepta manaverint. Quod si alterius miles, alterius iudicis auctoritatem exsequi forte temptaverit, amissionem cinguli, fustibus caesus, incurrat: litigator autem negotium incunctanter amittat.

74. Si petitor improbe litem cuiuscunque rei alteri forte commoverit, et fuerit sub iusta examinatione convictus, ex die plantati sollenniter iurgii, sumptus et litis expensas, quas se pulsatus immerito sustinuisse docuerit, a petitore recipiat, sub aestimatione scilicet iudicis aut bonorum virorum ex delegatione noscentium: quorum iustitiae et deliberationis erit, quales sumptus litis et expensas eum, qui importune alterum ad publicum deduxerit examen, redhibere conveniat.

75. Qui etiam armatis hominibus, ferro, fuste, lapide, de possessione quemquam domo, villa expulerit, expugnaverit, obsederit, clauserit, aut si forte propter hanc rem quis homines suos praestiterit, locaverit, conduxerit, turbam, seditiones, incendium fecerit, ad violentiae poenam, quae est superius adscripta, teneatur. Si quis autem sepeliri mortuum, quasi debitorem suum adserens, prohibuerit, honestiores bonorum suorum partem tertiam perdant, et in quinquennale exilium dirigantur: humiliores caesi fustibus, perpetui exilii damna sustineant.

a) *an ciuilitate? De civilitatis servandae studio regis Theoderici vide Dahn die Könige der Germanen IV,* 16—19.

(col. 215. 216. ed. Haenel.) relata; imitatur edictum verba Maioriani: *praeter illos qui patrias sua aliqua munerum collatione iuverunt*, item ea quae de *procuratoribus vel conductoribus praediorum* (cfr. cap. 121. epilogum et Cassiod. Var. VI, 2.) et de omni differentia inter fiscum et privatos possessores exclusa imperator edixerat. Ceterum in editionibus dictae novellae legis parum diligenter distinctum est, cum verba illa: *a quo constituto nec domum nostrae serenitatis excipimus* a paragrapho 2. separanda et ad §. 1. trahenda esse pateat. *collationem]* scil. munerum. *leges]* Honorii et Theodosii a. 419, c. 1 Th. Cod. de inquilinis et colonis (5, 10); Theodosii a. 424, c. 1 de actionibus certo temp. fin. (4, 14) et Valentiniani III. a. 449. tit. 26 cit.; cfr. Cod. Th. 12, 19: *de his qui conditionem propriam reliquerunt.* Cap. 70.] Partim ex const. 5 et const. 1 Th. de his qui ad eccles. (9, 45), praesertim in verbis: *non plus uno die ibidem dimittatur*, vel potius *dimoretur*, ut coniectura assequi licet. *servus cuiuslibet nationis]* servus cuiusquam, c. 5 cit. *quamlibet ecclesiam]* tam catholicorum quam Arianorum. *ecclesiae latebris]* Hoc verbum habetur c. 1 cit. Cap. 71.] Cfr. c. 1. et 3 Theod. de his qui ad eccles. (9, 45), ubi non archidiacono, sed episcopis, qui publicos debitores defendendos esse crediderint, solvendi debita necessitas iniungitur. Cap. 72.] Cfr. const. 2 Iust. Testam. quemadm. aperiantur (6, 32). Cap. 73.] Cfr. Gaius fr. 18. de in ius voc. (2, 4); Paulus fr. 21 eod. c. 1 Th. de off. iud. omn. (1, 19). *auctoritates]* i. e. edicta. *conventum]* i. e. reum. *promittere]* Vid. infra c. 145. *miles]* scil. apparitoris munere functus. *amissionem cinguli]* Cfr. c. 1 Iust. Ne rei domin. (7, 38): *cingulo exui.* c. 3 Iust. de domesticis (12, 17): *cingulo spoliari.* Cap. 74.] Simil. Ulpianus de officio proconsulis, fr. 79 pr. de Iudic. (5, 1). §. 1 Instt. de poena tem. litig. (4, 16) c. 14. §. 1 Iust. de iudiciis (3, 1). *bonorum virorum ex delegatione noscentium]* i. e. arbitrorum. Cap. 75.] Ex lege Iulia de vi privata (Paul. Sent. V, 26. §. 3): *qui quem armatis hominibus possessione, domo villa agrove deiecerit, expugnaverit, obsederit, cluserit, idve ut fieret homines commodaverit, locaverit, conduxerit, quive coetu, concursu, turba, seditione incendium fecerit, funerari sepelirive aliquem prohibuerit, funusve eripuerit, turbaverit ...., si honestiores sint, tertia pars bonorum eripitur et in insulam relegantur, humiliores*

76. Illi res occupata per violentiam intra annum momenti iure salva proprietatis causa reddetur, qui eandem rem, quam alterius praesumptione perdidit, nec violenter, nec abscondite, nec precario possidet.

77. Si servi de irrogata violentia convicti fuerint, aut certe confessi, et hoc domini praecepto factum sub iusta et diligenti cognitione constiterit, domino ad violentiae poenam retento, pervasa reddantur, servis nihilominus extremo supplicio puniendis, si violentiam eos sua temeritate commisisse claruerit.

78. Qui ingenuum plagiando, id est sollicitando, in alia loca translatum aut vendiderit, aut donaverit, vel suo certe servitio vindicandum crediderit, occidatur.

79. Qui ingenuum in servitutem tenet, nec conditioni potest obnoxium comprobare, et calumniae et iniuriarum reus teneatur adstrictus.

80. Qui mancipium alienum sollicitaverit, tres alios eiusdem meriti et ipsum domino cum peculio suo reddat. Quod si quis a quolibet bona fide suscipitur, quo se dicat ingenuum, suscipientis haec debet esse cautela, ut eum ducat ad gesta, et se profiteatur ingenuum: quo facto, dum a domino servus aut originarius postulatus fuerit et probatus, solus sine retinentis incommoditate reddatur.

81. Si quis nesciens a plagiatore mancipia comparaverit, reatu plagii non potest obligari.

82. Si ingenuus distrahatur, nullum praeiudicium sui status incurrit, nisi forte tacendo de ingenuitate sua, emptoris ignorantiam maior aetate circumvenerit. Nam de plagio adversum venditorem pro defensione vel iniuria sua agere potuit, nisi pretium, quod pro eo datum fuerit, cum suo voluerit venditore partiri. Tunc enim praeiudicium conditionis incurret, quod sibi ipse dissimulando et consentiendo pepererit.

83.[a] Qui ingenuum celaverint, vendiderint, vel scientes comparaverint, humiliores fustibus caesi in perpetuum dirigantur exilium; honestiores, confiscata tertia parte bonorum suorum, poenam patiantur nihilominus quinquennalis exilii.

84. Quisquis servum sive colonum alienum sciens fugitivum susceperit aut occultaverit, ipsum domino cum mercedibus et peculio eius et eiusdem meriti alterum reddat. Quod si secundo aut tertio eundem fugitivum idem apud quem fuerat, suscipiendum esse crediderit, praeter ipsum cum mercedibus tres alios domino eius tradat. Mancipium tamen ipsum, ne forte propter capiendum lucrum callide et dolose a domino ad domum eius, qui susceperat, immissum fuerit, oportet in examinatione torqueri: ut si per interrogationem in quaestionem positi constiterit a domino suo ad domum alterius fraudulenter immissum, fisci protenus compendiis adplicetur.

a) *in ed. Pith. hoc caput est octogesimum quartum et sequenti postponitur. Sed maior fides indici praemisso cum Lindenbrogio habenda erit, cum inversum ordinem etiam capitum argumenta postulare videantur.*

in metallum damnantur. *quasi debitorem]* Cfr. Iustinus a. 526, c. 6 Iust. de sepulcro violato (9, 19). Ambrosius in Tobia cap. 10: *quotiens vidi a foeneratoribus teneri defunctos pro pignore, et negari tumulum, dum foenus exposcitur.* Cap. 76.] Cfr. Ulpianus, fr. 1 pr. §. 33. de vi armata (43, 16) et fr. 12 de poss. (41, 2). Paul. Sent. V, 6. §. 7. *momenti]* i. e. possessionis momentaneae. c. 4 Theod. Unde vi (4, 22). Cassiodor. Var. IV, 44. VIII, 28. Cap. 77. *Si servi ... confessi]* Haec ex eodem fonte manarunt, ex quo interpretatio Wisigothica c. 4 Th. ad legem Iuliam de vi (9, 10) hausta est his verbis: *Si servi ... confessi vel convicti fuerint violentiam commisisse.* Cetera etiam, mutata poena, similia iis sunt, quae in c. 4 eiusque interpretatione continentur. Cap. 78.] Cfr. c. unica Th. ad leg. Fabiam (9, 18). Infra cap. 81. 82. Cap. 79.] Simil. Diocl. et Max., c. 31. Iust. de liberali causa (7, 16): *de calumnia vel iniuria;* cfr. c. 9. Iust. de iniuriis (9, 35). Cap. 80.] Cfr. Ulp. fr. 1 pr. de fugitivis (11, 4). Alexander a. 222, c. 4. Iust. de furtis et servo corrupto (6, 2). *tres alios eiusdem meriti]* Simil. c. 84; ex iure Romano, non Germanico oriundum. Cap. 81.] Simil. Diocletianus, c. 10 Iust. Ad leg. Fabiam (9, 20). Cap. 82.] Simil. Ulp. de off. procons., fr. 1 Quib. ad libertatem (40, 13), cui proxime accedit Gordianus c. 1 Iust. eod. (7, 18) et Alexander c. 5 Iust. de liberali causa (7, 16). *nisi forte tacendo* rell.] Hoc sine pretii participandi animo accidere vix poterat; cfr. Constantinus, c. 6. §. 2 Theod. de liberali causa (4, 8. col. 387* ed. Haenel.). Cap. 83.] Ex Pauli Sentent. lib. V. tit. 30 B, §. 1. quam restitutam habemus ex LL. Mos. Collatione tit. XIV, cap. 2. §. 1. 2, his verbis: *Lege Fabia tenetur qui civem Romanum ingenuum, libertinum, servumve alienum celaverit, vendiderit, vinxerit, comparaverit .... humiliores aut in metallum dantur aut in crucem tolluntur, honestiores adempta dimidia parte bonorum in perpetuum relegantur;* cfr. etiam Callistratus, fr. 6. §. 2. de lege Fabia de plag. (48, 15), et Papiani Burgund. tit. 20. Cap. 84.] Ex Constantini lege a. 317, c. 4 Iust. de servis fugit. (6, 1), quam in integro Theodosiano codice sub tit. 9. libri 5. scriptam fuisse certum est: *Quicunque fugitivum servum in domum vel in agrum inscio domino eius susceperit, eum cum alio pari vel viginti solidis reddat.*

85. Servos sollicitatos ab altero vel furto ablatos, si scientes alii susceperunt, non tantum de his susceptis conveniri, et eos reddere debent, sed etiam ad poenalem actionem furti detinendi sunt.

86. Qui servum alienum invito domino apud se tenuerit, furti est actione pulsandus.

87. In fuga positus servus nec vendi, nec donari potest.

88. Si abactor, sollicitator ac fur, antequam per auctoritatem iudicis convincatur, mortuus fuerit, haeredes eius pro delicto auctoris sui in nullo teneantur obnoxii, nisi ob earum tantum rerum repetitionem, quas ad eos pervenisse constiterit.

89. Si quis sibi, ut aliquem terreat, militiam confi[*n*]xerit[a], vel adsumpserit quam non habet potestatem, viliores fustibus caesi perpetuae relegationis mala sustineant, honestiores exilii patiantur incommoda.

90. Qui testamentum, codicillum, tabulas, rationes, gesta, libellos, cautiones, epistolas in fraudem alterius quocunque loco deleverint, mutaverint, subiecerint, subrepserint, incenderint, raserint, aut aes, argentum vel ferrum inauratum scientes pro auro dederint vel vendiderint vel subposuerint, quique pro argento stamnum subiecerint, vel exteriorem circulum solidi praeciderint, quive, ut id fieret, iusserint, operamve dederint, poenam sustineant falsi[b] crimini constitutam.

91. Qui testibus pecuniam dederit, ut falsum testimonium dicant, vel certe quod sciunt taceant, aut non exprimant veritatem, vel iudici praemium dederint, ut sententiam contra iustitiam dicat, vel non iudicet, humiliores capite puniantur, honestiores bonorum suorum amissione multentur.

92. Si sponsa persuasa ab sponso ad eius domum non tradita venerit, sponsus raptoris crimine non teneatur.

93. Invitus pater familiam[c] suam in matrimonium nulli dare compellatur.

94. Parentes qui cogente necessitate filios suos alimentorum gratia vendiderint, ingenuitati eorum non praeiudicant; homo enim liber pretio nullo aestimatur.

95. Nec pro pignore filii a parentibus alicui dari possunt: et si sciens creditor ingenuos pro pignore a parentibus susceperit, in exilium dirigetur. Operas enim tantum parentes filiorum, quos in potestate habuerint, locare possunt.

96. Qui in libertate degens ad servitutem vocatur, rei partes sustinet: ideo petitori eius, vel illi qui se dominum dicet, incumbet servum suum docere. Si vero ex possessione servitutis in libertatem reclamet, defensori eius necesse est liberum comprobare.

a) confixerit *P*. b) falso *P*. c) filiam?

Si vero secundo vel tertio eum susceperit, praeter ipsum duos vel tres alios vel praedictam aestimationem pro unoquoque domino repraesentet ..... Sane mancipium torqueri oportet, ut manifestetur, utrum propter lucrum capiendum callide a domino ad domum vel agrum eius, qui suscepit, immissus est, an non. Quodsi maligne factum esse ex servi interrogatione patuerit, servo etiam suo eum, qui hoc fecerit, privari oportet, et ad fiscum pertinere mancipium; cfr. supra cap. 80. Cap. 85. 86.] Cfr. fr. 11. §. 2 de servo corrupto (11, 3). Alexander a. 225, c. 6 eod. (6, 2). Cap. 87.] Ex lege Diocletiani a. 287. c. 6 init. Iust. ad leg. Fabiam (9, 20): *In fuga servum constitutum neque vendere neque donare licet.* Simil. Pauli Sent. lib. I. tit. 6 A. §. 2. Cap. 88.] Cfr. c. un. Iust. Ex delict. defunct. (4, 17.) Cap. 89.] Ex Pauli Sent. lib. V. tit. 25. §. 12: *Qui insignibus altioris ordinis utuntur, militiamque confingunt, quo quem terreant vel concutiant, humiliores capite puniuntur, honestiores in insulam deportantur.* Cap. 90.] Ex Pauli Sent. lib. V. tit. 25. §. 5: *Qui rationes, acta, libellos, album propositum, testationes, cautiones, chirographa, epistolas sciens dolo malo in fraudem alicuius deleverit, mutaverit, subiecerit, subscripserit, quive aes inauraverit, argentaverit, quive cum argentum vel aurum poneret, aes stannumve subiecerit, falsi poena coercetur. exteriorem circulum]* Cfr. Procop. de bello Goth. III, 1. Dahn Procop. p. 300. Cap. 91.] Ex Pauli Sent. lib. V. tit. 25. §. 2: *Qui ob falsum testimonium perhibendum vel verum non perhibendum pecuniam acceperit, dederit, iudicemve ut sententiam ferat vel non ferat, corruperit corrumpendumve curaverit, humiliores capite puniuntur, honestiores publicatis bonis cum ipso iudice in insulam deportantur.* Cap. 92.] Cfr. c. 1 init. Theod. de raptu virg. (9, 24) et Gratiani can. 5. 9. C. 36 qu. 2. Cap. 93.] Cfr. tit. Theod. Si quacunque praeditus pot. (3, 11), tit. Iust. eod. (5, 7). Cap. 94. 95.] Ex Pauli Sent. lib. V. tit. 1. §. 1: *Qui contemplatione extremae necessitatis aut alimentorum gratia filios suos vendiderint, statui ingenuitatis eorum non praeiudicant; homo enim liber nullo pretio aestimatur. Iidem nec pignori ab his aut fiduciae dari possunt; ex quo facto sciens creditor deportatur. Operae tamen eorum locari possunt.* Cap. 96.] Simil. Ulpianus, lib. 54 ad Edictum, fr. 7. §. 5. de liberali causa (40, 12): *Si quis ex servitute in libertatem proclamat, petitoris partes sustinet: si vero ex libertate in servitutem petatur, is partes actoris sustinet, qui servum suum dicit ... Et si forte apparuerit, eum qui de libertate sua litigat, in libertate sine dolo malo fuisse, is qui se dominum dicit, actoris partes sustinebit, et necesse habebit servum suum*

97. Qui casam, domum, aut villam alienam inimicitiarum causa incenderit: si servus, colonus, ancilla, originarius fuerit, incendio concremetur: si ingenuus hoc fecerit, restituat quicquid dispendii acciderit per illud, quod commovit, incendium, aedificiumque renovet, et aestimationem insuper consumptarum rerum pro poena talis facti cogatur exsolvere; aut si hoc sustinere pro tenuitate nequiverit, fustibus caesus perpetui exilii relegatione plectatur.

98. Ex eo vero incendio, quod incaute servus aut colonus in domini sui agro supponit, si vicini forte arbores frugiferas, aut sylvas, vineta, vel segetem laeserit, sive aliud quodlibet dispendium adtulerit, aut aestimatione habita dominus[a] eius, per quem vicino damnum continget, sarciat atque compenset: aut ipsum qui ignem supposuit, si hoc magis elegerit, pro facti culpa tradat iudici puniendum.

99. Qui hominem sine audientia et sine potestate vel iurisdictione iudicis competentis immerito iusserit vel suaserit occidi, tanquam reus homicidii occidatur.

100. Servus alienus in alterius caput torqueri non potest: nisi delator, aut accusator, cuius interest probare quod intendit, precium eius, quantum dominus taxaverit, inferre paratus sit.

101. Qui servum ideo comparavit, ne adversum se torqueretur, restituto pretio resoluta venditione, adversum eum qui fraudulenter emerat, debet subiici quaestioni.

102. Si servus ad hoc fuerit manumissus ne torqueatur, quaestio de eo nihilominus haberi potest.

103. Ubi quod facinus commissum dicitur, ibi deferendum et vindicandum est. Hi enim qui accusantur, de provincia ad aliam provinciam transferri non debent, ne per longum iter eripiantur, aut fugiant: nec interest si ingenui, vel liberti, vel servi sint, qui aliquid criminosum commisisse dicantur.

104. Qui effodiunt terminos, vel exarant limites, finem scilicet designantes, aut arbores terminales evertunt, si servi sunt aut coloni, et sine conscientia vel iussu domini fecerint, *[capite]*[b] puniantur. Si vero hoc imperante domino factum esse constiterit, idem dominus tertiam partem bonorum suorum perdat, fisci viribus profuturam: servo ipso aut colono nihilominus capite puniendo.

105. Eos terminos observandos, quos duorum fundorum dominus inter utrumque praedium, cum ex his unum alienaret, servari debere constituit; non eos, qui singulos fundos antiqua institutione separabant.

106. Quoties aliquod negotium consensu litigantium aut sentententia iudicis sacramentis fuerit diffinitum, retractari non poterit: nec de periurio agere cuiquam vel movere permittitur quaestionem.

a) dominis *P.* b) *sic cum Dahnio supplendum videtur.*

probare. Quodsi pronuntiatum fuerit, eo tempore quo lis praeparabatur, in libertate eum non fuisse, aut dolo malo fuisse, ipse qui de libertate sua litigat, debet se liberum probare. Cap. 97.] Ex Pauli Sent. lib. V. tit. 20. §. 2: *Qui casam aut villam inimicitiarum gratia incenderunt, humiliores in metallum aut in opus publicum damnantur, honestiores in insulam relegantur;* cfr. §. 1. et tit. 3. §. 6. ibid. Cap. 98.] Ex Pauli Sent. lib. V. tit. 20. §. 3. 4: *Fortuita incendia, quae casu venti ferente vel incuria ignem supponentis ad usque vicini agros evadunt, si ex eo seges vel vinea vel olivae vel fructiferae arbores concrementur, datum damnum aestimatione sarciatur. Commissum vero servorum, si domino videatur, noxae deditione sarciatur.* Cap. 99.] Cfr. Pauli Sent. lib. V. tit. 26. §. 1. Ibid. tit. 23. §. 11. Cap. 100.] Ex Pauli Sent. lib. V. tit. 16. §. 3: *Servi alieni in alterius caput non nisi singuli torqueri possunt, et hoc invito domino non est permittendum, nisi delator, cuius interest quod intendit probare, pretia eorum quanti dominus taxaverit inferre sit paratus, vel certe deterioris facti servi subire taxationem.* Cap. 101.] Ex eod. lib. V. tit. 16. §. 7: *Qui servum ideo comparavit, ne in se torqueretur, restituto pretio poterit interrogari.* Cap. 102.] Ex eod. lib. V. tit. 16. §. 9: *Si servus ad hoc fuerit manumissus, ne torqueatur, quaestio de eo nihilominus haberi potest.* Cap. 103.] Ex c. 10 Theod. de accusat. (9, 1): *Ultra provinciae terminos accusandi licentia non progrediatur. Oportet enim illic criminum iudicia agitari, ubi facinus dicitur admissum.* Simil. c. 16 eod. Ulpianus de off. procons., fr. 7. §. 4 eod. (Dig. 48, 2): *servos ibi puniendos, ubi deliquisse arguantur, dominumque eorum, si velit eos defendere, non posse revocare in provinciam suam.* Cap. 104.] Ex Pauli Sent lib. V. tit. 22. §. 2: *Qui terminos effodiunt vel exarant, arboresve terminales evertunt, siquidem id servi sua sponte fecerint, in metallum damnantur, humiliores in insulam amissa tertia parte bonorum relegantur, aut exsulare coguntur.* Cap. 105.] Ex Pauli lib. 3. responsor., fr. 12. fin. regundor. (10, 1): *Eos terminos, quantum ad dominii quaestionem pertinet, observari oportere fundorum, quos demonstravit is, qui utriusque praedii dominus fuit, quum alterum eorum venderet; non enim termini, qui singulos fundos separabant, observari debent, sed demonstratio adfinium novos fines inter fundos constituere.* Cap. 106.] Simil. Ulp. fr. 7 Dig. de iureiurando (12, 2). Idem fr. 56 Dig. de re iudicata (42, 1).

107. Qui auctor seditionis vel in populo vel in exercitu fuerit, incendio concremetur.

108. Si quis pagano ritu sacrificare fuerit deprehensus, arioli etiam atque umbrarii, si reperti fuerint, sub iusta aestimatione convicti, capite puniantur; malarum artium conscii, id est malefici, nudati rebus omnibus, quas habere possunt, honesti perpetuo damnantur exilio, humiliores capite puniendi sunt. 5

109. Si servus aut colonus domino nesciente violenter aliqua rapiat, dominus eius intra annum in quadruplum, post annum in simplum convenietur: aut pro noxia certe, si hoc magis elegerit, ipsum servum vel colonum noverit ad poenam iudici contradendum, ita ut, quod ad eum ex ipsa servi violentia pervenisse constiterit, reddat; aut si conventus eum fugisse dixerit, executionem eius conquerenti dedisse sufficiat. 10

110. Qui sepulchrum destru[*x*]erit[a], occidatur.

111. Qui intra urbem Romam cadavera sepelierit, quartam partem patrimonii sui fisco sociare cogatur: si nihil habuerit, caesus fustibus civitate pellatur.

112. Damnatorum ex quibuslibet criminibus bona filiis primum ac parentibus vel propinquis usque ad tertium gradum proficiant: quod si eos non habuerint, fisco omnia 15 solv*a*ntur[b].

113. Si curialis damnatus filios reliquerit, totum quod dimisit, ipsi capiant: si non habuerit filios, ad curiam eius perveniant facultates; excepta causa maiestatis, in qua omnium damnatorum bona nec ad filios, si habeant, sed ad solum fiscum, secundum legum cauta, necesse est pervenire. 20

114. Si addictos damnatosque iudiciis clerici vel quilibet alii violenter eruerint, ipsi ad poenam vel ad dispendia teneantur, quae sententia in convictos prolata statuisse monstrabitur: et si conniventia iudicis vel conludio hoc claruerit perpetratum, quinque auri libras idem iudex cogatur exsolvere.

115. Qui pecuniam fisco vel publicis rationibus competentem furandi studio tulerit, 25 eam reddat in quadruplum.

116. Qui sciens ex rapinis aliqua a raptore, id est fure, servanda susceperit, eadem qua raptor poena teneatur.

117. Servus si furtum fecerit, vel damnum cuilibet dederit, nisi eius dominus hoc pro sui qualitate reddere vel sarcire paratus sit, noxae eum dare cogitur: quod et de ani- 30 malibus faciet, si alicui damna generaverint.

118. Si propter furtum servi dominus conventus furem ipsum magis tradere, quam defendere eum in iudicio voluerit, illa etiam quae ad eum ex ipso furto pervenisse constiterit, pariter debebit exsolvere.

a) destruerit *P.* b) soluentur *P.* 35

Cap. 107.] Hoc poenae genus nova lege Theodericus seditioni minatus est. Cap. 108.] Simil. c. 6. 23 Theod. de paganis (16, 10) et c. 23 eod. a Theoderico mutata; cfr. Lex Wisig. VI, 2. cap. 1. 3. Edict. Langob. Liutpr. c. 84. 85. Cap. 109.] Ex rescripto Diocl. et Max. a. 293. const. 4 Iust de noxalib. (3, 41): *Si servus ignorante domino, vel sciente et prohibere nequeunte, res tuas vi rapuerit, dominum eius aput praesidem provinciae, si necdum utilis annus excessit, quadrupli: quod si hoc effluxit tempus, simpli noxali iudicio convenire potes. Qui si noxae maluerit servum dedere, nihilominus cum ipso, quantum ad eum pervenit, experiri non prohiberis;* cfr. infra cap. 118. 120. Cap. 110.] Cfr. Novella Theod. et Val. tit. XXII. §. 2. 3. 4. pag. 200. 201 ed. Haenel. Cap. 111.] Simil. c. 6. Theod. de sepulchris viol. (9, 17), ubi tamen *tertiae* partis bonorum poena statuitur. Cap. 112.] Ex c. 2 Theod. de bonis proscriptorum (7, 42), ita ut posterior c. 23 ibid. a Theoderico abrogata videatur. Cap. 113.] Ex c. 24. §. 1. Theod Cod (7, 42): *Decurioni vero, ... si liberos non habeat, succedat curia, bonaque universa detineat aut per se, aut suo ordinatura periculo munera subiturum. Sin erit soboles curiali, quam municipales sibi vindicent functiones, integris fortunis fulciatur. legum cauta]* c. 2. 23 cit. Cap. 114.] Simil. c. 5 Theod. de custodia reor. (9, 3). Lex Wisigoth. lib. VII. tit 4. c. 3. *si conniventia iudicis* rell.] Haec ipse rex statuisse videtur; cfr. c. 7 40 Theod. de accus. (9, 1). Cap. 115.] Ex Pauli Sent. lib. V. tit. 27 §. 1: *Si quis fiscalem pecuniam attrectaverit, subripuerit, mutaverit, seu in suos usus converterit, in quadruplum eius pecuniae, quam sustulit, condemnatur.* Cap. 116.] Simil. Diocletianus c. 14 45 Iust. de furtis (6, 2). Cap. 117.] Partim ex Pauli Sent. lib. II. tit. 31. §. 7, partim ex illa Pauli interpretatione, a qua etiam Wisigothi atque Burgundiones hauserunt. Nam ipse Paulus ait: *Servus qui furtum fecerit damnumve dederit, nisi id pro sui quantitate dominus sarcire sit paratus, noxae dedi potest.* In interpretatione Wisigothica autem habetur: 50 *vel damnum*, item *qualitate*, et *tradere debebit;* in lege Romana Burgundionum tit. 15. §. 1. pariter legitur *sui qualitate*, item *dare cogitur.* *quod et* 55 *de animalibus* rell.] Simil. Paul. I, 15. §. 1. et leg. Rom. Burgund. tit. 13. §. 1. Cap. 118.] Simil. Diocl. c. 4 med. Iust. de noxalib. actionib. (3, 41) in verbis: *quantum ad eum pervenit.*

119. Si quid de taberna[a] vel stabulo perierit, ab his qui locis talibus praesunt, vel qui in his negotiantur, repetendum est, ita ut praestent sacramenta de conscientia sua suorumque, et si hoc fecerint, nihil cogantur exsolvere; aut certe quantum petitor iuraverit se in eo loco perdidisse, restituant.

120. Si servus furtum fecerit, et manumissus a domino fuerit, vel venditus alteri, vel donatus, causam de furto *tum*[b] ipse manumissus dicat, vel ille qui eum emit, aut cui donatus est. Noxa enim semper caput sequitur. Et non solum is qui furtum facit, sed etiam is cuius opera vel consilio furtum factum fuerit, furti actione tenebitur.

121. Si procuratori vel conductori[c] sive colono vel servo alicuius, invito vel nesciente domino, mutuam pecuniam quis dederit, nec ipsi domino, nec rei eius aliquod praeiudicium comparetur: sed ex peculio servi vel coloni, considerata vel servata prius indemnitate domini, consulatur petitionibus creditoris.

122. Amittant repetitionem debiti creditores, qui cautiones debitorum suorum potentibus tradiderint, et per eos magis exactionem mutuae pecuniae voluerint procurare.

123. Capiendorum pro suo arbitrio pignorum unicuique licentiam denegamus: ita ut, si probabile fuerit, hoc agendi iudicis praestet auctoritas.

124. Creditor si debitori suo res sibi non obligatas violenter rapiat, intra annum criminis admissi conventus, sub poena quadrupli praesumpta restituat: post annum vero in simplum debebit exsolvere. Quod etiam de fructibus violenter ablatis servari debere legum ratio persuadet.

125. Si quis de ecclesiis, id est locis religiosis, homines traxerit, vel aliquid violenter crediderit auferendum, capite puniatur.

126. Nullus post haec curialium sive tabulariorum aut susceptorum in ecclesia residens pictacia delegationis emittat: sed si quem fisco debitorem novit, exponat eum extra ecclesiam constitutus, aut certe deleget facturus cum eo, qui se debitorem negaverit, publice rationem. Quod si invitum quis, cum sibi delegatur, et se non debere clamaverit, violenter crediderit exigendum, in quadruplum extorta restituat.

127. Delegari nemo debet invitus: sed si is qui a creditore suo delegatur, consensum delegationi praebens debere se fateatur, et redditurum spondeat, quod promisit, cogatur exsolvere.

128. Filius in potestatem patris positus, vel servus aut colonus, si a patre vel domino in qualibet culpa non defendantur de ipso delicto vel crimine, tradendi sunt iudici competenti: nisi forte filiusfamilias ipse defendere pro delicto, quo impetetur, in iudicio se voluerit.

129. Qui per mendacium vel subreptionem aliquid impetraverit, nec ipsi prosit, nec alterum laedat.

130. Quod promissum fuisse constiterit, ut fur comprehendatur, merito debetur, et oportet exsolvi.

a) naue *addit index.* b) tam *P.* c) actori *in indice habetur.*

Cap. 119.] Cfr. Paulus Sent. II, 31. §. 16. tit. Dig. Nautae caupones (4, 9). *sacramenta de conscientia]* Haec iuris Germanici esse videntur. Cap. 120.] Ex Pauli Sent. II, 31. §. 8: *Si servus furtum fecerit, deinde manumissus fuerit aut alienatus, cum ipso manumisso vel emptore agi potest; noxa enim (semper* sola interpretatio addit) *caput sequitur. Et non solum* rell.] Ex §. 10. ibid.: *Non tantum qui furtum fecerit, sed etiam is, cuius opera aut consilio furtum factum fuerit, furti actione tenebitur.* Cap. 121.] Simil. c. 2 Theod. de pignor. (2, 30); cfr. c. un. Theod. de peculio (2, 32). Cap. 122.] Simil. c. un. Theod. de actionib. ad pot. transl. (2, 13), praesertim in verbis interpretationis: *Qui cautiones exigendas potentibus dederint, omne debitum perdant, quia ubi potest esse repetitio, potestas ad exigendum non debet a creditoribus invitari.* cfr. supra cap. 43—47. Cap. 123.] Ex Pauli Sent. V, 26. §. 4. in verbis: *si sine iussu praesidis per vim debitoris sui pignora ... ceperit.* Simil. Cassiodor. Var. IV, 10. Cap. 124.] Simil. Pauli Sent. V, tit. 26. §. 4 in verbis: *cum non habuerit obligata;* cfr. Modestinus, fr. 8. ad leg. Iul. de vi privata (48, 7). Ulp. fr. 14. §. 7. Quod metus (4, 2). Cap. 125.] Simil. Honor. et Theod. a. 414, c. 2 Iust. de his qui ad eccl. confug. (1, 12). Leo a. 431, c. 6 eod. Cap. 126.] Cfr. tit. Theod. de fisci debitorib. (10, 16). Interiisse tamen eam legem, ex qua cap. 126. manavit, nullus dubito. *pictacia]* De susceptorum et actuariorum pittaciis cfr. c. 11. 13. 16 Theod. de erog. milit. annonae (7, 4). Alius generis pittacia accipienda sunt c. 29. §. 1. Theod. de petitionib. et ultro datis (10, 10) et Cassiod. Variar. I, 18. III, 35. XII, 20. De susceptoribus infra c. 144. 149. Cap. 127.] Simil Diocl., c. 6. Iust. de novationib. (8, 42): *nec creditoris creditori quisquam invitus delegari potest;* item c. 7 eod.: *si solvere pecuniam delegatus dare spopondit;* cfr. c. 1 eod. Cap. 128.] Simil. Pomponius ad Sabin., fr. 33. Dig. de noxalib. actionib. (9, 4). Cap. 129.] Cfr. c. 2 Iust. Si contra ius (1, 22). Supra cap. 34. Cap. 130.] Ex Pauli Sent. II, 31. §. 24: *Ob indicium comprehendendi furis praemium promissum iure debetur.*

131. Qui de debito in iudicio convicti vel condemnati fuerint, intra duos menses a die latae sententiae solutionem procurare debent: quod si non fecerint, per auctoritatem iudicis, ad eius petitionem qui vincet, capi eorum pignora debent et distrahi: ut quod sententia iuste lata constituit, possit impleri.

132. Qui possessor ad iudicium venit, non est cogendus dicere unde tenet, nec onus 5 ei debet probationis imponi: quia hoc magis petitoris officium est, ut rem quam repetit, doceat ad se pertinere.

133. Mulier, etiamsi per cautionem alienum debitum se reddituram spondeat, non tenetur.

134. Amittat sortem debiti creditor, qui ultra centesimam legitimam crediderit a 10 debitore poscendum.

135. Fideiussor qui redimendo pignora eius debitoris, pro quo fidem dixerat, a creditore liberavit, oblata sibi debita pecunia restituere pignora debitori compellatur.

136. Si quisquam rem suam nesciens a possessore conduxerit, nihil sibi praeiudicat, sed de proprietate ipsius agere poterit. 15

137. Si quis nesciens alienam aream esse, aedificium in ea construxerit, sumptus quos fecit, recipit: sed amittit, quam in solo alieno fecerat mansionem.

138. Si una res a duobus diversis temporibus comparetur, ille potior erit, et dominium eius magis acquiret, cui traditam fuisse claruerit.

139. Auctor venditionis, etiamsi privilegium habeat sui iudicis, tamen defensurus 20 venditionem suam, forum sequatur emptoris.

140. Qui de re comparata pertulerit quaestionem, ipse petitori respondere compellitur, nec ad auctorem suum proponentem repellit: quem necesse est hoc tantum ipse commoneat, ut factum suum in *v*enditione[a] defendat.

141. Quicunque fugere solitum vendiderit ignoranti, si emptorem quoque fugerit, et 25 precium venditor reddat, et damna sarciat, quae per eundem contigerint fugitivum.

142. Liceat unicuique domino ex praediis, quae corporaliter et legitimo iure possidet, rustica utriusque sexus mancipia, etiamsi originaria sint, ad iuris sui loca transferre, vel urbanis ministeriis adplicare, ita ut et illis praediis adquirantur, ad quae voluntate domini migrata fuisse constiterit, et inter urbanos famulos merito censeantur: nec de eiusmodi 30 factis atque ordinationibus, velut sub oppositione originis, quaestio ulla nascatur. Alienare etiam supradictae conditionis homines liceat dominis, absque terrae aliqua portione, sub scripturae adtestatione, vel cedere, vendere cui libuerit, vel donare.

143. Circa Iudaeos privilegia legibus delata serventur: quos inter se iurgantes et suis viventes legibus eos iudices habere necesse est, quos habent observantiae praeceptores. 35

a) *sic ex coniectura posui, ut cap.* 139; inditione *P.*; iudicatione *P. in marg.*

Cap. 131.] Simil. rescriptum D. Pii, quod extat apud Callistratum lib. 2 de cognitionibus, fr. 31 Dig. de re iud. (42, 1). Sed auctor edicti ex Gregoriani potius codice, quam ex Callistrati libris hoc rescriptum exscripsisse videtur. *capi pignora et distrahi]* Ex Pauli Sent. V, 5 A §. 4: *Eorum qui debita confessi sunt, pignora capi et distrahi possunt.* Cap. 132.] Simil. Arcad. et Honorius, c. 12 Theod. de fide testium (11, 39). Cap. 133.] Cfr. quae a Iustiniano in const. 22. 23. pr. ad S. C. Velleianum (4, 29) de antiqui iuris varietate circa mulierum intercedentium cautiones referuntur. Cap. 134.] Cfr. c. 2 Theod. de usuris (2, 33), ubi poena quadrupli in creditorem statuitur. Sortis amissionem huic poenae generaliter substitutam videmus in lege Romana Burgundionum tit. 31. §. 4, item in lege Romana S. Galli (pag. 71 ed. Haenelii). Aliter in interpretatione Wisigothica, quae senatores tantum sortis amissione plecti vult, ad c. 4 Theod. eod. tit. Cap. 135.] Cfr. Diocl. et Maxim. c. 21 Iustin. de pignorib. (8, 14). Cap. 136.] Simil. Diocl. et Max., c. 20. 25 Iust. de locato (4, 65). Cap. 137.] Simil. Gaius rer. cottid. lib. 2, fr. 7. §. 12 A.R.D. (41, 1). Cap. 138.] Ex const. Diocl. et Max. a. 286, c. 4 Cod. Greg. de rei vind. (3, 2): *Quoties eadem res a domino diversis temporibus pluribus venundatur, eum potiorem esse, cui possessio primum tradita est.* 40 Cap. 139.] Ex Pauli lib. 3. responsorum, fr. 49 pr. Dig. de iudiciis (5, 1): *Venditor ab emtore denuntiatus, ut eum evictionis nomine defenderet, dicit se privilegium habere sui iudicis: quaeritur, an possit litem ab eo iudice, apud quem res inter petitorem* 45 *et emtorem coepta est, ad suum iudicem revocare? Paulus respondit, venditorem emtoris iudicem sequi solere.* Cap. 140.] Cfr. Hermogenianus, fr. 74. §. 2. de evictionib. (21, 2.). Cap. 141.] Ex Pauli Sent. II, 17. §. 11: *Servus bona fide comparatus si ex* 50 *veteri vitio fugerit, non tantum pretium dominus, sed et ea, quae per fugam abstulit, reddere cogetur.* Cap. 142.] Simil. c. 13. §. 1. Cod. Iust. de agricolis (11, 47). Novella Valent. III. tit. de episcopali iudicio (lib. II. tit. 35) §. 18. verbis: *nisi forte duorum* 55 *praediorum unus dominus* cett. *Alienare etiam* rell.] Hoc iure Romano vetitum erat c. 7 de agricolis (11, 47). Cap. 143.] Cfr. c. 13. 15. Theod. de Iudaeis (16, 8).

144. Quicunque susceptores fuerint fiscalium titulorum, in emittendis possessorum securitatibus nomine singularum possessionum, professionem earum evidenter designent acceptam quoque pro earum functione exponant pecuniae quantitatem. Quod si aliquis professionem locorum, nomina summamque perceptae pecuniae, in securitatibus a se factis comprehendere forte noluerit, et huius culpae reus in iudicio fuerit adprobatus, quadruplum eius pecuniae, quam possessor se dedisse probaverit, eidem cogatur exsolvere. Quod etiam circa discussorem similiter convenit custodire, si de quibus titulis quas[a] summas a praesumptoribus vel reliquatoribus exegerint, in securitatibus emittendis signare noluerint.

145. Si quis barbarorum tertio competentis iudicis auctoritate conventus, et edictis sollemniter inclamatus, ad iudicem, cuius praeceptione conventus est, venire neglexerit, merito sub discussione causae sententiam excipiet contumaciae, adeo ut iudicetur, de quo conventus est, perdidisse negotium: dummodo tertio quemlibet capillatorum fuisse conventum, aut cautionis ab eodem emissae fides ostendat, aut ingenuorum vel honestorum testium dicta confirment, quibus manifeste clareat, auctoritate pulsatum, contempsisse dare responsum, nec voluisse ad iudicium convenire.

146. De frugibus ab aliquo ex fundo cuiuslibet sublatis, tam colonus, quam dominus, quia utriusque interest, agere potest.

147. Placita bona fide et definita venditio a venditore rescindi non potest: sed pretium, quod ab emptore debetur, repetendum est.

148. Servi aut coloni ab hostibus capti et reversi, domino restituantur, si non sunt ante ab altero, vendentibus hostibus, in commercio comparati.

149. Si quis exactorum vel susceptorum maiorem mensuram vel maius pondus adhibuerit, dum fiscales traduntur species, quam publicae ordinationis moderatio antiquitus provisa constituit, ad iudicem continuo cum ipsis mensuris et ponderibus deducatur: ut si fuerit de eorum iniquitate convictus, inde quadruplum pro utilitate illius, quem gravavit, male susceptarum specierum damna sustineat. Quod etiam circa negociatores observari debere censemus, in commerciis si iniusta pondera vel mensuras adhibuisse fuerint adprobati.

150. Nulli liceat invito *[domino]*[b], rustico alieno operas aut obsequium imperare, nec eius mancipio aut bove uti, nisi hoc forte idem rusticus aut conductor ipsius, vel dominus sua voluntate praestiterit. Qui contra fecerit, det pro unius rustici, vel unius bovis diurna opera, quam praesumpsit, auri solidum unum.

151. Sive seges aliena, sive quaelibet arbor cuiusque dolo deiecta fuerit, aut aliquid damni provenerit, in quadruplum eius nomine, qui hoc fecerit, addicatur.

152. Si alienus servus ab aliquo, vel rusticus occidatur, in potestate habet dominus eius aut criminaliter de obnoxii sui morte agere, et homicidam capitaliter accusare; aut de damno certe amissi mancipii civiliter actionem proponere, ita ut pro uno servo occiso duos tales recipiat.

a) reliquas *Lind.* b) *sic P. in marg.;* inuitus, *om.* domino *P.*

Cap. 144.] Ex lege Gratiani, Val. et Theodosii a. 383, c. 18 Theod. de susceptoribus (12, 6): *Quisquis posthac, quem exactionis vel susceptionis provincia manet, non specialiter et quid, et in qua specie, et ex quibus titulis, et pro qua indictione videatur accepisse, rescripserit, quadrupli eius rei, quam debitor dedisse se dicit, illatione mulctetur.* Cfr. lex Arcadii et Honorii a. 396, c. 8 Theod. de censitoribus (13, 11): *Peraequatores ac discussores, quorum nobis data sunt nomina .... quae in damnum provincialium fuerint accepisse convicti, in quadruplum cogentur exsolvere.* Cfr. Valentiniani III. novella de indulgentiis reliquorum tit. 1. c. 3, col. 124 ed. Haenel. Cassiodor. Var. IV, 38. IX, 10. XII, 2. 14. et supra cap. 126, infra cap. 149. Cap. 145.] Simil. supra cap. 5. *capillatorum]* i. e. Gothorum. Iordanis chron. c. 11. Cassiodor. Var. IV, 49. *cautionis]* scil. iudicio sisti; cfr. supra cap. 73. Cap. 146.] Ex Pauli Sent. II, 31. §. 30: *Frugibus ex fundo surreptis tam colonus quam dominus furti agere possit: quia utriusque interest rem persequi.* De libero conductore Paulum sensisse palam est, nec alio sensu edicti verba accipienda sunt; cfr. supra cap. 22. Cap. 147.] Simil. Diocl. et Maxim., c. 3 Iust. de rescind. vend. (4, 44). Cap. 148.] Simil. Diocl. et Max. c. 10 Iust. de postliminio (8, 51). Cap. 149.] Simil. c. 1. 3. Theod. de superexactionib. (11, 8), c. 8 Th. de censitoribus (13, 11); cfr. c. 19. 21 pr. Th. de susceptoribus (12, 6), Novella Maioriani de curialib. §. 15; Cassiodori Variar. XI, 16. et supra cap. 126. 144. *circa negotiatores]* Haec ab ipso rege manasse videntur. Communia tamen circa curiales et negotiatores statuuntur a Maioriano in novella lege de curialibus §. 17 (col. 323. 324 ed. Haenel). Cap. 150.] Hanc constitutionem solus Theodericus emisisse videtur; cfr. Cassiodor. Variar. V, 39 in fine. Cap. 151.] Ex Pauli Sent. II, 31. §. 25: *sive segetes per furtum sive quaelibet arbores caesae sint, in duplum eius rei nomine reus convenitur.* Cap. 152.] Cfr. c. un. Theod. Victum civiliter et cri-

153. Uxor pro marito non debet conveniri: res eius aut sponsalis munificentia pro mariti obnoxietate poscatur, legum prudentia et moderatione servata.

154. Die solis, qui dominicus nuncupatur, sed et diebus paschalibus, nullum praecipimus conveniri: qui contra fecerit, sacrilegii reus habeatur.

155. Haec quantum occupationes nostrae admittere, vel quae nobis ad praesens occurrere potuerunt, *cun*ctis[a], tam barbaris quam Romanis, sumus profutura complexi: quae omnium barbarorum sive Romanorum debet servare devotio. Quae comprehendere nos vel edicti brevitas, vel curae publicae non siverunt, quoties oborta fuerint, custodito legum tramite terminentur. Nec cuiuslibet dignitatis, aut substantiae, aut potentiae, aut cinguli vel honoris persona, contra haec, quae salubriter statuta sunt, quolibet modo credat esse veniendum; quae ex novellis legibus, ac veteris iuris sanctimonia, pro aliqua parte collegimus: scituris cognitoribus universis, ac iura dictantibus, quod si in aliquo haec edicta fuerint violata, se proscriptionis deportationisque poena merito esse feriendos. Quod si forsitan persona potentior, aut eius procurator, vel vicedominus ipsius, aut certe conductor, seu barbari, seu Romani, in aliquo genere causae praesentia non permiserint edicta servari, et iudex, cuius intererit, obsistere, aut vindicare, aut obviare non potuerit, in nostram illico, si sibi consulit, instructa ex omnibus relatione, dirigat, deposita totius formidinis suspicione, notitiam. Hac enim sola ratione a culpa esse poterit absolutus; quia quod pro omnium provincialium securitate provisum est, universitatis debet servare devotio.

EXPLICIT EDICTUM THEODERICI REGIS[b].

a) *sic coni. Gloedenius, probante Walchio et Dahnio;* a uictis *P.;* deuictis *coni, Lind. pag.* 1318; accitis *olim mihi placuerat. Sed* cunctorum deuotione seruanda *etiam in regis prologo praecipiuntur.* b) *in edd. Paris. a.* 1579. 1588. *haec adiiciuntur:*

LECTORI.

Quae sequuntur, sunt quidem e legibus Theodorici, sed Francorum, non Gothorum, aut Italiae Regis: ut et superior Sidonii Epistola ad Theodoricum pertinet illum. cui Avitus Aquitanias concessit, quem et idem auctor in Narbone et Panegyrico ad ipsum Avitum laudat. De quo te monitum non frustra voluimus, simul et haec adiecta, ne quid desiderares.

Ingenuo homicida intra Ecclesiam posito, de interempti precio principis est exspectanda sententia: quia de precio occisorum nihil evidenter lex Romana constituit. Dominus vero noster statuit observari, ut si ingenuus ab ingenuo fuerit interemptus, et homicida ad Ecclesiam confugerit, is ipse qui homicidium admisit, cum medietate bonorum suorum occisi heredibus serviturus addicatur: reliqua medietas facultatis eius heredibus relinquatur. Si vero servus cuiuscunque occisus fuerit ab ingenuo, et ipse homicida ad Ecclesiam convolaverit, secundum servi qualitatem infrascriptum Domino eius precium cogatur exsolvere, hoc est pro actore C. solid. pro ministeriali LX, pro aurifice electo C, pro fabro ferrario L, pro carpentario XL, pro aratore, aut porcario, aut virbicario aut aliis servis XXX. Hoc ex praecepto Domini Regis convenit observari.

At ea omnia iam in principe Cassiodori editione a. 1579. *ad calcem Ennodii Ticinensis Panegyrici legebantur, pag.* 34. *Pertinent autem ad Legis Romanae Burgundionum tit. II. in fine, quod nec Pithoeum fugerat: cum is ea illam solam ob causam hic adiecisse videatur, quod etiam in Theodosiani Codicis interpretatione Wisigothica, ad Novellarum Valentiniani tit. III, occurrant (fol.* 96 *in ed. Sichardi) idque in nonnullis mutata. Nam ibi sic se habent:* Dominus noster Theodericus rex Francorum statuit observari *cett. Vide quae nos notavimus in ed. Papiani, LL. T. III. p.* 596. 597.

min. agere posse (9, 20). *duos tales*] Haec in interpret. ad Pauli Sent. I, 13 A §. 5. 6. ad legem Aquiliam referuntur; rectius tamen de iuris Germanici poena agi videtur, quae non in duplo pretio, sed in dupla specie eiusdem generis solvenda consistebat. Cap. 153.] Simil. Diocl. et Max., c. 2. Iust. Ne uxor pro marito (4, 12). *res eius* rell.] Haec ad debitum primipilare trahenda esse, Rhonius non absurde coniecit. Vide Carum Carinum et Numerianum, c. 4 Iust. In quib. c. pignus (8, 15). Cap. 154.] Ex c. 18 Theod. de feriis (2, 8) quae repetitur c. 3 Theod. de executoribus (8, 8) his verbis: *Solis die, quem dominicum rite dixere maiores, omnium omnino litium, negotiorum, conventionum quiescat intentio .... Et non modo notabilis, verum etiam sacrilegus iudicetur, qui a sanctae religionis instinctu rituve deflexerit;* cfr. Papianus Burgundionum XI, 5. *quod si forsitan* rell.] Cfr. supra cap. 10.

EDICTI THEODERICIANI APPENDICES.

I.

THEODERICI REGIS EDICTUM SYMMACHO PAPAE DIRECTUM CONTRA SACERDOTES SUBSTANTIAE ECCLESIARUM ALIENATORES A. 508.

Vere anni superioris dum codicem iuris canonici maximae formae capitulo metropolitano Coloniensi nuper restitutum et numero 2326 *signatum perlustro, praeter antiquissimum Romanorum pontificum catalogum, folio* 131 *edictum Theodorici regis occurrit, quod notitiam doctorum virorum plerumque effugerat, at collectioni nostrae legum haud dubie inserendum. Accedebat, quod rara in talibus fortuna, textum legis eodem fere aevo exaratum atque promulgatum ante oculos habemus; edictum enim Ravennae* 5. *Idus Martias Venantio consule i. e. anno Christi* 508 *editum, codex totus littera maiori unciali quam dicunt exaratus, saeculi sexti ineuntis notam praefert.*

1. *Textu igitur qua cura decet exscripto, haud dubie tamen lacuna apparebat, cuius sanandae causa aliorum, si qui superessent, codicum subsidia desiderabantur.*

2. *Et duplex eiusmodi subsidium ad manus fuit, codex scilicet Vaticanus membranaceus, in bibliotheca Palatina numero* 574 *signatus, saeculi noni in quarto, cuius copiam socio nostro amico Romae praesenti Hermanno Pabst commendatam, ab ipso accepi, quum redux patriae vindex bello Gallico ad Sarraepontem et in campis Mediomatricensibus heros iuvenis occasurus ultimum valediceret. Textus plurimum congruit cum*

3. *impresso, quem apud doctos duumviros Martenium et Durandum tomo I. Collectionis Monumentorum p.* 1. *ex codice quondam Murbacensi typis editum legimus. Sed in eo quoque congruos habemus, quod neuter eorum lacunae sanandae aliquid confert.*

Berolini, die 26. *Septembris* 1870. *G. H. PERTZ.*

LI. Lex data a rege Theudorico contra illos sacerdotes, qui substantia ecclesiae iure directo aut vindere aut donare praesumunt. fol. 1.

LI. Incipit praeceptum, imo[a] lex, data[b] a[c] gloriosissimo rege Theudoricho[d] contra illos sacerdotes, qui substantia ecclesiae[e] iure directo aut vindire[f] aut donare praesumunt. fol. 131.

Dominae Orbis[g] Praesoli, et reparatori libertatis Senatui[h] urbis Romae, Flavius Theudoricus[i] rex.

a) immo 2. 3. b) *deest* 2. 3. c) ad 1; a glorissimo 2. d) Theoderico 2. e) substantiam eclesiae 2. f) uindere 2; vendere 3. g) Drōturi urbis 1, *quod leni Cl. Hauptii medela correxi*; Domituri orbis 2. 3. h) senatus 1; senatui 2. 3. i) Theodericus 2. 3.

Pervenit ad nos, Patris[a] Conscripti, de ecclesiae missa utilitate suggestio, et nostrae mansuitudinis[b] gratia sacri coetus vestri ordinatio corda pulsavit. Et licet post venerabilem synodum[1] ad huiusmodi decreta vestri sufficiat ordinatio sola iudicii, tamen pro vestra huiusmodi praesentibus oraculis dedimus consultatione[c] responsum: Ut nulli fas sit ecclesiae cuiuslibet[d] antestiti sub qualibet alienatione de proprietate contractus; usumfructum plane suum[e] cui salva voluerint[f] aequitate praestabunt. Neque enim frustrari debet[g] sola pontificis[h] voluntate, vel cleri, peregrinis debita[i] omnibus vel statui ecclesiae res delata. Quid enim tam profanum est, quam ut in hac largientis parte violetur arbitrium, dum quod ad[m] ecclesiam quisque voluerit[n] pertinere, privatae sibi vindicent pro[o] usufructuariae personae contractum. Ergo si quis scaetestis[p] ausibus interdicta praesumpserit, et ultra usumfructum retenere copit[q], episcopo vel clero largiente, alienata res protinus cum fructibus a venerando praesole[r] vindicentur[s]. et cetera.

Data 5. Idus Martias. Ravenna[t]. Venantio viro clarissimo consule[u].

II.

IUSTINIANI IMPERATORIS CONSTITUTIONES DUAE PRO ITALIA EMISSAE.

Theoderici legibus subiungendae videbantur duae Iustiniani imperatoris constitutiones, quas Gothis Francisque debellatis emiserat, ut Italiae statum restauraret, a Corpore Iuris Iustinianeo alienas. Quarum primam, quae pragmatica sanctio *vulgo dicitur, anno Chr.* 554 *latam, Ludovicus Miraeus olim ex codice Aemilii Ranconneti, nunc Parisino* 4568 *(*10*) ediderat cum Iuliani antecessoris novellarum libro (Lugduni* 1561. *fol.), de quo legenda est doctissima Hauboldi dissertatio in Savinii Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft Tom. IV.* 1819. *pag.* 137—140. *Miraeum Contius (*1571*) et Franciscus Pithoeus (*1576*), Contium reliqui omnes Corporis iuris editores secuti sunt. Mihi vero nova Ranconnetiani codicis collatione uti licuit, Haenelio rogante anno* 1857 *a Blochmanno Lipsiensi instituta, amicissimi Haenelii beneficio mihi concessa. Non paucas capitum subscriptiones Miraeum omisisse nunc videmus, quas tamen pro superfluis et inepte repetitis habendas esse vir doctus recte intellexerat. De Utinensi Iuliani legisque Romanae codice, cuius foliis* 105—110 *eadem sanctio continetur, Haenelius breviter retulit in actis societatis litterarum Saxonicae a.* 1852 *pag.* 80 *et a.* 1856 *pag.* 103*; sed variantium lectionum copia mihi abest.*

Alterius constitutionis, eodem fere tempore ad Narsem emissae, fragmentum tantum habemus in eiusdem Iuliani codice ms. bibliothecae Caesareae Vindobonensis, Salisburg. num. 360, *ex quo primus solusque eam Bienerus edidit in Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft Tom. V.* 1825. *pag.* 352—354.

Bonnae 5. *Idus Decembris* 1870.

FRIDERICUS BLUHME.

a) patres 2. 3. b) mansuetudinis 2. 3. c) consolatione 2. 3. d) cuslebit *corr.* cuiuslebit 2. e) *hic voces* vindere vel donare nisi *desideraveram, Bluhmius eis carere posse censuit.* f) voluerit 3. g) *vocem supplet* 3. h) pontifices 1. i) debitu 1. k) *deest* 2. 3. l) largientes 1. 2. m) *vox post suppleta* 2. n) uoluit 2. 3. o) pro 1. 2. 3. p) ex caelestis 1; scelestis 2. 3. q) retinere cupit 2. 3. r) praesulae 2. s) vindecetur 2. t) Ravennae 2. 3. u) console 2. 3.

1) Romana VI. Kalendis Octobribus anni 507. Symmacho praeside celebrata. Mansi Coll. Conc. Tom. VIII. p. 309—312.

I. IUSTINIANI IMP. PRAGMATICA SANCTIO.

1. *Ut omnia firma sint, que Amalacuncta vel Attalaricus vel Teudatus concesserunt.*

Pro petitione Vigili venerabilis antiquioris Rome episcopi[a] quaedam disponenda esse censuimus ad utilitatem omnium pertinentia, qui per occidentales partes abitare noscuntur. In primis itaque iubemus, ut omnia que Attalaricus vel Amalasuintha regia mater eius, vel etiam Teodatus Romanis vel senatu poscente concessa sunt, inviolabiliter conserventur; sed et ea que a nobis vel a pie memorie Teodora augusta quondam coniuge nostra conlata sunt, volumus illivata servare, nulla cuicunque danda licentia contra ea venire, que a predictas personas pro quibuscunque rebus vel titulis data vel concessa esse noscuntur, excepta videlicet condonatione[b] a Teodato in Maximum pro rebus abita[c] Marciani: ex quibus dimidiam proportionem Liberio viro gloriosissimo dedisse meminimus, reliqua dimidiam Maximo viro magnifico relicta, quas apud utrumque firmiter manere censuimus.

2. *Ut pro Totilanem factas donationes omnes irrite sint.*

Si quid a Totilanem tyranno facto vel donatum esse invenitur cuicunque Romano seu cuique alio, servare vel in sua firmitate manere nullum modo concedimus; sed res ablatas ab huiusmodi detentatoribus, antiquis dominiis[d] reformare precipimus; quod enim per illum tyrannidis eius tempore factum esse invenitur, hoc legitima nostra notare tempora non concedimus.

3. *Nemini noceat in captivitate gentium amissio instrumentorum.*

Licet enim generali lege prospectum est ne instrumentorum amissio dominis, pro quibus instrumenta conscripta sunt, quodcunque praeiudicium rerum possit inferri: tamen specialiter etiam per illa loca hoc renovare censuimus, cum sciamus per diversas calamitates et hostiles pervasiones tam in ipsa civitate Romana, quam in aliis locis hominibus instrumenta perisse. Ne quaquam igitur ex hac quicunque patiantur[e] calumniam, aut aliquod sustineant detrimentum, sancimus[f] instrumentorum quidem amissionem vel corruptionem nullum praeiudicium pro dominio[g] vel possessione pro credito, dominis rerum vel possessoribus aut creditoribus, pro quibus instrumenta conscripta fuissent[h], inferre. Pragmaticum datum[i] Id. Aug. const. imp. domino Iustiniano pio pp. aug. anno 28. post cons. Basilii v. c. anno 14.

4.

Sed et si quis res absentis vel etiam capti, forsitan greges, per suam aut cuiuslibet auctoritatem invasit, vel petendo eas tenuit, reverso eo vel liberato, sine ulla dilatione iuvemus restitui ipsi vel etiam heredibus eius. Et si forte ille fatale munus subiit, etiam heredibus eius restituatur, legis auctoritas suggerit. Anno, die et consl. ss.[k]

5. *Non praesumat quis alienum.*

Quia autem verisimile putamus diversos[l] tyrannidis tempore res suas per metum alienasse hominibus vel officium quodcunque[m] gerentibus, vel aliam a Totila[n] commissam actionem vel potentiam, vel gratiam apud eum habentibus, sive venditione vel[o] quibuscunque contracti titulis[p], modo vero quod factum est prius, rescindi desiderare, utpote per violentiam vel per metum tyrannici temporis factum: sancimus omnibus esse licentiam sui recipiendi sive vindicandi, vel possessionis[q] a iudice adipiscendae; pretiis[r] tantummodo videlicet restitutis, quae tamen eo, qui se dedisse perhibet, adprobante veraciter constiterit exoluta, nec aliquo postea modo vel fraude subtracta, vel ab eo recepta: cum non absque ratione[s] putamus multa tunc tempore per metum vel violentiam facta esse, quae nostris temporibus rescindi exposcit iustitia; poena videlicet instrumentis inserta propter praedictas sanctiones modis omnibus quiescente. Dat. su. qd. anno et consl. ss.

a) episcopi *inseruit Miraeus.* b) donatione *Mir.* c) avitis? d) dominis *Mir.* e) faciantur *cod.* f) sancimus ut *cod.* g) domino *cod.* h) fuisse *cod.* i) pragmatum daī *cod. A Miraeo omnis subscriptio praeter verbum* pragmatum *omittitur.* k) *subscriptiones, quas cod. ex ms. omnibus capitibus praeter primum, secundum et sextum adiectas exhibet, recte pro spuriis habuit Miraeus. Nihilominus non solum ultimam recte retinuit, sed eas etiam quae capitibus* 9. 21. 26 *adscriptae sunt.* l) ponamus diverso *cod.* m) quoque *cod.* n) alia a tutela *cod.* o) cui *inserit Mir.* p) titulos *cod.* q) possessiones *cod.* r) praediis *cod.* s) ratione esse *cod.*

6. *De tempore postliminii*[a], *id est post captivitatem*[b].

Cum autem Deo propitio nostro imperio sint omnes restituti, sancimus pro nostrarum legum auctoritate triginta necnon et quadraginta annorum prescriptionem, alias insuper, legibus locum habere, et suam tenere per omnia firmitatem: his duntaxat temporibus, quae ab[c] adventu tyrannorum bellica confusio comprehendit, nullatenns in praescriptionum 5 curriculis imputandis.

7. *Ut instrumenta irrita revocentur.*

Cognovimus, dum hostilis ferocitas Romanam civitatem vel alias obsideret, diversos contractus esse factos inter Romanos qui obsidebantur, vel etiam instrumenta conscripta: in praesenti vero quosdam praedictos contractus rescindere vel etiam instrumenta irrita 10 revocare: sancimus, et si postea per hostilem incursionem[d] huiusmodi documenta perierunt, nullam esse licentiam que facta sunt, infirmandi, sed omnes contractus obsidionis tempore factos[e] in sua firmitate durare; instrumentis[f] etiam competentem vim habituris[f], sed nullum per eorum amissionem dominis praeiudicium generandum. Quod enim[g] rite perfectum est, per fortuitos belli casus verti subtilitatis non patitur ratio. Dat. anno, die et consl. ss.[g] 15

8. *De res mobiles vel immobiles*[h].

Res insuper mobiles seseque moventes, quas a Theodorici regis temporibus usque ad nefandissimi Totilae[h] superventum quocumque iure vel titulo Romani possedisse noscuntur per se, vel usufructuarias vel alias personas, per quas unumquemque precepit possidere, in posterum sine aliqua concussione apud eos servamus, eo videlicet ordine quo[i] per pre- 20 dicta tempora easdem res possedisse noscuntur. Dat. anno, die in qd. ss.

9. *Pro immunitate tributorum.*

Ne autem tributorum exactionis[k] intuitu habitatores patiantur molestias quascumque[l] provinciarum, sancimus nullius maioris dignitatis officia pro exigendis functionibus dirigi, sed per provinciarum iudices et eorum officia quodcunque damnum collatores sustinere pro 25 tributorum videantur exactione, licentia non deneganda maioribus iudicibus, et eorum officiis, si minus inlatae fuerint functiones, ipsos iudices et eorum officia convenire, et quod minus est illatum exigere, ut[m] tam publicae rationes, quam collatoris utilitas procuretur. Dat. anno, die et consl. ss.

10. *De confirmatione absolutionis*[n] *tributorum.* 30

Ipsarum etiam functionum solutionem per consueta loca vel tempora solenniter precipimus fieri, nulla innovatione per hostilem adventum solutioni tributorum penitus inferenda, sed pro sua consuetudine vel nostrorum beneficiorum tenore, sive ad arcam sive in provincia, unumquemque solutionem in posterum etiam celebrare. Dat. anno et consl. ss.

11. *Ut leges impp. per provincias ipsorum dilatentur.* 35

Iura insuper vel leges codicibus nostris insertas[o], quas iam sub edictali programmate in Italiam dudum misimus, optinere sancimus: sed et eas quas postea promulgavimus constitutiones, iubemus sub edictali propositione vulgari [et][p] ex eo tempore, quo sub edictali programmate evolgatae fuerint, etiam per partes Italiae optinere, ut una, Deo volente, facta re publica, legum etiam nostrarum ubique prolatetur auctoritas. Anno, die et consl. ss. 40

12. *De suffragio collatorum.*

Provinciarum etiam iudices ab episcopis et primatibus uniuscuiusque regionis idoneos eligendos et sufficientes ad locorum administrationem, ex ipsis videlicet iubemus fieri provinciis, quas administraturi sunt sine suffragio, litis etiam codicillis per competentem iudicem eis praestandis: ita videlicet, ut si aliquam collatoribus laesionem intulisse 45 inveniantur, aut supra statuta tributa aliquid exegisse, vel in quoemptionibus mensuris inormibus aliisque praeiudiciis vel gravaminibus, aut iniquis solidorum ponderibus possessores damnificasse, ex suis satisfaciant facultatibus. Quod etiam si quis de administra-

a) post liminum *cod.* b) captiuitate *cod.* c) ad *cod.* d) incussionem *Mir.* e) factus *cod.* f) instrumenti ... habituri *cod.* g) *sic Mir.*; quod domini *cod.* h) tutelae *cod.* i) quod *cod.* k) exactiones *cod.* l) quarum- 50 cumque *Mir.* m) et *cod.* n) absolutis *cod.* o) inserta *cod.* p) et *a cod. abest.*

toribus aut actionariis de praeteritorum nefandorum tyrannorum tempore fecisse invenitur, ex suis facultatibus ei a quo abstulit, restituere iubemus: cum nos indemnitatem subiectorum undique volumus procurari. Dat. Id. Aug. consl. imp. dom. nn. Iustiniano pp. aug. anno 28. p. c. Basili v. c. anno 13.

5 13. *Ut proprietas unicuique restituatur.*

Cum autem cognovimus inimicis Deo propitio diversis expulsis provinciis, quosdam greges invenientes ab illis relictas, et suo vindicare eas dominio, licet ad alios antea pertinebant: sancimus caussa discussa, quantum quidem ad eos pertinet, eis praestari. Si quid vero ab aliis agnoscetur, dominum sua recipere: quod vero excepto domino non cogno-
10 scitur, inter illos distribui, qui per eandem provinciam greges amisisse inveniuntur, divisione pro rata portione scilicet facienda. Dat. anno, die et consl ss.

14. *De eis quibus*[a] *aliquid ablatum est, ut restituatur.*

Si qui[b] etiam collatorum per occasionem tributorum exactionis[c] vel cuiuslibet oneris praetextu, aut alio inrationabili modo a quibusdam in auro vel in speciebus laesi esse
15 noscuntur: hoc etiam competenter, ei cui ablatum est, iubemus sine ambiguitate restitui, ut undique provinciarum habitatores legitime sua recipiant, et nostri temporis possint felicitatem sentire. Dat. die, anno et consl. ss.

15. *De servis qui tyrannorum tempore liberas duxerunt uxores.*

Illud etiam praeteritis capitulis inserendum esse censuimus: ut si qui per[c*] Gothice
20 ferocitatis nefandissima tempora servi constituti liberas uxores inveniantur duxisse, vel etiam liberis hominibus ancillae coniunctae: licentiam quidem liberae personae discedendi[d] per presentes nostros mereantur affectus, ancilla videlicet vel servo in dominorum suorum iure remantibus, nullo praeiudicio dominis servorum vel ancillarum ex praeterito tempore generando. Si vero in posterum etiam coniugia tenenda esse putaverint, nullum prae-
25 iudicium circa libertatem propriam patiantur: fili vero maternam conditionem sequantur: quod etiam in illis, qui ex tali coniugio nati sunt, optinere iubemus. Dat. d. Aug. consl. imp. domno Iustiniano pp. aug. anno 28. post c. Basili vi. c. anno 13.

16. *De servo vel colono*[e] *ab alio detentis.*

Servos[f] etiam vel colonos, quos ab aliquo contigit detineri, suis restitui dominis una
30 cum medii temporis prole iubemus. Dat. die, anno et consl. s. s.

17. *De Deo dicatas*[g] *virgines.*

Cum autem tyrannice ferocitatis praesumptionem res etiam inlicitas quasi permissas egisse sine dubio sit: sancimus, ut si qui[h] mulieres Deo sacratas vel habitum religiosum habentes sibi coniunxisse inveniantur, nullam eis tenendi, vel dotes forte conscriptas iterum
35 monasteriis vel ecclesiis, aut sancto proposito cui dedicatae sunt, restituantur. Dat. Id. Aug. consl. imp. domno Iustiniano pio pp. aug. anno 28. p. c. Basili v. c. anno 13.

18. *Ne pro comparatione*[i] *specierum collatores*[k] *graventur.*

Ne vero per coemptiones etiam quodcunque collatores detrimentum sustinere inveniantur, sancimus per unamquamque[l] provinciam illarum fieri specierum coemptionem,
40 quae per eandem provinciam abundare noscuntur: neque enim eius quod ibi non abunde nascitur, coemptionem fieri[m] patimur: pretiis videlicet pro specierum venalitate[n], quae tunc temporis in foro rerum venalium optinere noscuntur, statuendis, ipsis tamen pretiis specierum unicuique collatorum in tributorum imputandis exactionem, commerciis videlicet navium nullo modo prohibendis, ut et noster felicissimus exercitus possit nutriri, et colla-
45 tores aurarias functiones ex abundantium specierum commercio infundere valeant, distributione coemptionis pro arbitrio tam locorum antistitis[o], quam primatum uniuscuiusque celebranda, ne collatores ex officiorum avaritia[p] per quemcunque modum opprimi videantur. Dat. die, anno et consl. ss.

a) cui *cod.*; de eo cui *Mir.* b) quis *cod.* c) exactiones *cod.* c*) per *a cod. abesse videtur.* d) disendi *cod.*
50 e) colonos *cod.* f) servus *cod.* g) dicatus *cod* h) quis *cod.* i) comparatioues *cod.* k) collatorum *cod.*
l) unamquamque *cod.* m) non fieri *male Mir.* n) uenalitatem *cod.* o) antistites *cod.* p) arratia *cod.*

19. *De mensuris et ponderibus.*

Ut autem nulla fraudis vel lesionis provinciarum nascatur occasio, iubemus in illis mensuris vel ponderibus species vel pecunias dari vel suscipi, quae beatissimo papae vel amplissimo senatui nostra pietas in presenti contradidit. Dat. die, anno, consl. sus.

20. *De mutatione solidorum, id est monete.*

Cum autem scimus veterum Romanorum principum solidos per illa loca facile inveniri, comperimus autem negotiatores vel alios quosdam propter mutationem solidorum dispendium aliquod collatoribus nostris inferre: sancimus, solidos Romanorum principum forma signatos sine permutationis dispendio per omnes provincias ambulare, et per eos celebrari contractus: eum, qui dispendium aliquod permutationi solidorum inferre praesumpserit, pro unoquoque solido alterum tantum ei cum quo contraxerit, inferat. Dat. Id. Aug. consl. imp. dom. n. Iustiniano pp. aug. anno 28. pp. Basili cons. anno 13.

21. *Ut pretium satisfaciat et quod tulit quis.*

Si quis etiam de rebus immobilibus ad alium pertinentibus aliquem ornatum vel materiam abstulisse inveniatur, modis omnibus restituere: vel si iam alicui iniuncti[a] sint aedificio, pretio satisfacere coartetur, ut undique nostrarum legum conservetur auctoritas[b]. Instrumenta etiam que ad alios pertinentia, forte ab aliis detinentur, prioribus dominis iubemus restitui, ut omnes undique nostrarum legem adiutorio potiantur. Si vero instrumentum periisse inveniatur, cuius exemplar apud alterum invenitur, utpote duobus scriptis authenticis, prout in contractis solitum est: ex eo quod apud partem alteram invenitur, aliud conscribi iubemus, et parti dari, cuius iam instrumenta perierunt, ut competentem possit habere cautelam. Sed et si quis instrumentum alienum sive ipse tollendo, sive quocunque casu inveniendum, malignitate vel incendit vel abscondit, aut corrupit, aut quocumque modo habere desierit, tunc quanti interest eius, ad cuius iura instrumenta pertinebunt, is[c] qui dolum fecit, satisfacere compellitur. Dat. die, anno et consl. ss.

22. *Ut annona ministretur medicis et diversis.*

Annonam etiam quam et Theodoricus dare solitus erat, et nos etiam Romanis indulsimus, in posterum etiam dari precipimus; sicut etiam annonas, quae grammaticis ac oratoribus[d] vel etiam medicis vel iurisperitis antea dari solitum erat, et in posterum, suam professionem scilicet exercentibus, erogari precipimus, quatenus iuvenes liberalibus studiis eruditi per nostram rem publicam floreant. Dat. die, ann., consl. ss.

23. *Ut civiliter inter se causas audiant.*

Lites etiam inter duos procedentes Romanos, vel ubi Romana persona pulsatur, per civiles iudices exercere iubemus, cum talibus negotiis vel causis iudices militares immiscere se[e], ordo non patitur. Dat. die, ann., consl. ss.

24. *Ut mutationes in suo statu stent.*

Rei publicae permutationes vel etiam[f] comparationes sive competitiones[g] cum publico factas usque ad adventum sceleratae memoriae Totilae[h] in sua firmitate firmamus, si tamen nulli aliquid alio possidente competit. Dat. die, anno, consl. ss.

25. *Ut fabricas publicas serventur.*

Consuetudines et[i] privilegia Romanae civitatis vel publicarum fabricarum reparationi, vel albo Tiberino vel foro aut portui Romano, sive reparationi formarum concessa, servari precipimus: ita videlicet, ut ex hisdem tantummodo titulis, ex quibus delegata fuerunt, praestentur. Dat. die, anno, consl. ss.

26. *Ut per negotiatores coemptiones fiant.*

Super haec cognovimus Calabriae vel Apuliae provinciae possessoribus pro coemptionibus non inferendis superindictitium titulum impositum esse pro unaquaque millena, unde

a) iniunctis *cod.* b) auctoris *cod.* c) his *cod.* d) uratoribus *cod.* e) se, *quod Miraeus habet, a cod. abesse videtur.*
f) etiam uel *Mir.* g) competit petitiones *cod.* h) tutelae *cod.* i) etiam et *Mir.*

coemptiones per negotiatores annis singulis exerceri, in presenti vero negotiatoribus specierum coemptiones recusare temptantes, tam superindictitium titulum, quam coemptionis honus provinciae possessoribus imminere, cum abunde mercatores sint, per quos possit[a] exerceri coemptio: sancimus magnitudinem tuam haec examinantem, si possibile sit, per negotiatores species comparatas inferri, collatores provinciae nullatenus praegravari, cum superindictitio titulo semel eis imposito, coemptionis etiam onus inferre sit impossibile. Dat. die, anno, consl. ss.

27. *Ut qui voluerit ad praesentiam imperatoris navigare, non impediatur.*

Viros etiam gloriosissimos ac magnificos senatores ad nostrum accedere comitatum volentibus sine quocunque impedimento venire concedimus, nemine[b] prohibendi eos habituro licentiam, ne senatoribus nostris vel collatoribus debitus introitus quodammodo videatur excludi. Sed etiam ad Italiam provinciam eundi eis, et ibi quantum voluerint tempus commorandi pro reparandis possessionibus aperimus licentiam, cum dominis absentibus recreari possessiones[c] aut competentem mereri[d] culturam difficile sit.

Que igitur per hanc divinam pragmaticam sanctionem nostra statuit aeternitas, magnitudo tua modis omnibus effectui mancipare observareque procuret, poena decem librarum auri imminente contra temeratores nostrarum iussionum. *Pragmatica*[e] *dat. Id. Aug. Const. imper. dom. nn. Iustiniano pio pp. aug. Anno* 28. *p. c. Basilii v. c. anno* 13. *Narci vr. ill. preposito sacri cubiculi. Antiocho*[f] *vr. magnifico praefecto per Italiam*[g].

II. LEX[h] QUE DATA EST PRO DEBITORIBUS IN ITALIA ET SICILIA.

In nomine domini nostri Iesu christi imperator cesar Flavius Iustinianus Alanicus Gothicus Francicus Germanicus Guandalicus Africanus pius felix inclytus ac[i] tryumphator augustus Narsi Panfronio[k] et senatui. Cum semper decursio barbarici temporis *et*[l] novarum rerum et veteribus[m] legibus occasionem prebeat[n] promulgandis, generalibus hominum difficultatibus communi remedio subvenire necesse est. Universae quidem Italie nos oblatae[o] preces generaliter commoverunt, feneratitiis pecuniis reddendis aliquod iam rennuere postulant*ibus*[p] remedium, ne per communes calamitates et redit*ibus*[q] propriis fraud*e*ntur[r], et debiti inpossibili solutione succumba*nt*[s]. Talibus itaque precibus annuentes, presentem legem sancimus, ut per universam Italiam atque Siciliam pro mutuis pecuniis, que usque ad nuper factam incursionem Francorum data*e*[t] noscuntur, post redditam perfectam pacem Italie expleto quinquennio, tunc aut media pars credite sortis creditoribus offeratur, aut medietas[u] sue substantie. Sic hoc elegerit debitor, offerat creditori usuras videlicet a die[v] crediti usque ad completum quinquennium, *(reliquo ex*[w]*)* istis contractibus omnimodo cessante[x]. Si qua v*e*rum[y] pignora pro debito data per clades Italie perierunt, rei communem eventum tam debitor quam creditor sentiat: ut nec creditor pro mutuis pecuniis convenire[z], nec debitor possit actiones exercere pigneraticias; si vero pignera extant, debite etiam sortis pro integris pignoribus solutio celebretur. Quod si pars pignerum salva inveniatur, pro ratam portionem sortis etiam partem creditor *con*sequatur[a]. Si quis vero actorum pignerum magnitudinem occasione[b] barbarici lucri causa suppremere aut celare voluerit, et hoc a debitore comprobari[c] potuerit, amisso debito pignera reddere compellatur. Hi vero, qui necessitatem debiti facientem beneficia vel usuras[d] in capite debiti redigunt, quod etiam bonis temporibus fieri leges minime patiuntur, per hanc sanctionem huiusmodi fraudentur augment*o*[e], ita videlicet ut quidquid etiam de usuris et beneficiis confert.....

a) possiut *cod.* b) neminem *cod.* c) *verba* aperimus licentiam cum dominis absentibus recreari possessiones *in apographo Haeneliano desiderantur.* d) merere *cod.* e) pragmaticam *cod.* f) anthioco *cod.* g) italia *cod.* h) LX *cod.* i) hac *cod.* k) praefecto praetorio? l) in *cod.* m) adiutricibus? n) praebeant *cod.* o) oblata *cod.* p) postulantes *cod.* q) reditum *cod.* r) fraudetur *cod.* s) solutionem succumbeat *cod.* t) data *cod.* u) medietatis *cod.* v) audiet *cod.* w) *haec supplenda mihi videbantur.* x) cessantem *cod.* y) utrum *cod.* z) conueniri *cod.* *) solatio *cod.* a) creditorem sequatur *cod.* b) occasionem *cod.* c) comprobare *cod.* d) usura *cod.* e) augmentum *cod.*

IN EDICTUM THEODERICI
EIUSQUE APPENDICES
FONTIUM AC VERBORUM INDICES.
I. INDEX LOCORUM IURIS ROMANI, QUORUM IPSA VERBA IN EDICTO REPETUNTUR.

(Quae similitudinis tantum *causa* notanda erant, uncinis inclusa sunt. Litteris *wisig.* ii loci indicantur, qui cum interpretatione Wisigothica magis, quam cum genuino contextu, conveniunt.)

1. Ex Paulli receptarum sententiarum libris.

Lib. I. tit. 12 § 3. . . . . . repeti videtur Edicti cap. 40.
„ II. „ 17 „ 11. . . . . . „ „ „ „ 141.
(„ „ „ 26 „ 11. . . . . . „ „ „ „ 62.)
„ „ „ 31 „ 7. 8. (wisig.) 10 „ „ „ „ 117. 120.
(„ „ „ „ „ 16. . . . . . „ „ „ „ 119.)
„ „ „ „ „ 24. 25 . . . „ „ „ „ 130. 151.
„ „ „ „ „ 30. . . . . . „ „ „ „ 146.
(„ IV. „ 7 „ 2. . . . . . „ „ „ „ 41.)
„ V. „ 1 „ 1. . . . . . „ „ „ „ 94. 95
„ „ „ 5A „ 4. . . . . . „ „ „ „ 131.
„ „ „ „ „ 6 (wisig.) . „ „ „ „ 5.
„ „ „ 12 „ 2. . . . . . „ „ „ „ 33.
„ „ „ 15 „ 5 (wisig.) . „ „ „ „ 42.
„ „ „ 16 „ 3. 7. 9. . . „ „ „ „ 100–102.
„ „ „ 18 „ 2. 1. 4. . . „ „ „ „ 56–58.
„ „ „ 20 „ 2—4. . . . „ „ „ „ 97. 98.
„ „ „ 22 „ 2. . . . . . „ „ „ „ 104.
(„ „ „ 23 „ 11. . . . . . „ „ „ „ 99.)
„ „ „ 25 „ 12. 5. 2 . . „ „ „ „ 89—91
„ „ „ 26 „ 1. . . . . . „ „ „ „ 99.
„ „ „ „ „ 3. . . . . . „ „ „ „ 75.
„ „ „ „ „ 4. . . . . . „ „ „ „ 123. 124
„ „ „ 27 „ 1. . . . . . „ „ „ „ 115.
„ „ „ 30B „ 1. . . . . . „ „ „ „ 83.

2. Ex Paulli libro tertio responsorum.

Fr. 13 Finium regundor. (Dig. 10, 1) . . . cap. 105.
Fr. 49 pr. de iudiciis (Dig. 5, 1) . . . . . „ 139.

3. Ex Ulpiani libris de officio proconsulis.

Lib. II. fr. 1 Quib. ad lib. (Dig. 40, 13) . cap. 82.
Lib. V. fr. 79 pr. de iudiciis (Dig. 5, 1) . „ 74.
Lib. VII. fr. 7 § 4 de accus. (Dig. 48, 2) . „ 103.
Lib. VIII. fr. 1 § 1 de abigeis (Dig. 47, 14) „ 57. 58.

4. Ex Papiniani libro secundo de adulteriis.

Fr. 8 ad legem Iuliam de adulter. (Dig. 48, 5) . cap. 39.

5. Ex Callistrati libro secundo de cognitionibus.

Fr. 31 de re iudicata (Dig. 42, 1) . . . . . cap. 131.

6. Ex Aemilii Macri libro secundo de appellationibus.

Fr. 1 § 3 Quae sententiae sine app. (Dig. 49, 8) cap. 5.

7. Ex codice Gregoriano vel Hermogeniani.

Const. Alexandri Severi a. 224, nunc c. 6 de furtis (6, 2). . . . . cap. 86.
Const. Gordiani, nunc c. 3 ad legem Cornel. de sicariis (Cod. Iust. 9, 16) . . . . „ 15.
Const. Diocletiani et Max. a. 286, in fragmentis codicis Greg. lib. III. tit. 2 c. 4 . . . „ 138.
Eorundem a. 287, const. 6 ad legem Fabiam (Cod. Iust. 9, 20). . . . . „ 87.
Eorundem a. 290, c. 9 de testamentis (Cod. Iust. 6, 23). . . . . „ 28.
Eorundem a. 293, c. 9 de noxalib. act. (Cod. Iust. 3, 41). . . . . cap. 109.
(Eorundem a. 304, c. 10 ad leg. Fabiam (9, 20) „ 81.)
(Eorundem a. incerti, c 20 de locato et conducto (4, 65) . . . . „ 136.)

8. Ex Theodosiano codice.

Lib. II. tit 8 c. 18. . . . . repeti videtur Edicti cap. 154.
„ „ „ 13 c. unica (wisig.) „ „ „ „ 43. 44. 122.
„ „ „ 14 c. un.[1] . . . . „ „ „ „ 46.
(„ „ „ 30 c. 2. . . . . . „ „ „ „ 121.)
(„ „ „ 33 c. 2. 4 (wisig.) „ „ „ „ 134.)
„ III. „ 8 c. incerta a. 380, nunc c. 1 Cod. Iust. de secundis nuptiis (5, 9) et c. 4 ad SC. Tertullianum (6, 56) . . . . „ 37.
„ „ „ 16 c. 1 (wisig.) . . . . „ 54.
„ IV. „ 4 c. 1. 3 (wisig.) . . . . „ 28.
„ „ „ 14 c. un. . . . . „ 12.
„ „ „ 22 c. 3 . . . . „ 10. 11.
„ V. „ 2 c. un. . . . . „ 27.
„ „ „ 3 c. un. . . . . „ 26.
„ „ „ 9 c. incerta, nunc c. 4 Iust. de servis fugitivis (6, 1) . . . . „ 84.
„ „ „ 10 c. un. . . . . „ 65—68.
„ VII. „ 42 c. 2. 24 . . . . „ 112. 113.
„ VIII „ 8 c. 3 (sive 11, 8 c. 18) . . . . . „ 154
„ „ „ 12 c. 1. 8 . . . . „ 51—53.
„ IX. „ 1 c. 10 . . . . „ 103.
„ „ „ 1 c. 11. 19 . . . . „ 13.
„ „ „ 1 c. 15 (wisig.) . . . . „ 14.
„ „ „ 6 c. 3 . . . . „ 48. 49.
„ „ „ 10 c. 4 (wisig.) . . . . „ 77.
„ „ „ 17 c. 6 . . . . „ 111.
„ „ „ 24 c. 1 (wisig.) . . . . „ 17—19.
„ „ „ „ „ 2 . . . . „ 61.
„ „ „ „ „ 3 (wisig.). . . . . „ 20.
„ „ „ 25 c. 1 . . . . „ 61.
„ „ „ 27 c. 2 . . . . „ 3.
„ „ „ 45 c. 1. 5 . . . . „ 70. 71.
„ X. „ 10 c. 2 . . . . „ 35.
„ „ „ „ „ 4 . . . . „ 50.
„ XI. „ 8 c. 1. 3 . . . . „ 149.
„ „ „ 30 c. 42. 22 . . . . „ 55.
„ „ „ 39 c. 12 . . . . „ 132.
„ XII. tit. 6 c. 18 . . . . „ 144.
(„ XVI. tit. 10 c. 6. 23 . . . . „ 108.)

9. Ex novellis legibus post Theodosianum codicem editis.

Novella Theodosii II. a. 439 de paternis bonis, tit. 14 § 4 . . . . cap. 54.
Eiusdem nov. a. 439 de testamentis, tit. 16 . „ 28. 29.
Valentiniani III. nov. a. 451 de colonis vagis, tit. 30 § 5. 2 . . . . „ 64. 68.
Eiusdem nov. a. 452 de episcopali iudicio, tit. 34 § 13. . . . . „ 12.
Maioriani nov. a. 458 de curialibus, tit. 7 § 1. 2[2] „ 69.

1) Hunc locum emendavimus supra p. 156 lin. 53 col. 2.

2) Hanc novellam legem emendavimus supra p. 160 lin. 42 col. 1.

II. INDEX VERBORUM ET RERUM.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

pag. 146 *lin.* 17: quindecim *corrige* tredecim.

pag. 146 *lin.* 21. *Quod diximus, interpretationem Wisigothicam in multis partibus ex alio commentario haustam esse, qui Burgundionibus pariter atque Ostrogothis iam ante annum* 506. *praesto fuerat, id inter alia ipsa etiam interpretatio ad c.* 2 *Theod. Cod. de dotibus* (3, 13) *probare videtur, ubi Paulli responsa sub titulo de Re uxoria, librum ab Alariciana iurisprudentia prorsus alienum, allegari videmus.*

pag. 146 *lin.* 46 *col.* 2 *adde:* 18, *dele:* 26. 27. 152.

pag. 147 *lin.* 15. *Rarissima sunt Edicti vestigia in aliis iuris libris apparentia. Nam praeter ea, quae ad cap.* 15. 16. *Edicti notavimus de suspecta codicis Iustinianei lege* (*c.* 3. *ad leg. Cornel. de sicariis* 9, 16) *Iulianique libris mss. et canonum collectione Anselmo dedicata, nunc Haenelii beneficio id etiam compertum habemus: in codice Iuliani legisque Romanae Utinensi pag.* 226 *col.* 1 *lin.* 8—18 *repetita inveniri Edicti capita* 85—87, *hac sola notabili scripturae varietate, quod pro* susceperunt *legitur* susceperint. *Cfr. quae ab ipso Haenelio referuntur in actis societatis litterarum Saxonicae a.* 1852 *pag.* 80.

pag. 155 *lin.* 25 *col.* 1: Theodosium *corrige* Theodericum.

REMEDII CURIENSIS EPISCOPI CAPITULA.

EDIDIT GUSTAVUS HAENEL
I. U. D. ANTECESSOR LIPSIENSIS.

Invenit haec Capitula Haenel in codice 722, *olim D.* 84, *bibliothecae Capituli S. Galli (cf. Haenel, Lex Romana Visigothorum, Lipsiae* 1849, 4. *pag. LXXXIV), ubi fol.* 124—128 *Legi Romanae Curiensi sive Epitomae Legis Romanae Utinensi a Canciano editae adscripta sunt appendicis quasi loco. Divulgavit ea Haenel primum in Richteri Annalibus Criticis Iurisprudentiae German. Lipsiae* 1833. *Tom. III. pag.* 583—586, *deinde in Lege Romana Visigothorum cit. pag.* 455 *sq. Tertiam editionem nonnullis in locis ad codicem emendatam et annotationibus instructam curavit Wyss (Archiv für Schweizerische Geschichte Tom. VII. Turici* 1851. 8. *pag.* 212—227*). Wyssii editionem repetiit, sed non omnino accurate Conradinus de Mohr (Codex Diplomaticus s. Sammlung der Urkunden zur Geschichte Cur-Rätiens etc. Chur* 1851. *Tom. I. pag.* 278—282*) adiectis paucis notulis; nuperrime denique ea protulit P. C. Planta (Das alte Raetien, Berlin* 1872, *pag.* 449—452*), qui videtur Mohrii editionem reddidisse, quae a nobis quoque adhibita est, postquam eam ad preces Haenelii contulit cum codice vir humanissimus de Gonzenbach, tabularii Sangallensis praepositus doctissimus, non sine fructu; nonnulli enim errores apud Wyssium, ideoque apud Mohrium quoque et apud Plantam occurrentes*[1] *sublati sunt. Praeterea disseruerunt de his Capitulis Wyss l. c. pag.* 205—211, *Otto Stobbe in Dissertatione De Lege Romana Utinensi, Regimonti Prussorum* 1853. 8. *pag.* 24—27 *et in praeclaro, quem scripsit, libro: Geschichte der Deutschen Rechtsquellen. Erste Abtheil. Braunschweig* 1860. *pag.* 206—208 *et inprimis Planta l. c. pag.* 309—327, *qui magni momenti esse haec capitula ad illustrandam historiam Curiensis quondam Raetiae demonstravit, praeeunte Wyssio. Distincta sunt in codice rubris, non numeris, quos Wyss de suo adiecit; duodecim autem sunt, in quibus constituitur de delictis ecclesiasticis deque criminibus gravioribus. Barbaro sermone et hominum ordinumque, qui commemorantur, appellationibus (Haenel, Lex Romana cit. pag. XXXIX) concinunt cum Lege Romana Utinensi, ut ab eodem homine ea concepta credideris, qui illam scripserit. Verum a quonam homine, id nonnisi coniectura assequi possumus, nam praeter verba* Incipiunt Capitula *nec vola nec vestigium est inscriptionis, deest etiam subscriptio. Attamen bis commemoratur* dominus Remedius episcopus *(cap. de dominicis diebus:* domno Remedio innotescere

1) Vid. infra pag. 182. not. *e. f.* pag. 183. not. *a. g.* pag. 184. not. *b.*

festinet *et cap. de homicidio:* Ut nullus de Romanis hominibus qui ad dominum Remedium episcopum pertinent); *bis quoque provocatur ad* legem nostram (*cap. de furto:* secundum quod in lege nostra scriptum est *et cap. de falso testimonio:* fiat secundum legem nostram condemnatus), *quae ad praecedentem*
5 *in codice Legem Romanam Curiensem sub episcopatu Remedii factam pertinere probabile est. (Haenel, Lex Romana Visigoth. cit. pag. XXXIX et Stobbe, Geschichte cit. pag.* 206.) *Eo quoque faciunt verba capituli de dominicis diebus:* presbyter, qui in ipsa valle fuerit, *in montuosa igitur regione, qualis ea est, quae antiquitus pagus Curwala sive Curavala, Curia vocabatur. Quae quum*
10 *ita sint, Wyss, Stobbe et Planta haec capitula a Remedio, intra annos* 800—820 *episcopo Curiensi, proficisci existimant; existimant autem a Remedio ante annum* 806 *concepta esse adhibitis iudicibus, senioribus, ministerialibus, clericis atque patrianis, et hoc quidem, quia Remedius non directe sed in tertia persona praeter illos homines commemoratur, illud propter crimina, de quibus*
15 *agitur; Carolum enim M. transtulisse criminum cognitionem ab episcopis ad comites, Hunfridum autem comitem Curiae commemorari anno* 806, *dum Remedium episcopum adhuc de criminibus cognovisse ex his capitulis intelligatur.*

Ex quo fonte capitula hausta sint, liquido non constat, nam quamquam
20 legem nostram *ad Legem Romanam Curiensem referendam esse supra diximus, tamen id de omnibus capitibus propter argumenti differentiam dubitari potest, nec ex verbis primi cap.:* de hac enim culpa ista can. V. statuimus disciplina *certi quicquam derivari potest, praesertim quum de collectione canonum, quae Remedio tribuitur, iuris canonici periti non conveniant (Haenel, Lex Ro-*
25 *mana Visigoth. cit. pag. XXXIX not.* 171*; Richter, Lehrbuch des Kirchenrechts ed. Dove, Leipzig* 1867. 8. *§.* 39, *pag.* 125, *not.* 31*), *praeterea autem quaecunque de diebus dominicis in veteribus legibus, inprimis in amplissimo capitular. a.* 789. *cap.* 79 *statuta sunt, quam maxime differant a capitulo primo et verborum conceptione et operarum enumeratione. Quibus ex causis*
30 *videtur praeter Legem Romanam Curiensem consuetudinum quoque Raetiae Curiensis in componendis capitibus ratio habita esse, fortasse etiam Langobardorum legum. Nec minus ambigitur de hominibus, quibus haec capitula data sunt. Etenim Wyss pag.* 206. *cui assentitur Planta pag.* 310, *inductus primis capituli de homicidio verbis:* Ut nullus de Romanis hominibus qui ad
35 dominum Remedium episcopum pertinent, *iis, qui natione Romani secundum ius Romanum in terra Curiensi vivebant, ea data esse existimat, Stobbe contra (Diss. cit. pag.* 25 *et Geschichte pag.* 207) *omnibus Raetis, qui ad dominum Remedium pertinuerint, et comprehendere ius pagi sive territoriale ad supplendam Legem Alamannorum et inhabilem Legem Curiensem constitutum.*
40 *Controversiam magis coniecturarum probabilitate quam argumentorum certitudine decidendam in medio relinquimus.*

INCIPIUNT CAPITULA.

De dominicis diebus et reliquis festivitatibus sanctorum.
De maleficia vel sacrilegia.
45 *De homicidio.*
De periurio.
De inlicita coniugia.
De rapto.
De adulterio.

De violentia.
De falso testimonio.
De furto.
De rixa.
De reclamaciones pauperum vel oppresiones.

Ut dominicis diebus, sicut cannones continentur, cum omne devotione observentur, nullus nisi quod ad nitorem domus vel victui diei illo pertenuerit facere praesumat. Quod si quis fecerit, ab scultaizio sive maiore, qui locello illo praefuerit, emendatus fiat taliter, ut omnes res illas, quae operatae fiunt, una cum presbytero plebis illius pauperibus distribuantur. Quod si qui boves iuncxerint, ipsos boves pauperibus dentur. De hac enim culpa ista can. V. statuimus disciplina. Quia quantum quis[a] in hanc perseveraverit ignavia, tantum amplius sustentantur pauperum inopia. Quod si scultaizius vel maior, qui loco illo praefuerit, emendare neglexerit[b], presbyter, qui in ipsa valle fuerit, excommunicatus sit, quam cito potuerit, domno Remedio innotiscere festinet. Et presbyter iam dictus omne dominico venture sollemnitate[c] populo adnuntiet, ut sciant omnes, quale feria, et si usque vesperum sive etiam usque missas debeant celebrare. De opera vero, quae abstinere decrevimus, iste sunt: arare, secare, excutere, vannare[2], vineam facere, roncale[d], sepe, nogarios battere, lovolone[3] collegere, lavandarias cosire[4], cerbisa facere, falce batere[5], fabricare vel aliut magisterium facere et reliqua horum similia.

De maleficiis vel sacrilegia. Ut si maleficus vel sacrilegus in populo inventus fuerit, primum scalvetur[6], mittatur pice capiti eius, ponatur super asinum et batendo ducatur circiter per vicos. Si secundo hoc fecerit, excidatur ei linguam et nasum. Si usque tercio perpetraverit, in potestate stet iudicum et laicorum.

De homicidio. Ut nullus de Romanis hominibus, qui ad domnum Remedium episcopum pertinent, ausus sit unus alium occidere. Si quis fecerit, condemnetur. Si casu quis per rixa aut per aliqua contentione, quod de ante habuerunt, pares alterum occiderit, causa rei inquiratur a iudicibus et secundum culpa emendetur. Quod si quis nulla ex causa nisi per odii fomitem vel per invidia alium occiderit, prima vice conponat, secunda exorbetur. Quod si evenet causa, que a domno episcopo vel a iudicibus potestate accipiat oculos suos redimere et post hanc consecutam misericordia tercio perpetraverit homicidium, potestas iudicum et laicorum sit de eo, qualiter puniatur. Si quem de senioribus quinque ministribus occiderit, id sunt camararius, butiglarius, senescalcus, iudicem publicum, comestabulum, qui de hos quinque occiderit, de qualecumque linia fuerit, ad CXX solidos fiat reconpensatus. Qui scultaizium aut reliquum capitanium ministerialem occiderit, inquiratur, de quale linia fuit et ita conpositus fiat; si ingenuus fuit, fiat conpositus ad CXX solidos, si autem servus fuit, fiat conpositus ad solidos XC. Si vasallus domnicus de casa sine ministerio aut iunior in ministerio fuit, et domnus eum[e] honoratum habuit, si ingenuus fuit, fiat conpositus ad solidos XC, si servus ad LX. Item de patrianos qui ingenuum hoc modo occiderit[f], LX solidos conponat, qui libertum XL, qui servum XXX. Quod si quis in civitate[7] aut castello aut in aliqua curte[g], ubi domnus ipse fuerit, homocidium fecerit, componat, quem occidit, hoc modo, sicut superius eum conscripsimus, et propter quod infra castellum vel curte hoc fecerit, ubi domnus ipse fuerit, addat in domnica sol. LX. Si quis spatam traxerit in domnica casa, hora, qua ipse domnus episcopus ibi fuerit, abscidatur ei ipsa manus; quod si in alio loco traxerit, et non fuerit in presencia domni, sed tamen, quia ipse domnus in civitate vel curte illa fuerit, fiat battutus[8]. Hoc

a) *H*(aenel), *W*(yss), *M*(ohr), *P*(lanta) *om.* quis. b) *aut addendum est* nisi *post* excommunicatus sit, *aut sec. W. not.* 6. *pag.* 219 *transpositis vv. legendum:* emendare neglexerit, excommunicatus sit; presbyter. c) *leg.* sollemnitate. *Ita P. ed.* d) *H. err. typ.* rancale. *Germanice* Reute, Rode, ausroden. *Cf. Du-Cange, Glossarium v.* Runcalis, Runcare *s.* Roncare. e) *W. M.* cum. *Apud M. P. numerus LX ita typis expressus est, ut non multum absit, quin confundatur cum IX.* f) *W. M. P.* occident. g) *M. P.* curti.

2) i. e. frumentum vanno cernere aut cribrare. 3) vox incerta, sec. W. tamen perspicue ita scripta in codice. Planta l. c. pag. 326 interpretatur *Haselnüsse*, latine *avellanae* (nuces); similiter italice *avellane*. 4) i. e. lavandriam sarcire, *Wäsche flicken*. 5) i. e. falcem malleo tundere, *die Sense tengeln*. 6) W., not. 9 em. *calvetur*, sine necessitate; *scalv* pro *calcus* nostra adhuc aetate dicitur in lingua Romana Raetiae. Infra cap. de periurio: *decalvatus* et Liutprand (Lib. Papiens.) c. 79 *decalvetur*. 7) scil. Curiae sec. W., recte. 8) W. conferri vult cum his vv. Leg. Alam. tit. 29, 1; Baiuv. tit. 2, c. 11; L. Langob. ed. Roth. c. 36—38.

tamen statuimus, ut omnes has dictas iurgias a iudicibus prumtissime inquirantur[a], considerantes culpam atque personam et omnem eventionem rei.

De periurio. Si quis in periurio cupiditatis aut infidelitatis quis inventus fuerit, primum fiat battutus et decalvatus missa pice. Si secundo hoc fecerit, vapulet, notetur eum in 5 fronte cum calido ferro et recludatur in carcere, quamdiu placuerit senioribus, et deinceps non recipiatur eum in testimonio. Si tertio perpetraverit, potestas de eo sit iudicum et laicorum. Si quis de supradictos istos periurios[b] super alium voluerit mittere et non potuerit adprobare, si servus fuerit, componat sol. VIII, si libertus X, si ingenuus XV. Hoc illi inferat, cui periurium supermittere voluit.

10 *De inlicita coniugia.* Ut nulli inlicitam liceat habere uxorem. Si quis reclamaverit, quod vim accepisset uxorem aut illa virum, si infra XV diebus reclamaverit, in sua maneat potestate, nubat cui vult tantum in domno[c]. Si autem transactis in coniugio XV diebus aut noctibus et nulli suam adnotaverit violentiam, non querat solutionem, habeat cui se coniunxit, adtestante Paulo apostolo, qui ait: *Alligatus es uxori, noli querere solutionem.* 15 Quindecim enim hos proposuimus dies, eo[d] quod per experimentum didicimus, parentum stulticia ante maturitatis sue tempore suasionibus atque terroribus coniungere non illorum consentiente expontanitatem, et hoc statuimus, ut nullus ante XII annos pueros copulare ausus sit.

De rapto. Si quis puellam rapuerit, si liber liberam rapuerit, conponat cui nocuit 20 sol. LX, si servus ancillam, conponat sol. XXX, si servus liberam, LX conponat solidos, et rapta reddatur. Et si liber ancillam, serviat cum ipsa, si eam voluerit; quod si dixerit, quod eam nescisset esse ancillam, et cum lege potuerit facere, permaneat liber, tamen soluto precio, id est sol. LX.

De adulterio. Si quis adulterium fecerit, qui adhuc non est in matrimonio, cum illa, 25 qui virum non habet, fiat battutus aut conponat sol. XII. Si secundo hoc fecerit, vapulet et recludatur in carcere, quamdiu placuerit senioribus. Si tertio hoc perpetraverit, vapulet, recludatur in carcere et XII conponat sol. Si ipsam voluerit, accipiat eam uxorem. Si quis uxorem habens adulteraverit[e] cum illa, qui virum non habet, prima vice vapulet[f] et conponat sol. XII. Si secundo hoc fecerit, vapulet et recludatur in carcere et conponat 30 sol. XII. Si tertio hoc fecerit, vapulet similiter et in carcere recludatur et XVIII conponat solidos.

De violencia. Si quis sanctimonialem aud virginem Deo sacratam violaverit seu viduam aut alterius uxorem, conponat sol. LX. Simili modo de hoc scelere faciant sive servi sive liberi. Si autem fuerit cum consensu, liber conponat sol. XXIIII, servus XII, et si servus 35 cum libera XII, et si liber cum ancilla similiter. Si secundo hoc fecerit, vapulet et conponat sicut supra scriptum est. Si tertio, vapulet et in carcere recludatur et conponat quod superius diximus. Si quis uxorem alterius transtulerit liber libero, LX conponat sol., servus servo XXIIII, si servus libero XXX, similiter et liber servo. Et si iuratum ex ipsis quis domino habuit et fugire cum illa voluit[g], si deprehensus fuerit, fiat ei[h] sicut fieri debet qui per-40 iuravit soluto precio. Si secundo hoc fecerit, idem et de fugire et de alterius uxorem conponat sicut prius, et fiat battutus et missus in carcere; quod si uxorem aliam non habuit, castretur. Si tertio hoc perpetraverit, potestas iudicum et laicorum sit de eo tam viri quam femine. Qui supradictas adulteraciones faciunt, equali subiaceant sententiam propter[i] forcia virorum.

45 *De furto.* Si quis furtum fecerit, secundum quod in lege nostra[9] scriptum est, ita omnia solvat ad integrum.

De falso testimonio[10]. Si quis testimonium falsum dixerit, quia omnes fratres sumus

a) *W. M. P.* inquirentur. b) *H. W. M. P.* perjuros. c) *W. M. P.* domino. d) *W. M. P.* et quod. e) *M. P.* adulteravit. f) *M. P.* vapulet et recludatur in carcere et componat, *false.* g) *W. M. P.* voluerit. h) *H. W. M. P.* et. 50 i) *cod.* p̄i.

9) Wyss et Stobbe conferre iubent Leg. Rom. Cur. Paul. II, 32 (potius II, 28). 10) Falsum testimonium interpretantur W. et Stobbe falsam accusationem, calumniam, propter Leg. Rom. Cur. C. Th. IX, 1. 3 55 et 8, et IX, 15, 2. Octavus quoque titulus Legis Dei s. Leg. Mosaic. et Romanar. Collationis inscriptus est *De falso testimonio,* quapropter videtur Rudorff (Legum saecularium Constantini, Theodosii, Leonis capita, Berolini 1868. 4, pag. 107 censere, haec capita derivata esse ex Lege Dei.

in Christo, fiat secundum legem nostram condemnatus, sicut fieri debuit illi, quem nocere voluit[11].

De rixa. Si quis alteri criminosum verbum dixerit in rixa, aut ei probet, quod verum dixisset, aut iuratus faciat, quod per iram dixisset, et verum illum non sciat, et post tale sacramentum fiat battutus aut redemat suum dossum ad VI solidos. Si pagare volunt de 5 suo gradu potestatem habeant. Quod si de infidelitate aut de homicidium dictum fuit, non eis liceat obmutiscere sed inquiratur prumptissime.

De oppressione pauperum et reclamaciones. Ut nullus ausus sit in ambacto suo pauperum oppressiones exercere vel malo ordine de qualecumque rem distringere aut inquietare. Quod si quis fecerit, pauper ille licentiam habeat ad domnum venire et suam inquie- 10 tudinem reclamare et dicere. Quod si quis fuerit, qui eum prohibeat ad domnum venire, conponat sol. III. Et unusquisque in ambacto suo omnes iusticias facere et omnes malicicias[a] emendare non neglegat, set utiliter decertet. Quod si non fecerit, fiat degradatus de suo ministerio et in illius locum alterum constituatur. Maiores vero culpas senioribus iudicibus praesententur, ut omnes adventiones rei[b] a senioribus iudicibus prumptissime 15 inquirantur considerantes culpam atque persona, quo orta vel gesta fuerit, et secundum illorum consideratione omnia definiantur, ne aliquis sine culpa condemnetur. Statuimus enim, ut omnis presbyter habeat brevem istum semper haput se, et in unoquoque mense duas vices[12] legat eum coram omni populo et explanet eum illis, que illi bene possint intellegere, unde se debeant emendare vel custodire. 20

a) *P.* malicias b) *totum versum* senioribus iudicibus p̄sententur, ut omnes adventiones rei *om. W. M. P.*

11) Eandem regulam inveniri in aliis legibus Germanorum dicit Stobbe Diss. cit. pag. 25, not. 3, ut puta in L. Baiuvar. VIII, 17, 1; L. Wisigoth. VI, 1, 2 et VII, 1, 1; L. Burg. praef.; Form. Sirmond. 29.

12) Nota quae sequuntur de bina in unoquoque mense lectione et explanatione brevis per presbyterum coram populo. 25

ADDENDUM.

Sanctionem Pragmaticam a Bluhmio iam ante quinque annos editam non esse legem Iustiniani, sed Epitomen septem nisi plurium legum de reformando statu Italiae a Iustiniano promulgatarum et primum quidem a Miraeo inscriptam „Pragmatica Sanctio Iustiniani", demonstravit Haenel ed. Iuliani Epitome Latina Novellarum Iustiniani. Lipsiae 1873. 4. p. XLVII sq. et p. 185 sqq.), assentiente Bluhmio in epistola d. VII. mens. Aug. a. 1873 ad Haenelium data.

CORRIGENDUM.

Pag. 182 lin. 16 scrib. *lollemnitate* quod codex habet.

LEX RIBUARIA

EX EDITIONE RUDOLPHI SOHM.

CAPUT I.
DE HISTORIA LEGIS RIBUARIAE.

5 §. 1.
Introductio.

Lex Ribuaria, quae etiam Lex Riboaria, Lex Ripuaria, Lex Ribuariorum, Lex Ripuariorum, Lex Ribuariensis, Lex Ripuarianensis *in codicibus manuscriptis appellatur*[1], *Francis Ribuariis scripta est. Provincia Ribuaria, ducatus,* 10 *pagus Ribuarius saepius in lege ipsa commemorantur*[2]. *De historia autem legis Ribuariae praeter ipsius legis contextum nihil, quod fide dignum sit, traditum est. Constat enim, ea quae in prologo legis Baiuwariorum de origine legum Ribuariorum, Alamannorum, Baiuwariorum traduntur, a veritate longe abhorrere*[3]. *Historia igitur legis Ribuariae ex ipsa sola lege haurienda est.* 15 *Quam viam disquisitionis primus omnium ingressus est vir clarissimus Rogge libello, cui titulus est: Observationes de peculiari Legis Ripuariae cum Salica nexu, Regiomonti Borussorum* 1823. *Post eum alii auctores de lege nostra tractaverunt: Eichhorn, 'Deutsche Rechtsgeschichte' I, §.* 38. *Gaupp, 'Das alte Gesetz der Thüringer' p.* 225—233. *Gengler, 'Deutsche Rechtsgeschichte' §.* 25. 20 *G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' II (ed.* 3. 1882*), p.* 113—115. *Zöpfl, 'Deutsche Rechtsgeschichte' §.* 5. *v. Daniels, 'Rechtsgeschichte' I, p.* 245 *sqq. v. Schulte, 'Deutsche Rechtsgeschichte' §.* 28. *Stobbe, 'Geschichte der deutschen Rechtsquellen' I, §.* 4. *v. Bethmann-Hollweg, 'Der germanisch-romanische Civilprocess im Mittelalter' I, p.* 450—452. 490. *Sohm in 'Zeitschrift für Rechts-* 25 *geschichte' V, p.* 380 *sqq.*

§. 2.
De partibus legis Ribuariae.

In historia legis Ribuariae enarranda pro fundamento habenda nobis est ratio, quae inter eam et legem Salicam intercedit. Alio enim modo aliae par- 30 *tes legis Ribuariae cum lege Salica connexae sunt. Distinguimus enim:*

I. primam partem legis Ribuariae, quae titulos 1—31 *(textus A) comprehendit. Quae pars legis Ribuariae de vetere iure Ribuariorum, imprimis de numero solidorum pro compositione solvendorum tradit. Pleraeque autem compositiones a compositionibus legis Salicae differunt. Neque res ipsa, neque*

35 1) Cf. quae infra congessi not. a in exordio legis Ribuariae. Capitularia Regum Francorum denuo edidit Alfr. Boretius, Legum sectio II, tom. I, pars prior (1881), p. 117. 2) Provincia Ribuaria tit. 31, c. 5, tit. 88; ducatus tit. 30, c. 2, tit. 33, c. 1; 40 pagus Ribuarius tit. 31, c. 3. — De pago Ribuario cfr. R. Schröder, 'Die Franken und ihr Recht (Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte II, Germ. Abtheil.', 1881) p. 45—47. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' II (ed. 3, 1882), p. 36, not. 3. 3) Cfr. Merkel, Monum. Legg. III, p. 9. 10; 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' V, p. 381. 382.

verba ex lege Salica deprompta sunt[4]. *Haec igitur pars legis Ribuariae cum lege Salica nihil commune habet;*

II. secundam partem legis Ribuariae, quae titulos 32—64. *complectitur. Qua in parte res longe aliter se habet. Neque enim solum plerique tituli e lege Salica derivati sunt, sed, id quod maximi momenti est, ordo quoque, quem tituli sequuntur, ratioque, qua materia legum disposita atque enarrata est, legem Salicam imitatur. Incipit auctor partis secundae a primo titulo legis Salicae* de mannire *(= tit.* 32. *legis Rib.), ut, titulis legis Salicae (secundum textum antiquum* 65 *titulorum) omissis modo, modo imitatione expressis, legem Ribuariam eam scribat, quae legis Salicae filia vocari possit. Neque tam singula verba, quam totum contextum et ordinem legis Salicae exprimere, curae ei fuit. Ideo iis sanctionibus, quas e lege Salica deprompsit, alias addidit, quae, quamquam in lege Salica non inveniuntur, tamen eis rebus connexae sunt, quas tituli e lege Salica derivati tractaverunt. Conferantur exempli gratia tituli* 32. 33, *ubi auctor noster sanctioni legis Salicae de manniendo multas alias sanctiones de iterata ac frustrata mannitione et de intertiando (i. e. de modo, quo alienae rei possessor a domino ad iudicium trahatur) addidit*[5].

Neque vero sola ratione scribendi, sed etiam re ipsa secunda pars legis Ribuariae a prima parte abhorret. In compositionibus enim secundae partis non veteres numeri solidorum, quos prima pars legis Ribuariae exhibet, sed fere semper compositiones legis Salicae observantur[6]. *Secunda igitur pars legis Ribuariae corpus iuris Ribuarii dici potest in formam iuris Salici redacti.*

De peculiari modo, quo numeri solidorum in secunda parte legis exprimuntur, infra §. 3. *tractandum est. Satis enim iam apparet, titulos* 32—64. *legis Ribuariae a primis titulis* 1—31. *discernendos esse.*

III. Tertiam partem legis Ribuariae efficiunt tituli 65—79, *quibus de variis materiis, imprimis de iure publico et de modo procedendi agitur, nulla ratione legis Salicae habita.*

IV. Quarta pars e titulis 80—89. *constat maxima ex parte (tit.* 80. 82. 83. 84. 85. 86*) e lege Salica depromptis. Qua in parte cum nonnulli ex iis titulis legis Salicae, quos auctor secundae partis iam imitatus erat, eo consilio retractentur, ut ius secundae partis tollatur*[7], *luce clarius est, hanc quartam partem cum secunda parte non cohaerere, sed posteriore tempore additam esse.*

§. 3.

De secunda parte legis Ribuariae.

Ac primum quidem de secunda parte legis Ribuariae fusius tractandum est.

Non solum singularis ratio, quae inter legem Salicam et secundam partem nostram intercedit (cfr. §. 2*), sed, ut nunc ex editione nostra apparet, peculiaris quoque modus, quo numeri solidorum exprimuntur, secundam partem legis Ribuariae a reliquis partibus seiungit.*

Prima enim et tertia et quarta pars legis Ribuariae (titt. 1—31. 65—89*), ad solidorum numerum exprimendum fere semper numeris cardinalibus utuntur,*

4) Solus fortasse tit. 15. eximendus est, ubi verba legis Ribuariae: *Si quis ingenuus ingenuum Ribuarium interficerit et eum cum ramo aut callis vel in pucio seu in aqua quocumque libet loco celari voluerit* cum verbis legis Salicae: *Sive eos in puteum aut in aqua miserit — si vero eos de callis aut de rama cooperuerit* (cfr. infra tit. 15, not. 21) cohaerere videntur. — De differentia, quae inter legem Salicam et primam partem legis Ribuariae extat, fusius disserui 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' V, p. 391. 393 sqq.

5) Fusius de hac re disserui l. l. p. 384 sqq.

6) Cfr. l. l. V, p. 397 sqq.

7) Cfr. Lex Rib. tit. 84. cum tit. 51, c. 1; tit. 85, c. 1. cum tit. 54; 'Zeitschr. f. Rechtsgesch.' V, p. 453.

qui in codicibus manuscriptis non verbis, sed signis exprimi solent. Velut tit. 7 *legimus:*

Si quis homo ingenuum Ribuarium interfecerit, CC solidos culpabilis iudicetur.

5 *Bis in tota prima parte occurrit alia forma dicendi:*

Si quis ingenuus ingenuum percusserit, ut sanguis exiat, terra tangat, bis novem[8] solidos culp. iud. *(tit.* 2*).*

Similiter tit. 26*:*

bis 9 solidos dominus eius culpabilis iudicetur.

10 *Semel etiam in tertia parte dicitur:*

bis novem solidos culpabilis iudicetur *(tit.* 68, *c.* 4*).*

In secunda autem parte legis Ribuariae numeri solidorum persaepe numeris distributivis, et semper fere duplicationibus aut triplicationibus numerorum distributivorum exprimuntur. Velut tit. 34, *c.* 1. *legimus:*

15 Si quis ingenuus ingenuam rabuerit, bis centenos solidos noxius iudicetur. Quod si tres inienui cum ipso fuerint, unusquisque eorum bis trigenus solidus noxii iudicentur. Et quanti super illos 4 fuerint, unusquisque ter quinus solidus noxius iudicetur. *c.* 2*:* bis quinquagenus solidus. *c.* 3*:* trigenus solidus.

20 *Eadem forma dicendi occurrit tit.* 35, *c.* 1*; tit.* 36, *c.* 3—5. 8—10*; tit.* 47, *c.* 3*; tit.* 50, *c.* 2*; tit.* 51, *c.* 1. 2*; tit.* 52*; tit.* 53, *c.* 1. 2*; tit.* 54, *c.* 1. 2*; tit.* 55*; tit.* 58, *c.* 6*; tit.* 64. *Numeri cardinales, non verbis sed signis expressi, inveniuntur tit.* 32, *c.* 1—3*; tit.* 35, *c.* 2[9]*; tit.* 36, *c.* 1.[10] 7. 8[11]*; tit.* 38*; tit.* 39*; tit.* 40*; tit.* 41, *c.* 1*; tit.* 42, *c.* 1—3*; tit.* 43*; tit.* 44*; tit.* 45*; tit.* 64[12].

25 *Qua in re animadvertendum est, numeros solidorum a librariis saepe ad arbitrium tractatos esse*[13]. *Commodius enim videbatur librariis, qui codices nostros exarabant, brevibus signis numeros notare, quam numeros distributivos cum duplicationibus aut triplicationibus litteris perscribere. Littera vulgata numeros distributivos cum multiplicationibus penitus delevit signaque numerorum cardinalium loco eorum posuit*[14]. *Quae mutatio genuinae litterae iam ab optimis codicibus iis, ex quibus textum A edidi (saeculis VIII—X. exaratis), initium cepit. Alii codices textus A saepius, alii rarius signis numerorum cardinalium utuntur, ut ex variis lectionibus in editione nostra collectis colligi potest. Quo factum est, ut in secunda quoque parte legis Ribuariae, si formam* 35 *a codicibus nostris manuscriptis traditam spectamus, saepius numeri cardinales signis expressi occurrant. Coniicere tamen licet, olim secundae partis auctorem semper aut fere semper numeris distributivis iisque multiplicatis usum esse, quo solemnius et gravius oratio sua procederet. Antiquitati enim illi conveniebat, etiam in numero solidorum simplicitate vitata solemnitatem* 40 *quandam appetere. Utque lex Salica prohibet, quominus in mallobergo de ducentis aut de quindecim solidis agatur (oportet enim, ut de* leude *aut de* leudardi *actio inferatur)*[15], *ita auctori nostro magis e re esse videbatur, de* ter quinis solidis *quam de quindecim solidis loqui.*

8) Cod. 4 praebet: *bis novenos.* 9) Tit. 35, c. 3. 45 legitur: *bis* 30 *solidos.* 10) Tit. 36, c. 2. legitur: *bis* 80 *solidis.* 11) In codicibus tamen 4. 5. 8. 10 (textus A) numeri distributivi inveniuntur, cfr. infra not. k. l. ad tit. 36. 12) Cur tituli 57—62. hic omittantur, infra §. 5. apparebit. 13) Conferantur 50 exempli gratia nott. k. l ad tit. 36 (textus A). 14) Codex tamen B 8, qui litteram vulgatam exhibet, interdum numeros distributivos servavit, cfr. not. d ad tit. 38, c. 4, not. b ad tit. 38, c. 5, not. b ad tit. 38, c. 8, not. a ad tit. 36, tit. 38, c. 10 (text. B). 15) Cfr. Sohm, ‘Fränkische Reichs- und Gerichtsverfassung’ p. 567. 568.

Sed, utcumque haec res se habet, luce clarius est, numeros distributivos in sola parte secunda legis Ribuariae (tit. 32—64*), non in reliquis partibus occurrere. Tituli igitur* 32—64. *non solum propter eam rationem, quae inter ipsos et legem Salicam extat (§.* 2*), sed etiam propter singularem formam dicendi a reliquis titulis legis Ribuariae discernendi sunt.*

Ex iis, quae dicta sunt, aliis quoque quaestionibus ad secundam partem legis Ribuariae pertinentibus lux afferri potest; de quibus in sequentibus paragraphis nobis est tractandum.

§. 4.
De titulo 36. *legis Ribuariae.*

Titulus 36. *legis Ribuariae, qui de weregeldo advenarum et clericorum, de interfectione feminae gravidae et de solutione weregeldi tractat, postea additus esse olim mihi videbatur*[16]. *Nunc autem in contrarium me vocant argumenta, quae vir doctissimus E. Loening attulit*[17]. *Clerico enim ingenuo tit.* 36, *c.* 5. *weregeldum centum solidorum, i. e. weregeldum ingenui Romani, tribuitur. Quae sanctio legis prioribus tantum temporibus aetatis Merovingicae congrua est, i. e. iis temporibus, quibus in pago Ribuario clerici fere omnes, cum Romani essent, secundum legem Romanam vivebant. Postea, cum Franci permulti in clerum assumpti essent, res aliter se habebat. Quam ob rem littera vulgata capite nostro mutato, clerico ingenuo weregeldum ducentorum solidorum, i. e. Franci ingenui, tribuit. In sextum igitur potius quam in octavum saeculum caput* 5. *tituli nostri cadere videtur*[18].

Neque minus magni momenti mihi videtur esse, quod in titulo 36, *c.* 1—10. *fere semper numerus solidorum numeris distributivis multiplicatis exprimitur. Legimus c.* 3*:* bis quinquagenus solidus, *c.* 4*:* bis octuagenus solidus, *c.* 5*:* bis quinquagenus solidus, *c.* 8*:* ter ducenus solidus, *c.* 9*:* ter tricenus solidus, *c.* 10*:* bis quinquagenus solidus, septingenus solidus. *Similiter c.* 2*:* bis 80 solidis.

Weregeldum, quod c. 7. 8 *subdiacono et diacono tribuitur,* 300 *et* 400 *solidorum, fortasse genuino textui legis alienum erat. Habet enim codex* 4 *(Monacensis), optimae notae, c.* 8*:* ter centenos solidos *(loco* 400 *solidorum, qui diacono tribuuntur); c.* 7 *coniicere possumus, codicem Monacensem:* bis centenos *praebuisse (loco* 300 *solidorum)*[19]. *Videtur igitur in his quoque duobus capitibus textus genuinus numeros distributivos habuisse.*

Quae cum ita sint, comprobatum esse mihi videtur: 1) *capita* 1—10. *tituli* 36. *arctiore quodam inter se cohaerere connexu,* 2) *capita* 1—10. *tituli* 36. *ab eodem auctore composita esse, qui etiam secundam partem legis Ribuariae conscripsit.*

Unum huic sententiae obstat quod capite 4. *tituli nostri Frisioni advenae weregeldum* 160 *solidorum tribuitur. Secundum opinionem viri in iure Frisionum doctissimi v. Richthofen weregeldum* 160 *solidorum Frisioni ingenuo ne octavo quidem saeculo competebat, cum additio sapientum, quae* 160 *solidorum weregeldum statuit (triplicatum weregeldum iuris antiquissimi Frisici) anno demum* 802. *conscripta sit. Circa annum autem* 785. *weregeldum Frisionum nondum triplicatum, sed duplicatum fuit, ut summam* 106 *solidorum et*

16) 'Zeitschr. f. Rechtsgesch.' V, p. 455 sqq. 17) E. Loening, 'Geschichte des deutschen Kirchenrechts' II (1878), p. 296 sqq.; cfr. infra quod ad tit. 36, c. 5. adnotavimus. 18) Cfr. infra nota nostra ad tit. 36, c. 5. 19) Cfr. infra not. k. l. ad tit. 36, c. 8 (text. A).

duos tremisses efficeret[20]. *Nihilominus pro certo habere possumus, de Frisione iam ante annum* 800. *in capite nostro legis Ribuariae verba fieri et weregeldo* 160 *solidorum praeditum eum fuisse. Omnes enim codices legis Ribuariae Frisionem in capite nostro habent, quod fieri non potuisset, si Frisio textui genuino defuisset. Accedit quod codex Monacensis (cod.* 4 *textus A), qui, ut reliqui codices, Frisionem exhibet, fortasse iam in fine saeculi octavi, certe primo initio saeculi noni exaratus est. Lex Ribuaria ergo absque dubio Frisioni weregeldum* 160 *solidorum eo tempore dedit, quo, si fontes iuris Frisici sequimur, secundum legem Frisionum hoc weregeldum nondum ei competebat. Quod saeculo sexto eodem iure fieri potuit, quo saeculo octavo. Nullum igitur argumentum e fontibus iuris Frisici de tempore, quo titulus noster conceptus sit, derivari potest*[21].

Utrum auctor secundae partis titulum 36. *eodem loco posuerit, quo nunc in codicibus nostris manuscriptis occurrit, necne, in dubio relinquendum est. Ordinem genuinum titulorum in codicibus manuscriptis non semper servatum esse ex iis quae mox dicenda sunt (§.* 5*), apparebit. Capita* 11. *et* 12. *tituli nostri in codice* 5 *(text. A) post titulum* 64. *editionis nostrae, id est in fine secundae partis legis Ribuariae, inseruntur*[22]. *Accedit, quod ordo titulorum cum lege Salica connexorum per titulum* 36. *interrumpitur*[23]. *Coniicere igitur possumus, titulum* 36. *ab auctore secundae partis in fine operis sui (post titulum* 64*) additum fuisse, ut id quoque ius, quo advenae et clerici in pago Ribuario fruebantur, enarraret.*

Capita 11. *et* 12. *tituli nostri, quibus de solutione weregeldi agitur, cum arcte cum praecedentibus capitibus* 1—10, *quae de summa weregeldi tractant, mihi videantur cohaerere, haec quoque ab auctore secundae partis composita esse existimaverim*[24].

§. 5.

De constitutione regia, quae titt. 57—62. *continetur, atque de duobus titulis* de aroene *et* de testamentis regum.

In compluribus codicibus manuscriptis legis Ribuariae indices duas rubricas tradunt: de aroene *atque* de testamentis regum, *quae post rubricam:* de alodis *(tit.* 56. *editionis nostrae) inseruntur*[25]. *Quibus in codicibus in contextu legis ipsius post titulum* de alodis *spatium librarii vacuum relinquere solent, ut tituli isti duo* de aroene *et* de testamentis regum, *quorum textum scribae in lege ipsa non inveniebant, postea inseri possint*[26].

Quid sibi velint duae istae rubricae, haud difficile dictu est, cum in lege Salica (quam pars illa legis Ribuariae secunda imitatur) titulum de charoena *(tit.* 61. *legis Salicae) inveniamus, qui titulum* de alodis *(tit.* 59. *legis Salicae) sequitur. Quem titulum legis Salicae* de charoena *fontem esse tituli legis Ribuariae* de aroene, *cuius rubricam codices illi tradunt, pro certo haberi potest. Rubrica altera* de testamentis regum *titulum indicat, qui titulo* de

20) Cfr. infra nota nostra ad tit. 36, c. 4. 21) Weregeldum quoque Burgundionis, quod titulus noster c. 2. sanxit, a lege Burgundionum abhorret; cfr. infra nota nostra ad tit. 36, c. 2. 22) Cfr. infra not. t ad tit. 36, c. 11 (text. A). 23) Cfr. 'Zeitschr. f. Rechtsgesch.' V, p. 385. 419. 455. 24) Cfr. infra nota nostra ad tit. 36, c. 12. 25) Cfr. quae infra de indicibus legis Ribuariae congessi. Inveniuntur rubricae istae in codicibus tam textus A quam textus B: A 4. 5. 10; B 1. 4. 11. 26) Cfr. infra editio nostra.

aroene *(e lege Salica hausto) quasi additamentum adiectus erat (cfr. supra §. 2).*

Quos duos titulos legis Ribuariae deperditos esse, eis codicibus indicatur qui in contextu legis locum, ubi titulos illos extare oportebat, vacuum reliquerunt; id quod mihi quoque antea persuasum habui[27]. *In contrarium autem me vocat codex Blankenburgicus (A 9) optimae notae, qui saepius (una cum codice Monacensi A 4) textum vetustiorem servavit. Codex Blankenburgicus legem Ribuariam nonaginta titulis distinguit, qui quamquam plerumque cum titulis atque rubricis litterae vulgatae conveniunt, interdum tamen a ceteris codicibus differunt; quae res etiam in titulo 60. legis Ribuariae (secundum editionem nostram, text. A) evenit. Qui titulus editionis nostrae a codice Blankenburgico in tres rubricas dividitur:*

LX.[28] De traditionibus et testibus adhibendis *(= tit. 60, c. 1. editionis nostrae).*

LXI.[29] De eo qui consortem suum superpriserit *(= tit. 60, c. 2—5).*

LXII.[30] De testamentis regum *(= tit. 60, c. 6—8).*

Habemus ergo in codice Blankenburgico titulum illum de testamentis regum *in contextu legis ipsius (tit. 60, c. 6—8. editionis nostrae). Dubitari autem vix potest, quin alter titulus* de aroene *plane idem significet atque titulus codicis Blankenburgici* de eo qui consortem suum superpriserit *(tit. 60, c. 2—5. editionis nostrae). Librarius scilicet codicis vocem* de aroene *cum non intellegeret omisit novamque rubricam e primis verbis tituli* (Si quis consortem suum quantulumcumque superpriserit) *effecit. Tractatur enim titulo legis Salicae* de charoena *de eo, qui alteri vi aliquid rapuerit. Qua de re eis quoque capitibus legis Ribuariae agitur (tit. 60, c. 2—8), quae de vi commissa, de invasione terrae alienae tractant (c. 2—5. 8), quibusdam capitibus* de testamento regum, *id est de fundo, quem rex per praeceptum suum alienavit, adiectis (c. 3. 6. 7). Quae cum ita sint, textum titulorum illorum* de aroene *atque* de testamentis regum *capitibus 2—8. tituli 60. editionis nostrae servatum esse concludere possumus*[31].

Quae res haud parvi momenti esse mihi videtur. E codicibus enim illis, qui in indice rubricas de aroene *atque* de testamentis regum *post ipsam rubricam* de alodis *(tit. 56. editionis nostrae) tradunt, capita 2—8. tituli 60. olim post titulum 56.* (de alodibus) *locum habuisse, postea autem in alium locum (tit. 60) translata esse apparet. Accedit, quod tituli quoque 63.* (de homine in hoste occiso) *atque 64.* (de homine in domo propria occiso) *editionis nostrae, qui e titulo 63. legis Salicae* (de homine ingenuo qui in oste occiditur) *originem duxerunt, secundae partis legis Ribuariae, quae legem Salicam imitatur (supra §. 2) partem efficiunt*[32]. *Sequebantur igitur olim tituli 60 (c. 2—8). 63. 64. legis Ribuariae post titulum 56.* de alodibus, *postea demum per titulos 57—59. 60 (c. 1). 61. 62. loco moti.*

Argumentis prolatis demonstratur, titulos 57—59. 60 (c. 1). 61. 62. legis Ribuariae postero demum tempore eum, quem nunc occupant, locum obtinuisse secundae parti legis Ribuariae insertos. Tituli 57—62[33]. *laudati non*

27) Fragmenta tantum istorum titulorum in tit. 60, c. 2—8. servata esse mihi videbantur. Cfr. 'Zeitschr. f. Rechtsgesch.' V, p. 386. 387. 28) Codex: *LXX*, quod corrigendum in LX, cum scriba lapsu pennae in indice a rubrica *XXIV* ad rubricam *XXXV* prosiluerit. 29) Codex: *LXXI*, cfr. not. 28. 30) Codex: *LXXII*, cfr. not. 28. 31) Cfr. etiam codex Gudianus (B 19), qui titulo 60. editionis nostrae (titulo 62. litterae vulgatae) rubricam inscribit: *De testamentum regum vel de traditionibus seu de testibus adhibendis,* infra not. k ad indices legis Ribuariae. 32) Cfr. 'Zeitschr. f. Rechtsgesch.' V, p. 386—390. 33) Exceptis solis c. 2—8. tit. 60.

ab auctore secundae partis compositi, sed iam perfectae parti secundae additi sunt. Quam ob rem loquendi quoque modo tituli isti a secunda parte legis Ribuariae discrepant. Numeri enim solidorum in titulis 57—62. *fere semper numeris cardinalibus exprimuntur. Semel tantum (tit.* 58, *c.* 6*) numeri distributivi multiplicati, quibus auctor secundae partis uti solet, occurrunt (cfr. supra §.* 3*).*

Quae res etiam ipso textu in titulis 57—62. *tradito confirmatur. Habemus enim in titulis* 57—62. *constitutionem regiam de manumissionibus (tit.* 57. 58. 61. 62*) atque de alienationibus terrarum (tit.* 59. 60, *c.* 1*), quae uno tenore continetur. Tam status libertorum, qui aut a rege (tit.* 57*) aut ab ecclesia (tit.* 58*) solemniter, aut a privatis quovis modo (tit.* 61. 62*) manumittuntur, quam usus et vis atque potestas instrumentorum (tit.* 59. 60, *c.* 1*) certis sanctionibus coercentur. Regiam constitutionem titulis nostris contineri, compluribus locis demonstratur, cfr. tit.* 57, *c.* 1*:* nullatenus permittimus; *tit.* 57, *c.* 4*:* fisco nostro; *tit.* 58, *c.* 1*:* Hoc etiam iubemus; *tit.* 58, *c.* 2*:* inlicitum ducimus; *tit.* 58, *c.* 7*:* sicut superius scribere iussimus; *tit.* 58, *c.* 19*:* Hoc etiam constituemus; *tit.* 59, *c.* 7*:* Quod de vinditione conscripsimus, haec et de donatione constituemus. Hoc autem constituemus; *tit.* 59, *c.* 9*:* permittimus.

De tempore, quo constitutio haec regia lata sit, plura argumenta lucem afferunt.

1*) Plebs libertorum in magnum numerum effusa, constitutionem regiam elicuit. Angustiarum igitur antiquiorum temporum loco latifundia iam orta erant. Quae res in ducatu Ribuario non ante secundam partem saeculi sexti videtur evenisse.*

2*) Cartae, quibus negotia et perficiuntur et probantur, e iure Romanorum receptae quamquam iam in usu sunt, fieri tamen potest, ut emtor fundi* testamentum accipere non potuerit *(tit.* 60, *c.* 1*). Usus cartarum recens est, ideoque constitutione regia coercetur. Quod magis in saeculum sextum quam in posteriorem aetatem quadrat.*

3*) Archidiaconus compositionem Romanorum (i. e. dimidiam Francorum) solvit (tit.* 59, *c.* 6*). Constare enim tempore constitutionis nostrae videtur, archidiaconum Romanum esse, non Francum (cfr. nota nostra ad tit.* 36, *c.* 5*). Quod solo saeculo sexto fieri potuit, cum Franci Ribuarii ad christianam fidem recens conversi, ab ecclesia alieni adhuc existebant.*

4*) De hominibus ecclesiasticis sive tabulariis, id est de libertis in ecclesia manumissis, imprimis de iurisdictione, quam ecclesia in tabularios exercet, ius statuitur (tit.* 58*), quod aetati Childeberti II. regis Austrasiae (a.* 575—596*) congruum esse videtur. Datur enim ecclesiae mundeburdium non de omnibus libertis, sed de iis tantum, qui in ecclesia manumissi sunt*[34]*. Datur etiam episcopis iurisdictio*[35]*, sed de solis tabulariis (i. e. in ecclesia manumissis), et privata quidem, non publica: forum enim episcopi tum solum competens est,*

34) Contra Chlotharius II. edicto a. 614. c. 7 (Capitularia regum Francorum edidit A. Boretius, Legg. sectio II, tom. I, p. 22) ecclesiae defensionem omnium libertorum tribuit, qui carta manumissionis patrocinio ecclesiae subditi sunt: *Libertus cuiuscumque ingenuorum a sacerdotibus, iuxta textus cartarum ingenuetatis suae contenit, defensandus, nec absque praesentia episcopi aut praepositi ecclesiae esse iudicandus vel ad publicum revocandus.*

35) Tit. 58, c. 1: *et (tabularii) non aliubi quam ad ecclesiam, ubi relaxati sunt, mallum teneant.* Cuius capitis aliam interpretationem proposuit G. Meyer, 'Die Gerichtsbarkeit über Unfreie und Hintersassen', in 'Zeitschr. d. Sav.-Stift. f. Rechtsgesch. II. Germ. Abth.' p. 110, not. 1, defendens id tantum statui, ut tabularius in loco, qui prope ecclesiam illam est, ubi manumittebatur, mallum publicum teneat.

cum inter duos tabularios causa agitur. De causis inter libertos atque homines plane ingenuos nulla potestas episcopis conceditur, solo comitis aut regis iudicio competente (tit. 58, *c.* 5. 8. 19. 21; *tit.* 66, *c.* 2)[36]. *Quae res iuri saeculi septimi contraria est, cum Chlotharius rex anno* 614. *maiora privilegia episcopis dederit*[37].

Quibus argumentis spectatis pro certo habere possumus, constitutionem regiam, quae titulis 57—62. *legis Ribuariae continetur, saeculo sexto exeunte, fortasse Childeberto rege (a.* 575—596*) latam esse.*

§. 6.

Quibus temporibus singulae partes legis Ribuariae conscriptae sint.

Prima pars legis Ribuariae (tit. 1—31*), qua vetus ius compositionum, quod olim apud Ribuarios vigebat, traditum est, vetustior est ceteris partibus, quae loco veterum compositionum Salicas compositiones apud Ribuarios conceptas esse ostendunt.*

Secunda pars legis Ribuariae (tit. 32—64, *excepta constitutione regia tit.* 57—62*) post primam partem, sed ante regiam constitutionem, quae titulis* 57—62. *continetur (§.* 5*), concepta est.*

Constitutio regia, quam tituli 57—62. *tradunt, saeculo sexto exeunte lata est (§.* 5*).*

Tertia (tit. 65—79*) atque quarta (tit.* 80—89*) pars post secundam partem conscriptae sunt (cfr. §.* 2, *III. IV). Titulus* 87. *quartae partis* (de homine forbannito), *cum ei, qui hominem forbannitum receperit, poenam sexaginta solidorum (id est banni regii) iniungat, ut a iure tam saeculi sexti quam saeculi noni abhorret, ita cum iure saeculi octavi convenit*[38].

Quae cum ita sint, haec mihi vera esse videntur:

Prima pars legis Ribuariae (tit. 1—31*) prima parte saeculi sexti, secunda pars (tit.* 32—64*) secunda parte saeculi sexti (sed ante constitutionem illam regiam), constitutio regia, quam tituli* 57—62. *tradunt, exeunte saeculo sexto conscripta est. Tertia pars (tit.* 68—79*) saeculo septimo, quarta pars (tit.* 80—89*) saeculo octavo ineunte esse videtur concepta*[39].

Constitutiones regiae saepius in lege Ribuaria inveniuntur. In prima parte tit. 18, *c.* 1*:* sicut in omne texacam constituemus; *tit.* 31, *c.* 3*:* Hoc autem constituemus. *In secunda parte titt.* 57—62. *constitutionem illam regiam continent, de qua supra (§.* 5*) egimus. In tertia parte tit.* 74*:* Hoc autem constituemus *(cfr. quoque tit.* 72, *c.* 9*:* prohibemus*). In quarta parte tit.* 88*:* Hoc autem consensu et consilio seu paterna tradicione et legis consuetudinem super omnia iubemus. *Vix tamen credendum est, totam legem Ribuariam a regibus Austrasiae latam esse, cum tam universae legi quam singulis partibus eius forma edicti regii desit, cumque constitutione regia, quam tituli* 57—62. *continent, adiecta genuinus textus legis immutatus sit. Constitutiones igitur illae regiae a privatis, qui singulas partes legis Ribuariae conscripserunt, insertae esse videntur, ut una cum consuetudinibus Ribuariorum id quoque ius, quod e regiis constitutionibus processit, tradatur.*

36) Contra Chlotharius II. a. 614. episcopis ius tribuit cum comite sedendi pro tribunali, cum causa inter libertum (qui patrocinio ecclesiae subditus est) atque ingenuum ageretur, cf. not. 11. De iurisdictione privata, quam episcopus inter homines ecclesiae (inter libertos quoque, qui in mundeburde ecclesiae sunt) exercet, nihil Chlotharius statuit, cum ea iurisdictio anno 614. ipso iure iam episcopis competere videatur. 37) Cfr. not. 34. 36. — Plura de hac re disserui in 'Zeitschr. f. Rechtsgesch.' V, p. 433—443. Cfr. Edg. Loening, 'Geschichte des deutschen Kirchenrechts' II, p. 231—240. 38) Cfr. nota nostra ad tit. 87. 39) Plura de partibus legis Ribuariae disserui in 'Zeitschr. f. Rechtsgesch.' V, p. 393—454.

§. 7.

De singulis capitibus legi Ribuariae adiectis.

Primae parti legis Ribuariae singula capita, quibus compositiones iuris Salici (a iure vetere Ribuariorum, quod prima pars continet, abhorrentes) tra- 5 *duntur, postero tempore addita sunt haec:*

Tit. 10, *c.* 2. Sic in reliqua conposicione unde Ribuarios 15 solidos culpabilis iudicetur, regius et ecclesiasticus homo medietatem conponat, vel deinceps quantumcunque culpa ascenderit.

Tit. 24. Si autem servus servum sanguinem effusionem fecerit, tercio 10 demedio solido culpabilis iudicetur.

Tit. 25. Si osso ei frigerit, 6 solidos culpabilis iudicetur.

Tituli 24. *et* 25. *laudati sextam partem compositionis Salicae (quindecim atque triginta solidorum) servo reo iniungunt. Quod abhorret a compositione duodeviginti atque triginta sex solidorum, quam vetus ius Ribuariorum (tit.* 2. 3. 68*)* 15 *pro caede facta atque osse fracto ingenuo praescribit*[40].

In tertia parte legis Ribuariae caput 1. *tituli* 67 *(ubi de homine* debitoso *mortuo agitur), cum nexus, qui inter titulum* 66. *atque titulum* 67. *cap.* 2 *sqq. exstat, eo penitus interrumpatur, postea videtur additum esse.*

Titulum 36 (de diversis interfectionibus) *non postea additum (id quod* 20 *olim mihi videbatur), sed ab auctore secundae partis una cum parte secunda conscriptum esse, iam supra (§.* 4*) probare conatus sum.*

Verba id est 4 dinarios *in titulo* 23. *genuino textui legis Ribuariae desunt, a littera vulgata postea addita.*

CAPUT II.

25 DE CODICIBUS LEGIS RIBUARIAE.

§. 8.

Classes codicum.

In universum si spectamus, omnes codices manuscripti legis Ribuariae, licet multae differentiae in rubricis atque in numero titulorum inveniantur, 30 *eundem tamen textum tradunt. Quamvis enim (ut exemplum afferam) lex Ribuaria in codice A*2 *sexaginta tres, in codice A*3 *octuaginta sex, in codice A*4 *nonaginta unam, in codice A*6 *centum et viginti quatuor rubricas habeat, omnes tamen illi codices eundem textum atque eundem quoque ordinem materiarum habent. Quo fit, ut ex codicibus legis Ribuariae nihil aut fere nihil de* 35 *historia legis Ribuariae discamus. Longe aliter igitur in lege Ribuaria atque in lege Salica res sese habet.*

Ad singula si animum advertimus, multae differentiae, plerumque in verbis solis atque oratione, interdum in re ipsa in codicibus occurrunt, quarum ratio habenda est. Imprimis duae classes codicum manuscriptorum distinguendae 40 *sunt, quas in editione litteris A et B signavi.*

Classis A

antiquiorem formam legis Ribuariae exhibet, sive sermonem, sive tenorem legis ipsius spectamus. Non solum multae voces barbarae occurrunt, velut texaga, werire, admanire, *sed Latinus quoque sermo corruptus atque barbarae aetati* 45 *congruens est. Inveniuntur praeterea in codicibus classis A numeri distributivi duplicati aut triplicati, quibus auctor secundae partis legis Ribuariae usus*

40) Cfr. 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' V, p. 400. 455.

erat, quos tamen aetas posterior respuit (cfr. supra §. 3). Numero atque rubricis titulorum codices classis A valde inter se differunt. Codex A 1 neque indicem neque rubricas neque ullam titulorum aut capitum divisionem habet, solis maioribus initialibus litteris singulas leges distinguens. Eodem modo codex A 11, qui fragmentum legis Ribuariae exhibet, conceptus fuisse videtur. Reliqui codices A indicem rubricarum textui legis praemittunt, in lege ipsa plerumque non rubricis, sed numeris tantum titulorum repetitis. Habet autem codex A 2 rubricas 63, A 3 rubricas 88, A 4 rubricas 91, A 5 rubricas 93, A 6 rubricas 123, A 7 rubricas 124, A 8 (ut videtur) rubricas 90[41]*, A 9 rubricas 90, A 10 rubricas 91*[42]*. Qua re probari videtur, textum A codicibus illis traditum cum genuino textu, quem neque rubricas neque ullam titulorum aut capitum divisionem habuisse pro certo habere possumus, proxime cohaerere. Differentia enim illa, quae in rubricis atque titulis spectatur, eo tantum orta esse videtur, quod librarii textui, quem sine titulis atque rubricis inveniebant, arbitrio suo rubricas atque numeros titulorum addiderunt. Materiam in legibus tractatam si spectas, codices classis A maxime eo distinguuntur, quod in titulo 36, ubi de clericorum weregeldo agitur, textum genuinum servaverunt. Tribuitur enim a codicibus A 1—8 clerico weregeldum Romani ingenui (tit. 36, c. 5). Quae res quanti momenti sit, iam supra (p. 188) expositum est*[43]*. Etiam ad capita 6. 7. tituli 36. animus advertendus est, ubi codices A 1—7 subdiacono atque diacono minus weregeldum tribuunt, quam reliqui codices. Minus enim weregeldum cum antiquiore iure congruere satis constat.*

Quae cum ita sint, codices classis A antiquiorem textum, genuino textui propinquiorem continere videntur.

Classis B

plerosque codices legis Ribuariae, eosque plerumque inter se congruentes, complectitur. Textus B a textu A imprimis eo discrepat, quod purgata quasi et polita forma legis Ribuariae a codicibus B exhibetur. Voces barbarae aut omissae aut vocibus latinis explicatae sunt. Pro texaga *legimus in codicibus B* furtum *(cfr. ex. gr. tit. 18, c. 1; tit. 65, c. 2; tit. 74, c. 8. textus B), verbi* werire *loco codices B scribunt* defendere *(tit. 61, c. 6. text. B), pro* admanire *B habet* congregare *(tit. 62, c. 1. text. B). Voci* wargus *textus B addit:* hoc est expulsus *(tit. 87, c. 2. text. B). Vocem quoque* maleficium *textus B explicavit, cum scribat:* per venenum seu per aliquod maleficium *(tit. 85, c. 1. text. B)*[44]*. In omnibus omnino partibus textus B sermo ad Latinae grammaticae normas, quantum fieri potest, adaptatur. Numerorum signis usurpatis (ut summae solidorum exprimantur), numeri distributivi duplicati aut triplicati a textu B removentur. Textui legis index rubricarum praemittitur. In textu ipso numeri atque rubricae titulorum repetuntur. Tituli in capita dividuntur. In enumeratione titulorum codices B maxime inter se congruunt. Textus legis in nonaginta unum titulos dividi solet*[45]*. Editio Heroldina igitur,*

41) Codex A 8, qui anno 1870. incendio deletus est, fragmenta tantum legis Ribuariae exhibebat. E collatione Pertzii, quae schedis nostris inest, conieci, codicem A 8 in divisione titulorum cum textu vulgato legis Ribuariae, qui in permultis codicibus 90 titulos habet, congruere.

42) Cfr. descriptio codicum, infra §. 9.

43) Codex A 9 eum textum praebet in titulo 36, c. 5, qui quasi medium inter textum genuinum atque textum vulgatum teneat. Codex A 10 cum textu vulgato congruit, cfr. infra not. h ad tit. 36, c. 5. Qui codices cum in aliis rebus cum textu A saepe congruant, nihilominus classi A adiungendos eos esse putavi. Codice A 10, interdum etiam codice A 9 media quae inter genuinum et vulgatum textum legis Ribuariae forma traditur. — In codice A 11, qui fragmenta tantum legis Ribuariae exhibet, tit. 36, c. 5. deest.

44) Cfr. etiam tit. 69, c. 5 (text. B): *in hasla hoc est in ramo* (text. A: *in collore*). Tit. 23 (text. B) voci *tremissem* additur: *id est* 4 *dinarios.*

45) In indice rubri-

in 91 *titulos divisa, quam Pertz ('Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' VII,* 1839, *p.* 751*) cum antiquiore forma legis Ribuariae congruere putavit, recentioris potius formae B exemplum exhibet. Quibus argumentis demonstratur, codices B ex ea textus forma manare, quae certam quandam titulorum divisionem, a genuino textu alienam, iam receperit.*

Neque vero sola forma, sed etiam ipsa res quae tractatur, in codicibus B immutata est, cum in titulo 36. *clerico ingenuo weregeldum Franci, diacono atque subdiacono maius weregeldum tribuatur*[46].

Apparet igitur, a codicibus B textum recentiorem atque emendatum exhiberi, quo textu vulgato Karolingica aetas et posteriora tempora utebantur.

Quo textu Karolus Magnus usus fuerit, cum Capitulare suum legi Ribuariae additum anno 803. *componeret*[47], *pro certo definire vix possumus. Id tantum apparet,* 1*) textum nostrum legis Ribuariae iam tum confectum et quasi absolutum fuisse, cum idem ordo rerum, quem codices nostri habent, et idem fere numerus titulorum, qui in plerisque codicibus occurrit, observetur;* 2*) legem Ribuariam, quae tunc in usu fuit, iam in titulos (quae in Capitulari* capita *vocantur) divisam fuisse; omnibus enim capitibus a Karolo legi Ribuariae additis, numerus* capitis *(id est tituli legis Ribuariae) novo iure corrigendi praefigitur. Numeri autem titulorum legis Ribuariae, quos Karolus secutus esse videtur*[48], *cum textu vulgato B modo congruunt, modo paulum ab eo discrepant. Nihilominus Karolum textu, qui textui nostro B similis erat, usum esse crediderim.*

Quae cum ita sint, codices A aetati Merovingicae, codices B aetati Karolingicae aptiores videntur esse.

§. 9.
De codicibus A.

Iam ad singulos codices, ac primum quidem ad codices A nobis transeundum est. Singulos autem codices in sequentibus iis numeris enumeravi, quibus in editione nostra signati sunt.

1*) Primum locum tenet codex Parisiensis Latinus* 10,753 *(olim Paris. Suppl. lat.* 215*), saeculi X, quem descripserunt Pardessus, 'Loi Salique' (Paris* 1843*) p. XXVIII. XXIX, Merkel in editione sua legis Alamannorum, Legum tom. III (*1863*) p.* 1. 2. *Post legem Salicam emendatam (fol.* 91. *verso) sequitur lex* Ribuaria *(fol.* 126. *recto), tum (fol.* 154. *verso) fragmentum, quod inscriptum est* Incipit pactus lex Alamannorum, *a I. Merkelio in editione sua legis Alamannorum p.* 34. *typis mandatum. Textus legis Ribuariae neque indicem neque rubricas neque ullam titulorum aut capitum divisionem habet. Solis maioribus litteris initialibus singulae sanctiones legis Ribuariae distinctae sunt. Sermo, quo lex Ribuaria concepta est, barbarae aetatis est. Scribitur:* iurit *(loco:* iuret*),* ingenuos *(loco:* ingenuus*),*

carum, qui textui legis praecedit, codices B differentias quasdam offerunt, cum rubricae *de aroene* et *de testamentis regum* a quibusdam codicibus indici inserantur (cfr. supra §. 5), cum praeterea ultimus titulus legis (tit. 91. text. B), qui in genuino textu cum praecedente titulo coniunctus erat, in indicibus quorundam codicum B propriam rubricam non habeat, sed praecedenti titulo adnumeretur (cfr. infra p. 00, not. p). Quo fit, ut indices codicum B modo 90, modo 91, modo 93 rubricas exhibeant. In textu tamen ipso fere semper tituli 91 inveniuntur. Cfr. infra §. 10. 46) Cfr. supra p. 188. 47) Capitularia regum Francorum, ed. A. Boretius, Legum sectio II, tomi I. pars prior, 1881) p. 117. 48) Codices, quibus capitulare nostrum traditur, in numeris illis capitum legis Ribuariae saepius inter se discrepant (conferantur notae, quas Boretius editioni suae addidit).

Ribuarios *(loco:* Ribuarius*)*, quadropes *sive* quadropedes *(loco:* quadrupes*) etc.*[49] *Quibus probatur, antiquiorem formam legis Ribuariae codice nostro tradi. Saepius etiam solo codice nostro lectio genuina servata est; cfr. ex. gr. tit.* 33, *c.* 1. *i. f, ubi solus codex* 1 *habet* amallus, *tit.* 60, *c.* 1. *not.* k. l, *ubi e genuina lectione codicis* 1 *reliquorum omnium lectiones corruptione manifesta effectae sunt.*

Qui codex cum solus omnium absque titulis atque rubricis sit[50], *solusque omnium sermonem barbarum aetatis Merovingicae (quem reliqui codices plus minusve correxerunt) accuratius servaverit, in editione mea pro fundamento eum ac pro principe codicum habendum esse duxi.*

2*) Codex Paris. Lat.* 4404, *saeculi IX. ineuntis, quem descripsit Pardessus l. c. p. X—XIII. Legi* Ribuariorum, *quae fol.* 213. *incipit, index* 63 *rubricarum praemissus est*[51], *quarum numeri soli in textu legis repetuntur.*

3*) Codex Paris. Lat.* 4629, *saeculi X, quem descripsit Pardessus l. c. p. XX. Legi* Ribuariae *fragmentum indicis praemittitur, quod* 51 *rubricas complectitur (usque ad titulum* De eo qui grafionem interfecerit*). In textu legis, qui* 86 *titulis dividitur, numeri atque rubricae titulorum repetuntur*[52].

4*) Codex bibl. reg. Monacensis Lat.* 4115 *(olim Cim. IV.* 3. *g) saeculi VIII. exeuntis vel IX. ineuntis, quem descripsit Pardessus l. c. p.* 193. 194. *Legi* Ribuariae *(fol.* 1*) index* 91 *rubricarum praemittitur*[52]*; in textu legis numeri soli titulorum repetuntur. Rubricae* de aroene *et* de testamentis regum, *quas index habet, in textu legis desunt. Cum aliquot folia codicis deperdita sint, finis legis Ribuariae (inde a tit.* 72, *c.* 8. *editionis nostrae) desideratur.*

5*) Codex bibl. caes. Vindobonensis* 502 *(olim iur. civ.* 211*) saeculi IX, quem descripsit Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' III (*1821*), p.* 490—492. *Legi* Ribuariae *(fol.* 1*) index* 93 *rubricarum praemittitur, quarum numeri soli in textu legis repetuntur. Rubricae autem* de arachone *et* de testamentis regum, *quas index habet, in textu legis desunt.*

6*) Codex cathedr. Mutinensis I,* 2. *saeculi X, quem descripsit Pardessus l. c. p. XLVII. XLVIII. Legi* Ribuariae *(fol.* 31*) index* 124 *rubricarum praemittitur, quorum numeri soli in textu repetuntur. Folio uno amisso, ultima verba legis Ribuariae (post* Hoc autem consensu et consilio*) in tit.* 88. *editionis nostrae desiderantur. In fine tituli* 59. *editionis nostrae (tit.* 89. *codicis) legitur numerus* LXIIII[53]. *Qui cum in codice nostro absurdus sit, ex archetypo, quod librarius descripsit, originem duxisse videtur. Equidem numerum illum* LXIIII. *in archetypo titulo sequenti (tit.* 60. *editionis nostrae) praefixum fuisse, puto. Quo colligi potest, divisionem* 124 *titulorum, a codice nostro exhibitam, in archetypo illo non observatam fuisse. Numerus LXIIII titulo* 60. *editionis nostrae inditus cum enumeratione quorundam codicum B congruit, qui in indicibus suis rubricas* de aroene *et* de testamentis regum *servaverunt (cfr. infra p.* 199, *et supra §.* 5*). Proxime quoque congruit cum codice A* 4, *qui (post rubricas* de aroene *et* de testamentis regum*) titulum* 60. *sub numero* LXIII. *habet. Enumeratio igitur* 124 *titulorum, quam codex* 6 *tradit, absque dubio posterioris aetatis est. Codex, qui codici* 6 *pro archetypo erat,* 92 *rubricas habuisse videtur, cum codicibus A* 4 *(ubi titulus* 60.

49) Posterior manus secundum grammaticae normam sermonem codicis nostri correxit. Quae emendationes in editione nostra negligendae erant. 50) Codici A 11 quoque rubricae atque numeri titulorum penitus defuisse videntur. Sed codex A 11 fragmentum tantum legis Ribuariae exhibet. 51) Quem infra edidi. 52) Cfr. infra indices legis Ribuariae. 53) Cfr. nota w ad tit. 59, c. 9. editionis nostrae.

sub numero LXIII. *occurrit) vel A* 5 *(ubi titulus* 60. *sub numero* LXV. *invenitur) prope conveniens. Praeterea coniicere possumus, ut codices A* 4. 5, *ita etiam codicem illum, e quo codex* 6 *fluxit, rubricas illas* de aroene *et* de testamentis regum *habuisse.*

7) *Codex ducalis Gothanus, membr. I,* 84 *(olim* 54*) saeculi X, quem descripsit Pertz, Legum I, p. XXVIII. XXIX, cum codice* 6 *arcte cohaeret. Idem fere textus legis Ribuariae a codicibus* 6 *et* 7 *exhibetur. Legi* Ribuariae *(fol.* 157. *verso) index* 124 *rubricarum antecedit, quorum numeri in textu legis repetuntur. In codice quoque* 7 *in fine tituli* 59. *(editionis nostrae) numerus* LXIIII. *invenitur, de quo supra (sub* 6*) actum est. Codex* 7 *igitur cum codice* 6 *eiusdem codicis exemplar est, qui cum archetypum illud describeret, ubi antiquior numeratio circiter* 92 *titulorum observata erat, novam divisionem* 124 *titulorum introduxit*[54].

8) *Codex Büchler (olim Beati Rhenani) saeculi IX, de quo Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' V, p.* 221, *et Merkel, Leg. III, p.* 8 *(I* 10*) egerunt, bibliothecae publicae Argentinensi traditus, anno* 1870. *lugubri incendio deletus est. Sed collatio codicis, quam Pertz fecit, schedis nostris inest. Incipiebat codex a tit.* 31, *c.* 5 *(editionis nostrae) voce:* Quod si in provincia. *Titulorum* 32. 33. 34. 35. 36 *(editionis nostrae) fragmenta exhibebat, reliqua aderant. Titulos* 90 *codex habuisse videtur*[55]. *Rubricae in textu legis usque ad tit.* 74 *(editionis nostrae) deerant, a titulo* 75. *usque ad finem aderant.*

9) *Codex ducalis Guelferbytanus Blankenburgicus* 130. *saeculi X, quem descripserunt Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' VII, p.* 777—779, *Merkel, eod. XI, p.* 577—583, *Boretius, 'Die Capitularien im Langobardenreich' p.* 46—50. *Legem* Ripuariam *(fol.* 168*) index* 90 *rubricarum antecedit*[56], *quorum numeri in textu legis repetuntur.*

10) *Codex Vaticano-Palatinus* 773. *saeculi X, quem descripsit Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' V, p.* 218. 219. *Codex solam legem* Ribuariam *cum tribus capitularibus continet. Legi Ribuariae (fol.* 1*) index* 92 *rubricarum praemittitur, quorum numeri in textu legis repetuntur, nisi quod duae rubricae* de arohene *et* de testamentis regum *in textu legis desiderantur. Textus igitur legis* 90 *tantum titulos habet.*

11) *Codex Paris. Lat.* 4632, *saeculi X, quem descripsit Pardessus, 'Loi Salique' p. XXI, fragmentum tantum legis* Ripuariorum *exhibet, incipiens verbis tituli* 52 *(editionis nostrae):* Si quis rem suam alii praestiterit. *Reliqua usque ad finem adsunt. Textus legis neque rubricas neque numeros neque ullam titulorum divisionem habet. Solis maioribus litteris initialibus et colore flavo, quo prima quaeque linea inducta est, singulae sanctiones legis Ribuariae discernuntur.*

Qui codices omnes barbaro sermone (licet codex 1 *reliquos inculta lingua superet) et usu numerorum distributivorum (in parte secunda legis Ribuariae) excellunt (cfr. §.* 8*). Quamvis igitur uni eidemque classi adnumerandi sint, vario tamen modo inter se cohaerent et quasi in familias disiungi possunt.*

54) Indicem codicis A 7 infra edidi. 55) Titulus 38. editionis nostrae in codice 8 numerum XL habuit; tit. 89. editionis nostrae cum antecedente titulo coniunctus erat. — Cfr. supra §. 8 not. 41. 56) Errore librarii codex 100 rubricas enumerat, cum numerum 24. numerus 35. sequatur. Textus legis recte 90 numeros habet. — De indice codicis 9 quaedam infra adnotata sunt, ubi indices legis Ribuariae edidi.

In titulo 18, *c.* 1 *(ut exempla afferam) codices* 1—3. 5 *eundem lapsum calami exhibent, cum librarius scripserit* quas *(pro* equas*). In titulo* 33, *c.* 1. *codices* 1. 2. 5 *habent* quam *loco* quem. *Eodem loco codices* 1—3 *praebent* debit, *cum scribi debuisset* dedit. *In titulo* 32, *c.* 2. *codex* 1 *habet* propaliter, *codices* 2. 3 probaliter, *reliqui* probabiliter. *In titulo* 31, *c.* 1. *vox* aut *a solis codicibus* 1—3 *additur. In fine tituli* 33. *vox* ad *(ante* auctorem*) in solis codicibus* 1—3 *invenitur. De weregeldo subdiaconi (tit.* 36, *c.* 6*) codices* 1—3. 5 *inter se congruunt. In titulo* 37, *c.* 2. *corrupta vox* similiter *(loco* si mulier*) in codicibus* 1. 2. 5 *invenitur. In titulo* 38. *codices* 1—3 *habent* XL sol., *reliqui* LX sol. *In titulo* 46, *c.* 2. *codices* 1. 2. 5 *exhibent* ut *(loco* aut*). In titulo* 51, *c.* 2. res Ribuaria *(loco* lex Ribuaria*) in codicibus* 1. 2. 4. 5 *legitur. In titulo* 56, *c.* 2. *soli codices* 1. 2 *vocem* inter *(cum barbaro modo loquendi congruentem) inserunt. In titulo* 58, *c.* 2. *in codicibus* 1—3. 6. 7 *idem versus falso loco occurrit, errore librarii a loco suo motus. In titulo* 58, *c.* 11. *error* ingenuam Ribuariam *(vel* ingenua Ribuaria, *dum de ingenuo Ribuario dici debuisset) in codicibus* 1—3. 6. 7 *occurrit. In celebri loco tituli* 58, *c.* 1, *ubi de ecclesia secundum legem Romanam vivente agitur, codices* 1—3. 5—7 *corruptum textum praebent, qui ex uno eodemque fonte fluxisse videtur.*

Quae iam sufficere videntur, ut concludamus, cum codice 1 *primo loco codicem* 2, *tum codicem* 3, *tertio loco codices* 6. 7, *quarto loco codicem* 5 *cohaerere. Codex* 4 *proprium suum locum tenet, codex optimae tamen notae, qui cum saeculo octavo exeunte vel primis initiis saeculi noni conscriptus sit, reliquos omnes vetustate superat et in pluribus locis genuinum textum servavit. In titulo* 58, *c.* 7. *codex* 4 *legit* epo *(id est* episcopo*), dum codices* 1—3. 5—7 *corruptam vocem* ipso *exhibeant. In titulo* 58, *c.* 1. *codex* 4 *recte legit:* secundum legem Romanam, quam ecclesia vivit. *Saepius haesitavi, utrum codex* 1 *an codex* 4 *pro fundamento editionis habendus esset. Vincit autem codex* 1 *codicem* 4 *duobus causis: primum quod codex* 1 *integram legem Ribuariam continet, in codice* 4 *ultima pars legis desideratur; tum, quod lex Ribuaria in codice* 1 *sine titulis atque rubricis invenitur; denique quod sermo barbarus codicis* 1 *aperte vetustioris originis est, codex* 4 *autem, cui lingua Latina melius atque rectius procedit, iam politam et renovatam quasi speciem legis Ribuariae continet. Animadvertendum praeterea est, codicem* 4 *interdum cum textu vulgato congruere (cfr. ex. gr. not. c ad tit.* 59, *c.* 1. *editionis nostrae). Cum codice* 4 *codex* 9 *saepius congruit, interdum etiam codex* 10 *(cfr. ex. gr. not. x ad tit.* 58, *c.* 7*). Codices autem* 8. 10[57], *interdum etiam codices* 9. 11[58] *cum textu vulgato connexi sunt, ut formam legis Ribuariae contineant, mediam quandam inter genuinum et vulgatum textum*[59].

§. 10.

De codicibus B.

1*) Primum locum dedi codici civitatis Sangallensis* 338 *(olim C.* 7*), saeculi X, quem descripserunt Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' V, p.* 211—213, *Pardessus, 'Loi Salique' p. LXI. LXII. Post legem Salicam emendatam* lex Ripuariorum *exhibetur, quam lex Alamannorum sequitur. Legem Ribuariam index* 92 *rubricarum antecedit, cui insunt rubricae* de aroene *et* de testamentis regum[60]. *In textu legis et numeri et rubricae*

57) Cfr. ex. gr. not. h ad tit. 42, c. 2; not. h ad tit. 67, c. 5; not. h ad tit. 72, c. 8; not. e ad tit. 88; not. a ad tit. 89. 58) Cfr. ex. gr. not. h ad tit. 36, c. 5; not. i ad tit. 67, c. 1. 59) Cfr. supra §. 8, not. 43. 60) Cfr. infra indices legis Ribuariae.

titulorum repetuntur. Tituli de aroene *et* de testamentis regum *in textu legis desunt*[61]*; tituli* 90. 91 *(textus B), qui in indice una rubrica comprehenduntur, in textu legis separantur. Quo fit, ut textus legis* 91 *titulos habeat.*

2*) Codex S. Pauli in Karinthia, saeculi IX, quem descripserunt Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' III, p.* 78—81, *Boretius, 'Die Capitularien im Langobardenreich' (*1864*) p.* 29—32. *Legi* Ribuariorum *index* 90 *rubricarum praemittitur*[62]. *Textus legis (cum tituli* 90. *et* 91. *textus B, quos index una rubrica comprehendit, in textu legis separentur)* 91 *titulos habet. Numeri atque rubricae titulorum in textu legis repetuntur.*

3*) Codex Paris. Lat.* 9654 *(olim Suppl. lat.* 75*), saeculi X. vel XI, quem descripsit Pardessus, 'Loi Salique' p. XXV. XXVI. Legi* Ribuariorum, *quae fol.* 135—143. *exhibetur, index rubricarum deest. Titulis legis non numeri, sed rubricae praefiguntur. Textus legis in* 97 *rubricas divisus est.*

4*) Codex regius Havniensis collectionis antiquae Gottorp.* 1943, *saeculi IX. vel X, quem descripserunt Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' VII, p.* 156. 749, *Pardessus, 'Loi Salique' p. XLIII. Legi* Ribuariorum *index* 93 *rubricarum praemittitur, cui insunt rubricae* de aroene *et* de testamentis regum. *In textu legis numeri atque rubricae titulorum repetuntur. Tituli* de aroene *et* de testamentis regum *in textu legis desunt, sed addit codex glossam marginalem:* in hunc locum sunt duo capituli minus id est de aroene et de testamentis regis[63]. *Quo fit, ut textus legis* 91 *tantum titulos habeat. Librarius autem cum post titulum* 59. *ad numerum* 62 *(tit.* 60, *text. B) prosiliat, in textu quoque legis* 93 *tituli numerantur. Quo colligere possumus, ab archetypo, quod librarius describebat, in textu quoque legis numeros titulorum illorum* de aroene *et* de testamentis regum *servatos fuisse.*

5*) Codex Paris. Lat.* 4418 *saeculi IX, quem descripsit Pardessus, 'Loi Salique' p. XV. Legi* Ribuariorum *index* 91 *rubricarum praemittitur, cum titulus* 91 *(text. B) etiam in indice suam rubricam habeat*[64]. *In textu legis, qui et ipse in* 91 *titulos dividitur, numeri atque rubricae titulorum repetuntur.*

6*) Codex Paris. Lat.* 4759, *saeculi X. vel XI, quem descripsit Pardessus, 'Loi Salique' p. XXII.* Lex Ribuariorum *post legem Salicam emendatam et legem Baiuvariorum traditur. In indice rubricarum atque divisione textus codex noster cum codice* 5 *congruit.*

7*) Codex bibliothecae regiae Babenbergensis D*33, *saeculi X, quem descripserunt F. Ortloff, 'Von den Handschriften und Ausgaben des salischen Gesetzes' (*1819*) p.* 23—31, *Pertz, Leg. I, p. XIX, 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' VI, p.* 70. *Post legem Salicam emendatam* lex Ribuariorum *traditur. Congruit codex in indice atque divisione titulorum cum codice* 5.

8*) Codex Vaticanus Christinae* 1128, *saeculi X. vel XI, quem descripserunt Pertz in 'Archiv der 'Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' V, p.* 205. 206, *Pardessus, 'Loi Salique' p. LVI—LIX. Legem* Ribuariorum *index* 90 *rubricarum antecedit. Textus quoque legis (cum titulus* 91.

61) Cfr. infra editio nostra textus B. 62) Rubricae *de aroene* et *de testamentis regum* desunt. 63) Cfr. infra not. a in fine tit. 58 (text. B). 64) Cfr. supra §. 8 not. 45. — Rubricae *de aroene* et *de testamentis regum* desunt.

textus B in textu quoque legis a codice nostro cum antecedente titulo coniungatur) 90 *titulos habet*[65]. *Numeri atque rubricae titulorum in textu legis repetuntur.*

9) *Codex capituli Sangallensis* 728, *saeculi X*, *quem descripsit Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' V*, *p.* 210. 211. *Codex in indice et titulis* legis Ribuariorum *cum codice* 5 *congruit.* 5

10) *Codex Musei Britannici Add.* 22,398, *saeculi IX*, *in indice atque titulis legis* Ribuariorum *cum codice* 8 *congruit. Tradit codex fol.* 1 —52. *capitularia*, *quae collegit Ansegisus*, *fol.* 53—66. *Edictum Pistense a.* 864. *a Karolo Calvo promulgatum*, *fol.* 67—86. *legem Salicam emendatam*, *fol.* 86. 87. capitula, quae in lege Salica mittenda sunt, *fol.* 88. interrogationes Pippini et responsiones Alcuini, *fol.* 89—102. *legem* Ribuariorum, *fol.* 102. dies aegyptiaci *et laus Mariae virginis*, *fol.* 103—115. *(si schedas Pertzii recte intelligo) capitularia varia regum Francorum exhibentur.* 10

11) *Codex bibliothecae Hamburgensis (olim Corbeiensis)*, *saeculi IX*, *quem descripsit Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' VI*, *p.* 475, *'Leg.' I*, *p.* 265, *legi* Ribuariorum *indicem* 92 *rubricarum praemittit*, *cum indice codicis* 1 *congruentem. Rubricae* de aroene *et* de testamentis regum *in indice adsunt*, *in textu autem legis desiderantur. Textus legis*, *ut in codice* 1, *in* 91 *titulos dividitur. Numeri atque rubricae titulorum (solis illis duobus rubricis* de aroene *et* de testamentis regum *exceptis) in textu legis repetuntur.* 15 20

12) *Codex Paris. Lat.* 4417, *saeculi IX*, *quem descripsit Pardessus*, *'Loi Salique' p. XIV*, *in indice atque divisione titulorum legis* Ribuariorum *cum codice* 2 *congruit.*

13) *Codex Paris. Lat.* 4628, *saeculi X*, *quem descripsit Pardessus*, *'Loi Salique' p. XVIII*, *cum rubricam tituli* 87 *(textus B) in indice omittat*, *legi* Ribuariorum 89 *tantum rubricas praemittit. Textus legis* 90 *titulos habet. Congruit igitur codex (si omissionem illam in indice praetermittimus) cum codice* 8. 25

14) *Codex Paris. Lat.* 4787, *saeculi X*, *quem descripsit Pardessus l. cit. p. XXIII. Post legem Salicam emendatam et legem Alamannorum lex* Ribuariorum *exhibetur (fol.* 78—108*). Quamvis in numeris titulorum librarius saepe erraverit*, *cognosci tamen potest*, *codicem nostrum ex archetypo prodiisse*, *quod in indice et in textu legis* 91 *titulos numerabat (ut codex* 5*). In folio* 95. *(verso) titulo* 60. *(textus B)* de tabulariis *pictura inseritur*, *quae integram paginam explet. Conspicimus hominem sedentem (ut videtur)*, *qui manu dextera denarium tenere videtur. Quam picturam ad manumissionem per denarium (tit.* 59 *text. B) spectare mihi persuasum habeo. Rex depictus esse videtur*, *dum denarium (quem servus ei offert) manu dextera super humerum laevum iactat. Exemplar picturae in tabula adiiciendum curavi.* 30 35

15) *Codex Vaticanus Christinae* 1050 *(olim* 379*)*, *saeculi X*, *quem descripsit Pardessus*, *'Loi Salique' p. LIV—LVI. Foliis* 125—134. *Lex* Ribuariorum *traditur*, *indicem* 90 *rubricarum*, *textum* 91 *titulorum exhibens (ut codex* 2*).* 40

16) *Codex Vaticanus Christinae* 991 *(olim* 320. 1175. 1027. 723*)*, *saeculi IX*, *quem descripsit Pardessus*, *'Loi Salique' p. LI—LII*, *cum codice* 15 *ad verbum fere congruit.*

17) *Codex Ashburnham (olim Barrois* 214*)*, *saeculi X*, *quem descripserunt Pardessus l. cit. p. XXXIX. XL. Pertz in 'Abhandl. der Berliner Akademie'* 1857, *p.* 89—91. *Legem* Ripuariorum *index* 91 *rubricarum antecedit. Numeri atque rubricae titulorum in textu legis repetuntur. Ultima* 45

65) Cfr. supra §. 8, not. 45.

L.L. V

Lichtdruck v. A. Frisch, Berlin.

Cod. Paris. Nr. 4787

96

ad ecclam reddat & n alubi nisi ad
ecclam ubi relaxatus mallu teneant qd si
quis tabulariu seu ecclesiasticu homine
contra epm defensare uoluerit L sol etan
sup homine cu omnib: reb: suis eccle
restituat quia in lege ... dicim qd eccle si
is concessim iteru ab ecclesiis reuocare.
Nemo seruu ecclesiasticu absq: uicariu li
beru facere psumat tabularius aute
q: absq: liberis discesserit nullu aliu nisi
ecclam relinquat herede qd si quis tabulas
epor manib: seu clericoru roboratas in
rumpere uoluerit · tunc ar chidiacon cu
testib; qui tabulas roborauerint ante epm
ut rege accedat ut testes qd sciunt dicant
qd si ille qui causa prosequit adquiesce
re noluerit tunc tabule in psencia iudi
cis p forent & archidiacon in psente sa
cramento fide faciat & ibi se ppm sup nocte s vii

Cod. Vatic. Palat. Nr. 773.

I De ictu in genuorum.
II De sanguinis effusione.
III De osse fracto.
IIII De puncto.
V De debilitate ... tibus
VI De castratione
VII De homicidio

G. H. Pertz, scr.

Cod. Paris. Nov. adq. Nr. 95.

iubemus ut obtimates maiores domus domesti
ci comites grafiones cancellarii ut quibus
lib& gradibus sublimiti in puincia ribu
aria in iudicio residentes munera ad iudi
cium puertendum non recipiant qd si quis

L. Weiland scr.

LL. V

Lichtdruck v. A. Frisch, Berlin.

(inde a deprehensus fuerit *in titulo* 90, *text. B) desiderantur. Quae in codice* 23 *inveniuntur, qui olim cum codice nostro unum eundemque codicem efficiebat. Codicem nostrum in divisione titulorum atque numero rubricarum cum codice* 5 *congruisse apparet.*

5 18) *Codex Vaticanus Christinae* 338, *saeculi IX. ineuntis, quem descripserunt Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' V, p.* 216—218, *Pardessus, 'Loi Salique' p. XLVIII. XLIX, legem* Ribuariorum *mutilam exhibet. Inde a titulo* 39 *(textus B) usque ad titulum* 46 *(textus B, cuius ordinem codex noster sequitur) pauca legi possunt. Reliqua usque ad finem* 10 *adsunt, titulis* 77—79. *exceptis, qui erasi sunt. Tituli* 91 *a codice numerantur.*

19) *Codex ducalis Guelferbytanus Gudianus* 299, *saeculi IX, in* 4°, *continet: fol.* 1—34. *legem Salicam emendatam, fol.* 34—40. capitula quae ad lege Salica dicenda sunt *et alia capitularia, fol.* 40. *traditionem Lanberti de servis donatis, fol.* 41. *deest, fol.* 42—63. *lex Ribuaria traditur,* 15 *fol.* 48. 57. *amissa sunt. Cum tria folia desint, quaedam in indice, quaedam in textu legis desiderantur. Incipit index a rubrica* 41 *(= text. B)* de eo qui ingenuam mulierem manum vel brachium strinxerit, *quam reliquae rubricae textus B sequuntur, una tantum rubrica* (de homine in domo propria occiso, *(tit.* 65. *text. B) omissa, ut finis indicis sit:* XC. Ut iudicis sive missis fiscalis 20 freda non exigant priusquam facinos conponatur. *In textu legis titulus* de homine in domo propria occiso *(tit.* 65. *text. B) adest, sed cum praecedente titulo* (de homine in hoste occiso) *sub una rubrica coniungitur. Quo fit, ut textus quoque legis* 90 *titulos habeat. Titulus* 62. *in indice inscribitur* de testamentum regum vel de traditionibus seu de testibus adhibendis. *In textu legis* 25 *pars titulorum* 34. 35 *(text. B) et titulorum* 61. 62 *(text. B) desideratur. Quae in foliis amissis aderant.*

20) *Codex capituli Eporediensis* 33, *saeculi X, quem descripserunt tum Amedeus Peyron in 'Notizia dell' archivio del reverendissimo capitolo d'Ivrea' (Torino* 1843), *postea in libello inscripto: Legum barbarorum fragmenta in-* 30 *edita et variantes lectiones ex codice Eporediensi ('Estratto del tom. VIII, serie II. delle memorie della reale academia delle scienze', Torino* 1846), *tum I. Merkel in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' XI, p.* 547 —553, *postremo Pertz in 'Abh. der Berl. Akad.'* 1857, *p.* 81. 85 *sqq., mutilam legem* Ripuariorum *exhibet. Codex incipiebat a lege Ribuaria; primum enim codicis* 35 *folium, quod a volumine distractum inter ineptas chartas inventum fuit, sic inscribebatur:* Incipit lex Ripuariorum, *tum:* Si quis ingenuus ingenuum ictu percusserit *etc. Folia, quae primum hoc sequuntur, humore et marcore tam male mulcata fuerunt, ut velut conglutinata penitus inter se cohaererent. Nonnulla tamen ab A. Peyron expediri atque evelli potuerunt, ex quibus vidit, post legem* 40 *Ribuariam statim sequi legem Salicam emendatam. Quaedam etiam b. m. Pertz vidit, qui schedis nostris inseruit, titulos* 87. 88. 89. *codicis cum titulis* 83. 84. 85. *editionis Baluzianae, id est cum titulis* 85. 86. 87. *textus B congruere. Quare coniicere possumus, textum legis* 92, *vel (si ultimus titulus a praecedenti separatus erat)* 93 *titulis divisum fuisse. Quae titulorum divisio cum indice* 45 *codicis B* 1 *congruit. Rubricae igitur* de aroene *et* de testamentis regum *in codice quoque Eporediensi adfuisse videntur. In eo quoque solus codex Eporediensis noster cum codice B* 1 *congruit, quod scribit* Ripuariorum *(non: Ribuariorum)*[66].

21) *Codex Lugdunensis Vossianus in* 4°. 119, *saeculi IX, quem descripsit*

66) Cfr. infra not. a in exordio textus B.

Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' VII, p. 736—740, *fragmentum tantum* legis Riboariae *exhibet, a verbis tituli* 60 (= *text. B), c.* 18: spata et conucula *usque ad finem legis. Codex* 91 *titulos enumerat, quibus rubricae praefixae sunt.*

22) *Codex Paris. Lat.* 18,236 *(olim 'Nouv. acq. lat.'* 95), *saeculi IX, sex tantum folia continet. In primo folio ultima pars legis Ribuariae invenitur, inde a verbis tituli* 85. (= *text. B):* per venenum seu per aliquod maleficium, *usque ad verba:* fredum aut *(sic!)* non illi iudicii *(sic!) tituli* 91. *Textus legis* 91 *titulis divisus erat. Singulis titulis numeri atque rubricae praefiguntur. Reliqua quinque folia partem legis Alamannorum continent.*

23) *Codex Musei Britannici Egerton* 269 *(olim Spangenberg), saeculi X. vel XI, quem descripserunt E. Spangenberg, 'Beyträge zu den teutschen Rechten des Mittelalters'* (1822) *p.* 185—191, *G. H. Pertz, 'Ueber einige Handschriften Deutscher Rechts- und Gesetzbücher, Abh. d. Berl. Akad.'* 1857, *p.* 88 *sqq., quaedam tantum verba legis Ribuariae exhibet. Incipit codex a verbis tituli* 90: de vita componat, *tum titulus* 91. (= *text. B) exhibetur, quem haec sequuntur:* Explicit lex Ribuariorum. *Reliqua in codice* 17 *inveniuntur, cfr. Pertz l. cit.*

24) *Sichardi quoque, Heroldi et Tilii atque Lindenbrogii editiones consulendas esse putavi.*

Sichardus in libello, quem inscripsit: Leges Riboariorum, Baioariorumque, quas vocant, a Theoderico rege Francorum latae, item Alamannorum leges, a Lothario rege latae, nunc primum vetustatis ergo excusae, Basileae, anno 1530, *textum legis* Riboariorum *edidit, in* 60 *titulos divisum. Singulis titulis rubricae sive numeri praefiguntur. Index rubricarum deest, cum a Sichardo* titulorum index *confectus sit, qui rubricas tam legis Ribuariae quam legum Alamannorum atque Baiuvariorum comprehendat. A Sichardo multa in editione legis ad arbitrium mutata esse, pro certo habere possumus. Sermonem Latinum saepius correxit, voces barbaras omisit. In titulo* 34 *(text. B), c.* 3. *Sichardus scripsit:* quod eum admonuerit *(loco:* quod eum ad strudem legitimam admallatum habet). Transiendum *Sichardus correxit in* transeundum *(tit.* 45. *text. B). Rubricae* de mannire *(tit.* 34. *text. B),* de intertiare *(tit.* 35), de adfatimire *(tit.* 51) *a Sichardo mutatae sunt, dum scribat:* de mannitione, de intertiatione, de adfatimatione; *quae in nullo codice inveniuntur. Voces* vel adfatimi *(tit.* 50. *text. B),* cum hariraida *(tit.* 66. *text. B),* de cinewerdunia *(tit.* 74, *c.* 6. *text. B) a Sichardo omittuntur. Titulum* 73. *(textus B)* de fistuca intercurrente *integrum omisit Sichardus. Quod non aliam ob causam mihi factum esse videtur, nisi quod Sichardus titulum illum non intellexerit. Haec exempla sufficiant. Multa etiam in titulis* 77. 79. 81 *(text. B) a Sichardo tam omissa quam mutata sunt. Titulus ultimus* (91. *textus B) apud Sichardum deest. Utrum divisio legis in* 60 *titulos, quam Sichardus habet quaeque in nullo codice invenitur, a Sichardo inventa, an ex codice deprompta sit, in dubio relinquo. Rubricae saepius a Sichardo ad arbitrium compositae esse videntur, veluti cum titulo* 77 *(text. B) a Sichardo rubrica inscribatur:* de reprobis *(loco:* de re proprisa vel secuta), *vel titulo* 82 *(text. B):* de turbato e via *(loco:* de viae lacina). *Quae cum ita sint, pauca tantum e Sichardo in editione nostra adnotavi. Signavi Sichardum in notis litteris: Sich.*

Heroldus in libro, quem inscripsit: Originum ac germanicarum antiquitatum libri, Basileae 1557, *inter reliquas leges Barbarorum legem quoque* Ripuariam *e codice Fuldensi (ut videtur) edidit. Index Heroldi* 91 *rubricas habet, et textus quoque legis in* 91 *titulos dividitur. Congruit editio*

Heroldina non cum antiquiore textu (quod falso putavit Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' VII, p. 751), sed cum textu nostro B, quem vulgatum appellare possumus. Quamvis Heroldus plerumque codicem suum secutus sit (quo Sichardum longe superat)[67], *interdum tamen Heroldus quoque ad arbitrium textum legis mutavit. Exemplum praebet titulus* 87 *(text. B), c.* 2, *ubi Heroldus habet:* wargus sit ob hoc expulsus, exulet, *ubi vox* exulet *(quae in nullo codice invenitur) aperte ab Heroldo ad locum illum interpretandum inserta est. Eodem modo lectio Heroldi* domino proprio *in tit.* 60, *c.* 7. *e coniectura Heroldi processisse mihi videtur. Titulus* 1. *legis nostrae apud Heroldum cum capitulari Karoli Magni congruit*[68]. *In universum tamen spectantibus nobis Heroldiana editio maioris momenti quam Sichardiana esse videtur. Quam ob rem plura ex editione Heroldi adnotavi. Signavi Heroldum in notis litteris: Her.*

Tilius, episcopus Meldensis, in libro, quem inscripsit: Aurei venerandaeque antiquitatis libelli Salicam legem continentes, a Clodoveo, Childeberto et Clotario christianissimis regibus prius editi et postremum a Carolo Magno emendati et aucti, item Leges Burgundionum, Almanorum, Saxonum, Baiwariorum, Ripuariorum ex veteribus libris emendatiores et auctiores, Parisiis, ex officina Iacobi du Puys, sub signo Samaritanae, 1573, *legem* Ripuariorum *quoque edidit. Index apud Tilium* 91 *rubricas habet, quae in textu legis (qui aeque in* 91 *titulos dividitur) repetuntur. Textus Tilianus cum textu vulgato B congruit. Interdum Tilius textum codicis sui emendasse mihi videtur, veluti cum titulo* 35 *(text. B) rubricam inscribat:* De intertiata re, *quae in nullo codice manuscripto invenitur (codices manuscripti habent:* De intertiare*), vel cum in titulo* 39, *c.* 3. *post* consumpserint *addat* aliquid, *quod aeque in nullo codice manuscripto occurrit. Voces Franconicas saepius Tilius corrumpisse mihi videtur, veluti cum scribat* troutis *(tit.* 44. *text. B, c.* 2*) vel* harroaida *(tit.* 66*). Plura huiusmodi inveniuntur tit.* 62 *(text. B), c.* 1, *ubi Tilius habet* testimonium *(pro* testamentum*), tit.* 70, *c.* 3, *ubi Tilius scribit* direpserit *pro* direxerit, debuerant *pro* coeperint *etc. Signavi editionem Tilianam in notis nostris litteris: Til.*

Lindenbrogius in suo Codice legum antiquarum [Codex legum antiquarum in quo continentur Leges Wisigothorum, Edictum Theodorici regis, Lex Burgundionum, Lex Salica, Lex Alamannorum, Lex Baiwariorum, Decretum Tassilonis ducis, Lex Ripuariorum, Lex Saxonum, Angliorum et Werinorum, Frisionum, Langobardorum, Constitutiones Siculae seu Neapolitanae, Capitulare Karoli M. et Hludowici Impp. etc., quibus accedunt Formulae solennes priscae publicorum privatorumque negotiorum nunc primum editae: et Glossarium sive Interpretatio rerum vocumque difficilium et obscuriorum. Francofurti 1613. *legem* Ripuariorum *edidit, editionum Sichardi, Heroldi, Tilii et quorundam codicum manuscriptorum ope usus. Pauca e Lindenbrogio adnotanda mihi esse videbantur, sub signo: Lind. Textum vulgatum B Lindenbrogius edidit, sed in* 89 *titulos divisum, nescio cuius codicis auctoritate. Divisio Lindenbrogiana a recentioribus editionibus recepta est.*

Posteriores editiones nihil novi afferunt, cum quatuor illi codices manuscripti, quibus Baluzius in editione sua usus erat, adhuc exstent et in usum editionis nostrae denuo collati sint.

67) Nonnullae lectiones Heroldianae, quae aperte a codicum traditione discrepant, e solo calami lapsu ortae sunt, veluti cum Heroldus tit. 84, c. 1. habeat: *furca* (pro *furto*).

68) Cfr. not. a ad tit. 1. text. B.

CAPUT III.
DE EDITIONE NOSTRA LEGIS RIBUARIAE.

§. 11.
De textu A.

Textu A antiquiorem, genuino textui propinquiorem speciem legis Ribuariae exhiberi, supra ostendi (§. 8). Quam ob rem textui A in editione nostra primus locus datus est.

Quamvis in textu A edendo codicem 1 prae ceteris secutus sim (cf. supra §. 9), non tamen in omnibus solum textum codicis 1 typis mandandum esse putavi. Codex enim 1 cum plura contineat, quae errore librarii orta sunt, saepius eum e reliquis codicibus corrigendum esse putavi. Exemplo est tit. 18, c. 1, ubi codex 1 habet quas, cum scribi debuerit equas. Conferri potest etiam tit. 58, c. 1. 6. 7. editionis nostrae, ubi codicem 4 potius (cfr. supra §. 9) quam codicem 1 pro duce habendum esse putavi. Pro lege autem mihi fuit, ut codicem 1 sequerer, nisi certis argumentis textum eius corruptum esse probaretur. Lectiones reliquorum codicum in notis addidi, non omnes, sed eas, quae aliquid ad legem interpretandam vel ad voces germanicas illustrandas afferunt.

Genuinum textum legis Ribuariae absque rubricis et titulorum divisione fuisse, supra (p. 194) demonstravi. Codices A aut nullos titulos distinguunt, aut vario modo in titulos dividuntur. Plerique codices A divisionem 90 vel 91 vel 92 vel 93 titulorum exhibent, affinem 91 titulorum divisioni, quae per textum B divulgata est. Quamvis igitur divisio 89 titulorum, quae ab editionibus recentioribus tradi solet, in nullo codice inveniatur, tamen cum in omnibus libris recentioribus, qui legem Ribuariam laudaverunt, observata et nostra aetate usitatissima sit, abiicienda esse non mihi visa est. Codices enim A cum aut nullos aut varios titulos habeant, codex 1 titulis omnino careat, titulos atque numeros usitatos retinere quam ex huius vel illius codicis auctoritate novum ordinem titulorum introducere, melius esse duxi. Quam ob rem in textu A edendo usitatam divisionem 89 titulorum retinui. Lectori autem benevolo observandum est, titulorum atque capitum numeros a me additos esse et in lege Ribuaria explicanda pro non scriptis habendos esse.

§. 12.
De textu B.

Textum vulgatum B quamvis duce codice B 1 ediderim, reliquorum codicum in notis ratione habita, quaedam tamen in textu codicis 1 mutanda esse mihi videbantur. Nam cum soli codices B 1. 20. (et Heroldus in editione sua) scribant Ripuarius, Ripuaria, reliqui codices autem Ribuarius et Ribuaria habeant, in textu B eum modum scribendi observavi, quem plerique codices tradunt, ne falsa opinio oreretur, Francos Ribuarios in codicibus Ripuarios appellari solere. In reliquis codicem B 1, qui optimae notae codex est, sequi poteram. Divisio 91 titulorum, quam in editione textus B repetendam curavi, a codicibus B tradi solet (cfr. supra §. 10).

Haec habui de lege Ribuaria restituenda quae dicerem.

Dabam Argentorati, die 21. mensis Octobris 1882.

Rudolphus Sohm.

INDICES LEGIS RIBUARIAE.

Edit.	*Cod. A* 3.	*A* 4.	*Codd. B.*
	Incipiunt capitula legis Ribuarii.	Incipiunt kapitula legis Ribuariae.	Incipiunt capitula legis Ribuariorum[b].
1.	1. De ictu ingenuorum.	1. De ictu ingenuorum.	1. De ictu ingenuorum.
2.	2. De sanguinis effusione.	2. De sanguinis effusione.	2. De sanguinis effusione.
3.	3. De osse fracta.	3. De osso fracto.	3. De osse fracto.
4.	4. De punctu.	4. De puncto.	4. De puncto.
5.	5. De debilitatibus.	5. De debilitatibus.	5. De debilitatibus.
6.	6. De castratione.	6. De castratione.	6. De castratione.
7.	7. De homicidio.	7. De homicidio.	7. De homicidio.
8.	8. De homicidiis servorum.	8. De homicidiis servorum.	8. De homicidiis servorum.
9.	9. De homicidiis hominum regis.	9. De homicidiis hominum regis.	9. De homicidiis hominis regis.
10.	10. De homicidiis hominum ecclesiae.	10. De homicidiis hominum ecclesiasticorum.	10. De homicidiis hominum ecclesiasticorum.
11.	11. De homicidiis qui in truste rege est.	11. De homicidiis eorum qui in truste regis sunt.	11. De homicidiis eorum qui in truste regis sunt.
12.	12. De homicidiis mulierum.	12. De homicidiis mulierum.	12. De homicidiis mulierum.
13.	13. De homicidiis puellarum.	13. De homicidiis puellarum.	13. De homicidiis puellarum.
14,1.	14. De muliere ecclesiastica.	14. De muliere ecclesiastica.	14. De muliere ecclesiastica.
14,2.		15. De puella ecclesiastica.	
15.	15. De homine mortrido.	16. De homine morddrido.	15. De homine mordrido.
16.	16. De captivato homine.	17. De captivo homine.	16. De captivato homine vel femina ingenua.
14,2.	17. De puella ecclesiastica[a].		
17.	18. De incendio.	18. De incendio.	17. De incendio.
18.	19. De sonesti.	19. De sonestis.	18. De sonesti.
19.	20. De hictu servorum.	20. De ictu servorum.	19. De icto servorum.
20.	21. De eflusione sanguinis.	21. De effusione sanguinis servorum.	20. De effusione sanguinis.
21.	22. De ossa fracta servorum.	22. De osso fracto servorum.	21. De osse fracto servorum.
22.	23. De ossa fracta ingenuorum.	23. De osso fracto ingenuorum a servo.	22. De osse fracto ingenuorum a servo.
23.	24. De hictu servorum a servo.	24. De ictu servorum a servo.	23. De ictu servorum in servo.

a) *contextus codicis A* 3 *cum ordine editionis nostrae congruit.* b) Ripuariorum *cod. B* 1; *cf. p.* 204, §. 12.

Edit.	*Cod. A 3.*	*A 4.*	*Codd. B.*	
24.[a]		25. De sanguinis effusione servorum a servo.	24. De sanguinis effusione servorum a servo.	
25.[a]		26. De osso fracto servorum a servo.	25. De osse fracto servorum a servo.	5
26.	25. De debilitatibus servorum.	27. De debilitatibus servorum.	26. De debilitatibus servorum.	
27.	26. De castratione servorum.	28. De castratione servorum.	27. De castratione servorum.	
28.	27. De interfectione servorum a servo.	29. De interfectione servorum.	28. De interfectione servorum a servo.	10
29.	28. De furtu servorum.	30. De furtis servorum.	29. De furtis servorum.	
30,1. }	29. De servo representato.	31. De incendio servorum.	30. De incendio servorum.	
30,1. }		32. De servo representando.	31. De servo representando.	15
30,2.	30. De servo infra ducatu lapsu.	33. De servo infra ducato lapso.	32. De servo infra ducatum lapso.	
30,2.	31. De servo extra ducatu lapso.[b]	34. De servo extra ducato lapso.[b]		
31.	32. De homine ingenuo repraesentato.	35. De homine ingenuo repraesentando.	33. De homine ingenuo repraesentando.	20
32.	33. De manire.	36. De manire.	34. De mannire.	
33.	34. De intertiare.	37. De intertiare.[c]	35. De intertiare.	
34.	35. De raptu ingenuorum vel mulierum.	38. De raptu ingenuorum vel mulierum.	36. De raptu ingenuorum vel mulierum.	25
35.	36. De eo qui uxore aliena tollit.	39. De eo qui uxorem alienam tulerit.	37. De eo qui uxorem alienam tulerit.	
36.	37. De diversis interfectionibus.	40. De diversis interfectionibus vel conpositionibus.	38. De diversis interfectionibus.	
37.	38. De dotis mulierum.	41. De dotis mulierum.	39. De dotis mulierum.	30
38.	39. De eo qui hominem innocentem ad regem accusat.	42. De eo qui hominem innocentem ad regem accusat.	40. De eo qui hominem innocentem ad regem accusaverit.	
39.	40. De manu stricta mulieris.	43. De eo qui ingenuam mulierem manum vel brachium strinxerit.	41. De eo qui ingenuae mulieri manum vel brachium strinxerit.	35
40.[d]		44. De caballo extra domini sui consilium ascensum.	42. De caballo extra consilium domini sui ascenso.	
41.	41. De ligaminibus ingenuorum.	45. De ligationibus ingenuorum.	43. De ligaminibus ingenuorum.	40
42.	42. De venationibus.	46. De venationibus.	44. De venationibus.	
43. }	43. De sepibus.	47. De sepibus.	45. De saepibus.	
44. }			46. De his qui in messe aliena cum carro transierit.	45
45. }			47. De his qui nesciente homine aliquam furtivam rem in domo introduxerit.	
46.	44. De quatrupedibus si homine occidit.	48. De quadrupedibus si hominem occiserint.	48. De quadrupedibus si hominem occiderint.	50
47.	45. De vestigio minando.	49. De vestigio menando.	49. De vestigio minando.	

a) *tenor titulorum* 24. 25. *editionis nostrae in contextu codicis A* 3 *cum praecedente titulo coniungitur.* b) *rubrica* de servo extra ducato lapso *adest quoque in indice codd. A* 5. 9, *solus tamen A* 4 *textum huius tituli servavit, cfr. infra edit. nostr. tit.* 30, 2. c) *cod.* inter certiare. d) *titulus* 40. *editionis nostrae in indice codicis A* 3 *desideratur, in contextu* 55 *adest sub rubrica:* de caballo ascendendo.

Edit.	Cod. A 3.	A 4.	Codd. B.
48.	46. De hominis qui sine heredibus moritur.	50. De adfratimire.	50. De homine qui sine heredibus moritur.
49.	47. De agramire.		51. De adfatimire.
50.	48. De testibus adhibendis.	51. De testibus adhibendis.	52. De testibus adhibendis.
51.	49. De eo qui grafionem ad res alienas invidat.	52. De eo qui grafionem ad res alienas tollendas invitat.	53. De eo qui grafionem ad res alienas invitat.
52.	50. De rem prestata.	53. De rem prestitam.	54. De re praestata.
53.	51. De eo qui grafionem interficerit[a].	54. De eo qui grafionem interfecit.	55. De eo qui grafionem interficerit.
54.	De corporibus expoliatorum.	55. De corporibus expoliatis.	56. De corporibus expoliatis.
55.	De rachimburgiis legem dicentibus.	56. De rachinburgiis legem dicentibus.	57. De rachinburgiis legem dicentibus.
56.	De alodis.	57. De alodis.	58. De alodibus.
		58. De aroen.[b]	(59. De aroene[c].
		59. De testamentis regum.[b]	60. De testamentis regum.[c])
57.	De libertis a domino ante regem dimissis.	60. D. libertis a domno ante regem dimissis.	59. (61.) De libertis a domino ante regem dimissis.
58.	De tabulariis.[d]	61. De tabulariis.[d]	60. (62.) De tabulariis.
59.	De venditionibus.	62. De vinditionibus.	61. (63.) De venditionibus.
60.	De traditionibus et testibus adhibendis.	63. De traditionibus et testibus adhibendis.	62. (64.) De traditionibus et testibus adhibendis.[e]
61.	De libertis secundum legem Romanam.	64. De libertis secundum legem Romanam.	63. (65.) De libertis secundum legem Romanam.
62.	De homine qui servum tributarium facit.	65. De homine qui servum tributarium facit.	64. (66.) De homine qui servum tributarium facit.
63.	De homine in hoste hoccisum.	66. De homine in hoste occiso.	65. (67.) De homine in hoste occiso.
64.	De homine in domo propria occiso.	67. De homine in domo propria occiso.	66. (68.) De homine in domo propria occiso.
65.	De eo qui bannum non adimplet.	68. De eo qui bannum non adimplet.	67. (69.) De eo qui bannum non adimplet.
66.	De sacramento.	69. De sacramento.	68. (70.) De sacramento.
67.	De eo qui filium non relinquit.	70. De eo qui filios non relinquid.	69. (71.) De eo qui filium non relinquit.
68.	De ossa super via[f] sonans vel absque efusionem sanguinis.	71. De osso super viam sonante vel absque effusione sanguinis.	70. (72.) De osse super viam sonante vel absque effusione sanguinis.
69.	De eo qui regis infidelis extitit.	72. De eo qui rege infidelis extitit.	71. (73.) De eo qui regi infidelis extitit.
70.	De homine a ligno interfecto.	73. De homine a ligno interfecto.	72. (74.) De homine a ligno interfecto.

a) *reliquae rubricae in indice codicis A 3 desunt; sequentes rubricas ex contextu codicis A 3 deprompsi, qui cuique titulo numerum et rubricam praefigit; numeros, a scriptore codicis saepius errore confusos, omisi.* b) *rubricae* 58. 59. *codicis A* 4 *inveniuntur quoque in indicibus codd. A* 5. 10; *A* 5: LX. De arachone. LXI. De testamentis regum; *A* 10: LVIIII. De aro hene. LX. De testamentis regum, *quae rubricae in his quoque codd. post rubricam* de alodis *inseruntur.* c) *rubricae* De aroene *et* De testam. regum *inveniuntur in indicibus codd. B* 1. 4. 11. d) *post rubricam* De tabulariis *cod. A* 9 *has rubricas inserit:* LXVIII. De interpellatione vel sacramento (= *tit.* 58, *c.* 19—21. *editionis nostrae*). LXIX. De venditionibus (= *tit.* 59). LXX. De traditionibus et testibus adhibendis (*tit.* 60, *c.* 1). LXXI. De eo qui consortem suum superpriserit (= *tit.* 60, *c.* 2—5). LXXII. De testamentis regum (= *tit.* 60, *c.* 6—8). LXXIII. De libertis secundum legem Romanam *etc. Cfr. praef. nostr.* §. 5. e) De testamentum regum vel de traditionibus seu de testibus adhibendis *B* 19. f) superbia *cod.*

Edit.	*Cod. A 3.*	*A 4.*	*Codd. B.*
71.	De fistuca intercurrente.	74. De fistuca intercurrente.	73. (75.) De fistuca intercurrente.
72.	De homine intertiato vel pecore mortuo.	75. De homine intertiato vel pecus mortuo.	74. (76.) De homine intertiato vel pecore mortuo.
73.	De homine ligato absque iudicio.	76. De homine ligato et absque iudicio dimisso.	75. (77.) De homine ligato absque iudicio dimisso.
74.	Ut nullus cum servo tradat vel commendationem fatiat.	77. Ut nullus cum servo traditionem vel commutationem[a] faciat.	76. (78.) Ut nullus cum servo traditionem vel comparationem faciat.
75.	De rem proprisa vel secuta.	78. De res proprisas[b] vel sequentes eam.	77. (79.) De re proprisa vel secuta.
76.	De materiamen furato.	79. De materiamen vel ligna furata.	78. (80.) De materiamine vel lignis furatis.
77.	De homine forbatudo.	80. De homine forbattudo.	79. (81.) De homine furbattudo.
78.	De furone in domo recepto.	81. Qui furonem in domo recipit.	80. (82.) De eo qui furem in domo reciperit.
79.	De homine penduto.	82. De homine penduto et eius hereditate.	81. (83.) De homine penduto et eius hereditate.
80.	De via lacinia.	83. De via lacina.	82. (84.) De viae lacina.
81.	Ut parvulus non respondeat ante 15 annus.	84. Ut parvulus non respondeat ante 15 annos.	83. (85.) Ut parvulus non respondeat ante 15 annos.
82.	De damno in messe vel infra clusura.	85. De damno in messe vel clausuram.	84. (86.) De damno in messe vel in clausura.
83.	De maleficiis.	86. De maleficio.	85. (87.) De maleficio.
84.	De graphione iniuste invitato.	87. De grafione iniuste invitato.	86. (88.) De grafione iniuste invitato.
85.	De corpore expoliato.	88. De corpus expoliato.	87. (89.) De corpore expoliato.
86.	De caballo excortigato.	89. De caballo excorticato.	88. (90.) De caballo scorticato.
87.	De forbannito homine.	90. De homine forbannito.	89. (91.) De homine forbannito.
88. 89.	Ut nemo munera in iudicio accipiat.[c]	91. Ut nemo munera in iudicio sedens aliquando accipiat.	90. (92.) Ut nemo munera in iudicio accipiat.
			[91. (93.) Ut iudices sive missi fiscales freda non exigant, priusquam facinus conponatur.][d]

Edit.	*Cod. A 2.*	*A 7.*
	Incipiunt capitula de lege Ribuariorum.	Incipiunt tituli Ribuariae legis.
1.	1. De his qui ictu percusserit.	1. De ictu ingenuorum absque sanguine facto.
2.	2. Si quis ingenuus ingenuum percusserit.	2. De ictu eorum sine sanguine.
3.	3. De his in quolibet membro osso fregerit.	3. De fractura ossium.
4.	4. Si ingenuus alterum transpunxerit.	4. De plagis infra capsum.
5, 1.	5. Si ingenuus auriculam excusserit.	5. De abscisione auriculae.
5, 2.	6. Si nasum excusserit.	6. De abscisione nasi.

a) commuta *cod.* b) proprias *cod.* c) *titulus* 89. *editionis nostrae in contextu codd. A (excepto solo cod. A* 10, *qui Vulgatam sequitur) cum praecedente titulo coniungitur.* d) *contextus codd. B ultimum titulum* Ut iudices *etc. exhibet, separatum a praecedente titulo; in indice codd. B* 1. 2. 11—13. *rubrica ultima desideratur, cfr. praef. nostr.* §. 8, *not.* 45.

Edit.	Cod. A 2.	A 7.
5, 3.	7. De his qui oculum excusserit.	7. De excussione oculi.
5, 4.	8. De his qui manum excusserit.	8. De manu abscisa.
5, 5—7.	9. De his qui policem excusserit.	9. De police et de digito unde sagittat excusso.
5, 8—10.	10. Si quis pedem excusserit.	10. De abscisione pedis.
6.	11. De his qui alium castraverit.	11. De castratione.
7.	12. De his qui hominem Ribuarium interficerit.	12. De homicidiis.
8.	13. Si quis servum interficerit.	13. De homicidiis servorum.
9.	14. De regium hominem interfectum.	14. De regio homine interfecto.
10.	15. De hominem ecclesiastico.	
11, 1. 2.	16. De eum qui in truste regia est interfectus.	15. De eo interfecto qui in truste regis est.
11, 3.	17. De hominem ecclesiastico qui vim tulerit aliquid.	16. De fortia regii et ecclesiastici hominis facta.
12.	18. De feminam Ribuariam interfecta.	17. De femina Ribuaria occisa et de aliis compositionibus.
13.		18. De puella Ribuaria occisa.
14.		19. De regia vel ecclesiastica femina pregnante occisa.
15.	19. Si quis ingenuus ingenuum Ribuarium interficerit.	20. De ingenuo occiso et ubicumque celato.
16.	20. De his qui alium vendiderit.	21. De venditione ingenuorum extra solum.
17.	21. De his qui hominem incenderit.	22. De incendio a servo facto. 23. De incendio per noctem facto.
18, 1.	22. De pecoribus furatis.	24. De variis furtis animalium ab ingenuis factis si hoc fecerint.
18, 2.		25. De furtis servorum eorundem animalium.
18, 3.		26. De hisdem furtis ab ecclesiasticis vel regiis hominibus factis.
19, 3.		27. De servo qui hoc ecclesiastico vel regio homini fecerit.
19, 1.		28. De ingenuorum ictibus usque ad tres culpos.
19, 2.		29. De regiis ecclesiasticis hominibus si hoc fecerint.
20, 1.	23. De his qui sanguinem effusionem fecerit.	30. De servo qui supradictis personis sanguinem excusserit.
20, 2.		31. De supranominatis personis si servo hoc fecerint. [a]
21. [a]		
22.		32. De servo si alicui ossa ruperit. 33. De servo si regio vel ecclesiastico homini hoc fecerit.
23.		34. De servorum inter se ictuum controversia.
24. 25. 26. 27.		35. De servorum sanguineis plagis et de ossuum rupturis.
28. 29. [a]		36. De homicidiis servorum inter se et eorum examinationibus. [a]
30.	24. De eo qui in iudicio pro servo interpellatus fuerit.	

a) *tituli 21. 29. editionis nostrae in cod. A 7 tam in contextu quam in indice desiderantur.*

Edit.	*Cod. A 2.*	*A 7.*
31, 1. 2.	25. De his qui in obsequium alterius inculpatus fuerit.	37. De eis ingenuis hominibus qui in obsequio se commendant si inculpati fuerint, et de eorum investigationibus.
31, 3—5. 32, 1. 32, 2—4.	26. De his qui infra pago Ribuariam interpellatus fuerit.	38. De mannitione ad mallum. 39. De eis qui tertio vel quarto amoniti ad mallum venire contendunt.
33. 34.	27. Si quis rem suam cognoverit, manum mittat.	40. De interciatis rebus. 41. De raptis feminarum.
35, 1. 35, 2. 35, 3.	28. De his qui cum ingenua puella mechatus fuerit.	42. De eo qui vivente marito uxorem illius tulerit. 43. De eo qui ingenuam puellam adulteraverit. 44. De puellis vel mulieribus quae in verbo regis bannitae vel ecclesiasticae sunt.
36, 1. 36, 2. 36, 3. 36, 4.	29. De homicidiis.	45. De interfectione advenarum. 46. De interfectione advene Burgundionis. 47. De interfectione advene Romani. 48. De interfectione Alamanni et reliquorum.
36, 5. 36, 6. 36, 7. 36, 8. 36, 9.	30. De clericis, subdiaconis, diaconis, presbyteris, episcopis interfectis.	49. De interfectione clerici. 50. De interfectione subdiaconi. 51. De interfectione diaconi. 52. De interfectione presbyteri. 53. De interfectione episcopi.
36, 10. 36, 10.	31. De partum in femina.	54. De infantibus in praegnante occisis. 55. De ipsa pregnante occisa.
36, 11. 12.	32. De res solvendas.	56. De compositionibus et qualiter singule species adprecientur.
37.	33. De dotis mulierum.	57. De mulieribus desponsatis et earum dotibus.
38. 39. 40. 41, 1. 41, 2. 3.	34. De his qui hominem innocentem ad regem accusat.	58. De accusatione innocentum ad regem. 59. De eo qui alienae mulieri manum strinxerit. 60. De ascensione cavalli contra voluntatem domini sui. 61. De ingenuis ligatis. 62. De eo qui super res alienas ligatus fuerit.
42, 1. 42, 2. 3. 43. 44. 45. 46. 47.	35. De diversis venationibus furatis.	63. De furtis diversarum venationum. 64. De cervis domitis occisis vel furatis. 65. De damno in sepibus vel clausuris factis. 66. De messibus[a] calcatis. 68.[b] De his qui nescio homine in possessione illius. 69. De quadrupede qui hominem occiderit vel inter se occisa fuerint. 70. De eo qui suum animal per vestigium sequitur.

a) mensibus *cod.* b) *numerus* 67 *desideratur.*

Edit.	Cod. A 2.	A 7.
48. 49. 50.	36. De his qui per genealogiis non habuit hereditatem.	71. De eorum rebus qualiter agendum sit qui filios et filias habere non possunt.
		72. De testibus veritatem dicere nolentibus a iudice distringendos.
51. 52. 53. 54, 1. 54, 2. 55.	37. De iudicem fiscalem quem comitem vocant.	73. De fiscalibus iudicibus. 74. De re alii prestita. 75. De interfectione comitum. 76. De eo qui mortuum antequam sepeliatur expoliaverit. 77. De eo qui mortuum effoderit. 78. De raginburgiis legem dicere nolentibus.
56. 57, 1—3. 57, 4. 58, 1.	38. De his qui absque liberis defunctus fuerit.	79. De eis qui sine liberis mortui fuerint qui in eorum hereditate succedant. 80. De libertis et denarialibus. 81. De homine denariato absque liberis defuncto et de omnibus eorum rationibus.
58, 2—8. 58, 9. 58, 10.	39. De his qui tabularium contra episcopum defensare voluerit.	82. De tabulariorum matrimoniis et si mechaverint.
58, 11—13. 58, 14. 58, 15—17. 58, 18. 58, 19. 20.	40. Quod si ecclesiasticus aut Romanus ingenuam Ribuariam[a] acciperit.	83. De tabulario si ancillam Ribuariam acceperit et de ecclesiasticis et regiis hominibus reliquisque personis. 84. De Ribuario si ancille regis vel ecclesiastice seu tabulariae se sociaverit. 85. De Ribuario si ancille alterius se sociaverit et si ingenua servum alterius tulerit et si supradictae personae mechaverint. 86. De ingenua Ribuaria si servum secuta fuerit.
58, 21.	41. De fide factas.	87. De sacramentis.
59, 1—3.	42. De testamentis.	88. De venditionibus.
59, 3. 59, 4—7.	43. De causis quod sequitur manum cancellarii.	89. De falsis testamentis et cancellariorum rationibus.
59, 7. 59, 8. 9.	44. De donatione constituta.	90. De cartula si quis in manibus habuerit in iudicio.
60, 1. 60, 2—8. 61.	45. De locum traditionis[b].	91. De testibus si aliquis alicuius emptionem contenderit. 92. De consorte in rebus obpresso. 93. De servo si quis eum libertaverit.
62. 63. 64.	46. De servis tributariis interfectis.	94. De eo qui servum suum tributarium fecerit et aliquis eum interfecerit. 95. De homine in hoste interfecto. 96. De homine in propria domo interfecto.
65, 1. 2. 65, 3.	47. De his qui in utilitate regis minime implebit.	97. De utilitate regis. 98. De eo qui in utilitatem regis ambulaverit non suscepto.

a) Ribuarium *cod.* b) tradionis *cod.*

Edit.	*Cod. A 2.*	*A 7.*
66.	48. Si quis Ribuarius sacramentum fidem fecerit.	99. De Ribuariis quomodo et qualiter facere debent.
67, 1.	49. De hominem debitum cui iudicium et omnem factum eius adunare studeat.	
67, 2—4.		100. De eis qui fide facta de sacramento in hostem banniti[b] fuerint.
67, 5.		101. De eis qui pro hereditatae decertare coeperint.
68.	50. De hominem qui in caput plagatus fuerit.	102. De rupturis ossium vel consideratione eorum.
69.		
70, 1.	51. De homine a ligno seu a quolibet manufactile fuerit interfectus.	103. De infidelitate regis et si quis proximum suum interfecerit et de aliarum personarum interfectionibus.
70, 2—5.	52. De his qui fossam vel puteum fecerit.	104. De homine qui ubicumque decipulam fecerit.
71.		
72, 1. 2.	53. De his qui hominem intertiaverit.	105. De eo qui hominem interfecerit et infra placitum mortuus fuerit et de aliis his similibus.
72, 3—5.	54. De his qui in quadruvio hominem interficerit.	
72, 6—9.	55. De animalibus intertiatis.	
73, 1.	56. De his qui furonem ligaverit.	106. De eo qui furem ligaverit.
73, 2—4.		107. De eo qui furem alicui per vim tulerit.
74.	57. Ut nullus cum servo alieno negotium faciat.	108. De eo qui servo aliquid commendaverit.
75.	58. De his qui caballum, hominem in via prisserit.	109. De homine vel cavallo ubicumque represso.
76.		110. De eo qui alterius capelatum materium de silva tulerit vel alias designatas res abstraxerit.
77.	59. Si quis hominem super res suas conprehenderit.	111. De eo qui non prevaluerit ligare hominem quem super res suas invenerit et de his similibus.
78.		112. De eo qui furem in domo sua receperit.
79.		113. De eo qui pro culpis damnatus ad mortem fuerit, ut res eius heredes ipsius non perdant.
80.		114. De contrarietate viae.
81.	60. Si quis homo Ribuarius defunctus fuerit.	115. De parvulis defunctorum ut ante 15 annos nullas causas has agere conpellantur.
82, 1.		116. De estimatione damni.
82, 2.	61. Si quis peculium[a] in messe adpraehenso.	117. De peculio in messe deprehenso.
83.		118. De maleficiis.
84.	62. Si quis grafionem iniuste invitaverit.	119. De eo qui grafionem ad malefaciendum invitaverit.
85.		120. De mortuis expoliatis.
86.		121. De cavallis et aliis animalibus decoriatis.
87.	63. Si quis hominem qui forbannitus est in domo reciperit.	122. De forbannitis hominibus.
88.		123. De fredis non exigendis antequam componatur.
89.		
89.		124. De confirmatione omnis superioris legis.[c]

Explicat.

a) peculum *cod.* b) bannitis *cod.* c) *cum numerus* 67 *omissus sit (cf. supra p.* 210. *not.* b), *cod. A* 7 *re vera* 123 *rubricas habet. Cod. A* 6, *qui titulum* 21. *editionis nostrae non omisit (cf. supra p.* 209. *not.* a), 124 *rubricas enumeravit.*

LEX RIBUARIA

E CODD. A.

INCIPIT LEGIS RIBUARII[a].

I.

Si quis ingenuus ingenuum[a] ictu percusserit, solidum 1 culpabilis iudicetur. Si bis, duos solidos; si ter, 3 solidos culpabilis iudicetur[1].

II.

Si quis ingenuus ingenuum percusserit, ut sanguis exiat[a], terra tangat[b], bis novem[c] solidos culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum sex iurit[d. 2].

III.

Si quis ingenuus ingenuum in quolibet membro osso fregerit, 36 solidos culpabilis iudicetur, aut cum sex iurit[a. 3].

IV.

Si quis ingenuus altero transpuncxerit, aut infra costas placaverit, 36 solidos culpabilis iudicetur, aut cum sex iurit[a. 4].

a) *ita* 1; Incipit lex Ribuariorum ex consensu et consilio paterne optimatum traditione legis ediderunt. Audgarius nomen. 2; Incipit lex Ribuaria 3. 6. 7; Incipit lex Ripuaria 9; In nomine Dei summi incipit lex Ribuaria constituta a Francis 4; In nomine trino divino incipit pactus legis Ribuariae, qui temporipus Karoli renovatus est 5. *Inscriptio legis deest* 10; *in codd.* 8. 11, *qui fragmenta tantum legis Ribuariae exhibent, exordium legis desideratur; cf. praefatio nostra* §. 9. *Codices A alii* Ribuarius *scribunt, alii* Ripuarius: *codices* 1—7. 10 *semper scribunt* Ribuarius, Ribuaria; *semel in codd.* 1. 2 Ripuarius *occurrit; codices* 8. 9. 11 *semper habent* Ripuarius, Ripuaria, *semel cod.* 9 Ribuarius, *cod.* 11 Ribuariam.

Tit. I. a) in *inserit* 4.

Tit. II. a) exiciat 2. b) terram tangat 3. 5; et terram tangat 4; terramque tangat 9. 10; ut terra tangatur 6. 7. c) bis nove 1. 2; bis novenos 4; *rell. codd.* bis novem *vel* bis VIIII. d) *ita semper* 1; *rell. codd. semper* iuret.

Tit. III. a) si negaverit *addunt* 6. 7.

Tit. IV. a) si negaverit *addunt* 6. 7.

E CODD. B.

INCIPIT LEX RIBUARIORUM[a].

I.

De ictu ingenuorum.

Si quis ingenuus ingenuum ictu percusserit, solido 1 culpabilis iudicetur; si[a] bis, duobus solidis. Si ter, tribus solidis culpabilis iudicetur[a].

II.

De sanguinis effusione.

Si quis ingenuus ingenuum percusserit, ut sanguis exeat terramque tangat, 18[a] solidos culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum 6[b] iuret.

III.

De osse fracto.

Si quis ingenuus ingenuo in quolibet membro os fregerit, 36[a] solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6[b] iuret.

IV.

De puncto.

Si quis ingenuus alterum transpunxerit, aut infra costas plagaverit, 36 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6[a] iuret.

a) Ripuariorum 1. 20. *Codex* 1 *semper scribit* Ripuarius, Ripuaria. *Cum codice* 1 *congruere videtur codex* 20, *qui pro maxima parte legi non potest. Cf. praefatio nostra* §. 10. *Reliqui codices B semper habent* Ribuarius, Ribuaria *vel* Riboarius, Riboaria, *interdum etiam* Roboarius; *apud Heroldum legi Ribuariae inscriptum est:* In nomine domini nostri Iesu Christi incipit ordo legis Ripuariae, *et scribit semper* Ripuarius, Ripuaria; *Tilius editioni suae inscripsit:* Ripuariorum leges a Theodorico rege Francorum latae, *et habet semper* Ripuarius, Ripuaria; *Lindenbrogius quoque semper scribit:* Ripuarius, Ripuaria, *et inscripsit legi:* Incipit lex Ripuariorum.

Tit. I. a) si bis — iudicetur *des.* 4. *Apud Heroldum titulus* 1. *ita conceptus est:* Si quis ingenuus ingenuum ictu percusserit, XV solidos culpabilis iudicetur, *quod cum capitulari Karoli M. legi Ribuariae addito congruit; cf. not.* 1. *ad text. A.*

Tit. II. a) XVIIII 4. b) VII 4. 19.

Tit. III. a) XXXV 7. b) VII 4. 19.

Tit. IV. a) VII 19.

1) Cf. infra titt. 19. 23. 68; Lex Salica (ed. Behrend 1874) tit. 17, c. 6: *Si quis ingenuus ingenuum de fuste percusserit ut sanguis non exeat, usque tres colpus semper pro unoquoque iecto — sol.* 3 *culpabilis iudicetur.* Capitulare legi Ribuariae additum a. 803 (Monum. Germ. Legum Sectio II. Capitularia regum Francorum ed. A. Boretius, tomi I, p. 117) c. 1: *I. cap. Si quis ingenuus ingenuum ictu percusserit, quindecim solidos conponat.* 2) Cf. infra tit. 20. 24; Lex Sal. 17, 5: *Si quis hominem plagaverit, ita ut sanguis in terra cadat, et ei fuerit adprobatum, — sol.* 15 *culp. iud.;* cf. 17, 7. eod. — Lex Franc. Cham. c. 18: *Qui per capillos Francum priserit, solidos* 12, *et in dominico solidos* 4. *Et qui ei sanguinem sine culpa effuderit, solidos* 12 *componat, et in fredo dominico solidos* 4. 3) Cf. infra tit. 21. 22. 25. 68; lex Sal. 17, 3: *Si quis alterum in caput plagaverit, ut cerebrum apareat, et exinde tria ossa quae super ipso cerebro iacent, exierint, — sol.* 30 *culp. iud.* 4) Lex Sal. 17, 4:

E CODD. A.

V.[5]

1. Si quis ingenuus ingenuum auriculam excusserit, ut audire non possit, 100 solidos culpabilis iudicetur. Si autem audire[a] non perdiderit, 50 solidos culpabilis iudicetur.

2. Si nasum excusserit, ut muccare non possit, 100 solidos culpabilis iudicetur. Si[b] muccare praevalit, 50 solidos culpabilis iudicetur[b].

In codd. 6. 7 hoc caput ita legitur:

Si quis[c] ingenuus ingenuo[c] nasum excusserit, ut muccum retinere non possit, 50 solidos culpabilis iudicetur. Et si muccum retinere poterit, 25 solidos culpabilis iudicetur.

3. Si quis ingenuus ingenuum oculum excusserit, 100 solidos culpabilis iudicetur. Si visum in occulum restiterit[6], et videre non poterat[d], 50 solidos culpabilis iudicetur.

4. Si manum excusserit, 100 solidos culpabilis iudicetur. Si manus ibidem manca pendederit, 50 solidis conponatur.

5. Si[e] quis ingenuus ingenuo policem excusserit, 50 solidos culpabilis iudicetur[e]. Quodsi polex ibidem mancus pependerit, 25 solidos culpabilis iudicetur.

6.[f] Sic in omni[g] mancatione, si membrus mancus pependerit, medietate conponat quam conponere debuerit, si ipse membrus abscisus fuisset.

7. Si secundo digito, unde sagittatur, excusserit, 36[h] solidis conponatur.

8. Si quis ingenuus ingenuum pedem excusserit, 100solidis conponatur. Si pedes ibidem mancus pependerit, 50 solidos culpabilis iudicetur.

9. Si articulum qualemcunque[i] amputaverit, 36[k] solidos culpabilis iudicetur.

10. Ista omnia si negaverit, cum sex iurit, quod hoc non fecisset[l].

VI.

Si quis ingenuus ingenuum castraverit, 200 solidos

Tit. V. a) auditum 2. 4—6. 9. 10. b) Si — iudicetur *des.* 4. c) quis ingenuus ingenuo *des.* 7. d) non poterit 3. 6. 7; non potuerit 4; non potest 5. 9 (non *in* 9 *erasum a correctore*); non possit 10. e) Si — iudicetur *des.* 4. f) *cap.* 6. *a codice* 5 *in fine tituli ponitur et cum cap.* 10. *coniungitur.* g) homine 1. 2. h) XXVI 2; XXXV 3; L *habuisse videtur* 4, *sed corrector erasit et inseruit* XXXVI. i) quademcunque 1; quodemcunque 2. k) XXXV 9. l) quod hoc non fecisset *des.* 5—7.

E CODD. B.

V.

De debilitatibus.

1. Si quis ingenuus ingenuo auriculam excusserit, ut audire non possit, 100 solidis culpabilis iudicetur. Si autem auditum non perdiderit, 50 solidis conponat. 5

2. Si nasum excusserit, ut muccare non possit, 100 solidis culpabilis iudicetur. Si muccare praevalet, 50 solidis conponatur. 10

15

3. Si quis ingenuus ingenuo oculum excusserit, 100 solidis culpabilis iudicetur. Si visus in oculo restiterit, ita ut videre non[a] possit, 50 solidis culpabilis iudicetur. 20

4. Si manum excusserit, 100 solidis culpabilis iudicetur. Si manus ibidem manca pendiderit, 50 solidis conponat.

5. Si quis ingenuus ingenuo pollicem excusserit, 50 solidis culpabilis iudicetur. Quod si pollix ibidem mancus pendiderit, 25 solidis culpabilis iudicetur. 25

6. Sic in omni mancatione, si membrum mancum pendiderit, medietate conponat quam conponere debuerat, si ipsum membrum abscisum fuisset. 30

7. Si secundus digitus, unde sagittatur, excussus fuerit, 36 solidis conponatur. 35

8. Si quis ingenuus ingenuo pedem excusserit, 100 solidis conponat. Si pes ibidem mancus pendiderit, 50 solidis culpabilis iudicetur.

9. Si articulum qualecumque amputaverit, 36 solidis culpabilis iudicetur. 40

10. Ista omnia si negaverit, cum 6[b] iuret, quod hoc non fecisset.

VI.

De castratione. 45

Si quis ingenuus ingenuum castra-

Tit. V. a) non *inserunt* 1. 4—10. 12. *Her.; deest* 2. 3. 11. 13—17. 19. *et apud Sich. Til. Lind.* b) VII 4. 19.

50

Si vero inter costas [plagaverit] aut in ventrem, ita ut vulnus appareat et usque ad intrania perveniat, — *sol.* 30 *culp. iud., praeter medicatura sol.* 5. 5) Cf. infra tit. 26; tit. 68, c. 5. — Lex Sal. tit. 29: *De dibilitatibus. Si quis alterum manum vel pedem debilitaverit aut oculum vel nasum amputaverit,* 4000 *din. qui faciunt sol.* 100 *culp. iud. Si cui vero manus ipsa mancata ibi pendiderit, malb. chaminus, hoc est* — *sol.* 63 *culp. iud. Si quis de manum vel pedem policem excusserit, malb. alatham, hoc est* — *sol.* 50 *culp. iud. Si ibidem ipse polix mancatus pependerit,* — *sol.* 30 *culp. iud. Si vero secundum digito, id est unde sagittatur, excusserit,* — *sol.* 35 *culp. iud. Sequentes vero digitis, id est tres, si pariter in unum iectum inciderit, sol.* 50 *culp. iud. Si duos excusserit, sol.* 35 *culp. iud. Si vero unum inciderit, sol.* 30 *culp. iud.* — 'Zeitschrift f. Rechtsgeschichte' V, p. 394—397. — Secundum legem Francorum Chamavorum c. 20. pro manu, pede, oculo quarta tantum pars weregeldi solvitur. 6) Id est: si pupilla in oculo remanserit. 55 60

E CODD. A.

culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum 12 iurit[a. 7].

VII.

Si quis homo ingenuum[a] Ribuarium interfecerit, 200 solidos culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum 12 iurit[8].

VIII.

Si quis[a] servum interfecerit, 36 solidos culpabilis iudicetur, aut cum sex iurit, quod[b] hoc non fecissit[b. 9].

IX.

Si quis regium hominem interfecerit, 100 solidos culpabilis iudicetur, aut cum 12 iurit[10].

Tit. VI. a) aut cum 6 iuret 5; quod hoc non fecisset *addit* 3.
Tit. VII. a) ingenuus 5.
Tit. VIII. a) ingenuus *inserit* 5. b) si negaverit 6. 7.

E CODD. B.

verit, 200 solidis culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum 12[a] iuret.

VII.
De homicidio.

Si quis homo ingenuum[a] Ribuarium[b] interfecerit, 200[c] solidis culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum 12[d] iuret.

VIII.
De homicidiis servorum.

Si quis servum interficerit, 36 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6[a] iuret, quod hoc non fecisset.

IX.
De homicidiis hominum regis.

Si quis hominem regium interficerit, 100 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 12[a] iuret.

Tit. VI. a) VII 19.
Tit. VII. a) ingenuus 8. b) Roboarium 6. c) CCC *Her.* d) XIII *Sich.*; VII 19.
Tit. VIII. a) quinque 2; VII 4. 19.
Tit. IX. a) VI 3.

7) Cfr. infra tit. 27; Lex Sal. 29, 9: *Si quis hominem ingenuum castraverit, — sol.* 200 *culp. iud.* — Capit. II. ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 95) c. 6: *Si Salicus Salicum castraverit et ei fuerit adprobatum,* 200 *sol. culp. iud., excepto medicaturas solidos* 9. *Si quis antrustionem castraverit et ei fuerit adprobatum,* 600 *sol. culp. iud., excepto medicaturas sol.* 9. 8) Lex Sal. 41, 1: *Si quis ingenuo Franco aut barbarum qui lege Salega vivit occiderit, cui fuerit adprobatum, — sol.* 200 *culp. iud.* — Decretio Childeberti a. 596. c. 5 (Capp. ed. Boretius p. 16): *De homicidiis vero ita iussimus observare, ut quicumque ausu temerario alium sine causa occiderit, vitae periculum feriatur: nam non de precio redemptionis se redimat aut componat. Forsitan convenit, ut ad solutionem quisque discendat, nullus de parentibus aut amicis ei quicquam adiuvet; nisi qui praesumpserit ei aliquid adiuvare, suum weregildum omnino componat; quia iustum est, ut qui novit occidere, discat morire.* — Lex Francorum Chamavorum c. 3. 4: *Qui hominem Francum occiderit, solidos* 600 *componat; ad opus dominicum et pro fredo solidos* 200 *componat. Qui hominem ingenuum occiderit, solidos* 200 *componat, et exinde in dominico terciam partem componat.* — De solutione weregeldi cfr. infra not. 17. 9) Cfr. infra titt. 28. 62. — Lex Sal. 10, 1: *Si quis servo aut caballo vel iumentum furaverit, — sol.* 30 *culp. iud.*; 35, 6. eod.: *Si quis vasso ad ministerium aut fabrum ferrarium vel aurifice — furaverit aut occiderit, cui fuerit adprobatum, — sol.* 30 *culp. iud.* — Lex Franc. Cham. c. 6: *Qui servum occiderit, solidos* 50 *componat; exinde in dominico — terciam partem.* 10) Cap. legi Rib. addit. a. 803. c. 2: *X. cap. Homo regius, id est fiscalinus, et aecclesiasticus vel litus interfectus centum solidis componatur.* — Homo regius in codice B 3 (infra text. B tit. 38, c. 5. not.) *libertinus* appellatur. De puella et muliere regia agitur infra tit. 35, c. 3. verbis: *Si quis ingenuam puellam vel mulierem qui in verbo regis — est.* Infra tit. 53. verba: *regius puer* ad homines regios spectare videntur. Distinguuntur ab hominibus regiis *servi regis* infra tit. 58, c. 20, et sicut ingenui, homines quoque regii in mallo sunt (tit. 58, c. 19. 21) atque *in hoste* banniuntur, non tamen per comitem aut missum dominicum, sed per actores regis, qui villis regiis praesunt (tit. 65, c. 2). Homines regios *in verbo, in mundeburde regis esse,* apparet infra tit. 35, c. 3; tit. 58, c. 12. Quibus argumentis efficitur, homines regios libertinos fuisse, a rege non solemni more per denarium (cfr. infra tit. 57), sed quovis modo manumissos. Remanebant igitur cum posteris suis *in mundeburde regis,* nec plenam libertatem Francorum adipiscebantur, sed censum de capite suo regi solvebant (arg. tit. 58, c. 1, ubi de censu tabulariorum agitur, qui hominibus regiis in omnibus aequiparantur), ideoque actoribus regis, qui villas regias administrabant, ex nascendi conditione suberant. Propter minus plenam libertatem homines regis dimidiam compositionem et solvunt (tit. 10, c. 2; tit. 18, c. 3; tit. 34, c. 2. 3; tit. 65, c. 2. 3; tit. 87) et accipiunt (tit. 9. 22), quamvis rapina adversus eos commissa propter rationem, quae inter eos et regem exstat, tripliciter componatur (tit. 11, c. 3); in minoribus autem compositionibus distinctio inter homines regios atque ingenuos minime observatur (tit. 19—21; cfr. tit. 10, c. 2). Praeterea homo regius dimidium numerum noctium habet, cum terminus iudicialis ei praefigitur (tit. 58, c. 8. 21). De matrimonio inter homines regios et ingenuos Ribuarios inaequali atque de statu hominis regii ad posteros suos translato agitur infra tit. 58, c. 11. — Cfr. P. Roth, 'Feudalität und Unterthanverband' (1863) p. 291 sqq.; G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' II, 1 (ed. 3, 1882) p. 232. 233.

E CODD. *A*.

X.

1. Si quis hominem ecclesiasticum interficerit, 100 solidos culpabilis iudicetur, aut cum 12 iurit[a. 11].

2. Sic in reliqua conposicione, unde Ribuarios[b] 15[c] solidos[12] culpabilis iudicetur, regius et[d] ecclesiasticus homo medietatem[13] conponat, vel deinceps quantumcunque culpa[e] ascenderit.

XI.

1. Si quis eum interficerit qui in truste[a] regia est, 600 solidos culpabilis iudicetur. Et quidquid ei fietur, similiter sicut de reliquo Ribuario in triplo conponatur[14].

2. De hoccisione eius, si negaverit, cum 72 iurit.

3. Si quis regio aut ecclesiastico homine de quacumquelibet rem forcium fecerit et per vim[b] tollerit, in triplo sicut reliquo Ribuario conponatur*[15].

*) aut simili modo cum 72 iuret *addit* 9.

XII.

1. Si quis feminam Ribuariam interficerit, postquam parire[a] ceperit, usque ad quadraginsimum annum,

Tit. X. a) aut cum 12 iur. *omisit* 4. b) *ita* 1; *rell. codd.* Ribuarius. c) XII 3. 5; 15 sol. *desunt* 6. 7. d) et *deest* 1. 5—7; aut 4. e) culp. 1; culpabilis 3.

Tit. XI. a) strute 4; dustria 5. b) aliquid *inserunt* 6. 7.

Tit. XII. a) parere 2. 4—7; parare 3; parturire 9. 10.

E CODD. *B*.

X.

De homicidiis hominum ecclesiasticorum[a].

1. Si quis hominem ecclesiasticum interficerit, 100 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 12[b] iuret.

2. Sic[c] in reliqua conpositione, unde Ribuarius 15[d] solidis culpabilis iudicetur, regius et ecclesiasticus homo medietatem conponat, vel deinceps quantumcumque culpa ascenderit.

XI.

De homicidiis eorum, qui in truste regis sunt.

1. Si quis eum interficerit, qui in truste[a] regia est, 600 solidis culpabilis iudicetur. Et quicquid ei fiet, similiter sicut de reliquo Ribuario in triplum conponatur.

2. De occisione eius, si negaverit, cum 72 iuret.

3. Si quis regio aut ecclesiastico homini de quacumquelibet re fortiam fecerit et per vim tulerit, in triplum sicut reliquo Ribuario conponat.

XII.

De homicidiis mulierum.

1. Si [quis][a] feminam Ribuariam[b] interficerit, postquam parturire caepe-

Tit. X. a) ecclesiarum 8. b) VI, *sed coaeva manus correxit* XII 3. c) Si 4. 14. d) XII 13.

Tit. XI. a) strute *Sich.*

Tit. XII. a) *deest* 1. 2. 6. b) Roboariam 6.

11) Homines ecclesiastici, qui et tabularii vocantur (cfr. tit. 58, c. 2: *tabularium seu ecclesiasticum hominem*), servi sunt, secundum constitutionem Constantini anno 316. p. Chr. latam (*c.* 1. *Cod. de his qui in ecclesiis I*, 13) in ecclesia manumissi. Non plena libertate Francorum, sed, sicut homines regii, nonnisi parte quadam libertatis fruuntur. Sunt in mundeburde ecclesiae (tit. 35, 3; tit. 58, 13) et censum seu servitium ecclesiae, in qua manumissi sunt, debent (tit. 58, 1). Actoribus ecclesiae, non comiti nec ministris rei publicae subsunt (tit. 65, 2. 3). Mallum *non aliubi quam ad ecclesiam ubi relaxati sunt* tenent (tit. 58, 1). Homo ecclesiasticus ne per denarium quidem a rege plenam libertatem adipisci potest (tit. 58, 1). Si *absque liberis discesserit, nullum alium quam ecclesiam relinquit heredem* (tit. 58, 4). Liberis tamen adnumeratur (tit. 35, 3: *Si quis ingenuam puellam vel mulierem, qui — ecclesiastica est;* tit. 58, 1: *tam ipse quam et omnis procreatio eius liberi permaneant;* tit. 58, 7: *Quod si auctor dimissionis eum ingenuum fecerit*), a servo distinguitur (tit. 58, 9. 10. 20), immo ipse servum aut ancillam habere et servum suum in ecclesia, neque vero ante regem per denarium, manumittere potest (tit. 58, 1. 9). Homo ecclesiasticus per actorem suum *in hoste* bannitur (tit. 65, 2). Si homini ecclesiastico cum ingenuo Ribuario aut cum homine regio causa est, non in mallo ecclesiae, sed in publico mallo comitis res ei est agenda (tit. 58, 5. 8. 19. 21; tit. 66, 2). Propter minus plenam tamen libertatem homo ecclesiasticus, sicut homo regius, dimidias compositiones et solvit (tit. 10, c. 2; tit. 18, c. 3; tit. 34, c. 2. 3; tit. 65, c. 2. 3; tit. 87) et accipit (tit. 10. 22), quamvis rapina homini ecclesiastico quoque (sicut homini regio) tripliciter componatur (tit. 11, c. 3); in minoribus compositionibus distinctio inter homines ecclesiasticos atque ingenuos non observatur (tit. 19—21, cfr. tit. 10, c. 2). Praeterea homo ecclesiasticus dimidium numerum noctium habet, cum terminus iudicii ei praefigitur (tit. 58, c. 8. 21). De matrimonio inter homines ecclesiasticos et ingenuos Ribuarios inaequali tit. 58, c. 11, de statu hominis ecclesiastici ad posteros suos translato tit. 58, c. 1. 11. agitur. Cum hominibus ecclesiasticis homines regii atque homines Romani (cfr. infra nota ad tit. 58, c. 8) aequiparantur. — Cfr. P. Roth l. cit.; Waitz l. cit.; Edg. Loening, 'Geschichte des deutschen Kirchenrechts' II (1878), p. 229 sqq. 12) Compositio 15 solidorum minima compositio est, unde secundum legem Salicam fredus exigatur (cfr. Lex Sal. tit. 53). 13) Cfr. not. 10. 11. — Caput nostrum postea adiectum esse videtur; cfr. praefatio nostra §. 7. 14) Lex Sal. 41, 3: *Si vero eum qui in truste dominica fuit — occiderit, — sol.* 600 *culp. iud.* 5: *Si quis vero Romano homine conviva rege occiderit, cui fuerit adprobatum, — sol.* 300 *culp. iud.* 15) Cfr. not. 10. 11.

E CODD. A.

600 solidos culpabilis iudicetur[16]. Aut si negaverit, cum 72 iurit.

2. Et ubicumque sexcenti solidi accedunt[c], si ille homo pauper fuerit, ut[d] insimul solvere non possit, per tres decessiones[e] filiorum solvat[17].

XIII.

Si quis[a] puellam[b] Ribuariam interficerit, 200 solidos culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum 12 iurit[18].

XIV.

1. Si quis feminam regiam aut ecclesiasticam parientem interficerit, tricentus solidus culpabilis iudicetur, aut[a] cum 36[b] iurit[19].

2. Quod si puellam aut[c] post quam[d] quadraginsimum annum interficerit, 200 solidos culpabilis iudicetur, aut[e] cum 12 iurit.[20]

XV.

Si quis ingenuus ingenuum Ribuarium interficerit, et eum cum ramo aut[a] callis[a] vel in pucio[b] seu in aqua[c] quocumque[d] libet loco celari[e] voluerit, quod dicitur mordridus[f], 600 solidos culpabilis iudicetur, aut cum 70[g] iurit[21].

c) occidunt 2; acciduntur 5; ascendunt 6. 7; Et — accedunt *desunt* 3; *textum vulgatum habet* 10. d) non *inserunt* 1. 2. e) discessiones 5—7.
Tit. XIII. a) *deest* 1. 2. 4. b) *deest* 7.
Tit. XIV. a) si negaverit *inserunt* 3. 6. 7. b) XXXII 2. c) *deest* 2. 4. 6. 7. 10. d) quam *in solo cod.* 1. *legitur, in reliquis codicibus deest; cfr. not. b ad text. B.* e) si negaverit *add.* 3.
Tit. XV. a) *ita* 5; aut illi 1; aut ille 2; . . . lle 4, *reliquis literis erasis a correctore;* cooperuerit aut illum 9; cooperuerit 3. 6. 7. 10. b) puteo 2. 4. 5. 10; poteo 3; puteum 6. 7. 9. c) *sic* 6. 7; aqua *deest in ceteris codicibus; cfr. not. d.* d) quacumque 1—7, *corruptum ex voce* aqua, *quam plerique codices omiserunt; cfr. not. c.* e) *sic* 1; *celeri codd.* celare. f) mordritus 6. 7; mortridus 10. g) LXXII 2—6. 9. 10.

E CODD. B.

rit, usque ad quadragesimum annum, 600[c] solidis culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum 72 iuret. Et[d] ubicumque 600 solidi accedunt, simili modo cum 72 iuret.[d]

2. Si ille homo pauper fuerit, ut insimul solvere non possit, per tres[e] decessiones[f] filiorum solvat.

XIII.

De homicidiis puellarum.

Si quis puellam Ribuariam interficerit, 200 solidis culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum 12 iuret.

XIV.

De muliere ecclesiastica.

1. Si quis feminam regiam aut ecclesiasticam parientem interficerit, 300 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 36[a] iuret.

2. Quod si puellam post[b] quadragesimum annum[b] interficerit, 200 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 12 iuret.

XV.

De homine mordrido.[a]

Si quis ingenuus ingenuum Ribuarium interficerit, et eum cum ramo cooperuerit vel in puteum seu in quocumque libet loco caelare voluerit, quod dicitur mordridus[b], 600 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 72 iuret.

c) CC 2. d) *desunt* 4. 13. *Sich.* e) IIII 14. f) discensiones 4; discessiones 7. 17; dissessiones 14; successiones *Sich.*
Tit. XIV. a) XXXV *Sich.* b) postquam quadragesimum annum exegerit 3; post *deest* 19.
Tit. XV. a) murdrido 8. 19. b) murdridus 19.

16) Cfr. infra tit. 14, 1; tit. 36, 10; Lex Sal. 24, 6: *Si quis femina ingenua postquam coeperit habere infantes occiderit — sol.* 600 *culp. iud.;* — cfr. tit. 24, 3; tit. 41, 3 eod. 17) Discrepat lex Ribuaria a vetere iure Francorum, quod lex Salica tit. 58. *De chrenecruda* tradit. Ius posterius Capitulari Legi Ribuariae a Karolo Magno a. 803. addito c. 3. illustratur: *XII. cap. Homo ingenuus qui multa qualibet solvere non potuerit et fideiussores non habuerit, liceat ei semet ipsum in wadium ei cui debitor est mittere, usque dum multa quam debuit persolvat.* — Cfr. quoque infra tit. 67, c. 1. et decretio Childeberti a. 596, quam supra (not. 8) laudavi; H. Brunner, 'Sippe und Wergeld', in 'Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, Germanist. Abth.' III (1882), p. 9. 10. 46. 47. 18) Cfr. infra tit. 14, 2. 19) Cfr. supra tit. 12, 1. 20) Cfr. supra tit. 13. Lex Sal. 24, 7: *Post quod infantes non potuit habere, qui eam occiderit — sol.* 200 *culp. iud.* — Caput nostrum non de puella ecclesiastica, sed de puella Ribuaria agere videtur, ut weregeldum puellae, quae iam parere non possit, statuatur. Caput nostrum igitur arcte cum titulo 13. cohaeret, cuius continuatio capite nostro continetur. Titulorum atque capitum divisionem genuino textui alienam fuisse, animadvertendum est. Fortasse caput 1. tituli nostri in textu genuino post caput 2. sequebatur. Scribae codicum saepius ordinem capitum immutaverunt. — Verbum *aut* in capite nostro idem significat ac si scriptum esset: *id est;* cfr. infra tit. 31, c. 1. 21) Lex Sal. (cod. Paris. 9653, ed. A. Holder 1880 = Pardessus, 'Loi Salique' 1843, text. II) tit. 41: *De homicidio ingenuorum. Sive eos in puteum aut in aqua miserit, — sol.* 600 *culpabilis. Si vero eos de callis aut de rama super cooperuerit, — sol.* 600 *culpabilis.* Apud Behrend locus laudatus legis Salicae sic legitur (tit. 41, c. 2): *Si vero eum in poteum aut sub aqua miserit aut de rammis aut de quibuslibet rebus celaturus texerit, — sol.* 600 *culp. iud.* — Capit. II. ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Sal. p. 95) c. 5: *De chreo diba. Si quis hominem ingenuum in silva aut in qualibet loco occi-*

E CODD. *A*.

XVI.

Si quis ingenuus ingenuum Ribuarium[a] extra solum[b] vendiderit, et eum iterum ad[c] solum non potuerit reducere, 600 solidos culpabilis iudicetur, aut cum 72[d] iurit. Et si eum in[e] solum reduxerit, 200 solidos culpabilis iudicetur. Quod et de femina ingenua similiter convenit observare[22].

XVII.

1. Si quis hominem per noctem latenter incenderit, 600[a] solidos culpabilis iudicetur, et insuper damno et dilatura restituat. Aut si negaverit, cum 72[b] iurit[23].

2.[c] Si servus hoc fecerit, 36 solidos culpabilis iudicetur, et insuper damno et dilatura restituat. Aut si negaverit, dominus eius cum 6[d] iurit.

XVIII.

1. Quod si ingenuos[a] sonesti[b], id est 12[c] equas[d] cum amassario[e], aut 6 scruvas[f] cum verre, vel 12 vaccas cum tauro furaverit, 600 solidos culpabilis iudicetur, et insuper capitale et dilatura restituat. Quod si multi ingenui fuerint, sicut in omne texacam[g] constituemus, unusquisque 600 solidos culpabilis iudicetur, et insuper capitale et dilaturam restituat[h]. Aut si negaverit[i], singuli cum 72 iurit[k. 24].

Tit. XVI. a) Ripuarium 2. b) consilium 1—3. 5. c) ut 1—3; a 6; *deest* 7. d) LXX 5. e) a 6; *deest* 7.
Tit. XVII. a) CC 7. b) LXII 6. 7. c) *caput* 2. *deest* 5. d) eo 2.
Tit. XVIII. a) *sic* 1; *celeri codd.* ingenuus. b) sonestem 9; senosti 6. 7. c) XV 6. 7. d) quas 1—3. 5; et quas 9. e) amissario 4. 6. 7; amaffario 2. 3; suo vim tulerit aut furaverit *addunt* 6. 7, *reliquis usque* tauro furaverit *omissis in* 7. f) VII scrivas 3; VII scrofas 6; VII scru:uas 9. g) texaca 9; texagam 2; taxiagam 3; taxata eam eius 6; texaga eam eius 7; furto 5; furtu 10. h) restituant 4. 6. i) *sic* 1; *rell. codd.* negaverint. k) iuret 2; *rell. codd.* iurent.

E CODD. *B*.

XVI.

De captivato homine vel femina ingenua.

Si quis ingenuus ingenuum Ribuarium extra solum[a] vendiderit, et eum iterum ad solum non potuerit reducere, 600 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 72 iuret. Et si eum in solum reduxerit, 200 solidis culpabilis iudicetur. Quod et de femina ingenua similiter[b] convenit observari.

XVII.

De incendio.

1. Si quis hominem per noctem latenter incenderit, 600 solidis culpabilis iudicetur, et insuper damnum et dilaturam restituat. Aut si negaverit, cum 72 iuret.

2. Si servus hoc fecerit, 36 solidis culpabilis iudicetur, et insuper damnum et dilaturam restituat. Aut si negaverit, dominus eius cum 6[a] iuret.

XVIII.

De sonesti.[a]

1. Quod si ingenuus[b] sonesti, id est 12 equas[c] cum amassario[d], aut 6[e] scruvas[f] cum verre, vel 12 vaccas cum tauro furatus fuerit, 600 solidis culpabilis iudicetur, et insuper capitale et dilaturam restituat. Quod si multi ingenui fuerint, sicut in omni furto constituimus, unusquisque 600 solidis culpabilis iudicetur, et insuper capitale et dilaturam restituant. Aut si negaverint, singuli cum 72 iurent.

Tit. XVI. a) consilium 4. b) conponat *inserit* 6.
Tit. XVII. a) VII 4.
Tit. XVIII. a) sonestis 7; soneste 8. b) de *inserit Her.* c) et quas 2. d) amasorio 13; amassariam 14; ammissario 7; amessario 19; admissario *Sich.* e) VII 4. f) escruuas 7; soruuas 12; scrofas 17. *Til.*; scrovas 19. *Her.*; scrophas *Sich.*

serit et eum ad celando conbusiret, 600 *sol. conponat. Si antruscionem vel femene tale ordinis interficiat aut talare* (cfr. infra tit. 64) *voluerit, vel igne concremaviret,* 1800 *sol. culp. iud.* 22) Lex Salica (Pardessus, text. III) tit. 39, 4. 5: *Si quis hominem ingenuum plagiaverit et vindiderit et postea in patria reversus fuerit, — sol.* 100 *culp. iud. Si quis hominem ingenuum venderit et postea in patria propria reversus non fuerit, — sol.* 200 *culp. iud.* 23) Lex Sal. tit. 16, 1: *Si quis casa qualibet super homines dormientes incenderit, quanti ingenui intus fuerint, mallare debent, et si aliquid* (codd. Mon. et Guelf.: *aliquis*) *intus arserit, — sol.* 63 *culp. iud.; [de leude* 200 *sol., cui casa est* 62 *sol. culp. iud.].* 24) De poena furti secundum legem Ribuariam cfr. infra nota ad titulum 63, c. 1. Cfr. Lex Sal. 38, 3. 4: *Si quis admissario cum gregem suam, hoc est* 12 *equas, involaverit, praeter capitalem et dilaturam, malb. walderido — sol.* 62 *culp. iud. Si vero grex minor fuerit usque ad septem capita cum admissarium, excepto capitale et dilatura, sol.* 62½ *culp. iud.* — Eod. 2, 14—16: *Si quis* 25 *porcos furaverit, ubi amplius non fuerit in grege illo, et ei fuerit adprobatum, malb. sonista, — sol.* 62 *culp. iud. Si vero amplius fuerit qui non fuerint imbulati, excepto capitale et dilatura — sol.* 35 *culp. iud. Si vero* 50 *porci fuerint imbulati, et si adhuc aliqui remaneant, excepto capitale et dilatura malb. sonnista — sol.* 62 *culp. iud.* — Eod. 3, 6. 7: *Si quis* 12 *animalia furaverit, et nec unus exinde remaneat, excepto capitale et dilatura — sol.* 63 *culp. iud. Si vero amplius usque ad* 25 *animalia furaverit, et si adhuc aliqui remaneant, excepto capitale et dilatura, malb. sunnista — sol.* 63 *culp. iud.* — Carolus Magnus Legem Ribuariam immutavit. Cap. legi Rib. addit. a. 803. c. 4: *De soniste aut sexcentos solidos conponat aut cum duodecim iuret aut, si ille qui causam quaerit duodecim hominum sacramentum recipere noluerit, aut cruce aut scuto et fuste contra eum decertet.* Cfr. Thonissen l. cit. (infra not. 44) p. 319.

E CODD. A.

2. Quod si servus hoc fecerit, 36 solidos culpabilis iudicetur, et[l] insuper capitale et dilaturam restituat[l]. Et si multorum[m] servi fuerint[n], unusquisque per semetipsum similiter faciant[o]. Aut si negaverint, dominus[p] eorum cum sex[q] iurit[r].

3. Si homo ecclesiasticus aut regius hoc fecerint[s], medietatem conpositionem[t] Francorum culpabilis iudicetur[u]. Aut si negaverit[v], cum 36 iurit[w. 25].

XIX.

1. Si ingenuos[a] servo[b] ictu percusserit, ut[c] sanguis non exiat, usque ternos colpus[d] singulos solidos conponat. Aut[e] si negaverit, cum 6 iurit[e].

2. Si homo ecclesiasticus aut regius hoc fecerit, 3 solidos culpabilis iudicetur, aut[f] cum sex iuret[f].

3. Quod si servus[g] homine[h] regio aut ecclesiastico[i] vel Franco hoc[k] fecerit, per ternos ictos 3 solidos conponat. Aut si negaverit, dominus eius[l] cum 6 iurit[26].

XX.

1. Si servus ingenuo sanguinis effusionem fecerit aut regio vel ecclesiastico homine[a], quinto demedio solido culpabilis iudicetur. Aut[b] si negaverit, dominus eius cum 6 iurit[b].

2. Similiter si[c] ingenuus aut regius vel ecclesiasticus homo servo[d] hoc fecerit, quinto demedio solido culpabilis iudicetur*[27].

*) aut cum sex iuret *addunt* 3. 6. 7. 9; aut dominus eius cum sex iuret *addit* 10.

XXI.[a]

Quod si ingenuus aut regius vel ecclesiasticos homo servo osso frigerit, 9 solidos culpabilis iudicetur, aut domino[b] eius[b] cum 6 iurit[28].

XXII.

Quod si servos[a] hominem[b] Franco[c] aut[c] Ribuario[d]

l) et — restituat *desunt* 2. m) multi 5. n) fecerint 6. 7. o) *sic* 1—3; *rell. codd.* faciat. p) *sic* 1; domine 2; domnae 3; *rell.* domini. q) XII 6. 7. r) iuret 3; *rell.* iurent. s) *sic* 1; *rell.* fecerit. t) compositione 2. 3; conpositionis 4. 9. 10. u) iudicentur 4. 10. v) negaverint 4. 5; negaverunt 10. w) *sic* 1; iurent 4. 10; *rell.* iuret.

Tit. XIX. a) *sic* 1; *rell.* ingenuus. b) servum 3. 5—7. 9. 10; in *inserit* 4. c) aut 1. d) colopus 3; usque tertium colaphum 5. e) Aut — iur. *desunt* 5. f) aut — iuret *desunt* 5; si negaverit *addunt* 6. 7. g) servo 1. 2. h) homini 4. 5. 9. 10. i) ecclesiastici 1. k) hic 2. l) eius *deest* 1.

Tit. XX. a) homini 4. 5. 9. 10. b) Aut — iur. *desunt* 5. c) si *deest* 1. d) *deest* 5.

Tit. XXI. a) *titulum XXI. omisit* 7. b) *sic* 9; dominus eius 1—4. 6. 7; dom. eius *desunt* 5. 10.

Tit. XXII. a) *sic* 1; *rell.* servus. b) *sic* 1; homine 3. 7; *rell.* homini. c) *desunt* 5. d) tribuario 3.

E CODD. B.

2. Quod si servus hoc fecerit, 36 solidis culpabilis iudicetur, et insuper capitale et dilaturam restituat. Et si multorum servi fuerint, unusquisque per semetipsum similiter faciat. Aut si negaverint, domini eorum cum 6[g] iurent.

3. Si homo ecclesiasticus aut regius hoc fecerit, medietate conpositionis Francorum culpabilis iudicetur. Aut si negaverint, cum 36 iuret.

XIX.

De ictu servorum.

1. Si ingenuus servum ictu percusserit, ut sanguis non exeat, usque ternos colpos[a.*] singulos solidos conponat. Aut si negaverit, cum 6[b] iuret.

2. Si homo ecclesiasticus aut regius hoc fecerit, 3 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6[c] iuret.

3. Quod si servus homini regio aut ecclesiastico vel Franco hoc fecerit, per ternos ictus 3 solidos conponat. Aut si negaverit, dominus eius cum 6[d] iuret[e].

*) quod nos dicimus bunislegi *inserunt* 3. 4.

XX.

De effusione sanguinis.

1. Si servus ingenuo aut regio vel ecclesiastico homini sanguinis effusionem fecerit 5.[a] dimedio solido[b] culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, dominus eius cum 6[c] iuret.

2. Similiter si ingenuus aut regius vel ecclesiasticus homo hoc servo fecerit, 5[d] dimedio solido[e] culpabilis iudicetur, aut [dominus eius[f]] cum 6 iuret.

XXI.

De osse fracto servorum.

Quod si ingenuus aut regius vel ecclesiasticus homo servo os fregerit, 9 solidis culpabilis iudicetur, aut dominus[a] eius[a] cum 6 iuret.

XXII.

De osse fracto ingenuorum a servo.

Quod si servus homini Franco aut

g) VII 4. 19.

Tit. XIX. a) colaphos *Sich.* b) VII 4. 19. c) VII 19. d) VII 19. e) *tria capita tituli XIX. codex* 14. *sic in unum coegit:* De ictu servorum. Si ingenuus servum ictum percusserit homini regio vel ecclesiastico vel Franco hec ut sanguis non exeat, usque ternos colpos singulos solidos conponat, si homo ecclesiasticus aut regius hoc fecerit. Vel si negaverint, cum 6 iuret.

Tit. XX. a) VI 2. b) V dimidiis solidis *Sich.*; quinque dimidiis solidis *Her.*; V cum dimidio sol. *Til.* c) VII 19. d) VI 2. e) dimidiis solidis *Sich.* f) dom. ei. *desunt* 2. 3. 5—7. 11. 13—16. *Sich.*; *totum cap.* 2 *deest* 19.

Tit. XXI. a) dom. ei. *desunt apud Sich. Her.*

25) Cfr. supra not. 10. 11. 26) Cfr. supra tit. 1. 27) Cfr. supra tit. 2. 28) Cfr. tit. 3.

E CODD. A.

ossa[e] frigerit, dominus eius 36 solidos culpabilis iudicetur. Si[f] autem regio aut ecclesiastico homine[g] hoc fecerit, bis 9 solidos culpabilis iudicetur[29].

XXIII.

Quod si servus servo hictu uno vel duobus seu tribus percusserit, nihil est. Sed[a] tamen propter pacis studium tremisse* conponat[30].

*) id sunt 4 denarios *addunt* 9. 10.

XXIV.

Si autem servus servum sanguinem effusionem fecerit, tercio demedio solido culpabilis iudicetur[31].

XXV.

Si osso[a] ei frigerit, 6[b] solidos culpabilis iudicetur[32].

XXVI.

Quod si oculum, auriculam, nasum, manum, pedem excusserit, bis 9 solidos dominus eius culpabilis iudicetur*[, 33].

*) aut cum 6 iuret *addunt* 6. 7.

XXVII.

Si autem eum castraverit, 36 solidos culpabilis iudicetur, aut[a] cum sex iurit[a, 34].

XXVIII.

Si autem servus servum interficerit, dominus eius 36 solidos culpabilis iudicetur, aut cum 6 iurit, quod[a] servus eius hoc non fecisset[b, 35].

XXIX.

Quod si servus furtum fecerit, dominus eius 36 solidos culpabilis iudicetur; excepto capitale et dilaturam restituat*[, 36].

*) aut cum sex iuret, quod hoc non fecisset *addit* 3.

e) osso 2. 4; os 5. 9. 10. f) Si — iudicetur *desunt* 4. g) homini 5. 9. 10.
Tit. XXIII. a) si 2. 3.
Tit. XXV. a) ossum 4; ossa 6. 7; os 5. 9. 10. b) V 2—4. 6. 7. 9. 10.
Tit. XXVII. a) aut — iur. *desunt* 2.
Tit. XXVIII. a) si *inserit* 1. b) quod — fecisset *desunt* 2. 3. 6. 7; servus eius *desunt* 4.

E CODD. B.

Ribuario[a] os fregerit, dominus eius 36 solidis culpabilis iudicetur. Si autem regio aut ecclesiastico homini hoc fecerit, 18 solidis culpabilis iudicetur.

XXIII.
De ictu servorum in servo.

Quod si servus servum ictu uno vel duobus seu tribus percusserit, nihil est. Sed tamen propter pacis studium tremissem, id est 4 dinarios[a] conponat.

XXIV.
De sanguinis effusione servorum a servo.

Si autem servus servo sanguinis effusionem fecerit, tertio[a] dimedio solido[b] culpabilis iudicetur.

XXV.
De osse fracto servorum a servo.

Si os ei fregerit, 5 solidis culpabilis iudicetur.

XXVI.
De debilitatibus servorum.

Quod si oculum, auriculam, nasum, manum, pedem excusserit, 18 solidis dominus eius culpabilis[a] iudicetur[a].

XXVII.
De castratione servorum.

Si autem eum castraverit, 36 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6[a] iuret.

XXVIII.
De interfectione servorum a servo.

Si autem servus servum interficerit, dominus eius 36[a] solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6[b] iuret, quod servus eius hoc[b] non fecisset[c].

XXIX.
De furtis servorum.

Quod si servus furtum fecerit, dominus eius 36 solidis culpabilis iudicetur; excepto[a] capitale et delatura restituat[a].

Tit. XXII. a) tributario 2; Ribuario qui 7.
Tit. XXIII. a) denarios 3. 6. 14; denariis *Sich.*
Tit. XXIV. a) et *inserit* 4. b) tribus dimidiis solidis *Sich.*
Tit. XXVI. a) dominus eius componat *Sich.*
Tit. XXVII. a) VII 4. 19.
Tit. XXVIII. a) XXX *Her.* b) VII 19. c) non sit *Sich.*
Tit. XXIX. a) excepto — rest. *desunt* 14.

29) Cfr. tit. 3. 30) Cfr. tit. 1. 31) Cfr. tit. 2. — Titulus noster postea legi Ribuariae additus est; cfr. supra praefatio §. 7. 32) Cfr. tit. 3. — Titulus noster (cum compositionem Salicam habeat) postea legi Ribuariae videtur additus esse; cfr. praefatio nostra §. 7. 33) Cfr. tit. 5. 34) Cfr. tit. 6. 35) Cfr. tit. 8. — Capit. VI. ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 111) c. 5: *De servo si alienam occiserit ancillam. Si quis cuius servus aliquid inputatum fuerit aut occiderit ancillam alienam — sol.* 15 *culp. iud. et praetium quod mancipius valuerit. Certe si abantonia vel porcarius sive artificis fuerit inputatum, simili modo nobis convenit observare; sive autem de operariis et minoribus mancipiis aliquid fuerit inputatum, — sol.* 15 *culp. iud.* 36) Cfr. tit. 18; tit. 63, c. 2.

E CODD. A.

XXX.

1. Quod si quis in iudicio pro servo interpellatus fuerit, quod si servos[a] tales non fuerit, unde dominus eius de fiducia securus esse posset[b], in iudicio respondeat[c] ad interrogationis: 'Sta tu', et liceat ei sine tanganu loquere[c. 37], et dicat: 'Ego ignoro, utrum servos[d] meos[d] culpabilis an[e] innocens ex hoc extederet[f]; propterea[g] eum secundum legem Ribuariam super 14 noctis ad igneum[h. 38] repraesento'[i]. Et sic eius praesentiam

Tit. XXX. a) *sic* 1; *rell.* servus; eius *addunt* 2. 3. b) dominus eius pro eo *inserunt* 9. 10. c) *in codicibus hic locus ita legitur:* respondeat ad interrogationis stabat. liceat ei sine tanganu loquere 1; respondeat ad interrogationes stabat, liceat haec sine tanganu loquere 2; respondeat interrotus respondeat stet, liceat haec sine tangano loquere 3; respondeat ad interrogationes sto et liceat ei sine tangano loquere 4; respondeat ad interrogationes stabat. liceat sine tancano loquere 5; respondeat interrogatus stet et sine tangano loquatur 9; interrogatus respondeat et sine tangano loquatur 10; *codd.* 6. 7, *toto initio huius capitis mutato, ita legunt:* Quod si servus in iuditio pro servo interpellatus fuerit, de fiducia securus esse, quod si servus talis non fuerit, unde dominus eius in iudicio pro eo respondere possit, dominus interrogatus respondeat; *ego* sta tu *scripsi ex coniectura, argumento tituli* 59, *c.* 8. *infra.* d) *sic* 1; *rell.* servus meus. e) iudicetur aut 6. 7. f) *sic* 2; extenderet 1; exteterit 3; extiterit 5. 9. 10; steterit 4; stitero 6; stetero 7. g) *a voce* propterea *cod.* 4 *novum caput incipit; cod.* 10 *cum litera vulgata conspirans, novum titulum facit.* h) inneum 6. 7; ignem 10; ignem seu ad sortem 4. i) repraesentem 3. 6. 7; repraesentato (*corruptum ex* repraesentabo?) 5; repraesentando, *coaeva manu corr.* repraesentandum 9.

E CODD. B.

XXX.

De incendio[a] servorum.

Quod si quis in iudicio pro servo interpellatus fuerit, quod[b] si servus talis non fuerit, unde dominus[c] eius de fiducia securus esse possit[c], dominus eius in iudicio[d] pro eo[e] respondeat[f]. Interrogatus[g] respondeat[h], et[i] sine tangano[k] loquatur, et dicat: 'Ego ignoro, utrum servus meus culpabilis an innocens de hoc extiterit'[l].

Tit. XXX. a) interpellatione 19. *Her.*; interpellatione et incendio *Lind.*, *qui titulos XXX—XXXII. in unum titulum coniunxit.* b) incendium perpetravit *inserit* 3. c) dominus — possit *desunt* 8. d) interrogatus *hic inserit* 3. e) interrogatus *hic inserunt* 8. 9. 17. *Til.* f) rogatus *Her.* g) *deest* 3. 4. 8. 17. *Til.* h) *deest* 13. i) stet ac *inserit Her.* k) tanga non 2; tagano 8; tangono 10; tangno 17. l) Interrogatus — extiterit *desunt apud Sich.*

37) De solemnitate iuris Franconici, quae *tanganare* vocatur, cfr. infra tit. 59, 8: *Si quis in iudicio interpellatus cartam per manibus habuerit, nulle ei male ordine vel invasio requeratur; quia dum interpellatus respondit ad interrogatione: 'Sta tu', et sine tangano loquatur, et dicat: 'Non malo ordine, sed per testamentum hoc teneo'*; tit. 58, 19. 20: *Hoc etiam constituemus, ut nullum hominem regium, Romanum vel tabularium interpellatum in iudicio non tanganet et nec alsaccia requirat. Et sicut in praesente legitimi malatus fuerit, ea verba commemoret, et non ei sicut Ribuario ante altario verba commemoret. Servi autem regis et ecclesiarum non actures, sed ipsi pro semet ipsos in iudicio respondeant et sacramenta absque tangano coniurent;* tit. 55: *Si quis causam suam prosequitur, et raginburgii inter eos secundum legem Ribuariam dicere noluerint, tunc illi, in quem sententiam contrarium dixerit, dicat: 'Ego vos tanganum, ut mihi legem dicatis'.* Lex Sal. tit. 57: *Si quis rachineburgii in mallobergo sedentes dum causam inter duos discutiunt, legem dicere noluerint, debet eis dicere ille qui causa prosequitur: 'Hic ego vos tancono, ut legem dicatis secundum legem Salegam'.* Est igitur *tanganare* solemnis actus iudicialis, per quem pars adversarium suum ad respondendum vel ad sacramentum iurandum, rachineburgios *in mallobergo sedentes* ad legem dicendam, i. e. ad iudicandum, cogit. Responsum, sacramentum, iudicatum, quod post *tangano* redditur, cum iure civili Francorum (quod strictissimum ius est, subtilitatibus plenum) congruere debet, ita ut, et si in uno tantum verbo erratur aut forma non observatur, adversarius de causa cadat et rachineburgius multam solvere debeat. Ideo hominibus regiis et ecclesiasticis, praeterea servis regis et ecclesiarum privilegium datum est, ut *absque tangano* in iudicio respondeant et sacramenta iurent (tit. 58, c. 19. 20 cit.). In certis casibus per legem Ribuariam omnibus ius datur *absque tangano* respondendi: 1) si dominus propter delictum servi interpellatus fuerit (quod titulo nostro illustratur); 2) si ille, a quo fundus vindicatur, *cartam per manibus habuerit* (tit. 59, 8 cit.). Dominus propter delictum servi accusatus *sine tangano* loqui, et respondere potest: *Ego ignoro, utrum* etc., quod non liceret, si ad responsum dandum tanganatus fuisset. Unde coniicere licet, secundum vetus ius civile Francorum dominum delictum servi aut negare aut componere debuisse. Verbis solemnibus *sta tu*, quae titulo nostro et tit. 59, 8 traduntur, adversarius a tanganando arcetur. Verbum *tanganare* cum verbo germanico 'zange' cohaerere videtur, ut significet 'anfassen, berühren, festhalten' (cfr. quae congessit G. Cohn, 'Die Justizverweigerung im altdeutschen Recht'. 1876. p. 23). Utrum *interrogatio*, quae praecedit, iudicis an actoris sit, in dubio relinquo. — Cfr. H. Brunner, 'Zeugen- und Inquisitionsbeweis der Karolingischen Zeit (Wien 1866, aus dem November-heft 1865. der Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der Kais. Akademie der Wissenschaften' LI) p. 44. H. Brunner, 'Wort und Form im altfranzösischen Prozess (Wiener Sitzungsber.' LVII, 1867) p. 710, not. 3; H. Siegel, 'Geschichte des deutschen Gerichtsverfahrens' I (1857), p. 131 sqq.; Sohm, 'Der Process der Lex Salica' (1867), p. 143 sqq.; Cohn l. cit. 38) i. e. ad ignem.

E CODD. A.

cum fistuca[k] fidem faciat. Quod si servus in igneum[l] manum miserit, et lesam[m] tullerit, dominus eius[n], sicut lex contenit[o], de furtu servi culpabilis iudicetur[p. 39].

2. Quod si[39a] servus, quando dominus interpellatur, infra[q] ducato fuga lapsus fuerit, supra 14 noctis aut[q] ipsum repraesentit, aut pro eum faciat rationem[r. *].

*) *Codex* 4 *hic inserit:*

XXXIV.[rr] Si autem extra ducato fuga lapsus fuerit, super quadraginta noctes eum representare studeat, aut ipse respondeat pro eo.

k) fistuga 2; festicam 3; fistica 5; festuca 7. 9. l) ignem 4—6. 10; igne 7; innem (in *omisso*) 3. m) inlesa 6. 7. n) securus sit et si innocens fuerit *addunt* 3. 6. 7. o) et *addit* 3. p) et si inlesam tulerit, dominus eius securus sit, *addit posterior manus* 9. q) infra — aut *desunt* 3. r) racionalem 1. 2. rr) *cfr. index A* 4, *supra p.* 206.

E CODD. B.

XXXI.

De servo representando.

Propterea eum secundum legem Ribuariam[a] super quattuordecim[b] noctes ad ignem repraesento[c]. Et sic de eius praesentia cum fistuca fidem faciat. Quod si servus in ignem manum miserit, et laesam tulerit, dominus eius, sicut lex continet, de furtu servi culpabilis iudicetur.

XXXII.

De servo infra ducatum lapso.

1. Quod si servus, quando dominus interpellatus fuerit, infra ducatum fuga lapsus fuerit, supra quatuordecim noctes aut ipsum repraesentet, aut pro eo faciat rationem.

Tit. XXXI. a) Ribuariorum 3. b) XII 2. c) representando 7; repraesentet *Sich. Her.*

39) Cfr. Cap. Legi Rib. addit. a. 803. c. 5: *XX. cap. Nemini liceat servum suum propter damnum ab illo cuilibet inlatum dimittere; sed iuxta qualitatem damni dominus pro ipso respondeat vel eum in compositione aut ad poenam petitoris offerat. Si autem servus perpetrato scelere fugerit, ita ut a domino penitus inveniri non possit, sacramento se dominus eius excusare studeat, quod nec suae voluntatis nec conscientiae fuisset, quod servus eius tale facinus commisit. [Sicut petierunt, ita domnus imperator consensit].* — Lex Salica tit. 40, c. 6—9: *Si vero in quolibet crimine servus conprehenditur, dominus ipsius si praesens est, ab eo qui repetit admoneri debet, ut servum suum iustis debeat suppliciis dare, et qui repetit virgas paratas habere debet, quae ad magnitudinem minoris digiti minime sint et quoaequales, et scamno pristo ubi servo ipso tendere debeat. Si dominus servi supplicia distulerit, et servus praesens fuerit, continuo domino ille qui repetit solem collegere debet et ad septem noctes placitum facere debet, ut servum suum ad supplicium tradat. Quod si ad septem noctes servo ipso tradere distulerit, solem ei qui repetit collecit. Et sic iterum ad alias septem noctes placitum faciat, id est 14 noctes de prima admonitione conpleantur. Quod si impletis 14 noctibus servum suum noluerit suppliciis dare, omnem causam vel compositionem dominus servi in se excipiat, non quale servus sed quasi ingenuus hoc admisit totam legem super se solciturum suscipiat.* — Pactus Childeberti regis c. 5 (Capp. ed. Boretius p. 5): *Si servus in furtum inculpatur, requiratur a domino, ut ad 20 noctes ipsum in mallum praesentet, et si dubietas est, ad sortem ponatur. Quod si placitum sunnis detricaverit, ad alias 20 noctes ita fiat. Et prosecutor causae de suos consimiles tres et de electos alios tres dabit qui sacramenta firment per placita, quod lex Salica habet fuisse conpletum. Et si dominus servum non praesentaverit, legem unde inculpatur conponat et cessionem de servo faciat.* — Decretio Chlotharii regis c. 12 (ibid. p. 6): *Si quis cuiuslibet de potentibus servus, qui per diversa possedent, de crimine habetur suspectus, domino secrecius cum testibus condicatur, ut intra viginti noctes ipsum ante iudicem debeat praesentare. Quod si in statutum tempus, intercedente conludio, non fecerit, ipse dominus status sui iuxta modum culpae inter freto et faido conpensetur. Si servus ante admonitum dominum defuerit, capitale dominus restituat et de servo faciat cessionem, ut, cum inventus fuerit, detur vindictam.* — Chilperici edictum c. 8 (eod. p. 9): *Quale convenit modo, ut, si servum sors nunciata fuerit de furtum, tunc dominus servi inter 10 noctes mittat servum ad sortem. Si ibi illum in illas 10 noctes non miserit in praesente, tunc in 40 et duas noctis eum mittat, et tunc ibi servus ad sortem venire debet, et illi qui furtum pertulit ius sit cum 6 videre. Et si ad 40 et duas noctis non venerit nec sunnia adnuntiaverit, tunc servus culpabilis iudicetur; et causa super domino magis non ascendat nisi quantum de servo lex est, aut ipsi servus decidat, aut dominus pro servo conponat, hoc est sol. 12 et capitale et delatura. Et si in 40 et duas noctis legibus sunnia nuntiaverit, in octuaginta et quatuor noctis postea placitum intendatur; et si ibi se non eduxerit, sicut supra scriptu est culpabilis iudicetur; nam ad 40 et 2 noctes sunni adnuntiaverit, iectus 15 sol. conponat. Et si inter ipsas 40 et 2 noctes nec fidem facere nec conponere voluerit, tunc rogat ille qui consecutus est, ut de legem inter 14 solvat quod antea dictum est; et si adhuc inter ipsas 14 noctes noluerit solvere, rogit inter 7 noctis. Et si inter ipsas 7 noctis nec fidem facere nec componere voluerit, tunc in proximo mallo — invitetur graphio.* — Decr. Childeberti a. 596 (Capp. ed. Boretius p. 17) c. 10: *quicumque servum criminosum habuerit, et ei iudex rogaverit ipsum praesentare et noluerit, suum weregildum omnino componat.* 39[a]) Cfr. Lex Salica tit. 40, c. 10: *Quod si servus absens fuerit cui ali-*

E CODD. A.

Quod si postquam eum ad igneum[s] placuerit[t], fuga lapsus fuerit, ad placitum veniens cum tribus[u] testibus in haraho[v] coniurit, quod servus illi, quem ad igneum[w] repraesentare debuerat, extra eius voluntate fuga lapsus sit, et sic denuo placitus ei concidatur, ut[x] super[y] 14[z] noctes seu super 40 noctis eum repraesentare studeat; aut ipse in rem respondeat.

XXXI.

1.[a] Quod si homo aut[b] ingenuos[c] in obsequium[d] alterius[40] inculpatus fuerit, ipse qui eum post se eodem tempore retenuit, in praesentia iudicis[e] similiter, sicut superius conprehensum est, repraesentare studiat, aut in[f] rem respondere.

2. Quod si eum non repraesentaverit, talem damnum incurrat, qualem ille sustinere debuerat, qui in eius obsequium est inculpatus.

s) ignem 4. 10. t) plicuerit 4. 6. 9; placaverit 7; implicuerit 5; applicuerit 10. u) *deest* 6. 7. v) harao 3; hora hoc 2; arahoc 4; aracho 5—7; araho 9. w) ignem 4. 10. x) aut 5. y) sub 1; insuper 3. z) XII 6. 7.

Tit. XXXI. a) *caput* 1 *omisit* 6. b) *sic* 1—3; *deest rell.* c) *sic* 1; *rell.* ingenuus. d) obsequio 7. 10. e) ducis 4. f) *deest* 1.

E CODD. B.

2. Quod si postquam eum ad ignem applicuerit, fuga lapsus fuerit, ad placitum veniens cum tribus testibus in araho[a] coniuret, quod servus ille, quem ad ignem repraesentare debuerat, extra eius voluntatem fuga lapsus sit, et sic denuo placitus ei concedatur, ut super quatuordecim seu super 40 noctes eum repraesentare studeat; aut ipse in[b] re[b] respondeat.

XXXIII.

De homine ingenuo repraesentando.

1. Quod si homo ingenuus in[a] obsequio[b] alterius inculpatus fuerit, ipse qui eum post se eodem tempore retinuit, in praesentia iudicis similiter, sicut superius conpraehensum est, repraesentare studeat, aut in re[c] respondere.

2. Quod si eum non repraesentaverit, tale damnum[d] incurrat, quale ille sustinere debuerat, qui in eius obsequio est inculpatus.

Tit. XXXII. a) ara hoc 2; arhaoc 8; arra hoc 14; arabo 19; harao 10; haraho 3. 13. *Sich.* b) inde 4; in rem 5—7. 13. 14.

Tit. XXXIII. a) *deest* 13. b) obsequium 3. c) rem 5. 14. d) re *inserit* 14.

quid iuputatur, tunc reppetens domino servi secrecius tribus testibus praesentibus admonere debet, ut servum suum infra 7 noctis praesentare debeat. Si infra septem noctes non eum praesentaverit, tunc repetens solem ei cum testibus collegare debet et sic ad alias septem noctis placitum faciat. Quod si nec ad alias septem noctis ipsum servum non praesentaverit, terciam vicem adhuc septem noctis illi spacium dare debet, id est ut totus numerus 21 *noctis veniant. Quod si post placitum ipsum servum noluerit ligatum suppliciis praesentare et repetens per singulos placitos solem colligaverit, tunc dominus servi omnem reppetitionem sicut superius diximus* (cfr. not. 39), *non quale servo sed quasi ingenuus hoc admisit, talem compositionem requirentem restituat.* — Decretio Chlotharii c. 12 (not. 39). 40) i. e. dum in servitio alterius constitutus est. Cfr. ex. gr. Lex Burgund. 20, 2: *servus in obsequio domini constitutus.* Edict. Rothari 225: *Et si alequid in gasindio ducis aut privatorum hominum obsequium donum — conquisivit.* Potestas domini super ingenuum, qui ei servit, verbis *qui eum post se eodem tempore retenuit* (cfr. infra tit. 72, 4. 5), et obligatione domini, ut eum sicut servum aut *in praesentia iudicis repraesentare studiat aut in rem respondere*, illustratur. De loco nostro magna inter doctos controversia est. Cfr. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' II, 1 (ed. 3, 1882), p. 254; G. Kaufmann, in 'Jahrbücher für Nationalökonomie und Statistik' (ed. Hildebrand u. Conrad, 1874) p. 119; V. Ehrenberg, 'Commendation und Huldigung nach fränkischem Recht' (1877) p. 6—8; G. Meyer in 'Zeitschrift der Savigny-Stiftung, Germanistische Abtheilung' III (1882) p. 103; P. Roth, 'Geschichte des Beneficialwesens' (1850) p. 167; P. Roth, 'Feudalität und Unterthanverband' (1863) p. 314. — Verbum *aut* optimi codices inserunt. Quod hoc loco duo verba *(homo, ingenuus)* ita coniungere videtur, ut eadem res dupliciter exprimatur, ac si dictum fuisset: *homo id est ingenuus.* Cfr. supra tit. 14, c. 2. et exempla, quae collegerunt P. Roth, 'Geschichte des Beneficialwesens' p. 284, not. 31; Sohm, 'Fränkische Reichs- und Gerichtsverfassung' p. 571. — Cfr. cum titulo nostro imprimis Formula Turonensis nr. 43 (Formulae Merow. et Karolini aevi ed. K. Zeumer, p. 158): *Qui se in alterius potestate commendat. Domino magnifico illo ego enim ille. Dum et omnibus habetur percognitum, qualiter ego minime habeo unde me pascere vel vestire debeam, ideo petii pietati vestrae, et mihi decrevit voluntas, ut me in vestrum mundoburdum tradere vel commendare deberem; quod ita et feci; eo videlicet modo, ut me tam de victu quam et de vestimento, iuxta quod vobis servire et promereri potuero, adiuvare vel consolare debeas, et, dum ego in capud advixero, ingenuili ordine tibi servicium vel obsequium inpendere debeam, et de vestra potestate vel mundoburdo tempore vitae meae potestatem non habeam subtrahendi, nisi sub vestra potestate vel defensione diebus vitae meae debeam permanere. Unde convenit, ut, si unus ex nobis de has convenentiis se emutare voluerit, solidos tantos pari suo conponat, et ipsa convenentia firma permaneat; unde convenit, ut duas epistolas uno tenore conscriptas ex hoc inter se facere vel adfirmare deberent; quod ita et fecerunt.* Quae formula secundum K. Zeumer (in editione p. 128 sqq. et 'Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' VI, 1880, p. 65) saeculo octavo concepta est.

E CODD. A.

3. Hoc autem constituemus [41], ut infra pago Ribuario tam Franci, Burgundionis, Alamanni [g], seu de quacumque natione conmoratus fuerit, in iudicio interpellatus, sicut lex loci contenit, ubi natus fuit, sic respondeat.

4. Quod si damnatus fuerit, secundum legem propriam, non secundum Ribuariam, damnum susteneat.

5. Quod si in provincia Ribuaria iuratores invenire non [h] potuerit, ad igneo [i. 42] seu ad sortem [k] excusare studeat [l].

XXXII.

1. Si quis legibus ad mallum manitus [a] fuerit, et non venerit, si eum sunnis non detenuerit, 15 solidos culpabilis iudicetur. Illi [b] vero, qui alium manit [c], et ipse non venerit, similiter 15 solidos culpabilis iudicetur [d. 43].

2. Sin autem manitus [e] fuerit ad secundo mallo, aut a [f] tertio, seu ad quarto, vel quinto, usquae ad sexto venire distullerit, pro unoquemque mallo, si illi, qui

g) Alemandi 3; Alamannis 5. h) non *deest* 6. 7. i) igneum 2. 3. 9; gneo 5; ignem 10. k) se *inserunt* 9. 10. l) studeant 1.
Tit. XXXII. a) mannitus 5—7. 9. 10. b) *sic* 1—3; *rell.* ille. c) mannit 2. 5—7. 9. 10. d) Illi — iudicetur *desunt* 4. e) mannitus 2. 5—7. 9. 10. f) ad 3—7. 9. 10.

E CODD. B.

3. Hoc autem constituimus, ut infra pagum Ribuarium [a] tam Franci, Burgundiones, Alamanni [b], seu de quacumque natione commoratus fuerit, in iudicio interpellatus, sicut lex loci continet, ubi natus fuit, sic respondeat.

4. Quod si damnatus fuerit, secundum legem propriam, non secundum Ribuariam, damnum sustineat.

5. Quod si in provincia Ribuaria iuratores invenire non potuerit, ad ignem seu ad sortem se [c] excusare studeat [c].

XXXIV.

De mannire [a].

1. Si quis legibus ad mallum [b] mannitus [c] fuerit, et non venerit, si eum sunnis non detenuerit, 15 solidis culpabilis iudicetur. Ille vero, qui alium mannit, et ipse non venerit, similiter 15 solidis culpabilis iudicetur.

2. Si autem mannitus fuerit ad [d] secundum mallum, aut ad tertium, seu ad quartum, vel ad quintum [d], usque ad

a) infra pago Ribuariam 19. b) Alimanni 4; Alemanni *Sich.* c) ex causa restituat 14.
Tit. XXXIV. a) mannitione *Sich.* b) mallatum 7. c) *erasum in* 7. d) *des. apud Sich., qui initium capitis sic contraxit:* Si autem mannitus fuerit et usque ad sextum mallum venire distulerit.

41) Haec constitutio de advenis fortasse cum praecedentibus capitibus de homine ingenuo *in obsequio* constituto cohaeret, si coniicere licet, homines ingenuos servientes tum praecipue advenas, e patria sua exules fuisse. — De advenis cfr. infra tit. 36, c. 1—4. — Cfr. quoque infra tit. 61, c. 2: *Quod si aliquid criminis admiserit* (scil. libertus, qui secundum legem Romanam dimissus est), *secundum legem Romanam iudicetur.* — Chlotharii II. praeceptio a. 584—628, c. 4 (Capp. ed. Boretius p. 19): *Inter Romanus negutia causarum Romanis legebus praecepemus terminari;* eod. c. 13, l. c: *Provideat ergo strinuetas universorum iudicum, ut praeceptionem hanc sub omni observatione custodiant, [nec quicquam aliud agere aut iudicare, quam ut haec praeceptio secundum legum Romanarum seriem contenit, vel sexus quorumdam gentium iusta antiquae iuris constitucionem olim vixisse denuscetur, sub alequa temeretate praesumant].* — Formula Marculfi I, 8 (Form. Merow. et Karol. aevi p. 47 sq.): *Carta de ducato et patriciatu vel comitatu. — — et omnis populus ibidem commanentes, tam Franci, Romani, Burgundionis vel reliquas nationis sub tuo regimine et gubernatione degant et moderentur, et eos recto tramite secundum lege et consuetudine eorum regas.* — v. Savigny, 'Geschichte des römischen Rechts im Mittelalter' I (ed. 2, 1834), p. 115 sqq.; O. Stobbe in Bekker et Muther, 'Jahrbuch des gemeinen deutschen Rechts' VI (1863), p. 24 sqq.; v. Bethmann-Hollweg, 'Der germanisch-romanische Civilprocess im Mittelalter' I (1868), p. 455. 456; G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' II, 1 (ed. 3, 1882), p. 109. 110; Sohm, 'Fränkische Reichs- und Gerichtsverfassung' p. 173. 174. 224, not. 32. p. 570 sqq. 42) i. e. ad ignem. 43) Cfr. Lex Sal. tit. 1: *Si quis ad mallum legibus dominicis mannitus fuerit et non venerit, malb. reaptem — sol.* 15 *culp. iud. Ille vero qui alium mannit et ipse non venerit, si eum sunnis non tricaverit, ei qui manebit* (i. e. manivit), 15 *sol. culp. iud. Et ille qui alium mannit, cum testibus ad domum illius ambulare debet, et si praesens non fuerit, sic aut uxorem aut quemcumque de familia eius appellit, ut illi faciat notum quod ab eum mannitus est. Nam si in dominica ambasia fuerit occupatus, mannire non potest. Si vero infra pago in sua ratione fuerit, sicut superius diximus mannire potest.* — Capit. II ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 97) c. 8, §. 2: *Si andrustio andrustionem pro qualibet causa manniret aut fidemiussores quaesierit et eum secundum legem non rogaverit, sol.* 15 *culp. iud., excepto quod legem prae causa illius anno integro nullatenus terminetur.* — Capit. legi Salicae additum a. 819 (ed. Boretius, l. cit. p. 114) c. 1: *De capitulo primo legis Salicae id est de mannire. De hoc capitulo iudicatum est, ut ille qui mannitur spatium mannitionis suae per quadraginta noctes habeat. Et si comes infra supradictarum noctium numerum mallum suum non habuerit, ipsum spatium usque ad mallum comitis extendatur, et deinde detur ei spatium ad respectum ad septem noctes. Inde non noctium spatia, sed proximus mallus comitis ei concedatur.* — Cfr. Capitulare Caroli Magni a. 803. infra not. 48. — H. Siegel, 'Geschichte des deutschen Gerichtsverfahrens' (1857) p. 63 sqq.; Sohm, 'Der Process der Lex Salica' p. 126 sqq.; 'Fränk. Reichs- und Gerichtsverfassung' p. 113 sqq.; v. Bethmann-Hollweg, 'Der germanisch-romanische Civilprocess' I (1868), p. 491. 497 sqq.; Thonissen, 'L'organisation judiciaire de la loi Salique' ed. 2 (1882), p. 401 sqq.

E CODD. *A*.

eum manit[g], cum tribus raginburgiis[h. 44] in haraho[i. 45] coniuraverit, quod legitimi manitum[k] habuerit, 15 solidos culpabilis iudicetur.

3. [Quod[l] si ad septimo[m] mallo non venerit[l],] tunc illi, qui eum manit[n], ante comite cum septem[o] raginburgiis[p] in haraho[q] iurare debit, quod eum ad strude legitima[r. 46] admallatum[s] habet; et sic iudex fiscalis ad domum illius accedere debet, et[t] legitima strude[u] exinde auferre et ei tribuere, qui eum interpellavit, hoc est ad[v] septem raginburgiis[w] unicuique 15 solidos, et ei[x], qui causam sequitur, 45[47].

4. Quod si ipsam strudem[y] contradicere voluerit, et[z] ad ianuam suam cum spata tracta accesserit, et eam in portam sive in poste posuerit, tunc iudex fideiussores ei exigat, ut[a] se ante regem repraesentit, et ibidem cum arma sua [contra[b]] contrarium suum re[c] studeat defensare[48].

E CODD. *B*.

sextum venire distulerit, pro unoquoque mallo, si ille, qui eum mannit, cum tribus rachinburgiis[e] in aracho[f] coniuraverit, quod legitime mannitus fuerit, 15 solidis culpabilis iudicetur.

3. Quod si ad septimum[g] mallum non venerit, tunc ille, qui eum mannit, ante comitem cum septem rachinburgiis[h] in araho[i] iurare debet, quod eum ad strudem[k] legitimam admallatum[l] habet[m]; et sic iudex fiscalis ad domum illius accedere debet, et legitimam strudem exinde auferre et ei tribuere, qui eum interpellavit, hoc est septem rachinburgiis[n] unicuique 15 solidos, et ei, qui causam sequitur, 45.

4. Quod si ipsam strudem contradicere voluerit, et ad ianuam suam cum spata[o] tracta accesserit, et eam in porta sive in poste posuerit, tunc iudex fideiussores ei exigat, ut se ante regem repraesentet, et ibidem cum armis suis contra[p] contrarium suum se[q] studeat defensare[r].

g) mannit 2. 5—7. 9. 10. h) racinburgiis 2; rachinburgiis 4; rachinburgis 5; regimburgiis 6. 7. i) hara hoc 2. 3; araho 4. 9; aracho 5. 6; archo 7. k) mannitum 5—7. 9. 10. l) Quod — venerit *desunt* 1. m) quintum 6. n) mannit 2. 5—7. 9. 10. o) sex 7. p) racinburgiis 2; rachinburgiis 4; rachiburgis 5; regimburgiis 6. 7; raghinburgiis 10. q) hara hoc 2; arhaho 3; araho 4. 9; aracho 5; archo 7. r) a trude legitime 6. 7. s) *sic* 4. 10; ad mallum 1—3. 5; ad mallum mannitum 6. 7; ad mallatum mannitum 9. t) ex *inserit* 3. u) trude 6. 7. v) a 4; *deest* 6. 10. w) racinburgiis 2; raganburgiis 3; raghinburgiis 10; regimburgiis 6; reginburgiis 7; rachinburgiis 4; rachiburgis 5. x) ex 1; excepto 2; *deest* 3. y) trudem 6. 7. z) aut 7. a) et 7. b) *add.* 4. 10. c) se 4; *deest* 6. 7. 9. 10.

e) rachinpurgiis 8; racheuburgiis 3. 17; rachimburgiis 4. 10; rachimburgis 14. f) arahco 8; harao 2. 10; haraho 3. 9. *Sich.* g) sextum *Sich.* h) rachimburgiis 3. 4. 10. 14; rachenburgiis 17. i) haraho 3. 9. 14. *Sich.* k) istrudem 7; strudendum 8. l) admalatum 8; admaltum 13. m) *loco* quod eum — admall. habet *legit Sichardus:* quod eum admonuerit. n) rachemburgiis 3; rachimburgiis 14; rachenburgiis 17. o) spada 4. *Sich.* p) *deest* 13. q) *deest* 5. 6. 13; re 2. r) *deest* 6; demsare 2.

44) *Raginburgii* hic non iudicantes (cfr. infra tit. 55), sed ingenui ad iudicandum idonei ('schöffenbare Leute'), cfr. infra c. 3. Lex Salica tit. 50, c. 3: *grafio* (qui tempore legis Salicae nondum mallo praesidebat) *collegat* (scil. extra iudicium) *secum septem rachineburgius idoneos et sic cum eos ad casa illius, qui fidem fecit, ambulet et dicat: 'Qui ad praesens es, voluntatem tuam solve homine isto, quod ei fidem fecisti, et elege tu duos, quos volueris, cum rachineburgius istos, de quo solvere debeas, adpreciare debent, et haec, quae debes, secundum iustum praetium satisfacias'.* 45) i. e. in mallo; cfr. infra c. 3; tit. 33, c. 2; tit. 77. 46) i. e. rapina legitima. Cfr. infra tit. 51; Edict. Chilperici c. 7 (infra not. 48): *res illius quem contra legem et iustitiam extruderit;* I. Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer', ed. 2, 1854, p. 866. 47) Secundum legem Salicam pignoratio debitoris per comitem fieri non potest, nisi debitor per *fidem factam ad placitum legitime* solemniter solutionem debiti (scil. compositionis) promiserit. Adversus eum, qui fidem facere non vult, ante regem agi oportet, ut rex *eum extra sermonem suum ponat.* Cfr. Lex Salica titt. 50. 51. 56. Capit. II. ad leg. Salic. c. 8 *(de andrustione ghamalta).* Rex Chilpericus per edictum suum legi Salicae additum c. 8 (Capp. ed. Boretius p. 9) ius Saliorum mutans constituit, ut post iteratas mannitiones in sexto mallo *ante rachymburgiis sedentes invitetur graphio* ad pignorationem iudicialem. Concordat ergo lex Ribuaria cum edicto Chilperici, in hoc tantum discrepans, quod secundum legem Ribuariam in septimo demum mallo comes ad strudem legitimam invitatur. 48) Cfr. infra tit. 59, 4. — Discrepat lex Ribuaria de modo defensionis contra executionem comitis ab Edicto Chilperici regis c. 8 (ed. Boretius p. 9): *Et si dixerit ille cui res tolluntur, quod male eum destruat et contra legem et iustitia, tunc muniat* (i. e. moneat, Bor.) *graphio eum inter noctis quadraginta et duo, et ille et suo contractorem qui eum invitavit simili-ter muneat. Et si non negaverit ille, qui invitavit, adducat 7 rachymburgiis ferrebannitus, qui antea audissent causam illam: nobis praesentibus erit. Et si 7 venire non potuerint et eos certa sonia detrigaverit et toti venire non possint, tunc veniant 3 de ipsis, qui preside sua dicant et pro paris suos sunia nuntiant. Et si rachymburgiis nec 7 nec 3 dare potuerit nec dat, graphio et ille, qui accepit, res illius, quem contra legem et iustitiam extruderit, [reddat], et ille, qui male incitavit, solvat cui res fuerunt;* cfr. H. Brunner, 'Das Gerichtszeugniss und die fränkische Königsurkunde (Festgaben für Heffter', 1873) p. 165. 166. Loco veteris iuris Franconici novum ius instituit Carolus Magnus: Capitulare legi Rib. additum a. 803, c. 6: *XXXIII. cap. Si quis ad mallum legibus mannitus fuerit et non venerit, si eum sunnis non detenuerit, quindecim solidis culpabilis*

E CODD. A.

XXXIII.[49]

1. Si quis rem suam cognoverit, mittat manum[a] super eam. Et sic illi[b], super quem[c] interciatur, tercia manu querat, tunc in praesente ambo coniurare debent cum dexteras armatas, et cum sinixtras[d] ipsam rem teneant. Unus iurit, quod in[e] propriam rem[e] manum mittat; et[f] alius iuret, quod ad eam manum[f] trahat, qui ei ipsam rem dedit[g]. Et sic[h] infra ducato est, super 14 noctes auctorem suum repraesentit. Si foris ducato, super 42.[i] Si autem extra regno[k], super 84[l] ad regis staffolo[m.50], vel ad eo locum, ubi amallus[n.51] est[o], auctorem suum in praesente habeat.

Tit. XXXIII. a) suam *add.* 4—7. b) ille 2. 4. 6. 7. 9. 10. c) quam 1. 2. 5. d) sinistra 5—7. 10; sinistram 9. e) ad eum 7. f) et — manum *des.* 1; manum *deest* 9. g) debit 1; debet 2. 3. h) si 3—10. i) XL 4—10. k) legio 1; regio 2; segino 3. l) octuaginta 5. 10; octoginta 4; LXXX noctes 9. m) staffalo 2; staffulo 3; staffolum 10; staflo 4; stapphulum 5; staplo 9; stabulum 6; stabulo 7. n) *sic* 1; amallatus 2. 3; mallatum 6. 7; mallus 4. 5. 9. 10. o) erit 3.

E CODD. B.

XXXV.

De intertiare.[a]

1. Si quis rem suam cognoverit, mittat manum super eam. Et sic[b] ille, super quem intertiatur, tertiam manum quaerat, tunc in praesente ambo coniurare debent cum dextera armata, et cum sinistra ipsam rem teneant. Unus iuret, quod in[c] propriam rem manum mittat; et alius iuret, quod[c] ad eam manum trahat[d], quae ei ipsam rem dedit. Et si infra ducatum est, super quattuordecim noctes auctorem suum repraesentet. Si foris ducatu, super 40.[e] Si autem extra regnum, super 80 ad regis stafpolum[f], vel ad eum locum,

Tit. XXXV. a) intertiatione *Sich.*; intertiatare *Til.* b) si 8—11. 15—17. c) in propriam — iuret quod *des.* 4. d) mittit 2; traxerit *Sich.* e) LX *Sich.* f) *sic* 1. 11; stafolum 5; staffolum 6. *Til.*; stappolum 7; stapolum 2. 10. 14; stans polum *Sich.*; stapfpolum *Her.*; stapulum 4; stappullum 8; stapplum 3. 9; staplum 13. 17.

iudicetur; sic ad secundam et terciam. Si autem ad quartam venire contempserit, possessio eius in bannum mittatur, donec veniat et de re, qua interpellatus fuerit, iustitiam fatiat. Si infra annum non venerit, de rebus eius, quae in bannum missae sunt, rex interrogetur, et quicquid inde iudicaverit fiat. Prima ammonitio super noctes septem, secunda super noctes quattuordecim, tertia super viginti et unam, quarta super quadraginta duas. Similiter et de benefitio hominis, si forte res proprias non habuerit, mittatur in bannum, usque quo rex interrogetur.
49) Cfr. infra titt. 47. 72; Lex Sal. tit. 47: *De filtortis.* 1. *Si quis servum aut caballum vel bovem aut qualibet rem super alterum agnoverit, mittat eum in tertia manu, et ille, super quem cognoscitur, debeat agramire, et si citra Ligere aut Carbonariam ambo manent et qui agnoscit et apud quem cognoscitur, in noctis* 40 *placitum faciant, et inter ipso placito qui interfuerit qui caballo ipso aut venderit aut cambiaverit aut fortasse in solutionem dederit, omnes intro placito isto communiantur, hoc est ut unusquisque cum negotiatoribus alter alterum admoneat.* 2. *Et si quis commonitus fuerit, et eum sunnis non tenuerit, et ad placitum venire distulerit, tunc ille, qui cum eum negotiavit, mittat tres testes, quomodo ei nunciasset, ut ad placitum veniret, et alteros tres, quod publice ab eo negociasset. Istud si fecerit, exuit se de latrocinio. Et ille, qui non venerit, super quem testes iuraverunt, ille erit latro illius, qui agnoscit, et precium reddat illi, qui cum illo negociavit, et ille secundum legem conponat illi, qui res suas agnoscit. Ista omnia in illo mallo debent fieri, ubi ille est gamallus, super quem res illa primitus fuerit agnita aut intertiata. Quod si trans Legerem aut Carbonaria manent, cum quibus res illa agnoscitur,* 80 *noctis lex ista custodiatur.* — Capit. II. ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 93) c. 1: *De rebus in alode patres. Si quis super alterum de rebus in alode patris inventas intertiaverit, debet ille, super quem intertiavit, tres testimonia mittere, quod in alode patris hoc invenisset, et altera trea, qualiter pater ipsas invenisset. Hoc si ficeret, poterit rem intertiata vindicare. Si istum non fecerit, mittat tres iuratoris, quod in alode patris hoc invenisset; si hoc fecerit, se de damno causa eliberat; si nec istud fecerit, ille, qui eas intertiaverit, suo filtorto, et sic postea quod lex inde docet, apud quem eas invenit culpabilis iudicetur.* — Capit. VI. ad leg. Salic. (eod. p. 112) c. 12: *Si quis res alienas furtivaverit* (i. e. furtivas appellaverit aut ut furtivas intertiaverit), *et suas fuisset, et non potuerit adprobare, cui furtivaverit sol.* 15 *culp. iud.* (cfr. quod Boretius l. cit. not. 23. addidit). — Childeberti II. decretio a. 596 (Capp. ed. Boretius p. 15) c. 3: *Treiecto convenit, ut servo, campo aut qualibet res ad unum ducem et unum iudicem pertinentes per decem annos quicumque inconcusso iure possedit, nullam habeat licentiam interciandi, nisi tantum causa orfanorum usque vicesimo anno licentiam tribuimus. Quod si quis praesumpserit interciare, sol.* 15 *solvat et res, quae male interciavit, amittat. De reliquis vero conditionibus omnes omnino tricenaria lex excludat, praeter id quod regna huc usque detenuit.* — Chlotharii II. praeceptio c. 13 (eod. p. 19): *Quicquid ecclesia, clerici vel provincialis nostri, intercedente tamin iusto possessionis inicio, per triginta annos inconcusso iure possedisse probantur, in eorum dicione res possessa permaneat, nec actio tantis aevi spaciis sepulta ulterius contra legum ordine sub alequa repeticione consurgat, possessionem in possessoris iure sine dubio permanentem.*
50) i. e. ad regis tribunal; cfr. infra tit. 75. — I. Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer' (ed. II, 1854) p. 804.
51) i. e. *gamallus* (scil. ille apud quem res intertiata est); cfr. Lex Sal. tit. 47 (not. 49). Vox *gamallus* illum significat, qui ad certum mallum pertinet, particeps malli est ('Gerichtsgenosse'); R. Sohm, 'Fränkische Reichs- und Gerichtsverfassung' (1871) p. 66. 67.

E CODD. A.

2. Quod si eum ibidem habere non[p] potuerit, sibi[q] septimus[q] in harao[r. 52] coniurit, quod eum ibidem legibus[s] manitum[t] habuisset, et ei[u] ab alio homine ipsa res tradita non fuisset. Sic ei placitum super 14 seu super 40 vel 80 noctis detur, ut de cinu werduinia[v. 53] sua in praesentia testibus recipiat, et ei, qui rem suam interciavit, probabiliter[w. 54] ostendat[55]. Et tunc ipse de taxaga[x. 56] securus sit, et ille, qui interciavit, texaga[x] et dilatura ad eum requirat, qui solvere coepit.

3. Quod si auctor suos venerit et rem interciatam recipere rennuerit, tunc illi, super quem[y] interciata est, capitale et dilatura adque texaga[x] solvere studeat[57].

4. Quod si[z] in ipsa hora, quando res interciatur, responderet, quod fordronem[a. 58] suum nesciat, tunc in praesente sacramento sibi septima[b] mano[c] fidem faciat et super 14 noctes eum[d] iurare studiat, quod ad[e] auctorem vel casa seu postim ianuae auctoris suae[f] nesciat, et ipsam rem sine damno reddat.

XXXIV.

1. Si quis ingenuus ingenuam rabuerit[a], bis centenos solidos noxius iudicetur. Quod si tres inienui cum ipso fuerint, unusquisque eorum bis trigenus solidus noxii iudicentur. Et quanti super illos 4[b] fuerint, unusquisque[c] ter quinus solidus noxius iudicetur[59].

p) *deest* 6. 7. q) cum sibi octavo 6; sibi octavo 7. r) hara hoc 2; haraho 10; ahraho 3; araho 4. 8. 9; aracho 5—7. s) legitime 5. t) mannitum 6—10. u) sibi 3. 5. 10; si 6. 7. v) *sic* 1. 2; tinuu werduinia 3; cenuwerduriam 4; cine vel dunia 5—7; cinewerdia 9; cine werduniam 8. 10. w) propaliter 1; probaliter 2. 3. x) taxaia 2; taxaica 3; texaca 5; texaga 6. 7. 9; t . . . g . 4 *(erasis litteris a correctore qui superscripsit* furtu*)*; furto 10. y) quam 1. z) *deest* 1. 2. a) furonem 5—7. b) octava 5. 6; VIII 7. c) *sic* 1; manum 2; *rell.* manu. d) *fortasse corruptum ex* cum *(cumiurare = coniurare); in codice* 4 *in rasura aliquot litterarum una* m *littera distinguitur, corrector* id *in rasura scripsit;* id 10; *deest* 9. e) *deest* 4—10. f) sui 2. 4—10.

Tit. XXXIV. a) rapuerit 2. 5—10; rapuit 4. b) *deest* 5—7. c) unusque 1; eorum *add.* 3—7.

E CODD. B.

ubi mallus[g] est, auctorem suum in praesente habeat.

2. Quod si eum ibidem habere non potuerit, sibi septimus in araho[h] coniuret, quod eum ibidem legibus mannitum habuisset, et sibi ab alio homine ipsa res tradita non fuisset. Sic[i] ei placitum super quattuordecim seu[k] super 40[k] vel 80 noctes detur, ut cinewerduniam[l] suam in praesentia testium recipiat, et ei, qui rem suam intertiavit, probabiliter[m] ostendat. Et tunc ipse de furto[n] securus sit, et ille, qui intertiavit, furtum et dilaturam[o] ab eo requirat, qui solvere caepit.

3. Quod si auctor suus venerit et rem intertiatam[p] recipere rennuerit[p], tunc ille, super quem intertiata est, capitale et dilaturam atque furtum solvere studeat.

4. Quod si in ipsa hora, quando res intertiatur, responderit, quod fordronem[q] suum nesciat, tunc in praesente de sacramento sibi septima manu fidem faciat et super quattuordecim noctes adiurare[r] studeat, quod auctorem[s] vel casam[t] seu postem ianuae auctoris sui nesciat, et ipsam rem sine damno reddat.

XXXVI.

De raptu ingenuorum[a] vel[b] mulierum.

1. Si quis ingenuus homo ingenuam feminam[c] rapuerit, 200 solidis noxius iudicetur. Quod si tres ingenui cum ipso fuerint, unusquisque eorum 60[d] solidis noxii iudicentur. Et[e] quanti super illos 4 fuerint, unusquisque 15 solidis noxius iudicetur[e].

g) mallatus 4. h) ara hoc 2; harabo 3. 9. *Sich. Til.;* haracho 7; harao 10. i) Sicque 3. k) seu super 40 *des.* 13; seu super sexaginta *Sich.* l) civeu virdu neam 2; cinewerduneam 14; sine werduniam 7. 17; werduinam *Sich.;* cina vuerduniam *Her.;* ciueuerduniam *Til.* m) probaliter 13; probilitus 4. n) futuro *Her.* o) dilationem *Her.* p) interciata recipiat 14. q) furronem 7; fordrorem 8; frondonem 19; furdomum *Sich.* r) id iurare 3—7. 12. 13. 14. *Sich. Her.* s) actorem 2. t) causam 19.

a) *Tit. XXXVI.* a) ingenuū 2. b) *deest* 2. 12. c) Ribuariam *add.* 13. d) LXV 4. e) Et — iudicetur *des.* 14.

52) Cfr. supra not. 45. 53) i. e. de pretio suo; cfr. infra tit. 72, c. 7: *Quod si animal vivum fuerit et debilitatum vel macilendum, quantum eo tempore adpreciatus fuerit, sic de* ***cenu werdunia*** *restituat. Si autem sanum vel inmaculatum restituerit, tunc omnem* ***precium suum*** *recipiat.* 54) Ita ut postea in iudicio negari non possit; cfr. tit. 41, c. 2: *Si quis a contubernio probabiliter legatus super res alienas fuerit, eum ad excusationem non permittimus.* — R. Sohm, 'Der Prozess der Lex Salica' (1867) p. 109. 110. 55) scil. auctorem suum. 56) i. e. furto. Eadem vox (quae et *taxaca, texaga, texaca*) occurrit ex gr. infra c. 3; tit. 63, c. 2; tit. 72, c. 2. 3. 57) Cfr. Cap. legi Rib. addit a. 803, c. 7: *XXXV. cap. Si auctor venerit et rem interciatam recipere rennuerit, campo vel cruce contendatur.* 58) i. e. auctorem ('Vordermann'). 59) Cfr. Lex Sal. 13, 1—4: *Si tres homines ingenuam puellam rapuerint, malb. schodo, hoc est tricinus solidus cogantur exsolvere. Illi, qui super tres fuerint, quinos solidos*

E CODD. A.

2. Quod si regius aut ecclesiasticus homo hoc fecerit, bis quinquagenus solidus culpabilis iudicetur[60].

3. Similiter illi tres[d], qui ei auxiliaverint, unusquisque trigenus solidus culpabilis iudicetur. Et quanti super hos fuerint, unusquisque octavo simisolido[e] multetur.

4. Quod si servos hoc fecerit, de vita conponatur[f].

XXXV.

1. Si quis uxorem alienam tullerit vivo marido, ducenus solidus multetur[61].

2. Si quis[a] cum[a] ingenuam puellam moecatus fuerit, 50 solidos culpabilis iudicetur[62].

3. Si quis ingenuam puellam vel mulierem, qui in verbo regis vel ecclesiastica[63] est, accipere vel sedu-

E CODD. B.

2. Quod si regius aut ecclesiasticus homo hoc fecerit, 100 solidis culpabilis iudicetur.

3. Similiter illi tres, qui ei auxilium praebuerint, unusquisque 30 solidis culpabilis iudicetur. Et quanti super[f] hos[f] fuerint, unusquisque octavo semisolido multetur.

4. Quod si servus hoc fecerit, de vita conponat.

XXXVII.

De eo qui uxorem alienam tulerit.

1. Si quis uxorem alienam tulerit vivo marito, 200 solidis multetur.

2. Si quis cum ingenua puella moechatus fuerit, 50 solidis culpabilis iudicetur.

3. Si quis ingenuam puellam vel mulierem, quae in verbo regis vel eccle-

d) *deest* 6. 7. e) octavo simo sol. 1; octagissimo sol. 3; octavissimo sol. 5—7; octavo semisol. 4. 8—10; octavo sol. 2. f) conponat 4—10. *Tit. XXXV.* a) quiscumque 4.

f) superius 7.

solvant. Qui cum sagittas fuerint, ternos solidos culpabiles iudicentur. Raptores vero — sol. 63 *exigantur.* — Lex Sal. tit. 13, add. 5: *Si quis ingenuam feminam aut puellam contubernio facto seu in itinere aut quolibet loco adsalierit et vim illi inferre praesumpserit, tam unus quam plurimi, qui in ipsa violentia fuerint admixti,* 200 *sol. unusquisque ipsorum culp. iud. Et si adhuc de illo contubernio remanserint, qui scelus istud non admisisse noscuntur et tamen ibidem fuerint, si plures aut minori numero quam tres fuerint, eorum quilibet pro ipsis* 45 *sol. culp. iud.* — Capit. I. ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 90) c. 6: *Si quis filium aut filiam alienam extra consilio parentum in coniugio copulandum consiliaverit, et ei fuerit adprobatum, et parentes exinde aliquid damnati fuerint, aut certe raptores vel convivas conciliatores fuerint, morte damnentur, et res eorum fiscus adquirat. Raptores vero quod in anteriorem legem scriptum est amplius non damnentur.* — Capit. II. ad leg. Sal. (eod. p. 95) c. 7: *Si quis ingenuam feminam a contubernio facto aut puellam in itinere aut quodlibet locum vim inferre praesumpserit, quam unus tam plurimi, qui ipsum scelus admisisse fuerit adprobatus,* 200 *solidos culpabilis iudicetur. Et de illo contubernio si adhuc remanserit, qui ipsum scelus non admiserit et ibi fuisse noscuntur, si plures aut minore numero fuerit, tres et ipsi quadragenus quinos solidos solvant.* — Decr. Childeberti a. 596 (Capp. ed. Boretius p. 16) c. 4: *convenit Kalendas Marcias omnibus nobis adunatis, ut admodo, quicumque praesumpserit raptum facere, unde impiissimus vitius adcreverit, vitae periculum feriatur; et nullus de optimatibus nostris praesumat pro ipso precare, sed unusquisque admodum inimicum Dei persequatur. Qui vero edictum nostrum ausus fuerit contempnere, in cuiuslibet iudicis pago primitus admissum fuerit, ille iudex collectum solatium ipsum raptorem occidat, et iaceat forbatutus. Et si ad ecclesiam confugium fecerit, reddendus ab episcopo, absque ulla precatione exinde separentur. Certe si ipsa mulier raptori consenserit, ambo pariter in exilio mittantur. Et si foras ecclesia capti fuerint, ambo pariter occidantur, et facultates eorum parentibus legitimis, et quod fisco nostro debetur adquiratur.* — Chlotharii II. edictum a. 614, c. 18 (eodem p. 23): *De puellas et viduas religiosas — nullus nec per praeceptum nostrum conpetat nec trahere nec sibi in coniugio sociare paenitus praesumat. Et si quis exinde praeceptum elegerit, nullum sorciatur effectum. Et si quicumque aut per virtute aut per quolibet ordine ipsas detrahere aut sibi in coniugium praesumpserit sociare, capitale sententia feriatur. Et si in ecclesia coniugium fecerint, et illa rapta aut rapienda in hoc consentire videbitur, sequestrati ab invicem in exilio deportentur, et facultas ipsorum propinquis heredibus societur.* Convenit ergo lex Ribuaria cum posteriore iure Saliorum; cfr. 'Zeitschr. f. Rechtsgeschichte' V, p. 398. 60) Cfr. Lex Sal. 13, 7: *Si vero puer regi vel litus ingenuam feminam traxerit, de vita culpabilis esse debet.* — Capit. VI. ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 112) c. 14: *Si quis libertus libertam alienam rapuerit, — sol.* 20 *culp. iud., preter graphione solidos* 10 *solvat, et mulier ad potestatem domini sui revertatur. Si ingenuam rapuerit, de vita sua conponat.* 61) Cfr. Lex Sal. tit. 15: *Si quis [hominem ingenuum occiderit aut] uxorem alienam tulerit a vivo marito, malb. leudardi — sol.* 200 *culp. iud.* — Capit. VI. ad leg. Salic. (ed. Boretius l. cit.) c. 17: *Si quis uxorem alienam tulerit vivo marito — sol.* 200 *culp. iud.* — Capitulare legi Salicae additum a. 819 (ed. Boretius l. cit. p. 114) c. 4: *iudicatum est, ut vivo marito cui eadem uxor contra legem subtracta fuerat, ab illo, qui eam ei iniuste tulerat, cum lege suprascripta, id est ducentis solidis, reddita fiat.* 62) Cfr. Lex Sal. ed. Merkel tit. 15 (apud Behrend tit. 25, 1. 2): *Si quis cum ingenua puella per virtutem mechatus fuerit, — sol.* 63 *culp. iud. Si quis cum ingenua puella spontanea voluntate ambis convenientibus mechati fuerint, — sol.* 45 *culp. iud.* 63) Cfr. supra not. 10. 11.

E CODD. *A*.

cere[b] seu[c] parentum voluntatem de mundeburde[d] abstulerit, bis 30 solidos culpabilis iudicetur[64].

XXXVI.

1. Si quis Ribuarius[a] advenam[65] Francum interficerit, 200 solidos culpabilis iudicetur[66].

2. Si quis Ribuarius advenam Burgondionem[b] interficerit, bis[c] 80 solidis multetur[67].

3. Si quis Ribuarius advenam Romanum[d] interficerit, bis quinquagenus solidus multetur[68].

4. Si quis Ribuarius advenam Alamannum[69] seu Fresionem[e. 70] vel Bogium[f. 71], Saxonem[g. 72] interempserit, bis octuagenus solidus culpabilis iudicetur[73].

b) reducere 5. c) sine 5. d) mundepurdae 4; mundoburch 6; mundoburth 7.

Tit. XXXVI. a) Ripuarius 1. 8. 9. b) *sic* 1; *rell.* Burgundionem. c) *deest* 3. d) Romanam 1. e) Fresonem 8; Frissione 2; Frisone 3; Frisionem 6. 7. 9. f) Bogionem 5; ibogio (vel *omisso*, *quod in* i *corruptum est*) 7; ibigio (vel *omisso*) 6; Bagiarium 9; Baioarium 10. g) Saxonum 10; Sagione 6. 7.

E CODD. *B*.

siastica est, accipere vel seducere[a] seu[b] parentum[c] voluntate de mundeburde[d] abstulerit, 60 solidis culpabilis iudicetur.

XXXVIII.

De diversis interfectionibus.

1. Si quis Ribuarius[a] advenam Francum interficerit, 200 solidis culpabilis iudicetur.

2. Si quis Ribuarius advenam Burgundionem[b] interficerit, 160[c] solidis multetur.

3. Si quis Ribuarius[d] advenam Romanum interficerit, 100 solidis multetur.

4. Si quis Ribuarius[d] advenam Alamannum[e] seu Fresionem[f] vel Baiuvarium[g], Saxonem[h] interficerit, 160[i] solidis culpabilis iudicetur.

Tit. XXXVII. a) praesumpserit *inserunt* 15. 16. *Her.*; acceperit vel seduxerit *Til.* b) sine 3. *Her.*; seu sine 17. c) parentibus *Sich.* d) mundiburde 11. 12. *Til.*; mündiburge 19; mundoburde *Sich.*

Tit. XXXVIII. a) Ribuaris 7. b) Burgondionem 14; Borgundionem 8. c) LX 8. d) Roboarius 6. e) Alemannum *Sich.* f) Fressionem 2; Frisionem 8; Frisonem 13. 19; Fresonem *Sich.* g) Baiuarium 2. 12. 17. *Sich.*; Baguarium 13; Baiowarium 10; Bauuarium 14; vel *add.* 3; aut *add.* 12; sive *add.* 17. h) Sacxonem 2; Saxsonem 3; Saxonemve *Sich.* i) bis octigenis 8; C *Sich.*

64) Poena banni regii, quae solvenda est, etiamsi cum parentum voluntate puella de mundeburde vel regis vel ecclesiae aufertur. 65) De advenis cfr. supra tit. 31, c. 3—5. 66) Cfr. supra not. 8. 67) Cfr. Lex Burgund. (ed. Binding, Fontes rerum Bernensium I), tit. 2, c. 1. 2: *Si quis hominem ingenuum ex populo nostro cuiuslibet nationis, aut servum regis, natione duntaxat barbarum, occidere dampnabili ausu aut temeritate praesumpserit, non aliter admissum crimen quam sanguinis sui effusione conponat. Illud sane huic legi rationabili censuimus provisione subiungi, ut, si cui forte a quocumque inlata vis fuerit, ut aut ictibus verberum aut vulneribus urgueatur, et dum sequitur percutientem dolore aut indignatione conpulsus occiderit, — — medietatem pretii secundum qualitatem personae occisi parentibus cogatur exsolvere. Hoc est, si optimatem nobilem occiderit, in medietatem pretii* 150 *solidos. Si aliquem in mediocri populo,* 100 *sol.; minorem personam* 75 *sol. praecipimus numerari.* Pro nobili Burgundione occiso solvebatur igitur weregeldum 300 solidorum, pro mediocri 200, pro minore (quem 'gemeinfrei' appellare possumus) 150 solidorum. Cfr. eod. tit. 52, c. 4: *pretium suum, hoc est centum quinquaginta solidos.* Discrepat ergo sanctio legis Ribuariae a lege Burgundionum. 68) Cfr. Lex Sal. tit. 41, 5—7: *Si quis vero Romano homine conviva rege occiderit, — sol.* 300 *culp. iud. Si vero Romano possessore, et conviva regis non fuerit, qui eum occiderit, — sol.* 100 *culp. iud. Si vero Romanum tributarium occiderit, sol.* 63 *culp. iud.* Cfr. infra tit. 61: *Si quis servum suum libertum fecerit et civem Romanum — — qui eum interficerit,* 100 *sol. multetur.* Clericus ingenuus quoque, qui Romanus ingenuus est, weregeldum centum solidorum habet (infra c. 5).

69) Cfr. Lex Alam. Hloth. 69, 1: *Si quis autem liber liberum occiderit, conponat eum bis octuaginta solidos ad filios suos.* Vetus ius Alamannorum traditur in fragmento, quod Merkel edidit Legg. III, p. 36, c. 36—39: *wiregildum — desolvat. Si baro fuerit de minoflidis, solvat solidos* 160 (cod.: 170). *Si medianus Alamannus fuerit,* 200 *solidos componat. Si primus Alamannus fuerit,* 240 *solidos componat.* 70) Cfr. Lex Frisionum tit. 1, ubi nobili Frisioni weregeldum 80 solidorum, libero $53\frac{1}{3}$ sol., lito $26\frac{2}{3}$ sol. tribuitur. Post, ut titulo 15. legis Frisionum probatur, weregelda apud Frisiones sunt duplicata, tunc (additio sapientum tit. 3) triplicata; cfr. v. Richthofen in editione sua legis Frisionum, Legg. III, p. 650. 651, et censet quidem vir doctissimus, titulum 1. legis Frisionum circa annum 740. p. Chr., titulum 15. circa annum 785, iudicium autem, quod sapientes legi Frisionum addiderunt, anno demum 802. scriptum esse. Titulus noster legis Ribuariae pro ingenuo Frisione occiso weregeldum 160 solidorum habet, id est triplicatum weregeldum iuris Frisici novissimi, cfr. praefatio nostra § 4, i. f. 71) Cfr. Lex Baiuw., tit. 4, c. 28: *Si quis liberum hominem occiderit, solvat — bis* 80 *solidos, hoc sunt* 160. Magni momenti locus noster legis Ribuariae est, qui Baiuwarium *Bogium* appellat. Cfr. quae congessit de nomine Baiuwariorum Io. Merkel, Legg. III, p. 185, not. 1. Apud Francos quidem in aetate Merowingica nomen Boiorum vel Bogiorum pro Baiuwariis usitatum fuisse videtur. 72) Weregeldum liberi hominis in Saxonia 240 solidorum Saxonicorum, i. e. 160 solidorum Franconicorum fuisse, docti omnes coniiciunt, quamvis lex Saxonum expressis verbis nusquam weregeldum ingenui commemoret; cfr. v. Richthofen, Legg. V, p. 52, not. 27. H. Brunner l. cit. (supra not. 17) p. 5 sqq. 73) Lex

E CODD. A.

5.[h] Si quis clericum ingenuum interficerit, bis[i] quinquagenus solidus culpabilis iudicetur[74].

6. Si quis subdiaconum interficerit, 300[k] solidos culpabilis iudicetur.

7. Si quis diaconum interficerit, 400[l] solidos multetur.

8.[m] Si quis presbyterum ingenuum[n] interficerit, ter ducenus[o] solidus multetur.

9. Si quis episcopum interficerit, ter tricenus[p] solidus multetur[75].

h) *caput* 5. *erasum in* 4 *a correctore qui textum vulgatum superscripsit; textus erasus brevior erat, duas tantum lineas comprehendens, ut coniicere liceat, textum genuinum codicis* 4 *convenisse cum eo, quem supra e codd.* 1—3. 5—8 *edimus; textum vulgatum, quem e codd. B edimus, habet* 10; *in codice* 9 *cap.* 5. *ita legitur:* Si quis clericum ingenuum interfecerit, iuxta nativitatem suam conponat, *reliquis, quae textus vulgatus habet, omissis.* i) bis *deest* 8. k) CC 6; CCCC 9; bis ducentenis 8. 10; *erasum in* 4, *fortasse* bis centenos; *erasum in* 7, *corrector superscripsit* D. l) ter centenos 4; bis centenos 5; *erasum in* 7 *et superscriptum a correctore* DC; centenis solidis multetur, id est quinquagentos solidos 8; centenis solidis addetur, id est D sol. multetur 10; D sol. multetur 9. m) *caput* 8. *omisit* 9. n) *deest* 7. 8. o) CC (ter *omisso*) 6; ter CCC 9; *erasum in* 7, *et scripsit corrector* DCCCC. p) CCC (ter *omisso*) 6; ter tric. *erasum in* 4, *et scripsit corrector* DCCCC; ter tric. sol. mult. *erasa in* 7, *et scripsit corrector:* monachus fiat.

E CODD. B.

5. Si quis clericum interficerit, iuxta[k] quod nativitas eius fuerit[k], ita conponatur. Si servus, sicut servum. Si regius aut ecclesiasticus, sicut[l] alius regius aut ecclesiasticus[l]. Si litus[m], sicut litum[n]. Si liber, sicut alium ingenuum cum 200 solidis conponat.

6. Si quis subdiaconum[o] interficerit, 400[p] solidis conponatur.

7. Si quis diaconum[q] interficerit, 500[r] solidis conponatur.

8. Si quis presbyterum ingenuum[s] interfecerit, 600[t] solidis conponat.

9.[u] Si quis episcopum interficerit, 900[v] solidos conponat.

k) iuxta — fuerit *des.* 10. l) sicut alius ecclesiasticus vel regius libertinus 3. m) lidus 14. n) lidum 14. o) subdiaconem 3. 13. p) bis ducentenis 8; CC 17. q) diaconem 13. r) DC 19. s) *deest* 7. t) ter ducenis 8. u) *caput* 9. *deest* 8. v) DCCC 14.

Ribuaria nullam mentionem nobilium facit, qui apud Saxones, Frisiones, Baiuwarios, Alamannos, Burgundiones florebant, maiore weregeldo praediti, aut quia inter advenas (i. e. fugitivos, exules) rarissime nobilis homo inveniebatur, aut quia iuri Franconico nobilitas veteris iuris incognita erat. Inter Francos enim (sola stirpe regia Merowingica excepta) nulla nobilitas exstabat, quae ingenuos nativitate superasset. 74) Clerico ingenuo weregeldum Romani ingenui (cfr. supra not. 68) lex Ribuaria attribuit. Tum enim cum caput nostrum scribebatur, omnes fere clerici in pago Ribuario Romani erant, Francorum autem populus, illitteratus, ad religionem christianam nuper conversus, clam aut palam idolatriis paganorum deditus, ab ordine clericorum abhorrebat. Postea aliter res sese habebat. Ecclesia christiana, cum populo Francorum arctius coniuncta, clericos e numero popularium sumere poterat. Ideo caput nostrum postea, quo tempore littera vulgata componebatur, mutatum est. Littera enim vulgata, clericum ingenuum iam non Romanum, sed Francum esse ponit, verbis: *Si liber, sicut alium ingenuum cum* 200 *solidis conponat.* Cfr. infra tit. 58, c. 6. Hanc interpretationem capitis nostri, quam retulimus, eleganter defendit Edg. Loening, 'Das Kirchenrecht im Reiche der Merowinger' (1878, 'Geschichte des deutschen Kirchenrechts' Vol. 2) p. 296 sqq., qui et opinionem Savinii et aliorum doctissimorum virorum, qui clericos omnes in regno Francorum propter ordinem suum lege Romana vixisse docuerant, refellit, eod. p. 284 sqq.; consentit ei G. Waitz, 'Deutsche Verf.-Gesch.' II, 1 (ed. 3, 1882), p. 113, not. 3. Etiam apud Alamannos et Baiuwarios clerici iam aetate Merowingica weregeldum suae nativitatis habebant, i. e. clericus Alamannus secundum legem Alamannorum, clericus Baiuwarius secundum legem Baiuwariorum vivebat; cfr. Lex Alam. Hloth. 15: *Clerici autem sicut ceteri parentes eorum ita conponantur;* Lex Bai. I, 8: *alii autem clerici conponantur sicut parentes eorum.* Cfr. quoque infra not. 75. — Littera vulgata servorum quoque clericorum mentionem facit. Secundum canones veteris ecclesiae Gallicanae servi quoque cum consensu domini sacerdotia suscipere poterant; cfr. Concil. Aurel. V, a. 549, c. 6 (Sirmond, Concilia antiqua Galliae I, p. 279). Contra Hludowicus Pius, servos in sacerdotum numerum recipi, vetuit, cap. Aquisgran. ad episcopos pertinentia a. 818, c. 9 (Boretius, Capp. p. 274). Cfr. E. Loening, l. cit. p. 298, not. 1. 75) Concordat Capitulare Karoli M. a. 803. legibus additum c. 1 (Boretius l. cit. p. 113): *Si quis subdiaconum occiderit,* 300 *solidos componat; qui diaconum,* 400; *qui presbiterum,* 600; *qui episcopum,* 900 *solidos componat.* — Cfr. Lex Salica emendata (ed. Pardessus, tit. 58, § 2—4): *Si quis diaconem interfecerit, — sol.* 300 *culp. iud. Si quis presbyterum interfecerit, sol.* 600 *culp. iud. Si quis episcopum interfecerit,* 900 *sol. culp. iud.* Lex Alam. Hloth. tit. 11—16: *Si quis episcopum aliquam iniuriam fecerit — omnia tripliciter conponatur, sicut et ceteri parentes eius conposicione habebit: ac si melius dicamus, sicut et duce, ita in omnibus conpo-*

E CODD. A.

10. Si quis partum in feminam interficerit, seu natum priusquam nomen habeat, bis quinquagenus solidus culpabilis iudicetur. Quod si matrem[q] cum[r] parto interficerit, septingenus[s] solidus multetur[76].

11.[t] Si quis weregeldum[u] solvere coeperit[v], bovem cornutum videntem et sanum pro 2 solidis[w] tribuat. Vaccam[x] cornutam videntem et sanam per tres solidos tribuat[x]. Equum[y] videntem et sanum per duodecim[z] solidos tribuat. Equam videntem et sanam pro 3 solidis tribuat[y]. Spatam cum scogilo[a] pro septim[b] solidis tribuat. Spata absque scogilo[c] per tres solidos tribuat. Bruina[d] bona pro 12 solidis tribuat. Helmo[e] conderecto[f] pro sex[g] solidis tribuat. Bagnbergas[h] bonas pro sex solidis tribuat[h]. Scuto cum lantia pro 2 solidis tribuat. Aucceptorem[i] non domito per 3 solidos[k] tribuat.

E CODD. B.

10. Si quis partum in femina interficerit, seu natum priusquam nomen habeat, 100[w] solidis culpabilis iudicetur. Quod si matrem cum partu interficerit, 700 solidis multetur.

11. Si quis weregeldum[x] solvere debet, bovem cornutum videntem et sanum pro 2 solidis tribuat. Vaccam cornutam videntem et sanam pro 1 solido tribuat. Equum[y] videntem et sanum pro 7 solidis tribuat. Equam[z] videntem et sanam pro 3[a] solidis tribuat. Spatam cum scogilo[b] pro 7[c] solidis tribuat. Spatam absque scogilo[d] pro 3 solidis tribuat. Brunniam[e] bonam pro 12 solidis tribuat. Helmum[f] conderecto[g] pro 6[h] solidis tribuat. Bainbergas[i] bonas

q) feminam prignantem 3. 6. 7. r) in 2. s) septingentis 10; LXX 9; DCCLXX 5. t) *cap.* 11. *et* 12. *omisit hic codex* 5 *et inseruit infra post titulum LXIV nostrae editionis.* u) wirigeldum 2; weregildum 3. 9. 10; wirageldum 5; wedregilt 6; wedregild 7. v) *sic* 4; ceperit 9; acciperit 1. 2. 5; debet 3. 6. 7. 10. w) uno solido 5; III sol. 7. x) *sic* 1. 2. 6; duas vaccas III sol. 3; vaccam corn. vid. et sanam pro uno solido tribuat 4. 8—10; vaccam — tribuat *des.* 5. 7. y) Equum — tribuat *des.* 1. 2. z) *sic* 3. 6. 7; *erasum in* 4 *et scriptum a correctore* VI; *deest* 5; VII 8—10. a) scogila 6. 7; scugilo 5; scoilo 9; scoligilo 4; stagilo 3. b) septinus 2. 3. c) scugilo 5; scoilo 9; scolgilo 4. d) *sic* 1; brunia 2. 4—7; bruniam 3; brunniam 8. 9. e) galium 5. f) cum derecto 2; condericto 4; condricto 6—8; contricto 9; condrictum 10; tricto 5. g) VII 6. 7. h) Bagnb. — trib. *des.* 1; *sic* 4; bancbergas 2; magnbergas 3; baginasbirgas 5; baimbergas 6; baimbargas 7; bainbergas 8—10. i) *sic* 1. 4; *rell.* acceptorem. k) pro solido 4.

w) bis quinquagenos 8. x) weregildum 4. 8. 13. 14. *Sich.;* uiueregeldum 10; quidergildum 2; wedregeldum 17. y) et quum 2. z) et quam 2. a) VI 6. b) scogelo 14; sagelo 13; scoglō 2; iscogillo 7; scogillo *Sich.;* scolio 4. 8; scugilo 10; soilo 17. c) VI *Sich.* d) sagelo 13; scoglo 2; iscogillo 7; scogillo *Sich.;* scugilo 10; scoilo 17. e) bruniam 3. 19. *Sich.;* brunicam 13; bruneam 14; brunia 2. 8; bruinam 6. f) elmum 2. 8. g) conderectum 4; condrectum 13; cum directo 3; con tricto 2; conderictum 19; condrictum 8. 17; et drictum *Sich.;* pro conderecto *Til.* h) VII 7. i) Bainbargas 17.

natur. Et si occisus fuerit, sicut illum ducem ita eum solvat aut regi aut duci (aut) ad ecclesiam ubi pastor fuit. Si quis presbiterum parrochianum — occiderit, 600 *solidos eum solvat ad ecclesiam ubi servit aut ad episcopum, de cuius parochia fuit. Si quis diaconum, qui evangelium coram episcopum legit et revertitur ante altare officium fungit — occiderit,* 300 *solidos conponat. — — Clerici autem sicut ceteri parentes eorum ita conponatur. Si autem clericum, qui in gradu in ecclesia puplica lectione recitat vel gradalem vel alleluia coram episcopo in puplico cantaverit, et aliqua iniuria passus fuerit — conponat quomodo parentes eius conponantur, et tercia pars super haec addatur in composicione.* Lex Bai. I, 8—10: *Si quis ministros ecclesiae, id est subdiaconum, lectorem, exorcistam, acolitum, hostiarium, de istis aliquem iniuriaverit — vel occiderit: conponat hoc dupliciter, sicut solent conponere parentes eius; illi qui ministri sunt altaris Dei, duplicem compositionem accipiant, alii autem clerici conponantur, sicut parentes eorum. — — Si quis presbiterum vel diaconum, quem episcopus in parrochia ordinavit, vel qualem plebs sibi recepit ad sacerdotem, quem ecclesiastica sedis probatum habet, illi iniuriam fecerit vel plagaverit, tripliciter eos conponat. Si eum occiderit, presbiterum solvat* 300 *solidos auro adpreciatos —. Diaconum vero cum* 200 *solidis solvat. Utrisque ad illam ecclesiam, ubi ministri fuerunt; episcopo requirente et duce cogente, qui in illa provincia sunt ordinati. Et pro fredo in publico solvat sol.* 40 *—. Si quis episcopum, quem constituit rex vel populus elegit sibi pontificem, occiderit, solvat eum regi vel plebi aut parentibus secundum hoc edictum: Fiat tunica plumbea secundum statum eius, et quod ipsa pensaverit auro, tantum donet qui eum occidit.* 76) Cfr. supra tit. 12. — Lex Salica tit. 24, 3. 4: *Si quis femina ingenua et gravida trabaterit, sol.* 700 *culp. iud. Si vero infantem in utero matris suae occiderit, aut ante quod nomen habeat, cui fuerit adprobatum — sol.* 100 *culp. iud.* — Capit. I. ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 92) c. 11, § 4—10: *Si quis mulierem ingenuam praegnantem in ventre aut in renis percusserit pugno aut calcem et ei pecus non excuciat, et illa propter hoc gravata fuerit quasi usque ad mortem,* 200 *sol. culp. iud. Si quis vero pecus mortuum excusserit et ipsa evaserit,* 600 *sol. culp. iud. Si vero ipsa mulier propterea mortua fuerit,* 900 *sol. culp. iud. Si vero mulier qui mortua est pro aliqua causa in verbo regis missa est,* 1200 *sol. culp. iud. Si vero infans puella est qui excutitur,* 2400 *sol. conponat. Haec lex de militunias vel letas sive Romanas in medietate convenit observare. Si quis ancillae pecus mortuum excusserit, si pulicella fuerit,* 63 *sol. conponat similiter et dinarium unum. Si vero ancilla ipsa cellaria aut genicium domini sui tenuerit,* 100 *solidos et dinarium pro ipsa conponat.*

E codd. A.

Cummorsum gruarium[l] pro sex[m] solidis tribuat. Acceptorem[i] mutatum pro 12 solidis tribuat[77].

12.[n] Quod si cum argento solvere contingerit, pro solido[o] 12 dinarios, sicut antiquitus est constitutum[78].

XXXVII.

1. Si quis mulierem disponsaverit, quidquid ei per tabularum seu cartarum instrumenta conscripserit, perpetualiter inconfulsum[a] permaneat.

2. Si autem per series scripturarum ei nihil contullerit, si mulier[b] virum supervixerit, 50 solidos in dude[c] recipiat, et terciam de omne [re[d]], quod simul conlaboraverit[e], sibi[f] studiat evindicare; et[g] quidquid ei in morgangaba[h] traditum fuerit, similiter[i] faciat[i].

3. Quod si ex his, qui[k] conscripta vel tradita sunt, simul consumpserit[l], nihil requirat[m] [79].

l) grauarium 3. m) VII 7. n) *vide supra not.* t. o) pro III sol. 6.
Tit. XXXVII. a) *sic* 1. 2; *rell.* inconvulsum. b) *sic* 3. 4. 9; similiter 1. 2. 5; mulier *deest* 6. 7. 8. 10. c) *sic* 1; vidua (in *omisso, corruptum, ut videtur, ex* in dude) 4; *rell.* in dote. d) re *inserunt* 3—10. e) conlaboraverint 4. 8. 9; conlaboraverunt 3. 6. 7. f) *deest* 4; sive 5 g) vel 2. 4. 5. 8. 9; et vel 3. h) morgangyba 5; morgingeba 6. 7; morgangeba 9. 10; baga 4. i) nihil requirat 2. k) quae 4. 6. 8—10. l) consumpserint 4. 6—10. m) requiret 3; requiratur 6. 7. 9.

E codd. B.

pro 6 solidis tribuat. Scutum cum lancea pro 2[k] solidis tribuat. Acceptorem[l] non domitum pro 3 solidis tribuat. Conmorsum[m] gruarium[n] pro 6 solidis tribuat. Acceptorem[o] mutatum pro 12 solidis tribuat.

12. Quod si cum argento solvere contigerit, pro solido[p] 12 dinarios, sicut antiquitus est constitutum.

XXXIX.

De dotis mulierum.

1. Si quis mulierem disponsaverit, quicquid ei per tabularum seu cartarum instrumenta conscripserit, perpetualiter inconvulsum permaneat.

2. Si autem per seriem scripturarum ei nihil contulerit, si virum supervixerit, 50 solidos in dotem recipiat, et tertiam partem de omni re, quam simul conlaboraverant, sibi studeat evindicare, vel quicquid ei in morgangeba[a] traditum fuerat, similiter faciat.

3. Quod si ex his, quae conscripta vel tradita sunt, simul consumpserint[b], nihil requirat[c].

k) tres 8. l) accipitrem 3. m) commorsum 2. 3. 5. 6. 13. 14. n) groarium 2; grauarium 10. o) accipitrem 3. p) solidos 10.
Tit. XXXIX. a) morgandiba 10. b) aliquid *add. Til.* c) requiratur 3; *cap.* 3. *deest apud Sich.*

77) Secundum legem Salicam tit. 50. creditor et debitor *rachineburgius idoneos* eligunt, *qui praecium adpreciare debent*, ut debitor, qui compositionem solvere debet, *secundum iustum praecium* creditori satisfaciat (cfr. supra not. 44). Postea tamen legibus res mobiles sunt adpretiatae. Exemplum affert locus noster legis Ribuariae. Cfr. Lex Saxonum c. 66 (supra p. 84). Capit. Saxonicum a. 797, c. 11 (supra p. 92. Boretius Capp. I, p. 72). 78) Solidus duodecim denariorum apud Ribuarios antiquitus in usu fuisse videtur; cfr. Soetbeer, in 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' II, p. 314; G. Waitz, 'Deutsche Verf.-Gesch.' (ed. 3) II, 2 (1882) p. 312. 313. Supra tit. 23. ad vocem *tremissem* littera vulgata addit *id est* 4 *dinarios*. 79) De dote et *morgangaba* secundum legem Francorum cfr. Rich. Schroeder, 'Geschichte des ehelichen Güterrechts in Deutschland'. Tom. I, 1863. p. 63 sqq. 89 sqq. 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' V, p. 419 sqq. — Cfr. Capit. I ad leg. Sal. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 90) c. 7: *Si quis mulier vidua post mortem mariti sui ad altero marito se dare voluerit, prius, qui eam accipere voluerit, reibus secundum legem donet; et postea mulier, si de anteriore marito filios habet, parentes infantum suorum consiliare debent. Et si in dotis* 25 *sol.* (corr.: 30 *sol.*? cfr. R. Schröder l. cit. p. 64, not. 1) *accepit*, 3 *sol. achasium parentibus, qui proximiores sunt marito defuncto, donet —. Si vero* 63 *sol. in dotis accipiat, solidi sex in achasium dentur, hoc est ut per decimus solidos singuli in achasium debentur. Sic tamen, ut dotem, quem anterior maritus dedit, filiis suis post obitum matris sine ullum consorcium sibi vindicent ac defendant, de qua dotem mater nec vendere nec donare praesummat. Certe si mulier de anteriore marito filios non habuerit et cum dote sua ad alias nuptias ambulare voluerit, sicut superius diximus achasium donet; et sic postea scamno cooperiat et lecto cum lectaria ornet et ante novem testes parentibus defuncti invitat et dicat: 'Omnes mihi testes sitis, quia et achasium dedi ut pacem habeam parentum, et lectum stratum et lectaria condigna et scamno cooperto et cathedras quae de casa patris mei exhibui hic dimitto'. Et hoc liceat cum duas partes dotis sui alio se dare marito. Si vero istud non fecerit, duas partes dotis perdat et insuper fisco sol.* 63 *culp. iud.* — Eod. c. 8: *Si quis uxorem amiserit et aliam habere voluerit, dotem quam primarie uxorem dedit, secunda ei donare non licet. Si tamen adhuc filii parvoli sunt, usque ad perfectam aetatem res uxores anteriores vel dotis causa liceat iudicare, sic vero ut de has nec vendere nec donare praesummat. Si vero de anteriorem uxorem filios non habuerit, parentes, qui proximiores sunt mulieris defuncti, duas partes dotis recoligant et dua lectaria dimittant, duos scamnos coopertos et duas cathedras. Quod si istud non fecerint, tertia sola de dote recoligant, tamen si per adfatimus antea non cromaverint.* — Edictum Chilperici c. 5 (Capp. ed. Boretius p. 8): *Idemque convenit, ut quicumque uxorem acceperit et infantes inter se non habuerint,*

E CODD. A.

XXXVIII.

Si quis hominem innocentem ad regem accusaverit, sexaginta[a] solidos culpabilis iudicetur[80].

XXXIX.

Si quis ingenuam mulierem manum extrinxerit, 15 solidos culpabilis iudicetur. Certe[a] si[a] super cupidum[b] manum miserit, 30 solidos multetur[81].

XL.

Si quis caballum extra consilium[a] domini sui ascenderit, 30 solidos culpabilis iudicetur[82].

E CODD. B.

XL.

De eo qui hominem innocentem ad regem accusaverit.

Si quis hominem innocentem ad regem accusaverit, 60 solidis culpabilis iudicetur.

XLI.

De eo qui ingenuae mulieri manum vel brachium strinxerit.

Si quis ingenuae mulieri manum strinxerit, 15 solidis culpabilis iudicetur. Certe si super cubitum manum miserit, 30 solidis multetur.

XLII.

De caballo extra consilium domini sui ascenso.

Si quis caballum extra consensum domini sui ascenderit, 30 solidis culpabilis iudicetur.

Tit. XXXVIII. a) XL 1—3. 8.
Tit. XXXIX. a) certum 1. 2. b) *sic* 1; *rell.* cubitum.
Tit. XL. a) consensum 8. 10.

vir uxorem suam superstitem mortuus fuerit, tunc illa mulier dimediam dotem accipiat, et dimediam parentis defuncti marito ad se recolligant; et si mulier sub tali condictione mortua fuerit, media maritus simili modo ad se revocet, et mediaetatem parentibus ipsius muliere ad se recollegant. — Dotem, quam maritus uxori dedit, iam saeculo sexto apud Salios communem inter coniuges fuisse, post mortem autem alterius ad liberos in matrimonio procreatos devolutam esse ('Verfangenschaftsrecht'), ex capitibus laudatis apparet. Quo fit, ut secundum legem nostram Ribuariam communio bonorum acquisitorum loco dotis cedat. Textu enim supra edito comprobatur, tertiam partem collaborationis non pro dono matutino (quod Schroedero p. 94 placuit), sed pro dote esse (quod A. Heusler v. cl. me docuit). Vox *et* in codd. 1. 6. 7 legitur. Cfr. Capit. missorum a. 821, c. 9 (Capp. ed. Boretius p. 301): *Volumus, ut uxores defunctorum post obitum maritorum tertiam partem conlaborationis, quam simul in beneficio conlaboraverunt, accipiant. Et* (i. e. *etiam*) *de his rebus, quas is, qui illud beneficium habuit, aliunde adduxit vel conparavit, vel ei ab amicis suis conlatum est, has volumus tam ad orphanos defunctorum quam ad uxores eorum pervenire* (Schröder eod. p. 91. 92). Parti mulieris secundum vetus ius Francorum tertia pars tantum dotis cedit (ut duae partes dotis in partem mulieris cadant, secundum capita Salica supra laudata, lectaria, cathedrae etc. parti mariti offerri debent). Tertiam igitur partem collaborationis mulier superstes sibi vindicat, cum totam collaborationem loco dotis concessam esse fingatur, nisi forte a marito certae res doti conscriptae sunt. Iam saeculo sexto dotem et *morgangabam* saepe in unam donationem coniunctas fuisse, illustratur pacto celebri quod Guntchramnus et Childebertus reges a. 587. apud Andelaum inierunt (Capp. ed. Boretius p. 13, i. f): *De civitatibus vero, hoc est Burdegala, Lemovicas, Cadurcus, Benarno et Begora, quae Gailesoindam germanam domnae Brunichildis tam in dote quam in morganegiba, hoc est matutinale donum, in Franciam venientem certum est adquisisse, quas etiam per iudicium gloriosi domni Guntchramni regis vel Francorum, superstitibus Chilperico et Sigiberto regibus, domna Brunichildis noscitur adquisisse, ita convenit, ut Cadurcus civitatem cum terminibus et cuncto populo suo domna Brunichildis de praesenti in sua potestate percipiat; reliquas vero civitates ex hac condicione superius nominatas domnus Guntchramnus, dum advivit, possedeat; ita ut, quandoquidem post eius transitum, in dominatione domnae Brunichildis heredumque suorum cum omni soliditate Deo propitio revertantur; nec superstite domno Guntchramno neque a domna Brunichilde neque a filio Childeberto rege filiisque suis quolibet ingenio vel tempore repetantur.* Civitates illae, Gailesoindae a Chilperico marito suo *tam in dote quam in morganegiba* datae, post mortem Gailesoindae, superstite marito suo (Chilperico), Brunechildi reginae (heredi videlicet uxoris defunctae) adiudicatae sunt, Chilperico excluso, cum uxorem suam ipse interfecisset (Gregor. Turon. Hist. Franc. IV, c. 28). Post mortem autem Chilperici pacto Andelaensi civitates illae inter Guntchramnum regem (heredem mariti) et Brunichildem reginam (heredem uxoris) secundum usumfructum divisae sunt. Communionem illam rerum dotalium atque matutinalium ex communione quadam omnium bonorum inter maritum et uxorem (quae tamen communio a communione iuris Romani longe distabat) processisse, mihi persuasum habeo. Infantibus ex matrimonio superstitibus, vidua tertiam suam usufructuario tantum iure acquirit cum usufructu in duabus tertiis mariti (cfr. Pardessus, dipl. I, nr. 179). Quo comprobatur, ius, quod 'Verfangenschaftsrecht' dicitur, apud Salios quoque olim viguisse. 80) Cfr. Lex Sal. tit. 18: *Si quis ad regem innocentem hominem absentem accusaverit, malb. seulando efa, — sol. LXIII culpabilis iudicetur.* — 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' V, p. 446. 81) Cfr. Lex Sal. tit. 20: *Si quis ingenuus homo ingenue muliere manum vel brachio aut digito extrinxerit, cui fuerit adprobatum, malb. leudardi, hoc est sol. 15 culp. iud. Si brachium praesserit, sol. 30 conponat. Certe si super cubitum manum miserit, malb. chamin, — sol. 35 culp. iud.* 82) Cfr. Lex Sal. tit. 23: *Si quis caballum alienum extra consilium domini sui caballicaverit*

E CODD. A.

XLI.

1. Si quis ingenuus ingenuum ligaverit et ei culpam cum sex testibus in haraho[a] non adprobaverit, 30 solidos culpabilis iudicetur[83].

2. Si quis a contubernio[b. 84] probabiliter[c] legatus super res alienas fuerit, eum ad excusationem non permittimus[d].

3. Sed si unus homo cum satellitibus suis[85] hominem legaverit, aut ipsum excussare permittimus[e]; aut proximus[f] eius, quod innocens legatus sit, cum 6[g] iuret.

XLII.

1. Si quis de diversis venationibus furaverit et[a] celaverit, seu et de piscationibus[b], 15 solidos culpabilis iudicetur. Quia non[c] hic[d] re[e] possessa, sed de venationibus agitur[f].

2. Si quis cervum domitum vel cum triutes[g] occiderit, aut furaverit, non sicut de reliquos animalibus texaga[h] exigantur[i], sed tantum 45 solidos multetur.

3. Si autem in venationem[k] non fuit, 30 solidos culpabilis iudicetur[*. 86].

*) *Cod.* 5 *addit:*

4. Si quis de sote porcum furaverit, 12 solidos, et si

Tit. XLI. a) haracho 6. 7; araho 4. 8. 9; brachio 2; in h. *des.* 5. b) contubernis 5; contubernia 4. c) probaliter 5. 7. d) promittimus 1—3. e) promittimus 3. f) proximum 2—5. 7. 9. g) XII 6. 7.

Tit. XLII. a) aut 4. 5. b) vel alicuius loca materiamen vel ligna finata abstulerit *addit* 5 *(cfr. infra tit. LXXVI, not.* e*)*. c) no 1. d) est haec 5; est 6. 7. 8. 10. e) res 3—10. f) ageturis 3; egiturus 5; agituris 6; agiturus 7; cogitur 9; *deest* 2. g) triutis 4. 8—10; triutas 5; ad venatione fatienda vel quibus iam venaverit (vel cum tr. *omissis*) 4; vel triudes ad venationem vel quibus avenaverit 6. 7. h) taxaia (*corruptum ex* taxaca) 2. 3; texega 7; furtu 8; furtum 10. i) exigatur 2—5. 8—10; exigat 6. 7. k) venatio (in *omisso*) 6. 7.

E CODD. B.

XLIII.

De ligaminibus ingenuorum.

1. Si quis ingenuus ingenuum ligaverit et eius culpam cum 6 testibus in araho[a] non[b] adprobaverit[b], 30 solidis culpabilis iudicetur.

2. Si quis a contubernio probabiliter[c] ligatus super res alienas fuerit, eum ad excusationem non permittimus.

3. Sed si unus homo cum satellitibus suis hominem ligaverit, aut ipsum excusare permittimus; aut proximus eius, quod innocens ligatus sit, cum 6[d] iuret.

XLIV.

De venationibus.

1. Si quis de diversis venationibus furatus fuerit et caelaverit, seu et de piscationibus, 15 solidis culpabilis iudicetur. Quia non est haec res possessa, sed[a] de venationibus agitur.

2. Si quis cervum domitum vel cum[b] triutis[c] occiderit, aut furatus fuerit, non sicut de reliquis animalibus furtum exigatur, sed tantum 45[d] solidis multetur.

3. Sin autem in venatione non[e] fuit, 30 solidis culpabilis iudicetur.

Tit. XLIII. a) ara hoc 2; aracho 7. 19; arahbo 6; haraho 3. 9. *Sich. Til.* b) tum imposuerit *Sich.* c) probaliter 5. 14—16; provaliter 2. d) VII 19.

Tit. XLIV. a) si 19. b) *deest* 10. 13. c) tributis fuerit 14; truncis *Sich.;* troutis *Til.* d) XV 14. e) *deest* 13.

(textus quartus apud Pardessus, Loi Salique p. 139: *ascenserit aut cabalicaverit*) — *sol.* 30 *culp. iud.* 83) Cfr. infra titt. 73. 77. 79. — Lex Sal. tit. 32: *Si quis hominem ingenuum sine causa ligaverit, malb. anderebus, — sol.* 30 *culp. iud. Si quis vero ipsum ligatum in aliqua parte duxerit — sol.* 45 *culp. iud.* — Pactus Childeberti regis c. 2 (Capp. ed. Boretius p. 4): *Si quis ingenuam personam per furtum ligaverit et negator exteterit, duodecim iuratores medios electos dare debet, quod furtum quod obicit verum sit.* — Lex Franc. Cham. c. 17: *Si quis hominem Francum sine culpa ligaverit, solidos* 12 *componat, et in fredo dominico solidos* 4. — H. Siegel, 'Geschichte des deutschen Gerichtsverfahrens' (1857) p. 78 sqq.; Sohm, 'Process der Lex Salica' p. 134 sqq.; R. Loening, 'Der Reinigungseid bei Ungerichtsklagen' (1880) p. 110; I. I. Thonissen, 'L'organisation judiciaire de la loi Salique' (1882) p. 414 sqq. 84) Apud Romanos *contubernium* agmen erat decem militum, cui decanus praeerat, cfr. Vegetius de re militari II, 8: *Erant decani denis militibus praepositi, qui nunc caput contubernii vocantur.* II, 13: *ipsae centuriae in contubernia divisae sunt, ut decem militibus sub uno papilione degentibus unus quasi praeesset decanus, qui caput contubernii nominatur* (cfr. Waitz, 'Verf.-Gesch.' ed. 3, I, p. 488, not. 2). Apud Francos vox *contubernium* idem significat, quod *trustis* (cfr. Pactus Childeberti et Chlotharii a. 511—558 c. 9. 16, Capp. ed. Boretius p. 5. 7), *hariraida* (infra tit. 64), *arischild* (Edict. Liutpr. 134. 141); cfr. Waitz l. cit. p. 488 sqq. Est igitur *contubernium* agmen ingenuorum ('ein Heer'), cui unus dux praeest. 85) i. e. cum servientibus suis, aut servis aut ingenuis in obsequio eius constitutis (cfr. supra tit. 31. c. 1). 86) De ordinaria poena furti secundum legem Ribuariam cfr. infra not. ad tit. 63, c. 2. — Cfr. Lex Sal. tit. 33: *Si quis de diversis venationibus furtum fecerit et celaverit, praeter capitale et dilaturam — sol.* 45 *culp. iud. Quae lex de venationibus et piscationibus observare convenit. Si quis cervo domestico signum habentem furaverit aut occiderit, quia de venatione mansuetus est, et hoc per testibus fuerit adprobatum, quod eum dominus suus in venationem habuisset aut cum ipsum duas aut tres feras occidisset, malb. throuidioso, hoc est — sol.* 45 *culp. iud. Alio vero qualibet domestico cervo, quique in venationem adhuc non fuit, qui eum invo- laverit aut occiderit, malb. throueinso, hoc est —*

E CODD. *A*.

de campo, 3 solidos culpabilis[l], et quod furaverit in triplo conponat[87].

5. Si quis de ovile berbicem furaverit, 6 solidos, et si de campo, 3 solidos, et quod furaverit in triplo conponat[88].

6. Si quis de appiario apem furaverit, 12 solidos conponat, et quod furaverit in triplo conponat[89].

XLIII.

Si quis vero tres virgas, unde sibis[a] legantur[b], vel retorta, unde sibis[c] contenitur, capulaverit, aut tres cambortus[d] involaverit, seu in clausura aliena tracum[e] fecerit, 15 solidos multetur[90].

XLIV.

Si quis per messem alienam cum carro vel carruca transiret[a], 15 solidos multetur[91].

XLV.

Si quis nesciente homine[a] furtivam rem in eius possessione introduxerit, et ibidem inventa fuerit, 45 solidos culpabilis iudicetur, vel quidquid ei damnum accesserit[b], alium tantum restituat[c.92].

E CODD. *B*.

XLV.

De saepibus.

Si quis vero tres virgas, unde saepis ligatur, vel retorta, unde saepis continetur, cappulaverit, aut 3 cambortos involaverit, seu in clausura aliena traugum[a] ad transiendum[b] fecerit, 15 solidis multetur.

XLVI.

De his qui in messe aliena cum carro transierit[a].

Si quis per messem alienam cum carro vel carruca[b] transierit, 15 solidis multetur.

XLVII.

De his qui nesciente homine aliquam[a] furtivam rem[a] in domo introduxerit.

Si quis nesciente homine furtivam rem in[b] eius possessionem introduxerit, et ibidem inventa fuerit, 45 solidis culpabilis iudicetur, vel quicquid ei damnum accesserit, aliud tantum restituat.

l) *supplendum* iudicetur.

Tit. XLIII. a) de sibis sibis, *coaeva manus correxit* de sibibus sibis 1 *(vocem* de *ex eo quod praecedit* unde *originem duxisse mihi persuasum habeo)*; de sepibus sibis 2; sepibus 3; sepis 4—10. b) ligatur 2. 4. 5. 8—10; legatur 3; ligata 6. 7. c) sepis 3—5. 8—10; *deest* 6. 7. d) cambortos 3. 4. 8; campostos 5; cambortas 6—10. e) *sic* 1. 5; traucum 2—4. 8; traucam 9; trauci 6. 7; traugam ad transiendum 10.

Tit. XLIV. a) transierit 4—10.

Tit. XLV. a) domino 6. b) cessaverit 4. c) *codex* 5 *hic inserit ex titulo* 82. *editionis nostrae haec verba:* 2. Si autem negare *(corrigendum:* negaverit*)* et convictus fuerit, capitale cum texaga et dilatura culpabilis iudicetur. 3. Si quis peculium in messe adprehenso ad paricum manare *(corr.* minare*)* non permiserit, 12 sol. culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret quod hoc non fecisset.

Tit. XLV. a) tresiugum 17; iugum *Sich.* b) transsaliendum 13.

Tit. XLVI. a) *titulus XLVI. in contextu codicis* 2 *desideratur, in indice autem rubrica eius legitur.* b) carruga 4. 7. 19.

Tit. XLVII. a) aliquem furtum 8. b) domum vel *inserit Til.*

sol. 35 *culp. iud.* — Capit. VI ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 110) c. 2: *Si quis stadalem vaidaris cervum aut bovem cervi atribute saliverit, — (sol.)* 45 *culp. iud.* (cfr. quod Boretius l. cit. not. 4. addidit). c. 3. eod.: *De furtis de venationibus vel piscationibus: Si quis pedicam involaverit aut retem aut nassam de navi tulerit, — sol.* 30 *culp. iud. Si quis de vena furaverit piscem aut de retem, — sol.* 15 *culp. iud. Si quis pedicam cum feramen aut sagitatum de toxitum invenerit, et eum calcare voluerit, quem canes minaverunt, adque venationem in bargo involaverit aut de mansionem furaverit, — sol.* 30 *culp. iud.* Cfr. infra tit. 76. — 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' V, p. 399. 87) Cfr. Lex Salica Emendata (Pardessus) tit. 2, c. 3. 4: *Si quis porcellum de sude furaverit, quae clavem habet, — sol.* 45 *culp. iud., excepto capitale et delatura. Si quis porcellum in campo inter porcos, ipso porcario custodiente, furaverit, — sol.* 15 *culp. iud., excepto capitale et delatura.* 88) Cfr. Lex Sal. tit. 4 *de furtis ovium.* 89) Cfr. Lex Sal. tit. 8, c. 1: *Si quis unam apem de intro clavem furaverit et hic si probaverit, malb. sundolino, hoc est — sol.* 45 *culp. iud.* — Poena tripli, quam cod. 5 praeter compositionem furi iniungit, iuri Franconico ignota est. Poena dupli et quadrupli, pro furto solvenda, in codice Guelferbytano legis Salicae (ed. A. Holder, 'Lex Salica mit der mallobergischen Glosse', 1879, p. 21; Behrend, Lex Sal. tit. 40, 11, Addit. 1) semel occurrit, fortasse a lege Romana desumta; cfr. Gregor. Tur. Hist. Franc. X, 8. Alioquin fures apud Francos praeter compositionem simplum tantum *(capitale et dilaturam)* restituere debebant. 90) Cfr. Lex Sal. tit. 34, c. 1 (textus II apud Pardessus, 'Loi Salique' p. 50; Alfr. Holder, 'Lex Salica nach dem codex Lescurianus', 1880, p. 14): *Si quis vero tres virgas quod sepis superligator vel retorta unde sepes continetur capulaverit aut tres cambortos involaverit aut hunde labor clausa est excervicaverit*, 600 *den. qui faciunt sol.* 15 *culpabilis.* 91) Cfr. Lex Sal. tit. 34, c. 2. 3 (cod. Monac., ed. Alfr. Holder, 'Lex Salica', 1879, p. 58): *Si quis messem alienam postquam levaverit carrugam traxerit aut carrum sine via transierit, sol.* 3 *culp. iud. Si quis per alienam messem iam expalmitantem sine via transierit, sol.* 15 *culp. iud.* 92) Cfr. Lex Sal. tit. 34, c. 4: *Si quis*

E CODD. A.

XLVI.

1. Si quis quadropes[a] hominem[b] occiderit, ipse quadropes[b], qui eum interficerit, in medietate weregilde[c] suscipiatur, et aliam medietatem dominos[d] quadropes[e] solvere studiat absque freto[f]: quia quod quadropedes faciunt[g], freto[h] non exigitur[93].

2. Quod si quadropedes quadropedem interficerit, dominus quadropedes quadropedem mortuum vel debilem recipiat; et eum, qui alium interficerit, a[i] domino eius, cuius[k] quadropedes est[l] interfectus, ipsum quadropedem[m] tribuat, aut[n] quantum interfectus vel debilis prius[o] valuerit[p].

XLVII.

1. Si quis animal suum per vestigium sequerit, et usque tercio die ad[a] domo cuius vel in qualibet[b] loco eum invenerit, liceat ei absque interciato revocare.

2. Quod si in domo fuerit, et[c] ei scludinium[d], cuius est domus, contradixerit, ut fur habeatur.

3. Quod si ibidem violenter ingressus fuerit, ter quinos[e] solidos multetur, aut cum 6[f] iurit[94].

XLVIII.

Si quis procreatione filiorum vel filiarum non habuerit, omnem facultatem suam in praesentia regis,

E CODD. B.

XLVIII.

De quadrupedibus, si hominem occiderint.

1. Si quis quadrupes[a] hominem occiderit, ipse quadrupes[a], qui eum interficerit, in medietatem weregildi[b] suscipiatur, et aliam medietatem dominus quadrupedis solvere studeat absque fredo: quia quod quadrupedes[c] faciunt, fredus exinde non exigitur.

2. Quod si quadrupes[d] quadrupedem interfecerit, dominus quadrupedis quadrupedem mortuum vel debilem recipiat; et eum, qui alium interfecerit, a[e] domino eius, cuius quadrupes[f] est interfectus, ipsum quadrupedem tribuat, et quantum interfectus vel debilis prius valuerat, solvatur.

XLIX.

De vestigio minando.

1. Si quis animal suum per vestigium sequitur, et tertio die in domo cuiuslibet vel in quolibet loco eum invenerit, liceat ei absque intertiato revocare.

2. Quod si in domo fuerit, et ei scrutinium[a], cuius est domus, contradixerat, ut fur habeatur.

3. Quod si ibidem violenter ingressus fuerit, 15 solidis multetur, aut cum 6[b] iuret.

L.

De homine qui sine heredibus moritur.

Si quis procreationem filiorum vel filiarum non habuerit, omnem faculta-

Tit. XLVI. a) quadropedes 3; quadrupedis 6. 7; quadrupis 8; quadrupes 9. 10. b) hominem — quadr. *desunt* 1. 2. c) wergilde 2; weregeldi 4. 8; wiragilde 5; weregildi 9. 10. d) *sic* 1; *rell.* dominus. e) *sic* 1 *(ut videtur, loco genitivi* = quadropis *(!), cfr. not.* m*)*; quadrupedes 2. 3; *rell.* quadrupedis. f) fredo 2. 4. 6—10. g) facium *(cfr. Schuchardt, 'Vocalismus des Vulgarlateins' I, p. 75. 118.)* 1. 2; inde *addunt* 6. 7, *cfr. not.* h. h) fredo 4; fredus 6—10; inde *addit* 9; exinde *addunt* 8. 10, *cfr. not.* g. i) ad 5; et ad 10. k) *verbum* cuius *iteravit* 1. l) et *add.* 1. m) quadrupedis 6; quadrupem 8. n) *sic* 3. 4. 9; ut 1. 2. 5; *deest* 6. 7; et 10. o) plus 7. p) solvat vel culpabilis *add.* 3; solvat *addunt* 6. 7. 9; solvatur *addunt* 8. 10.

Tit. XLVII. a) a 1; in 6. 8. 10. b) quolibet 5. 7—10. c) et *deest* 1. d) cludinium 5; claudinium 6. 7; scrutinium 10. e) quinon 1. f) XII 5.

Tit. XLVIII. a) quadrupedes 4. 8. 10. 13. 19; quadrupedis 17. b) weregilde 4; weregildii *Sich.*; weregeldi 3. 5. 6; weregrldi 19; guidrigeldi 2; wedregildi 17. c) quadrupes 4. d) quadrupedes 4. 6. 10. 13. 19; quadrupedis 17. e) ad 2. 4; *deest* 8. 13. 17. *et apud Sich.* f) quadrupedes 6. 13. 19.

Tit. XLIX. a) scludinium 8. b) VII 4. 19.

per malo ingenio in curte alterius aut in casa vel in quolibet aliquid de furto miserit, hoc est nesciente domino, et ibi inventus fuerit, malb. fistirbi ero, hoc est — sol. 63 *culp. iud.* 93) Cf. Lex Sal. tit. 36: *Si quis homo ex quolibet quadrupedem domesticum fuerit occisus et hoc per testibus fuerit adprobatus, medietatem compositionis dominus ipsius quadrupedis cogatur exsolvere. Ipse vero quadrupedem pro alia medietatem requirentem restituat.* 94) Cfr. Lex Sal. tit. 37: *Si quis bovem aut caballo vel qualibet animal per furtum perdiderit et eum dum per vestigio sequitur consequutus invenerit, ut in tres noctes ille, qui eum ducit, emisse aut cambiasse dixerit vel proclamaverit, ille, qui per vestigio sequitur, res suas per tercia manu agramire debet. Si vero iam tribus noctibus exactis qui res suas requiret eas invenerit, ille, apud quem inveniuntur, si eas emisse aut cambiasse dixerit, ipse liceat agramire. Si ille vero, qui per vestigio sequitur, quod se agnoscere dicit illi alii reclamantem nec offerre per tertia manum voluerit nec solem secundum legem colocaverit et tulisse convincitur,* — 30 *sol. culp. iud.* — De centena vestigium sequente cfr. Decretio Chlotharii regis c. 9. 16. Childeberti II. decretio c. 11. 12 (Capp. ed. Boretius p. 5. 7. 17). — Pactus pro tenore pacis c. 17 (eod. p. 7): *Si quis ad vestigium vel latronem persequendum admonitur venire noluerit, quinque solidos iudice condemnetur.*

E CODD. A.

sive vir muliere[a], vel mulier viro, seu cuicumque libet de proximis vel straneis[b], adoptare[c] in hereditate vel adfatimi[d] per scripturarum seriem seu per tradicionem et testibus adhibetis, secundum legem Ribuariam licentiam habeat[95].

XLIX.

Quod si adfatimus[a] fuerit inter virum et mulierem, post discessum amborum ad legitimus heredis revertatur, nisi tantum[b], quae pare[d] suo supervixerit, in elemosina vel in sua necessitate expenderit[95].

E CODD. B.

tem suam in praesentia regis, sive vir mulieri, sive mulier viro, seu cuicumque libet de proximis vel extraneis, adobtare in hereditatem vel adfatimi[a] per scripturarum seriem seu per traditionem et testibus adhibitis, secundum legem Ribuariam licentiam habeat.

LI.

De adfatimire[a].

Quod si adfatimus[b] fuerit inter virum et mulierem, post dicessum amborum ad legitimos heredes revertatur, nisi tantum, qui parem[c] suum supervixerit, in aelymosina vel in sua necessitate expenderit.

Tit. XLVIII. a) mulieri 4. 8—10; mulieres 5; mulieris 3; sive mulier 6. 7. b) *sic* 1; extraniis 2; *rell.* extraneis. c) adportare 6. 7. d) adfatimini 3; adfatim 6. 7; adfatini 10; adfatimum 9; adfatmite 5.

Tit. XLIX. a) adfatmitis 5; adfatum 6. 7; adfatimum 9. b) quantum 4. c) qui 2—4. 8—10. d) patri 7; patrem 8. 10.

Tit. L. a) adfatimini 12. 14; adfatim 8. 18; affatimi 10; afatimi 17; adfatinnire *Her.*; vel adfat. *omisit Sich.*; in adfatimi *Til.*

Tit. LI. a) affatimire 7. 17. 19; afatimis 13; adfatimatione *Sich.* b) adfatimis 8; affatimus 17; fatimus *Sich.* c) parentem 2; patrem 7. *Sich.*

95) Cfr. Lex Sal. tit. 46: *De hac famirem* (cod. Guelf: *adfathamire) hoc convenit observare, ut thunginus aut centenarius mallo indicant et scutum in illo mallo habere debent, et tres homines tres causas demandare debent. Postea requirent hominem, qui ei non perteneat, et sic fistucam in laisum iactet. Et ipse, in cuius laisum fistucam iactavit, de furtuna sua dicat verbum quantum voluerit aut totam furtunam suam, cui voluerit dare. Ipse, in cuius laisum fistucam iactavit, in casa ipsius manere debet, et hospites tres vel amplius collegere debet, et de facultatem quantum ei creditum est in potestatem suam habere debet. Et postea ipse, cui isto creditum est, ista omnia cum testibus collectis agere debet. Postea aut ante rege aut in mallo illi, cui furtuna sua depotavit, reddere debet, et accipiat fistucam in mallo ipso. Ante 12 menses quos heredes apellavit in laisum iactet, nec minus nec maius nisi quantum ei creditum est. Et si contra hoc aliquis aliquid dicere voluerint, debent tres testes iurati dicere, quod ibi fuissent in mallo, quem thunginus aut centenarius indixerit, et quomodo vidissent, hominem illum, qui furtuna sua dare voluerit, in laisum illius, quem iam elegit, fistucam iactare: debent denominare illo, qui fortuna sua in laiso iactat, et illo, quem heredem appellit, similiter nominent. Et alteri tres testes iurati dicere debent, quod in casa illius, qui furtuna sua donavit, ille, in cuius laisu fistuca iactata est, ibidem mansisset et hospites tres vel amplius ibidem collegisset, et in beodum pultis manducassent et testes collegissent, et illi hospites ei de susceptione gratias egissent. Ista omnia illi alii testis iurato dicere debent et hoc, quod in mallo ante regem vel legitimo mallo publico ille, qui accepit in laisum furtuna ipsa, aut ante regem aut in mallo publico legitimo, hoc est in mallobergo ante teoda aut thunginum, furtunam illam quos heredes appellavit publice coram populo fistucam in laiso iactasset; hoc est novem testes ista omnia debent adfirmare.* — Capit. legi Ribuariae additum a. 803, c. 8 (Capp. ed. Boretius I, p. 118): *XLVIII cap. Qui filios non habuerit et alium quemlibet haeredem sibi facere voluerit, coram rege vel coram comite et scabineis vel missis dominicis, qui tunc ad iustitias faciendas in provincia fuerint ordinati, traditionem faciat.* — Capit. legi Salicae additum a. 819, c. 10 (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 115): *De affatomie dixerunt, quod traditio fuisset. De hoc capitulo iudicaverunt, ut, sicut per longam consuetudinem antecessores eorum facientes habuerunt, ita et omnes, qui in lege Salica vivunt, inantea habeant et faciant.* – Cfr. v. Amira, 'Erbenfolge und Verwandschaftsgliederung', 1874, p. 58—60. — Exemplum donationis inter virum et uxorem *per manum* regis perfectae praebet Formula Marculfi, I, 12 (Formulae Merowingici et Karolini aevi, ed. K. Zeumer, p. 50): *venientis illi et illa ibi in palatio nostro, pro eo quod filiorum procreationem inter se minime habere videntur, omnes res eorum inter se per manu nostra visi sunt condonasse, — — ita ut dum pariter advixerint in hunc seculum, omnes res eorum suprascriblas ab utrasquae partes pariter debeant possidere, vel si eis pro animabus eorum aliquid exinde ad loca sanctorum dare decreverit volontas, eorum liberum maneat arbitrium; et qui pare suo ex ipsis in hunc seculum supraestis extiterit, ambobus rebus, quamdiu advixerit, usufructuario ordine debeat possidere; et post amborum quoque de hac luce discessum, sicut eorum delegationis contenentur, tam ad loca sanctorum quam benemeritis vel eorum propinquis debeant revertere heredis.* Alias cartas *interdonationis inter viro et femina de eorum res,* non tamen per regem confirmatas, exhibet Marculfus II, 7. 8 (l. l. p. 79. 80). Aliud exemplum praebet Form. Salica Lindenbrogiana 13 (saec. 8.), ubi donatio inter virum et uxorem per *duas epistolas adfadimas uno tenore conscriptas* (p. 276) fieri dicitur. Donatio inter virum et uxorem, quae *in mallo ante illum comitem vel reliquos racineburgis* acta est, illustratur formula Salica Merkeliana Nr. 16 (p. 247), quae saec. 8. concepta est (cfr. K. Zeumer, 'Ueber die älteren fränkischen Formelsammlungen, Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' VI, 1880, p. 89). Eadem collectio Merkeliana duas formulas saec. 8. praebet (nr. 24. 25, p. 250. 251), quibus avus

E CODD. *A*.

L.

1. Si quis testis ad mallo ante centenario vel comite, seu ante duce, patricio vel regi necesse habuerit, ut donent testimonium, et fortasse testis noluerunt ad placitum venire, illi, qui eum[a] necessarium habet, manire[b] illos debet, ut testimonium, quod sciunt, iurati[c] dicant.

2. Quod si noluerint, et falsum testimonium praebuerint, et hoc adprobatum fuerit, unusquisque de illos tres[d] testis ter quinos solidos multetur[96].

LI.

1. Si quis iudicem fiscalem ad res alienas iniuste tollendas, antequam ei fidem fecerit, aut[a] ad[b] extrodo[c] admallatum[d] habuerit, invitare praesumpserit, bis vicinos et quinos[e] solidos multetur.

Tit. L. a) eos 2—6. 8—10; eas 7. b) mannire 6—10. c) iurari 3. d) *deest* 2.

Tit. LI. a) ut 1. 7. b) ad *deest* 3. 6. 7. 9. c) *sic* 1. 2; extrudo 3; exdrote 6. 7; exstrudem 9; strude 4; strudem 8. 10. d) amallatum 3. e) et quinos *desunt* 4.

E CODD. *B*.

LII.

De testibus adhibendis.

1. Si quis testes ad mallum ante centenarium[a] vel comitem, seu ante ducem[a], patricium vel regem necesse habuerit, ut donent testimonium, et fortasse testes noluerint ad placitum venire, ille, qui eos necessarios habet, mannire[b] illos debet, ut testimonium, quod sciunt, iurati dicant.

2. Quod si noluerint, et falsum testimonium praebuerint, et hoc adprobatum fuerit, unusquisque de illis 3[c] testibus 15 solidis multetur.

LIII.

De eo qui grafionem[a] ad res alienas invitat.

1. Si quis iudicem fiscalem ad res alienas iniuste tollendas, antequam ei fidem fecerit, aut ad strudem[b] admallatum habuerit, invitare praesumpserit, 50 solidis multetur.

Tit. LII. a) centenarius vel comites seo ante iudices 2. b) mannisse 13. c) quatuor 3; tribus 5. 13; tres 4. 6. 10. 12. 14.

Tit. LIII. a) graffionem 2. 19. b) trudem 8; struendam 17.

nepoti suo per *affatimum* sive portionem hereditariam, quam pater eius iam defunctus in hereditate avi habiturus fuisset (nr. 24), sive certum fundum (nr. 25) tradit. Cfr. quoque capitulare I. ad legem Salicam saec. 6. additum (ed. Boretius apud Behrend l. cit. p. 91) c. 8: *De viris qui alias ducunt uxores.* §. 2. *Si vero de anteriorem uxorem filios non habuerit, parentes, qui proximiores sunt mulieris defuncti, — tertia sola de dote recoligant, tamen si per adfatimus antea non cromaverint.* — Adfatimus apud Francos, ut ex lege Salica et ex loco nostro legis Ribuariae apparet, olim modus erat, quo ille, qui heredem non habebat, extraneum sibi *in hereditatem adoptare* poterat. Cum autem hereditas vacans, cui nemo heres existebat, ad civitatem pertineret, non sine permissu publico adfatimum facere licebat. Ideo adfatimus secundum legem Salicam in mallo, quem thunginus indicavit ('gebotenes Ding'), inchoatur, perfici autem nisi *ante regem aut in mallo publico legitimo* ('echtes Ding') non potest. Adfatimus igitur per consensum aut regis aut populi perficitur. Ad regem hereditas vacans defertur (cfr. quoque lex Sal. tit. 60, c. 2), quam tamen ille, ut princeps, populi nomine accipit. Quo fit, ut loco consensus regis etiam populi consensus, ut adfatimus legitime fiat, sufficiat. Et quamquam lex Ribuaria solius regii consensus mentionem facit, tamen capitulare legi Ribuariae additum, cum lege Salica concordans, consensum populi sub comite vel misso dominico in mallo legitimo constituti sufficere declarat. Heredis institutio, quae per adfatimum fiebat, si rem spectamus, non cum testamento Romanorum, sed cum mancipatione familiae, quae olim apud Romanos vigebat, comparari potest. Est enim adfatimus alienatio *fortunae*, i. e. familiae (aut totius aut pro parte), quae per *laisowerpire*, i. e. per iactum festucae, qui postea 'Auflassung' vocatur, perficitur (cfr. Form. Marc. I, 13, ed. Zeumer p. 51: *leseuuerpisse vel condonasse;* capit. I ad leg. Salic. cit. c. 12: *De eum qui causa aliena dicere praesumpserit, cui nec demandata nec leverpita fuerit;* H. Brunner, 'Die Zulässigkeit der Anwaltschaft, Zeitschr. f. vergleich. Rechtswiss.' I, 1879, I, p. 380 sqq.). Ut autem alienatio familiae legitima sit, secundum legem Salicam ad *laisowerpire* corporalis alienatio possessionis accedat necesse est. Ideo primum extraneo alicui *qui ei non perteneat* familia alienatur, et corpore ad eum possessio transfertur, dum is in casa manet et hospites colligit; postea demum ei, qui heres fit, familia a fiduciario per iteratum *laisowerpire* traditur. Quae duplex traditio cum brevi post legem Salicam scriptam in desuetudinem abiisset, per simplicem traditionem ille, qui adfatimum facere volebat, familiam (sive totam, sive aliquam partem, sive certam rem) ei, quem heredem sibi elegerat, mortis causa donabat. Ideo, ut ex formulis et documentis apparet, adfatimus, sicut aliae donationes vel traditiones, saepe sine rege et sine mallo per solam cartam donationis perfectus est. 96) Cfr. Lex Sal. tit. 48: *Si quis falso testimonio perhibuerit, — sol.* 15 *culp. iud. Si cuicumque fuerit inculpatum, quod periurasset, iuratores quinos solidos condemnentur. Ille vero, cui adprobatum fuerit, excepto capitale et dilatura atque causa extra hoc — sol.* 15 *culp. iud.* tit. 49: *Si quis testes necesse abuerit, ut donit, et fortasse testes nolunt ad placitum venire, ille, qui eos necessarios habet satisfacere, manire eos cum testibus debet ad placitum, ut ea, quae noverunt, iurati dicant. Si venire noluerint et eos sunnis non tricaverit, malb. widridarchi — sol.* 15 *quisque illorum culp. iud. Si vero praesentes fuerint vocati in testimonium et noluerint ea, quae noverint, iurati*

E CODD. A.

2. Quod si quis iudex fiscalis amplius, quam lex[f] Ribuaria[g] contenit, tollerit, bis vicinos et quinos solidos multetur[97].

LII.

Si quis rem suam alii praesteterit, [et[a] placitum[98] indixerit[a]], quod si super placitum rem praestatam retenere praesumpserit, ter quinos solidos multetur[99].

LIII.

1. Si quis iudicem fiscalem, quem comitem vocant, interficerit, ter ducenus[a] solidus multetur.

2. Quod si regius puer[1] vel ex tabulario[b] ad eum gradum ascenderit[c], sexies[d] quinquagenus[d] solidus multetur[2].

LIV.

1. Si quis autem hominem mortuum, antequam

E CODD. B.

2. Quod si quis iudex fiscalis amplius, quam lex Ribuaria[c] continet, tulerit, 50 solidis multetur[d].

LIV.

De re prestata.

Si quis rem suam alii praestiterit, et placitum indixerit, quod si super placitum rem praestitam retinere praesumpserit, 15[a] solidis multetur.

LV.

De eo qui grafionem[a] interficerit.

1. Si quis iudicem[b] fiscalem, quem comitem vocant, interfecerit, 600 solidis multetur.

2. Quod si regius puer, vel ex tabulario, ad eum gradum ascenderit, 300[c] solidis multetur.

LVI.

De corporibus expoliatis.

1. Si quis autem hominem mor-

f) res 1. 2. 4. 5. g) tributa 5.
Tit. LII. a) et — indixerit *desunt* 1; interdixerit 4. 9.
Tit. LIII. a) ter ducentenos 5. 8. 9; ter ducentenis 10. b) stabulario (ex *omisso*) 6. 7; ex stabulario 5. c) accenderit 1—3. d) decies L 6. 7.

c) tribuaria 8. d) *caput* 2. *omisit Sich.*
Tit. LIV. a) XII 8.
Tit. LV. a) graffionem 2. 19. b) graffionem 2. c) CCCC 13.

dicere et ferbanniti fuerint, — sol. 15 *culp. iud.* — Capit. VI. ad leg. Sal. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 112) c. 15. 16: *Si quis alterum inculpaverit periurasse et ei potuerit probare,* 15 *sol. conponat, qui periurat, si tamen non potuerit adprobare, cui crimen dixit* 15 *sol. solvat, et postea si ausus fuerit pugnet. Si qui falsi testes fuerit adprobati, quinos dinos solidos multos* (i. e. *multa*) *sustineat; si vero eis inculpaverit, quod falsum testimonium dedissent, manum suam in ineum mittat: et sicut sana tulerit, sicut superius diximus, simili multa sustineant; si certe manum suam conburet,* 15 *sol. damnum sustineat.* — Lex Salica testes a coniuratoribus distinguit; lex Ribuaria solummodo testium mentionem facit. De probatione per testes cfr. H. Siegel, 'Geschichte des deutschen Gerichtsverfahrens', 1857, p. 194 sqq. 231 sqq.; H. Brunner, 'Zeugen und Inquisitionsbeweis der Karolingischen Zeit'. 1866 (Sitzungsberichte der kais. Akademie der Wissenschaften. Philos. hist. Classe. Wien', vol. LI); H. Brunner, 'Die Entstehung der Schwurgerichte', 1872, p. 49 sqq. 66 sqq.; I. I. Thonissen, 'L'organisation iudiciaire, le droit pénal et la procédure pénale de la loi Salique', 1882, p. 498 sqq. 97) Cfr. infra tit. 84. — Lex Sal. tit. 51: *Si quis grafionem iniuste ad alienas res tollendas invitat et rogaverit ambulare et legitime eum iactivum aut admallatum non habuerit aut fides ei facta fuerit, — sol.* 200 *culp. iud. Si vero grafio invitatus supra lege aut debitum iustum aliquid amplius tollere praesumpserit, aut se redimat aut de vita conponat.* — De fide facta in placito legitimo atque de executione per grafionem facienda tractant lex Sal. tit. 50, c. 3—5, et *Edictus domni Chilperici regis* c. 8 (Capp. ed. Boretius p. 9). Cfr. supra p. 225 not. 47. 48. 98) i. e. diem certum, quo *res praestata* reddatur. 99) Cfr. Lex Sal. tit. 52: *Si aliquis alteri aliquid prestiterit de rebus suis et ei noluerit reddere, sic eum debet admallare. Cum testibus ad domum illius, cui res suas praestitit, accedat et sic contestetur: 'Quia res meas noluisti reddere, quas tibi praestiteram, in hoc eas teneas nocte proxima, quod Saliga ex continet'. Sic ei solem collocit. Si nec tunc reddere voluerit, adhuc super septem noctes ei spacium dare debet, et ad septem noctes ad eum similiter accedat et contestetur, ut nocte proxima in hoc, quod lex Saliga habet, res suas teneat. Si nec tunc voluerit reddere, ad alias septem noctes ad eum similiter cum testibus veniat, et tunc ei roget, ut debitum suum reddat. Si nec tunc voluerit conponere, solem ei collocit. Quod si per tres vices solem ei collocaverit, semper per singulas vices* 120 *dinarii, hoc est terni solidi, ad debitum adcrescant. Et si nec tunc voluerit nec reddere nec fidem facere reddendi, super debitum ei, qui praestitit, et super illos novem solidos, qui per tres admonitiones adcreverunt, — sol.* 15 *culp. iud. adhuc amplius.* 1) Cfr. supra p. 215 not. 10. — Puer regis cum liberto aequiparari solet, cfr. Capit. VI. ad leg. Sal. c. 1 (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 110): *Si quis puerum regis aut libertum occiderit, sol.* 100 *culp. iud.* 2) Cfr. Lex Sal. tit. 54: *Si quis grafionem occiderit, — sol.* 600 *culp. iud. Si quis sacebarone [aut obgrafionem] occiderit, qui puer regius fuit, — sol.* 300 *culp. iud. Si quis sacebarone, qui ingenuus est, occiderit, — sol.* 600 *culp. iud. Sacibaronis vero in singulis mallibergiis plus quam tres non debent esse, et de causas aliquid, de quod eis solcitur, factum dixerint, hoc ad grafionem non requiratur, unde ille securitatem fecerit.* — Lex Franc. Cham. c. 7: *Si quis comes in suo comitatu occisus fuerit, in tres weregildos, sicut sua naticitas est, componere faciat.*

E CODD. A.

humitur, expoliaverit, si interrogatus confessus fuerit, bis trigenus[a] solidus multetur. [Si[b] autem negaverit, et postea convictus fuerit[c], bis quinquagenos solidos cum dilatura[d] multetur[b]], aut cum 6 iurit.

2. Si quis mortuum effodire praesumpserit, quater quinquagenus[e] solidus multetur, aut cum 12[f] iurit[3].

LV.

Si quis causam suam prosequitur, et raginburgii[a] inter eos secundum legem Ribuariam dicere noluerint, tunc illi[b], in[c] quem sententiam contrarium[d] dixerit[e], dicat[f]: Ego vos[c] tangano[g], ut mihi legem dicatis. Quod si dicere noluerint, et postea convicti fuerint, unusquisque eorum ter quinos solidos multetur. Similiter et illi[h], qui raginburgiis[i] recte dicentibus non adquieverit[4].

LVI.

1. Si quis absque liberis defunctus fuerit, si[a] pater materqui[a] subrectis[b] fuerint, in[c] hereditate succidant.

2.[d] Si pater si[e] materque[f] non fuerint, inter[g] frater et soror[g] succidant.

3. Sin autem nec eos habuerint[h], soror matris[i]

E CODD. B.

tuum, antequam sepeliatur, expoliaverit, si interrogatus confessus fuerit, 60 solidis multetur. Si autem negaverit, et postea convictus[a] fuerit, 100 solidis cum dilatura[b] multetur, aut cum 6[c] iuret.

2. Si quis mortuum effodere praesumpserit, 200[d] solidis multetur, aut cum 12[e] iuret[f].

LVII.

De rachinburgiis[a] legem dicentibus.

Si quis caussam suam prosequitur, et rachinburgii[b] inter eos secundum legem Ribuariam dicere noluerint, tunc ille, in quem sententiam contrariam dixerint[c], dicat: Ego vos tangano[d], ut mihi legem dicatis[e]. Quod si dicere noluerint, et postea convicti fuerint, unusquisque eorum 15 solidis multetur. Similiter et ille, qui rachinburgiis[f] recte dicentibus non adquieverit.

LVIII.

De alodibus[a].

1. Si quis absque liberis defunctus fuerit, si pater materque[b] superstites fuerint, in hereditatem succedant.

2. Si pater materque non fuerint, frater[c] et soror[c] succedant[d].

3. Sin autem nec eos habuerit,

Tit. LIV. a) bis tricenis 8. 11; bis triennis 7; sexaginta 10; bis CCCtis 6; bis CCC 9. b) Si — multetur *desunt* 1. 2. c) confessus fuerit convictus 3. d) cum dil. *desunt* 4. e) quatuor quinquagenos 5; quater quingenis 8; quinquagenos (quater *omisso*) 2. f) sex 2.

Tit. LV. a) *sic* 1. 7; raginburgi 5. 9; ragimburgii 6; raganburgii 2; raghinburgii 10; rachinburgii 3. 4. 8. 11. b) *sic* 1. 3. 5; *rell. exceptis* 6. 7 *(cfr. not.* c.*)* ille. c) in cuius praesentia contraria dixerit, dico: vos ego vos 6. 7. d) *sic* 1—3*; rell. exceptis* 6. 7 contrariam. e) *sic* 1—3*; rell. exceptis* 6. 7 *(cfr. not.* c.*)* dixerint. f) dicant 1. g) tanganum 1. 2; tangano 3. 8—10; tanchano 5; tagano 4; tungano 6; tunganu 7. h) illis 2; ille 4. 6—11. i) *sic* 1. 7. 9; ragimburgiis 6; reginburgis 5; raganburgiis 2; raghinburgiis 10; rachinburgiis 3. 4. 8. 11.

Tit. LVI. a) *sic* 1. 2; si pater si mater 4; si pater et materquia 3; si pater materque *rell.* b) *sic* 1; subrectitus 5; superrectitis 7; subrestitis 2; subrestiti 3; perstites 4; superstites 6. 8. 11. c) et 5; ipsi in 6. 7. d) *caput* 2. *omisit* 11. e) si *deest* 4—10. f) vel mater 9. g) inter frat̃ et soror 1; inter frs. et soror 2; frater aut sorores (inter *omisso)* 3*; rell.* frater et soror (inter *omisso*). h) habuerit 4. 6. 11. i) matrisque 4.

Tit. LVI. a) consensus 18. b) dilatione 12. c) VII 4; duodecim *Sich.* d) CCC 11. e) VI 11. *Her.* f) aut cum 12 iur. *omisit Sich.*

Tit. LVII. a) rachenburgiis 17; rachimburgiis 3. 4. 10. 13; rachymburgiis 18; ramcimburgis 14; racineburgiis 19; rathinburgiis *Her.* b) rachenburgii 17; rachimburgii 4. 6. 10. 14; rachymburgii 18; racemburgii 3; racineburgii 19; rathinburgii *Her.* c) dixerit 2. 3. d) tanga non 2; tangono 10. 17. e) iudicatis 4. f) rachenburgiis 17; rachimburgiis 6. 10. 14; rachymburgiis 18; racemburgiis 3; racineburgiis 19.

Tit. LVIII. a) allodibus *Sich.* b) mater 3. 19. c) fratres et sorores 13. 19. d) *caput* 2. *omisit Sich.*

3) Cfr. infra tit. 85. — Lex Sal. tit. 55: *Si quis corpus occisi hominis, antequam in terra mittatur, expoliaverit in furtum, malb. waderido, — sol.* 63 *culp. iud. Si corpus iam sepultum effuderit et expoliaverit et ei fuerit adprobatum, wargus sit usque in die illa, quam ille cum parentibus ipsius defuncti conveniat, et ipsi pro eum rogare debent, ut illi inter homines liceat accedere. Et qui ei, antequam parentibus conponat, aut panem dederit aut hospitalitatem dederit, seu parentes seu uxor proxima, — sol.* 15 *culp. iud. Ipse vero qui hoc admisisse probatur, — sol.* 200 *culp. iud. Si quis hominem mortuum super alterum in nauco aut in poteo miserit et ei fuerit adprobatum, malb. chaminis, — sol.* 45 *culp. iud.* 4) Cfr. Lex Sal. tit. 57: *Si quis rachineburgii in mallobergo sedentes, dum causam inter duos discutiunt, legem dicere noluerint, debet eis dicere ille, qui causa prosequitur: Hic ego vos tancono, ut legem dicatis secundum legem Salegam. Quod si illi dicere noluerint, septem de illos rachineburgios, malb. schodo, — sol.* 3 *solem collocatum culp. iud. Quod si nec legem dicere noluerint nec de ternos solidos fidem facerent, solem illis collocatum, — sol.* 15 *culpabiles iudicentur. Si vero illi rachineburgii non secundum legem iudicaverint, is, contra quem sententiam dederint, causa sua agat, et si potuerit adprobare, quod non secundum legem iudicassent, — sol.* 15 *quisque illorum culp. iud.* — Cfr. supra p. 225, not. 44.

E CODD. A.

patrisque[k] succedant. Deinceps[l] usque[m] quinto genuclo, qui proximus fuerat[n], in hereditatem succedat.

4. Sed cum viriles sexus extederit, femina in hereditate aviatica non succedat[5].*

*) *Titulus LVII* (LX *in* 4) *a praeeunte titulo* (LVII *in* 4) *per spatium vacuum unius et dimidiae paginae in codice* 4 *disiungitur, ut locus detur duobus titulis* De aroen *et* De testamentis regum *inserendis, quos sub numeris* LVIII. LVIIII *index codicis* 4 *enumeravit (cfr. praefatio nostra* §. 5*). Etiam codd. A* 5. 10 *in indice duas illas rubricas tradunt (cfr. supra p.* 207, *not. b), sed in textu legis nullum spatium vacuum reliquerunt.*

LVII.

1. Si quis libertum suum per manum propriam seu per alienam in praesentia regis secundum legem Ribuariam ingenuum demiserit et[a] dinarium iactaverit[a], et eiusdem rei carta[b] acciperit, nullatenus eum permittimus in servicio inclinare; sed sicut reliqui Ribuarii[c] liber permaniat.

2. Sed si quis in[d] postmodum contrarius exteterit[e], quod eum quis inlicitum ordine ingenuum dimisisset, et[f] ipse cum gladio[g] suo hoc studiat defensare[6]. Aut si

E CODD. B.

tunc[d] soror matris patrisque succedant[e]. Et deinceps usque[f] quintum genuculum, qui proximus fuerit, in hereditatem succedat.

4. Sed dum virilis sexus extiterit, femina in hereditatem aviaticam non succedat.*

*) *Hic cod.* 1 *spatium unius et dimidiae paginae (in folio) vacuum reliquit, ut locum daret duobus titulis inserendis, quos index hoc loco habet:* LIX. De aroene. LX. De testamentis regum; *sed tituli ipsi desunt, et ne numerus quidem eorum servatus est, sed pergit codex*[g].

LIX.

De libertis a domino ante regem dimissis.

1. Si quis libertum suum per manum propriam seu per alienam in praesentia regis secundum legem Ribuariam ingenuum dimiserit per dinarium, et eiusdem rei[a] cartam acciperit, nullatenus eum permittimus in servicium inclinare; sed sicut reliqui Ribuarii liber permaneat.

2. Sed si quis ei postmodum contrarius extiterit, quod eum quis inlicito ordine ingenuum dimisisset, et ipse cum

k) *deest* 4. l) et deinceps 2—4. 8. 9. 11; et si deinceps 5; et sic deinceps 10. m) in *addunt* 6. 7; ad *inserit* 10. n) *sic* 1; fuerit 2—5. 8—11; proximi sunt 6. 7.

Tit. LVII. a) *sic* 4. 9; et dinarium demiserit 1. 2; per dinariatum dimiserit 3; et denarium (iactaverit *omisso*) 6. 7; per denarium (iact. *omisso*) 5. 8. 10. b) eiusdem sua carta 1; eiusdem se cartam 3; eiusdem se acaptam 2; eiusdem se acceptam 6; eiusdem a se acceptam 7; eiusdem rem acceptam 5; eiusdem rei captum 11; eisdem rei cartam 4; eiusdem rei cartam 8—10. c) Ripuari 8. d) ei 10. 11; ei in 9. e) et dixerit *addunt* 4. 9. f) et *deest* 4. 9. g) gaudio 1.

d) frater et *inserit Til.* e) Sin — succedant *omisit Sich.* f) ad *inserunt* 2. 3. *Til.* g) *celeri codices B nullum spatium vacuum reliquerunt, quamquam codices B* 4. 11 *in indice duas illas rubricas* de aroene *et* de testamentis regum *referunt. Habet tamen codex B* 4 *in contextu post titulum* de alodibus *glossam marginalem:* in hunc locum sunt duo capituli minus, id est de aroene et de testamentis regis. *In reliquis codicibus B duae illae rubricae etiam in indice desunt.*

Tit. LIX. a) regi 13. 18; regis 8.

5) Cfr. Lex Sal. tit. 59: *Si quis mortuus fuerit et filios non dimiserit, si mater sua superfuerit, ipsa in hereditatem succedat. Si mater non fuerit, et fratrem aut sororem dimiserit, ipsi in hereditatem succedant. Tunc si ipsi non fuerint, soror matris in hereditatem succedat. Et inde de illis generationibus, quicumque proximior fuerit, ille in hereditatem succedat. De terra vero nulla in muliere hereditas non pertinebit, sed ad virilem sexum, qui fratres fuerint, tota terra perteneat.* — Chilperici edictum c. 3 (Capp. ed. Boretius p. 8): *Simili modo placuit atque convenit, ut si quicumque vicinos habens aut filios aut filias post obitum suum superstitutus fuerit, quamdiu filii advixerint, terra habeant, sicut et lex Salica habet. Et si subito filios defuncti fuerint, filia simili modo accipiant terras ipsas, sicut et filii si vivi fuissent aut habuissent. Et si moritur, frater alter superstitutus fuerit, frater terras accipiant, non vicini. Et subito frater moriens frater non derelinquerit superstitem, tunc soror ad terra ipsa accedat possidenda.* — Childeberti decretio a. 596 (eod. p. 15) c. 1: *Antonaco Kalendas Marcias — convenit, ut nepotes ex filio vel ex filia ad aviaticas res cum avunculos vel amitas sic venirent, tamquam si pater aut mater vivi fuissent. De illis tamen nepotis istud placuit observare, qui de filio vel filia nascuntur, non qui de fratre.* — Chlotharii II. praeceptio c. 2 (eod. p. 18): *In parentum ergo subcessionibus quicquid legebus discernentur, observentur, omnibus contra inpetrandi alequid licentia derogata; quae si quolebet ordine inpetrata fuerit vel obtenta, a iudicebus repudiata inanis habeatur et vacua.* — Chloth. II. edict. a. 614, c. 6 (eod. p. 21): *Cuicumque defunctu, si intestatus decesserit, propinqui absque contrarietate iudicum in eius facultatem iuxta legem succedant.* — v. Amira, 'Erbenfolge und Verwandschaftsgliederung nach den altniederdeutschen Rechten', 1874, p. 1 sqq. 39 sqq. O. Gierke, 'Erbrecht und Vicinenrecht im Edict Chilperichs, Zeitschr. f. Rechtsgeschichte' (ed. Bruns, Roth, Böhlau) vol. XII, 1876, p. 430 sqq. — *Inter frater et soror* (in c. 2) idem significat ac si scriptum esset *frater et soror insimul* aut *frater cum sorore.*
6) Scil. ante regem, cfr. tit. 32, 4; tit. 59, 4.

E CODD. A.

auctorem habuerit, auctor cum legibus ex hoc eum adducat[h].[7]. Aut si legibus eum non potuerit defensare, ad partem regis 200 solidos culpabilis iudicetur, et[i] ad partem eius, cuius servum inlicitum ordinem a[k] iugum servitutis obsolvere[l] nititur, 45 solidos multetur, et[m] de omnes res, quod ei condonavit[n], alienus[o] existat.

3. Si autem[p] defensaverit, liber permaniat, et illi, qui eum voluit inservire, 200 solidos rege, 45 illi [qui defensatur[q]] culpabilis iudicetur[r].

4. Si autem homo dinariatus[s] absque liberis discesserit, non alium quam fisco nostro heredem relinquat[8].

LVIII.

1. Hoc etiam iubemus, ut, qualiscumque Francus Ribuarius, seu tabularius servum suum pro animae suae remedium seo pro precio secundum legem Romanam liberare voluerit, ut[a] [eum[b]] in ecclesia coram presbyteris, diaconibus, seo cuncto clero et plebe, in manu episcopi servo cum tabulas tradat[9], et episcopus archidiacono iubeat, ut ei tabulas secundum[c] legem Romanam, quam ecclesia[10] vivit[c], scribere faciunt[d]; et tam

h) educat 4. 9. i) si *inserit* 4. k) ad 2. 3. 5. 7. l) *sic* 1. 2. 7; absolvere 4—6. 8—11; adsolvere 3. m) sed 1. n) concedatur 5. o) alienas 1—3. p) se *addunt* 3—5. 8. q) qui defensatur *inserunt* 3. 6. 7. 10; qui se defensaverit *inserit* 9; illi *deest* 4. r) *codex* 8 *finem capitis sic mutavit:* illi qui defensatur CC sol. multetur, ad partem regis XLV. s) denariatus 5. 8. 10. 11.

Tit. LVIII. a) aut 7. b) eum *deest* 4. 8. 10. 11. c) *sic* 4. 9; sec. leg. Rom. qua eccl. vivit 8. 10. 11; secundum Romanam que ecclesia veniunt 1; secundum Romanam ecclesiam vivunt 2; secundum Romanam ecclesiam viunt 3; secundum Romanam qui eclesiae vivunt 5; secundum Romanam q: aecclesiam vivant 6; secundum Romanamque ecclesiam vivant *(a coaeva manu* vivant *deletum et in margine scriptum* iubeat) 7. d) faciant 6; faciat 4. 8—11.

E CODD. B.

gladio[b] suo hoc studeat defensare. Aut si auctorem[c] habuerit, auctor[d] cum legibus ex hoc eum adducat. Aut si legibus[e] eum non potuerit defensare, ad partem[f] regis 200 solidis culpabilis iudicetur, et ad partem[g] eius, cuius servum inlicito ordine a iugo servitutis absolvere nititur, 45[h] solidis multetur, et de omnibus rebus, quas ei condonavit, alienus existat.

3. Si autem se defensaverit, liber permaneat, et ille, qui eum voluit inservire, 200 solidis regi, 45[i] illi[k], qui defensatur[k], culpabilis iudicetur.

4. Si autem homo dinariatus[l] absque liberis discesserit, non alium nisi fiscum nostrum heredem relinquat.

LX.

De tabulariis.

1. Hoc etiam iubemus, ut, qualiscumque Francus Ribuarius seu tabularius servum suum pro animae suae remedio seu pro pretio secundum legem Romanam libertare voluerit, ut in ecclesia coram praesbiteris, diaconibus, seu cuncto clero et plebe, in manu episcopi servum cum tabulis tradat, et episcopus archidiaconum iubeat, ut ei tabulas secun-

b) gaudio 7. c) actorem 2. d) actor 2. e) eum — legibus *omisit Her.* f) parentem 4. g) parentem 4. h) XL 10; sexaginta quinque *Sich.* i) XL 10. k) ille q. d. 6. 14. 19; ille qui defensator est 17. l) denariatus 3. 8.

7) Cfr. infra tit. 58, c. 6. 7. 8) Cfr. infra tit. 58, c. 1. 4; tit. 61, c. 1. 3; tit. 62, c. 2. — Ius Francorum Saliorum apud Ribuarios introduxit Cap. legi Rib. addit. a. 803, c. 9: *LVII. cap. Homo denarialis non ante haereditare in suam agnationem poterit, quam usque ad terciam generationem perveniat,* quo statuitur, hereditatem liberti *usque ad terciam generationem* non ad propinquos eius (ne ad liberos quidem), sed ad solum fiscum pertinere, cfr. K. Zeumer in 'Forschungen z. deutsch. Geschichte', vol. 23 (1883), p. 189 sqq. et infra nota ad tit. 61, c. 1. — De libertis ante regem per denarium dimissis tractat lex Sal. tit. 26: *Si quis homo ingenuus alienum letum extra consilium domini sui ante rege per dinario dimiserit et convictus fuerit, malb. malthoitus meo letu — sol.* 100 *culp. iud. Res vero leti ipsius legitime reformetur. Si quis vero servo alieno per denario ante regem dimiserit, cui fuerit adprobatum, precium servi domino et insuper, malb. maltholatu metho, hoc est sol.* 35 *culp. iud.* — Cfr. Capitulare legi Salicae additum a. 819, c. 2 (ed. Boretius ap. Behrend, L. Salica p. 114; Capp. p. 292): — — *iudicatum est ab omnibus, ut, si ille servus, qui iniuste venditus vel ingenuus dimissus apparet, non alter pro eo in loco illius restituatur; quia dixerunt aliqui, quod idem servus, qui ingenuus dimissus fuerat, denuo ad servitium redire non debeat; sed pristino domino et servitio restitutus fiat, iudicaverunt.* — Manumissio per denarium liberto plenam libertatem Francorum tribuit; plena autem libertas secundum ius Francorum nisi rege consentiente acquiri non potest. Quamobrem ante regem manumissio per denarium fieri debet. Successit rex in locum populi, qui olim *in concilio* de emancipatione filii-familias (Tacit. Germania c. 13) et de manumissione servi (Pactus legis Alamannorum II, 48: *in heris generationis dimissus*) constituebat. Denarius quasi pretium manumissionis est, a servo oblatum, nec tamen a domino acceptum (denarius e manu servi excutitur). Cfr. quae exposuit K. Zeumer in editione sua Formularum Merowingici et Karolini aevi p. 288, not. 3. Offerri denarium oportet, quia actus merae liberalitatis secundum vetus ius Germanicum inefficax est. De servis, qui actu privato, sola domini voluntate, in ecclesia sive per cartam secundum ius Romanorum manumissi, partem tantum libertatis acquirunt, tractatur infra titt. 58. 61. 62. 9) De traditione cartae cfr. H. Brunner, 'Carta u. Notitia' (vide infra not. 15) p. 11 sqq.; H. Brunner, 'Zur Rechtsgesch. d. Urk.' (vide infra not. 15) p. 271. 272. 10) Non tamen clerici, cfr. supra p. 230, not. 74. — Cfr. ex. gr. 'Cartulaire de St. Victor' (ed. Guérard) nr. 29, p. 40 (a. 994): *Honoratus,*

E CODD. A.

ipse quam et omnis procreatio eius liberi permaneant, et sub tuacione ecclesiae consistant, vel omnem redditum status[e] aut servitium[f] tabularii eorum ecclesiae[g] reddant. Et nullus tabularium [aut servum tabularii[h]] dinariare[i] ante rege praesumat[k]. Quod si fecerit, 200 solidos culpabilis iudicetur, et nihilhominus ipse tabularius et procreatio eius tabularii persistant[l], et omnis reditus[m] status[n] ad ecclesia reddat; et non aliubi[o] quam ad ecclesiam, ubi relaxati sunt, mallum teneant[11].

2. Quod si quis tabularium seu ecclesiasticum[p] hominem[q] contra episcopum defensare voluerit, 60[r] solidos[s] et insuper hominem cum omnibus rebus suis ecclesiae[t] restituat. Quia inlicitum ducimus[u], quod ecclesiis concessimus[v] iterum ab ecclesiis[v] revocare.

3. Nemo servum[w] ecclesiasticum absque vicarium[x] libertum[y] facere praesumat[12].

e) statutus 6. 7. f) *sic* 8. 9. 11; servum 1—3. 5—7; *in codd.* 4. 10 *verba* aut servitium tabularii *desunt.* g) aecclesiasticus 6. 7. h) *verba* aut servum tabularii *addunt* 4. 9. i) *sic* 9; denariarem 4; dinariari 3; dinari 1; denarii 2; dinario 5; denarium 8. 11; denarialem 6. 7; denarararium 10. k) iactare *addunt* 3. 8. 10. 11; facere *addunt* 6. 7. l) praestat 1. 2; praesistat 5; praestet 6. 7. m) redditus 5; redditum 9. n) statutus 1. 5. o) alii ubi 1. p) tabularius seu ecclesiasticus 3. 5; tabularii seu ecclesiastici 6. 7. q) homo 5. r) XL 1. s) culpabilis iudicetur *addunt* 4. 6. 7. 9. 10. t) ecclesia 1—3; ecclesiis 6. 7. u) dicimus 3. 4. 6—11. v) concessimus — ecclesiis *desunt hic* 1. 2. 6. 7, *sed leguntur postea in iisdem codicibus infra in capite* 5 *(not.* a*); codex* 3 *haec verba utroque loco exhibet.* w) servus 6. 7. x) vigarium 5. 6; vegarium 7; vicario 8. 10; vicari 11. y) liberum 6. 7.

E CODD. B.

dum legem Romanam, qua[a] ecclesia vivit, scribere faciat; et tam ipse quam omnis procreatio eius liberi permaneant, et sub tuitione ecclesiae consistant, vel omne reditum[b] status[c] aut servitium tabularii eorum ecclesiae reddant. Et nullus tabularius dinarium[d] ante regem praesumat iactare. Quod si fecerit, 200 solidis culpabilis iudicetur, et nihilhominus ipse tabularius et procreatio eius tabularii persistant, et omnis reditus[e] status[f] eorum ad ecclesiam reddant; et non aliubi nisi ad ecclesiam, ubi relaxati sunt, mallum[g] teneant.

2. Quod si quis tabularium seu[h] ecclesiasticum hominem contra episcopum defensare voluerit, 60[i] solidos[k] et insuper hominem cum omnibus rebus suis ecclesiae restituat. Quia inlicitum dicimus[l], quod ecclesiis concessimus, iterum ab ecclesiis revocare.

3. Nemo servum ecclesiasticum absque vicario libertum[m] facere praesumat.

Tit. LX. a) que 6. 19; qui 17; quae in 11. b) redditum 2. 3. 6. 13. 14. *Sich.*; creditum 4. c) statutus 6. 13. 19; *deest* 10; vel omne reditum status *omisit Her.* d) denarium 3. 5. 6. 13; *deest* 2. e) redditus 2. 4. 6. 13. 14. *Sich.* f) statutus 2; istatus 19. g) mallatum 13; nullum mallum 19. h) secundum legem Romanam livertare voluerit ut in ecclesia *inserit* 2. i) XL 13; L 14. k) culpabilis iudicetur *inserunt* 5. 6. l) ducimus 5. 8. m) liberum *Her.*

Massiliensis aecclesiae equissimus praesul, in Arelate civitate publice in conspectu Bosonis comitis — atque in praesentia omnium virorum Arelatensium iudicumque ac principum — deprecatus est supramemoratum comitem, ut res s. Dei genetricis Mariae sanctique Victoris — quas praenominatus comes iniuste detinebat, ei secundum quod iustum esse videbatur, concedi debuisset. Requirentes autem iudices praefati apud supradictum pontificem — ut ea, quae petebat, sicut dicebat verum esse probaretur. Interea namque episcopus scientes et bene cognitores ac testes fideles adhibens, voluit s e c u n d u m i u s R o m a n a e e c c l e s i a e *ea, que dicebat, confirmare et veraciter affirmare iurando; cum autem praefatus comes hoc, quod episcopus querebat, verum ac iustum esse cognovit, sacramentum iurandi ei condonavit.* Eod. nr. 290, p. 307—309 (a. 968): episcopus Massiliensis nomine monasterii S. Victoris in Massilia agit contra Garibaldum et Auvonancium (Salicos ut videtur) *in Arelate civitate publice ante domno W. inlustrissimo comite et ante vassos dominicos tam Romanos quam Salicos, una cum plurimarum personarum diversis legibus viventibus. — — et se guerpierunt* (sc. rei) *et stipulaverunt et in terra iactantes iactaverunt, quo ita et fecerunt. Et si[c] legibus factum et diffinitum habui* (habuerunt?), *q u a l i t e r l e x R o m a n a c o m m e m o r a t, quicquid in praesentibus partibus fuerit ordinatum, habebit plenissimam firmitatem nec poterat immutari.* 11) De tabulariis sive hominibus ecclesiasticis cfr. supra p. 216, nota 11. — Cfr. Chlotharii II. edictum a. 614, c. 7 (Capp. ed. Boretius p. 22): *Libertus cuiuscumque ingenuorum a sacerdotibus iuxta textus cartarum ingenuetatis suae contenet defensandus, nec absque praesentia episcopi aut praepositi aeclesiae esse iudicandus vel ad publicum revocandus.* Eod. c. 5: *Quod si causa inter personam publicam et hominibus ecclesiae steterit, pariter ab utraque partem praepositi ecclesiarum et iudex publicus in audientia publica positi eos debeant iudicare.* — Eod. c. 15, infra not. 56. — Concil. Paris. a. 614 (Sirmond, Concilia antiqua Galliae I, p. 470) c. 5: *Liberti quorumcumque ingenuorum a sacerdotibus defendantur, nec ad publicum ulterius revocentur. Quod si quis ausu temerario eos impremere voluerit aut ad publicum revocare, et admonitus per pontificem ad audientiam venire neglexerit, aut emendare quod perpetravit distulerit, communione privetur.* — P. Roth, 'Feudalität und Unterthanverband' p. 301 sqq.; 'Zeitschr. f. Rechtsgeschichte' V, p. 435 sqq.; G. Meyer in 'Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, Germ. Abth.', II. (1881), p. 110, not. 1. Cfr. quoque quae supra in praefatione not. 34. 36 monuimus. 12) Pro servo ecclesiae manumisso alius servus, ut vicarius, ecclesiae dari debet. De servo vicario in commutationem dato loquuntur ex gr. C. Th. Nov. Valent. 30. Lex Burg. tit. 7. Lex Rom.

E CODD. A.

4. Tabularius autem, qui absque liberis discesserit, nullum alium quam ecclesiam relinquat heredem[13].

5. Quod si quis tabulas[z] episcoporum[a] manibus seu clericorum roboratas inrumpere voluerit, tunc archidiaconus cum testibus, qui tabulas roboraverunt, ante episcopum vel regem[b] accedat, ut testis, quod[c] sciunt, dicant[14]. Quod si illi, qui causam prosequitur, adquiescere noluerit, tunc tabuli[d] in praesentia iudicis[e] perforentur[f, 15], et archidiaconus in praesente[g] sacramentum fide faciat, et[h] sibi septimus super noctis septem coniurit cum ipsis testibus, qui tabulas conscripserunt[i], quod[k] ipsi tabularius secundum legem

z) tabularius 7. a) concessimus iterum ab ecclesiis *inserunt* 1—3. 6. 7, *cfr. supra not.* v. b) seu comitem *addit* 9. c) qui hoc 4. d) *sic* 1; tabulis 6. 7; tabulam 3; *rell.* tabulae. e) iud. *deest* 4. f) proforentur 4; perfurentur 5; perferentur 2; proferentur 6. 7. g) praesentia 4. h) ut 4. 9. i) subscribserunt 4. 9. 10. k) si *addit* 2.

E CODD. B.

4. Tabularius autem, qui absque liberis discesserit, nullum alium nisi ecclesiam relinquat heredem.

5. Quod si quis tabulas episcoporum manibus seu clericorum roboratas inrumpere voluerit, tunc archidiaconus cum testibus, qui tabulas roboraverunt, ante episcopum vel regem accedat, ut testes, quod sciunt, dicant. Quod si ille, qui causam prosequitur[n], adquiescere noluerit, tunc tabulae in praesentia iudicis perforentur, et archidiaconus in praesente sacramento fidem faciat, et sibi septimus super noctes septem coniuret cum ipsis testibus, qui

n) requiritur 17.

Burg. tit. 6, c. 3. Edict. Liutpr. 139. Documenta, quibus lex nostra illustratur, attulit Edg. Loening l. cit. (p. 216, not. 11 i. f.) p. 229, not. 4. Cap. missorum Karoli Calvi a. 853, c. 12 (Mon. Legg. I, p. 423): *ne mancipia ecclesiastica quisquam nisi ad libertatem commutet; videlicet ut mancipia, quae pro ecclesiastico dabuntur, in ecclesiae servitute permaneant, et ecclesiae homo, qui commutatus fuerit, perpetua libertate fruatur.* Capitula data presbyteris (Baluzius, Capitularia regum Francorum, tom. II, Append. p. 1375) c. 9.: *(presbyter) nullam habeat potestatem quolibet modo servos alienandum — sed nec sine voluntate pontificis sui vicarios dandum aut liberos dimittendum.* Dipl. Ludovici Germ. a. 866, Wartmann, 'Urkdbuch v. St. Gallen' Nr. 519 (cfr. de Rozière, Form. 61 et K. Zeumer in 'Neues Archiv d. Gesellsch. f. ält. d. Geschichtsk.' vol. VIII, p. 541): *fideles nostri M. et E. tradiderunt duo mancipia sua propria — ad monasterium puellarum in Reganesburc per manus advocati eiusdem monasterii nomine F., et concambiaverunt inde quendam servum nomine E., ut eum ob mercedis nostrae augmentum liberum dimitteremus.* Dipl. Karoli Crassi a. 887 (Bouquet, Recueil IX, p. 360): — *quendam famulum Leuthardum nomine commutaverat, et in recompensatione eiusdem mancipii ex suis propriis tria, id est Ch. J. et O., partibus s. Martini suorumque canonicorum perpetualiter habenda pro servitute eiusdem dederat;* quem Leuthardum rex per denarium manumittit. Dipl. regis Zwenteboldi a. 896 (de Sloet, 'Oorkondenboek der grafsch. Gelre en Zütfen' nr. 68): *nos quoque petitioni eius* (episcopi Traiectensis) *acquiescentes, datis postea in mutationem, ut lex Salica docet, duobus mancipiis praefate ecclesiae prius, et postea secundum legem Francorum denarium eius excutientes, et sic eum servitutis vinculo liberavimus.* Secundum legem nostram Ribuariam unus tantum servus vicarius dandus est; rex autem Zwenteboldus testatur, secundum legem Salicam (i. e. secundum ius consuetudinarium Saliorum) duos minimum servos *in mutationem* dandos esse (ita monuit Rich. Schroeder, in 'Sybels Histor. Zeitschrift, Neue Folge' vol. VII, p. 49). Cum testimonio regis Zwenteboldi reliqua documenta saeculi noni, quae supra allata sunt, congruunt (capitulare quoque Karoli citatum verbis: *mancipia quae pro ecclesiastico dabuntur).* Apparet ergo, a regibus stirpis Karolingicae tam in documentis quam in capitularibus suis hac in re non legem Ribuariam, sed legem Salicam observatam esse (cfr. supra not. 8 et infra not. 48). Posterius ius Ribuariorum illustratur documento apud Lacomblet, 'Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins' I, nr. 256 (Lörsch et Schröder, 'Urkunden zur Geschichte des deutschen Privatrechts', 2. Aufl. 1881. nr. 86) a. 1081—1105: *quidam liberae conditionis vir, nomine Azzelinus, mulierem quandam ad familiam prepositurae in Fiuhuson pertinentem sibi cupiens in coniugium sociare, cum suis Gere prepositum familiaribus adiit, et ut ipsam mulierem, facta permutatione, de servili conditione ereptam, ad altare sancti Liudgeri contraderet, fideli supplicatione promeruit. Pro cuius beneficii concessione quendam suae proprietatis mansum in Berghuson, 8 modios siliginis cum totidem modiis hordei et unum mercatorium leguminis annuatim persolventem, ad supradictum delegavit altare. Prepositus vero hanc eius bonam voluntatem hac remuneravit mercede, ut, mox altera sui iuris ancilla, Evekin nomine, pro eadem Imiza reddita, tam ipsi quam uxori eius sive filiis eorum ipsum predium pro duobus per singulos annos denariis ad idem altare sancti Liudgeri persolvendis quasi hereditario iure concederet possidendum.* Dedit igitur Azzelinus praeter servam fundum quoque suum in commutationem, quem ad duas solas generationes, id est pro se, uxore et filiis, *hereditario iure possidendum* ('zu Erbzinsrecht') recepit. 13) Cfr. tit. 57, c. 4; tit. 61, c. 1. 14) Carta per simplicem negationem impugnata, per solam affirmationem archidiaconi et testium defenditur. Compositio neque ab actore neque ab archidiacono neque a testibus ulla solvenda est. Cfr. nota 15. 15) Solemniter tunc carta, gladio perforata (cfr. tit. 59, c. 3) blasphematur ('feierliche Urkundenschelte'). Sacramentum iurari debet, et compositio aut ab actore aut ab archidiacono et testibus solvitur. Cfr. H. Brunner, 'Die Entstehung der Schwurgerichte' (1872), p. 64. 65. H. Brunner, 'Carta und Notitia, ein Beitrag zur Rechtsgeschichte der germanischen Urkunde (Festgaben für Mommsen' 1877), p. 16 sqq. H. Brunner, 'Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde' (1880), p. 208, not. 3. Aliam opinionem defendit R. Loening, 'Der Vertragsbruch' (1876), p. 575 sqq.

E COD. A.

Romanam legitimo[l] fuisset ingenuos[m] relaxatus. Et tunc illi, qui causam prosequitur, in presente constringatur, ut se ante iudice repraesentit, et ad partem ecclesiae 100 solidos culpabilis iudicetur, et unicuique de testibus 15 solidos, et[n] archidiacono 45 solidos culpabilis iudicetur[n], et nihilhominus tabule stabilis[o] permaneant.

6. Quod si archidiaconus ista adimplere contempserat, et auctorem, qui eum ingenuum dimisit, non inveniret[16], tunc tabularium ipse archidiaconus cum quadragintaquinque semissolidis[p. 17] et cum omnibus rebus suis proprio domno studiat reservare[q], et unusquisque de testibus[r] ter quinus simissolidus[s. 18] culpabilis iudicetur.

7. Quod si auctor dimissionis[t] eum ingenuum fecerit, cause prosecutor[u] simili multa susteniat, sicut superius scribere iussimus, et insuper[v] ecclesiae liminibus expellatur[w], usque dum proprio episcopo[x] satisfaciat.

8. Quod si quis tabularium ex servo alieno[y] facere praesumpserit, tunc illi, cuius servus est, super eum manum mittere debit. Et si tabularius est, vel[z] regius seu Romanus[z] homo[19], qui hoc facit[a. 20], super septem noctis, si Francus, super 14[b] de manu in manu ambulare debet, quamvis multas vindicionis ex illo factas fuissent, usque dum ad ea manu venit, qui eum ingenuum demisit. Et tunc ex eo iudicius superius conprehensus adimpleatur.

9. Si autem tabularius ancillam regiam aut ecclesiasticam seu ancillam tabularii in matrimonium sibi sociatus fuerit, ipsum[c] cum ea servus permaneat. Si autem tantum mechatus[d] fuerit, 8. medio[e] solido[20*] cul-

l) *sic* 1; legitime 2. 4. 5. 8—11; legitimi 3; legitimus 6. 7. m) *sic* 1; *deest* 4; *rell.* ingenuus. n) et — iudicetur *desunt* 5; et archidiaconus XLV sol. culp. iud. 8. o) stabulis 1. p) *sic* 4, *cuius fidem secutus sum, ratione habita eorum quae de testium compositione sequuntur;* XV sol. 1—3. 5; XLV sol. 6—11. q) reformari 4; restituere 8—10. r) de test. *desunt* 4. s) *sic* 1—3. 5. 7; ter quinos solidos 4. 6. 8. 9. 11; quindecim sol. 10. t) qui *addunt* 5. 7. 9. u) *sic* 4; causa prosequitur 1. 2; causa prosequatur 6. 7; causam persequitur 5; causam qui prosequitur 3. 8—11. v) ab *addunt* 2. 3. 5. 8—11. w) repellatur 4. 8—11. x) *sic* 9. 10; epo *(signo abbreviaturae omisso)* 4; ipso 1—3. 5—8. 11. y) alienas 1. 2; alienus 3. z) vel — Rom. *desunt* 5. a) fecit 4. 5; fecerit 6. 7. 9. b) VII 10. c) *sic* 1; *rell.* ipse. d) necatus 1. e) *sic* 1; VIIII medio 2; octabum medium 5; VIII sol. et medium 8; octavo dimidio 3. 4. 9—11; VII dimidio 6. 7.

E COD. B.

Tit. LXVI. a) ariraida 7. 13. 14; ariragida 3; arirada 8; iraraida 21; harroaida *Til.*; cum har. *omisit Sich.* b) waregeldo 4. 6. 18; weregildo 8; weregillo 10; guidigildo 2; wedregildo 17. c) weregeldo 5. 18. 19; waregeldo 6; weregillo 10; wedregildo 17; *deest* 2. d) propter auctorem et sanguis effusionis post VI fuerint 13. e) actorem 6. f) *deest* 5. g) plures 7.
Tit. LXVII. a) venerit vel *inserit* 3.

51) Furtum igitur secundum legem Ribuariam proprio weregeldo furis componitur, cfr. supra titt. 18. 29, paucis casibus exceptis, de quibus titt. 42. 76. agitur; cfr. quoque infra tit. 86. Qui weregeldum solvere non potest, morte punitur, cfr. infra tit. 79. Pactus Childeberti regis (Capp. ed. Boretius I, p. 4) c. 1: *Id ergo decretum est, ut apud quemcumque post interdictum latrocinius conprobetur vitae incurrat periculum.* c. 2: — *latro redimendi se habeat facultatem; si facultas deest, tribus mallis parentibus offeratur, et si non redimitur, vita carebit.* Decretio Chlotharii (eod. p. 5) c. 10: *Si quis in alterius domum, ubi clavis est, furtum invenerit, dominus domus de vita conponat. Si quis cum furtu capitur, antedictae subiaceat legem. Et si de suspectione inculpatur, ad sortem veniat.* Decretio Childeberti c. 7 (eod. p. 16): *De furis et malefactoris ita decrevimus observare, ut, si quinque aut septem bonae fidei homines absque inimicitia interposita criminosum cum sacramenti interpositione esse dixerint, quomodo sine lege involavit, sine lege moriatur.* Chlotharii II. edictum a. 614 (eod. p. 23) c. 22: *Neque ingenuos neque servus, qui cum furto non deprachinditur, ad iudicibus aut ad quemcumque interfici non debeat inauditus.* — Apud Francos Chamavos e iure Frisionum receptum est, ut pro furto duplum solvatur; Lex Franc. Cham. c. 26—29. — Cfr. 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' V, p. 411 sqq. 52) i. e. cum contubernio, cfr. supra tit. 41, c. 2, not. 84. 53) i. e. abstulerint, cfr. Capit. II. ad leg. Salic. c. 5 (supra p. 217, not. 21), Behrend, Lex Salica p. 160 s. v. talare. 54) Cfr. Lex Sal. tit. 42, c. 1—4: *Si quis colecto contubernio hominem ingenuo in domo sua adsalierit et ibi eum occiderit, si in truste dominica fuerit ille, qui occisus est, malb. ambistaile, — sol.* 1800 *culp. iud. Si vero in truste dominica non fuerit ille, qui occisus est, — sol.* 600 *culp. iud. Si vero corpus occisi hominis tres vel amplius habuerit plagas, tres quibus inculpatur, qui in eo contubernio fuisse probantur, legem superius conpraehensa cogantur exsolvere. Alii vero tres de eo contubernio — nonaginus solidus solvant. Et tres adhuc in tertio loco de eo contubernio — sol.* 45 *culpabiles iudicetur. De Romanus vero vel letis et pueris haec lex superius conpraehensa ex medietate solvatur.* Eod. tit. 43, c. 3: *Si vero foris casa sive iter agens sive in agro positus a contubernio fuerit interfectus, tres amplius habuerit plagas, tunc tres de eo contubernio qui adprobati fuerint, singillatim mortem illius coniactent. Et tres si plures fuerint — sol.* 30 *solvant. Et tres adhuc de eo contubernio — sol.* 15 *culpabilis iudicetur.* 55) Cfr. P. Roth, 'Geschichte des Beneficialwesens' (1850) p. 142 sqq. P. Roth, 'Feudalität u. Unterthanverband' (1863) p. 321 sqq. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte', II, 1 (ed. 3, 1882), p. 210 sqq. A. Boretius 'Beiträge zur

E CODD. A.

2. Si autem Romanus aut ecclesiasticus vel regius homo hoc fecerit, unusquisque contra auctorem[56] suum 30[b] solidos culpabilis iudicetur.

3. Si quis legatariam[c. 57] reges vel ad regem[d] seu in utilitatem reges pergentem hospicio[e] suscipere contempserit[f], nisi emunitas[g] regis[h] hoc contradixerit, 60 solidos culpabilis iudicetur. Aut si regius, Romanus aut ecclesiasticus homo hoc fecerit, unusquisque contra auctorem suum 30 solidos culpabilis iudicetur[i].

LXVI.

1. Si quis Ribuarius sacramentum fidem fecerit, super 14 noctis sibi septimus vel duodecimus[a] vel septuagisimum secundo cum legitimo termino noctium studiat coniurare. Si autem contentio orta fuerit[58], quod sacramentum in die placitus[b] coniurasset[c], tunc cum tercia parte iuratoris sui[d] adfirmare studiat, aliquos a dextris [seu a senextris[e]] stantibus[f]. Sin autem nec sic satisfecerit, tunc secundum[g] praesentia iudicis[59] vel secundum[h] terminationem[60] sextam iuratorum[i] suorum cum dextera armata tam priore quam posteriore sacramentum in praesentia iudicis confirmare studiat. Quod si verbis non dixerint[k], omne repeticione cum legis[l] beneficium studiat reformare, et unusquisque de iuratoribus 15 solidos culpabilis iudicetur. Si autem dixerint[m], iudicium[61] accipiant.

2. Si autem regius, Romanus aut ecclesiasticus taliter agerit[n], cum legitimum[o] numero similiter studiat implere, aut[o] legitimum[p] solutionem restituat.

E CODD. B.

2. Si autem Romanus aut ecclesiasticus vel regius homo hoc fecerit, unusquisque contra[b] actorem[c] suum 30 solidis culpabilis iudicetur.

3. Si quis autem legatarium regis vel ad regem seu in utilitatem regis pergentem hospitio suscipere contempserit, nisi emunitas regis hoc contradixerit, 60 solidis culpabilis iudicetur. Aut si regius, Romanus aut ecclesiasticus homo hoc fecerit, unusquisque contra actorem[d] suum 30 solidis multetur.

LXVIII.

De sacramento.

1. Si quis Ribuarius sacramento fidem fecerit, super quattuordecim[a] noctes sibi septimus seu duodecimus vel septuagisimus secundus[b] cum legitimo[b] termino noctium studeat[c] coniurare. Si autem contentio orta fuerit, quod[d] sacramentum[d] in[e] die placito[e] non[f] coniurasset, tunc cum tertia parte iuratorum suorum adfirmare studeat, aliquibus a dextris seu[g] a sinistris[h] stantibus. Sin autem nec sic satisfecerit, tunc secundum praesentiam iudicis vel secundum terminationem sextam[i] iuratorum suorum cum dextera[k] armata[k] tam prius[l] quam posterius sacramentum in praesentia iudicis confirmare studeat. Quod si verbis[m] non d i r e x e r i t[n], omnem repetitionem cum legis[o] beneficio studeat[p] reformare, et unusquisque de[q] iuratoribus[q] 15 solidis culpabilis iudicetur. Si autem contra dixerint, iudicium accipiant[r].

2. Si autem regius, Romanus aut ecclesiasticus taliter egerit, cum legitimo numero similiter studeat implere, aut legitimam[s] solutionem restituat.

b) XX 6. c) *sic* 1; legataria 6. 7; ligatariam 3; legaturiam 5. 9; ligatarium 2. 11; legatarium 4. 8. 10. d) vel ad regem *omisit* 3. e) officium 11. f) non consenserit 8. g) eminutas 6; inmundas 5; eumuntas 11. h) regum 9. i) multetur (*loco* culp. iud.) 3—11; *cap.* 3. *in codice* 1 *hic bis legitur, exceptis tantummodo ultimis verbis* culpabilis iudicetur, *pro quibus secundo loco scriptum est* multetur.

Tit. LXVI. a) XII 1—3; XIImo 5; XV 6. 7. b) placiti 4. c) non coniurasset 4. 8—11. d) iuratores suis 4; iuratori sui 3; iureture sue 5; iuratorem suorum 10; iuratorum suorum 8. 9. 11. e) seu a senextris *desunt* 1. 2; et aliquos ad sinistris 4. f) studeat adfirmare *addit* 4. g) secundus 5; *deest* 11; in *inserit* 4. h) secunda 1—3; secundus 5. i) iuratorem 1. 2; coniuratorem 3. k) d i r e x e r i t 8—11. l) legium 1. 2; legimus 3. m) contra dixerint 8—11. n) *sic* 1—3; agerent 5; aegerit 8; egerit 4. 9—11; gerit 6. 7. o) legitimum — aut *desunt* 4. p) legitimo 10; legitima 4; legitimam 6—9. 11.

b) pro 14. c) auctorem 3. 5. 8. 13. 14. 19. d) auctorem 3. 4. 5. 8. 13. 14. 19.

Tit. LXVIII. a) XLII 2. b) secundum legiptime 13. c) istudeat 19. d) cum sacramento 13. e) inde ad placitum 4. f) *deest* 2. 19. g) aliquibus 13. h) seu a sinistris *desunt* 2. i) eius VII 13. k) ad dexteram armatam 13. l) proprios 13. m) verba 13; verbum 6. n) dixerit 3. 4. 12. 13. 14. 19. 21. o) legibus 6. p) istudeat 7. q) pro victoribus 14. r) accipiat 8. s) legiptimam 13.

Capitularienkritik' (1874) p. 71 sqq. 92 sqq. — Lex Ribuaria de banno dominico ius commune Francorum, quod in universo regno Francorum vigebat, exhibet. — Lex Franc. Cham. c. 2: *De banno dominico similiter habemus, sicut alii Franci habent.* 56) i. e. actorem, cfr. supra tit. 58, c. 20. — Cfr. Chlotharii II. edictum a. 614, c. 15 (Capp. ed Boretius I, p. 22): *Si homines ecclesiarum aut potentum de causis criminalibus fuerint accussati, agentes eorum ab agentibus publicis requisiti si ipsos in audientia publica foris domus ipsorum ad iustitiam reddenda praesentare noluerint, et distringantur, quatenus eosdem debeant praesentare.* 57) i. e. legationem. 58) Cfr. H. Brunner, 'Das Gerichtszeugniss' (vide supra not. 29), p. 143, not. 2. 59) i. e. in mallo legitimo. 60) i. e. in placito bannito ('im gebotenen Ding'), cfr. Sohm, 'Fränkische Reichs- u. Gerichtsverfassung' p. 436. 61) i. e. notitiam iudicati, cfr. supra tit. 59, c. 7.

E CODD. A.

LXVII.

1. Si quis moriens debitosus[a. 62] aut testamenta vel[b] venditionis[c] seu tradicionis[d] aliquid[e] fecerit, si filios aut filias non relinquerit[63], quicunque de parentibus suis, quantum unus solidus valet[64], in hereditatem reciperit[f], vel cui weregildum[g] eius, si interfectus fuisset, legitimi obvenibat[h], omnem debitum[i] culpabilis iudicetur, et omnem factum eius idoniare[k] studeat[k], aut culpam incurreret[l. 65].

2. Si quis autem post fide facta sacramenti in hoste bannitus[m] fuerit, si[n] non perrexerit[o], post 40 noctis; si[p] autem perrexerit[n. p], post arma positionem[66] super 14[q] noctes coniurare studiat.

3. Quod si sacramentum illi[r], qui[s] prosequitur, non pronunciaverit, ipsi[t], qui placuit, ante annum revo-

E CODD. B.

LXIX.

De eo qui filium non relinquit.

1. Si quis moriens debitor aut[a] testamenta[b] venditionis seu traditionis aliqua fecerit, si filios aut filias non relinquerit, quicumque de parentibus suis, quantum[c] unus solidus valet, in hereditatem acciperit, vel cui weregildus[d] eius, si interfectus fuisset, legitime[e] obveniebat[f], omne debitum per ipsum solvi iudicatur[h], et[h] omne factum eius idoniare studeat, aut culpam incurrat.

2. Si quis autem post fidem factam sacramenti in hostem bannitus fuerit, si non perrexerit[i], post 40 noctes; si autem perrexerit, post arma positionem super quattuordecim noctes coniurare studeat.

3. Quod si sacramentum ille, qui prosequitur[k], non pronuntiaverit[l], ipse,

Tit. LXVII. a) debiturus 11; debitor suus 5; debitor 6—10. b) vel *deest* 8. 10. 11. c) venditiones 2. 4. 9. d) traditiones 2. 4. 9. e) aliquas 4. 9; aliqua 8. 10. 11. f) succidat recipere 5; receperint 6. 7; acciperit 4. 8. 10. 11. g) weregeldum 4; werigeldum 5; wirigeldum 2; weregildus 8. 11; werigildus 10; wedregildis 6; wedregildus 7. h) *sic* 1; obveniebat 3. 5. 8—11; obveniebant 4; hoc veniebat 6. 7; obtinebat 2. i) prosolvere *inserit* 3; *textum vulgatum exhibent* 8—11. k) *sic* 4. 8—11; adunare studeat 2. 3. 5—7; adhuna restituat 1; *in archetypo scriptum fuisse videtur:* eduniare studeat, *conf. tit. LIX, cap.* 2. 3. l) *sic* 1. 3; incurrere 2. 6. 7; incurrat 4. 5. 8—11. m) banitus 5. n) si — perrexerit *desunt* 8. o) perspexerit 4. p) si — perrexerit *desunt* 1; correxerit 4. q) XII 2. r) ille 7. 8. 9. 11. s) *deest* 4; causa *addit* 3. t) ipse 2. 4. 5. 8—11.

Tit. LXIX. a) *deest* 3. b) testamentum 13. c) quā 13. d) weregeldus 6; weregeldos 19; widrigildus 2; wedregildus 17. e) *deest* 3. f) obveniret 3; hoc veniebat 14. g) iudicatum 14. h) *deest* 14. i) si non perr. *desunt apud Her.* k) persequitur 8. *Sich.* l) potuerit 7.

62) Verbum *debitum* in documentis illius aetatis saepe compositionem significat, cfr. ex. gr. Lex Salica tit. 50, c. 4: *rachineburgii praecium, quantum valuerit debitus, quod debet, hoc de furtuna sua illi tollant, et — tertia parte grafio frito ad se recolligat.* Tit. 51, c. 2: *Si vero grafio supra lege aut debitum iustum aliquid amplius tollere praesumpserit —.* Cap. legib. additum a. 803, c. 9 (Capp. ed. Boretius I, p. 114): *Omnia debita, quae ad partem regis solvere debent, solidis duodecim denariorum solvant, excepto freda, quae in lege Saliga scripta est; illa eodem solido, quo caeterae compositiones solvi debent, componatur.* Lex Alam. Karol. tit. 1, c. 2 (Mon. Legg. III, p. 127): *Res autem ad ecclesiam permaneant cum emendatione hominis illius, qui eas malo ordine subtrahere voluit: hoc est cum supradicto debito res reddat et 30 solidos ad ecclesiam persolvat.* Lex Baiuw., tit. 1, c. 10 (eod. p. 274): *Si quis episcopum — occiderit, solvat — usque dum inpleat debitum.* Eod. tit. 2, c. 1 (p. 282): *conponat secundum legem — persolvat cui deliquit, donec debitum universum restituat.* Decr. Tass. c. 16 (eod. p. 467): *quasi proprium conponat debitum.* Lex Burgund. (ed. C. Binding, Fontes rerum Bernensium I) tit. 27, c. 6: *Si vero, cuius caballi sunt, inventus a domino messis, dum tenetur ad debitum, resistere fortasse temptaverit —.* 63) Cfr. supra tit. 12, c. 2: *et ubicumque sexcenti solidi accedunt, si ille homo pauper fuerit, ut insimul solvere non possit, per tres decessiones filiorum solvat.* Filiis et filiabus secundum legem Ribuariam beneficium abstinendi non competit. Aliter Lex Burgundionum (ed. Binding) tit. 65: *Si qua mulier vidua filios habens, si et illa et filii sui cessionem de bonis mariti, qui defunctus est, fecerint, nullam ex debito ipsius reparationem aut calumpniam patiantur. Si certe praesumpserint hereditatem, debitum paternum simul solvant.* 64) Cfr. Cap. Aquisgran. a. 801—813, c. 16 (Capp. ed. Boretius I, p. 172): *Quod nullus seniorem suum dimittat, postquam ab eo acciperit valente solido uno.* 65) Cfr. infra tit. 79: *omnes res suas heredes possedeant, exceptis capitale et dilatura in loco restituant.* — O. Stobbe, 'Ueber das Eintreten des Erben in die obligatorischen Verhältnisse (Jahrbuch des gemeinen deutschen Rechts', ed. Bekker et Muther, vol. V, 1862) p. 300. W. Lewis, 'Die Succession der Erben in die Schulden des Erblassers' (1864) p. 71 sqq. v. Amira, 'Erbenfolge' (1874) p. 54. H. Brunner l. cit. (supra p. 217, not. 17) p. 4. 46. 47. — Caput nostrum genuino textui legis Ribuariae postea additum esse videtur, cfr. praefatio nostra § 7. 66) Cfr. Cap. Wormat. a. 829, alia cap. c. 14 (Pertz, Legg. I, p. 352): *Postquam comes et pagenses de qualibet expeditione hostili reversi fuerint, ex eo die super quadraginta noctes sit bannus resisus, quod in lingua thiudisca 'scaftlegi', id est armorum depositio, vocatur.* Idem constituit Edict. Pistense a. 864, c. 3 (Pertz I, p. 496). Form. Senon. rec. 2 (Formulae ed. Zeumer p. 212): *in 40 noctes, in proximo mallo post banno resiso, hoc debeat coniurare.* G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' IV, p. 465, not. 3. P. Roth, 'Feudalität u. Unterthanverband', p. 226, not. 13. Sohm, 'Fränk. Reichs- u. Gerichtsverfassung', p. 396. K. Zeumer in editione sua Formularum p. 212, not. 2.

E CODD. A.

lutum vel septem noctis sacramentum suum coram testibus offerat, et coniurare studeat[u], et deinceps innocens habeatur[67].

4. Sin autem non adimpleverit, omnem repetitionem cum legis[v] beneficius[w] restituat[x. 68].

5. Si quis pro hereditatem vel pro genuitatem[y] certare[z] coeperit[z] post[a] malo[b] ordine cum 6 in ecclesia coniurata[c], cum 12[d] ad stafflo[e] regis in circlo[f] et in[g] collore[h] cum verborum contemplatione coniurare[i] studeat[69]. Si non adimpleverit, cum legis[k] beneficium restituat. Aut si quis eum[l] contra prendere[m] voluerit[l], aut cum arma sua a se[n] defensare voluerit[o] ante rege, aut[p] omnem repetitionem cum legis[q] beneficium[q] restituat[70].

LXVIII[71].

1. Si quis in caput vel in quacumque membro plagatus fuerit, et ossus exinde exierit, qui[a] super viam 12 pedorum[b] in scuto[c] sonaverit, 36[d] solidos factus[e] ei[e] culpabilis iudicetur[72].

E CODD. B.

qui placuit[m], ante[n] annum revolutum vel septem noctes sacramentum suum coram testibus offerat, et coniurare studeat, et deinceps innocens habeatur.

4. Si autem non adimpleverit, omnem repetitionem cum legis[o] beneficio restituat.

5. Si quis pro hereditate vel pro ingenuitate certare[p] coeperit post malo ordine[p], cum 6[q] in ecclesia coniuret[r], cum 12 ad stappulum[s] regis in[t] circulo et in hasla[u], hoc est in ramo[v], cum verborum contemplatione coniurare studeat. Si non adimpleverit, cum legis[w] beneficio restituat. Aut si quis eum contra prendere voluerit, aut cum armis suis se defensare studeat ante regem, aut omnem repetitionem cum legis[x] beneficio restituat.

LXX.

De osse super viam sonante, vel absque effusione sanguinis.

1. Si quis in capite vel in quocumque membro plagatus fuerit, et os exinde exierit, quod si super viam[a] 12 pedum in scuto iactum sonaverit, 36[b] solidis factus ei culpabilis iudicetur.

u) debeat *addit* 5. v) legibus 1. 11; cum legis *desunt* 6. 7. w) *sic* 1; beneficiis 2. 3; beneficium 4—7; beneficio 8—11. x) *sequentia usque ad verba tituli LXVIII, cap.* 5. alii brachium, pedem *omisit codex* 1, *post verbum* restituat *in eadem linea pergens* alii brachium *etc.* y) genietate 7; ingenuitatem 4. 8—11. z) carta receperit 5. a) pro 3. b) male 3; mala 4. 7. c) coniurate 5; coniuret 6—11; et *addit* 3; aut *addit* 9. d) VII 5. e) stafulum 5; stafflum 9; staffalum 10; stapulo (ad *omisso*) 6. 7; stapplum 8. 11. f) circulo 4. 5. 8—11. g) *deest* 5. 11. h) colore 4. 9. 11; collere 6. 7; *textum vulgatum exhibent* 8. 10. i) *deest* 2. k) legibus 3. 10; legi 7. l) eum — voluerit *omisit hic* 3, *sed addit postea, cfr. not. o.* m) reprehendere 6. 7; prindere 4. 5. 11. n) a se *desunt* 4; se (a *omisso*) 6—11. o) voluerint 8; studeat 4. 9. 10; eum contra prindere voluerit *addit* 3; *cfr. supra not. l.* p) et ab 4; ante *inserit* 3. q) lege beneficii 6. 7.

Tit. LXVIII. a) quod si 8. 10. b) duodecim pedes latam 6. 7. c) iactum *inserunt* 8. 10. d) XXVII 5. e) factus eius 8; factus rei 4. 9; factore 5; *desunt* 6. 7.

m) placitavit 3. 15. 16. n) *deest* 19. o) legibus 6. p) post malo ordine caeperit certare 3; certetur (*corr.* certat) post mala ordine 13; c. c. pro m. o. 8. *Til.*; carta receperit pro mala ordine 17; cartam receperit post male ordine 19; cernere coeperit malo ordine *Sich.*; *pro* malo ordine *Her. habet* mallo ordine. q) VII 13; XII *Sich.* r) et *inserunt* 3. 11. 12. s) stapplum 3. 5. 7. 8. 10. 11. 12. 15. 16. 19. *Her.*; staplum 2. 4. 13. 17; stafplum *Sich.*; stabulum 21. t) cum 4. 19. u) asla 6. 8. 13. 14. 17. *Til.*; haslo 19. *Sich.* v) rano 8. w) legibus 4. x) legibus 6.

Tit. LXX. a) venam 13. b) XXX 3; XXV 14.

67) Cfr. H. Siegel, 'Geschichte des deutschen Gerichtsverfahrens' (1857) p. 226. 68) Cfr. Lex Franc. Cham. c. 15: *De quali causa quod sacramentum permiserit* (corr.: *promiserit*), *et ad placitum non iuraverit, ipsam causam reddere faciat.* 69) Cap. legi Rib. addit. a. 803, c. 11 (ed. Boretius, p. 118): *LXVII. cap. Omne sacramentum in ecclesia aut supra reliquias iuretur; et quod in ecclesia iurandum est, vel cum sex electis, vel si duodecim esse debent, quales potuerit invenire: sic illum Deus adiuvet et sancti, quorum istae reliquiae sunt, ut veritatem dicat.* Cfr. H. Siegel l. cit. (not. 67, p. 226 sqq. H. Siegel, 'Die Gefahr vor Gericht und im Rechtsgang (Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der kais. Akademie der Wiss., Wien 1865', vol. LI) p. 122 sqq. H. Brunner, 'Wort und Form im altfranzösischen Process (Sitzungsberichte, Wien 1868', vol. LVII), p. 719 sqq. Non abs re mihi videtur, conferre etiam capitulum, quod in codicibus manuscriptis Karolo Magno tribuitur (Capp. ed. Boretius I, p. 259): *E decretis Karoli imperatoris. Si Iudeus contra Iudeum aliquod negocium habuerit, per legem suam se defendat. Si vero contra christianum, christianus, si necesse fuerit, cum idoneis testibus super sanctorum pignora per sacramentum aut cum ferro ignito se exoniet. Iudeo vero circulus ex rubo in collo imponatur, et stanti genua vinciantur, eique virga ex rubo quinque habens cubitos manuales bene aculeata, dum sacramenti finem fecerit, inter coxas acerrime pertrahatur, et taliter se exoniet, si sanus evaserit.* 70) H. Brunner, 'Wort und Form' (cfr. not. 69), p. 733 sqq. 71) Cfr. supra titt. 1—5. 72) Similiter Lex Alam. Hloth. tit. 59, c. 4: *Si autem de capite ossum fractum tulerit de plaga ita et super publica via lata 24 pedes sonaverit in scuto ille ossus, cum 6 solidis conponat.* Edictus Rothari, c. 47: *Si quis alium plagaverit in caput, ut ossa rumpantur, pro uno osso conponat solidos duodicem*;

E codd. A.

2. Si autem plura ossa exierint[f], pro unumquemque[g] sonante solidus addatur.

3. Quod si factor[h] negaverit, quod talis plaga non fuerit, in quantum confessus fuerit, solvat, et de reliquo[i] cum 6 iuret. Aut si non dixerit[k], tam ipse quam coniuratores sui, qui iurare coeperint, cum 15 solidos restituant.

4. Quod si quis absque effusione sanguinis in[l] quacumque libet membro osso[l] fregerit, bis novem[m] solidos culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret, quod ossus fractus non fuisset, et tunc uno solido conponat.

5. Quod si quis absque effusionis sanguinis alii brachium, pedem, oculo, auditum, mucatum, digitum, vel quacumque libit membro mancaverit, sic[n] eum conponat, hac sic[o] cum gladio ipsum dibilitasset[73].

LXIX.

1. Si quis homo regi[a] infidelis exsteterit, de vita conponat, et omnes res suas fisco censeantur[74].

2. Si autem quis proximum sanguinis[b] interficerit, vel incestum commisserit, exilio susteniat, et omnes ris suas fisco censeantur[75].

E codd. B.

2. Si autem plura ossa exierint, pro unoquoque o s s e sonante solidus addatur.

3. Quod si factum negaverit, quod talis plaga non fuerit, in quantum confessus fuerit, solvat, et de reliquo cum 6[c] iuret. Aut si non d i r e x e r i t[d] v e r b u m, tam ipse quam coniuratores sui, qui iurare coeperint[e], cum 15 solidis restituant.

4. Quod si quis absque effusione sanguinis in quocumque libet membro os fregerit, 18[f] solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6[g] iuret, quod os fractum non fuisset, et tunc 1 solidum conponat.

5. Quod si quis absque effusione sanguinis alium brachio, pede, oculo, auditu, muccatu, digito, vel quocumque libet membro mancaverit, sic eum conponat, ac si cum gladio ipsum debilitasset.

LXXI.

De eo qui regi infidelis extitit.

1. Si quis homo regi infidelis extiterit, de vita conponat, et omnes res eius fisco censeantur.

2. Si autem quis proximum sanguinis interfecerit, vel incestum commiserit, exilium sustineat, et omnes res eius fisco censeantur.

f) exigerint 5—7. g) ossa *addit* 3; unoquoque osse 8. 10; uno osso 11. h) factum 8. 10. 11. i) et *inserit* 3. k) direxerit 4. 8—11; direxit 5; verbum *addunt* 8—10. l) *deest* 6. 7. m) bis VIIII 2. 3; decem et octo 10; octodecim 8. n) si 1. 2. o) ac si 4. 5. 8—11.
Tit. LXIX. a) regis 4. b) sui *inserit* 3.

c) VII 4. d) dixerit 12. 14. 19. 21; diserit 8; direpserit *Til.* e) debuerant *Til.* f) XVIIII 4. *Sich.* g) VII *Sich.*

si duo fuerint, conponat solidos viginti et quattuor; si tres ossas fuerint, conponat solidos trigenta et sex; si super fuerint, non numerentur. Sic ita, ut unus ossus tales inveniatur, qui ad pedes duodicem supra viam sonum in scutum facere possit, et ipsa mensura de certo pede hominis mediocris mensuretur, non ad manum. Lex Frisionum, Additio Sap. tit. 3, c. 24: *Si ossa de vulnere exierint tantae magnitudinis, ut in scutum iactum, 12 pedum spatio distante homine, possit audiri, unum ter 4 solidis componatur, aliud ter duobus, tertium ter uno solido.* Cfr. quae congessit Merkel, Legg. III, p. 153, not. 91. 73) Cfr. supra tit. 5. Vox *sic* saepius loco *si* legitur, cfr. tit. 33, c. 1. 74) Cfr. supra tit. 38; tit. 60, c. 6. P. Roth, 'Geschichte des Beneficialwesens' (1850) p. 127 sqq. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' II, 1 (ed. 3, 1882) p. 195 sqq. 205 sqq. 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' V, p. 446. V. Ehrenberg, 'Commendation und Huldigung nach fränkischem Recht' (1877) p. 105 sqq. 75) Cfr. Lex Salica tit. 13. c. 9, add. 2: *Si quis sororis aut fratris filiam aut certe ulterius gradus consobrinam aut certe fratris uxorem aut avunculi sceleratis nuptiis sibi iunxerit, hanc poenam subiaceant ut de tale consortio separentur. Atque etiam si filios habuerint, non habeantur legitimi heredes, sed infamia sint notati.* Decretio Childeberti regis a. 596, c. 2 (Capp. ed. Boretius I, p. 15): *In sequenti hoc convenit una cum leodos nostros: decrevimus, ut nullus incestuosum sibi societ coniugio, hoc est nec fratris sui uxorem, nec uxoris suae sororem, nec uxorem patruo aut parentis consanguinei. Uxorem patris si quis acceperit, mortis periculum incurrat. De praeteritis vero coniunctionibus, quae incestae esse videntur, per praedicationem episcoporum iussimus emendare. Qui vero episcopo suo noluerit audire et excommunicatus fuerit, perenni condemnatione apud Deum sustineat et de palatio nostro sit omnino extraneus, et omnes res suas parentibus legitimis amittat, qui noluit sacerdotis sui medicamenta sustinere.* — Cap. Pippini a. 754—755, c. 1 (Capp. ed. Boretius I, p. 31): *Si homo incestum commiserit de istis causis, de Deo sacrata, aut commatre sua, aut cum matrina sua spiritali de fonte et confirmatione episcopi, aut cum matre et filia, aut nepta, aut cum consobrina atque subrina, aut cum amita vel matertera: de istis capitulis pecuniam suam perdat, si habet; et si emendare se noluerit, nullus eum recipiat nec cibum ei donet. Et si fecerit, 60 solidos domno regi componat, usque dum se ipse homo correxerit. Et si pecuniam non habet* (scil. incestuosus), *si liber est, mittatur in carcere usque ad satisfactionem. Si servus aut libertus est, vapuletur plagis multis; et si dominus suus permiserit eum amplius in tale scelus cadere, ipsos 60 solidos domno rege componat.* — Wilda, 'Das Strafrecht der Germanen' (1842) p. 855 sqq. — Cfr. 'Zeitschrift für

E CODD. A.

LXX.

1. Si quis homo a ligno seu a quolibet manufactile fuerit interfectus, non solvatur; nisi fortem[a] quis auctorem interfectionis in usos proprios adsumpserit, tunc absque frido[b] culpabilis iudicetur[76].

2. Si autem quis fossam vel puteum fecerit, seu pedica vel balista[c] incaute posuerit, et ibidem hominem vel pecus debilitaverit vel interficerit, omnem conpositionem, sicut lex contenit Ribuaria, culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iurit.

3. Quod si in sepem[d] animal[e] inpalaverit, et ipsi sepes mentonalis[f] non fuerit, dominus sepis interfectionem seu debilitatem rei[g] culpabilis iudicetur*.

*) *codex* 11 *addit:* aut si negaverit, cum legitimo numero iuret.

4. Si autem virga de foris sepe incaute[h] missa fuerit et aliquid interfecerit, solvatur. Si autem de intus sepe se in virga inpalaverit, non est solvendus.

5. Quod si quis in sepem vel in quacumque libet periculo res alienas invitas minaverit, et ibidem interfecta vel debilitatas[i] fuerint, similis restituat, aut cum 6 iurit, quod hoc non fecisset[k].

LXXI.

De[a] quacumque causa fistuca[b] intercesserit[c], lacina[d] interdicatur, sed[e] cum sacramento se edoniare [studeat[f]].[77]

LXXII[78].

1. Si quis hominem interciaverit[a], et infra placitum[b] mortuos fuerit, in quadruvio cum retorta in pede

E CODD. B.

LXXII.

De homine a ligno interfecto.

1. Si quis homo a ligno seu aliquolibet manufactile fuerit interfectus, non solvatur; nisi forte quis auctorem[a] interfectionis in usos proprios adsumpserit, tunc absque fredo culpabilis iudicetur.

2. Si autem quis fossam vel puteum fecerit, seu pedicam vel ballistam[b] incaute[c] posuerit, et ibidem hominem vel pecus debilitaverit vel interfecerit, omne conpositione, sicut lex continet Ribuaria, culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iuret.

3. Quod si in saepem animal inpalaverit, et ipsa saepes mentonalis non fuerit, dominus saepis interfectionis seu debilitatis reus culpabilis iudicetur[d].

4. Si autem virga de foris saepe incaute missa fuerit et aliquid interficerit, solvatur. Si autem de intus saepe se in virga inpalaverit, non est solvendus[e].

5. Quod si quis in saepem vel in quocumque libet periculo res alienas invitas minaverit, et ibidem interfectae vel debilitatae fuerint, similes restituat, aut cum 6 iuret, quod hoc non fecisset.

LXXIII.

De fistuca[a] intercurrente[b].

De[c] quacumque causa fistuca[d] intercesserit[e], lacina[f] interdicatur[g], sed[h] cum[i] sacramento se idoniare [studeant[k]].

LXXIV.

De homine intertiato vel pecore mortuo.

1. Si quis hominem intertiaverit, et infra placitum[a] mortuus fuerit, in

Tit. LXX. a) forte 6—11; *deest* 5. b) fredo 4. 6—11; ipsa leode *addit* 3; ipsa liude *addit* 10. c) palista 4; basilisca 5; balister 6. 7; ballistam 8—11. d) septem 1. e) se *inserit* 4. f) mentionalis 6. 7. g) restituat 2; reus 8—10. h) *deest* 4; in curte 6. 7. i) debilitas 1. 2. 5. k) hoc non fecisset *desunt* 2, *ubi* quod *coniungitur cum sequentibus* de quacumque causa *etc.*

Tit. LXXI. a) Die 5. b) festuca 3. 5. 9; fistucam 6; festucam 7. c) intercesserint 7. d) locma 2; lacmah 6; lacmach 7. e) et 5; secundum (cum *omisso*) 6. 7. f) studeat *addunt* 4. 9.

Tit. LXXII. a) interfecerit 6. 7. b) platitum 5.

Tit. LXXII. a) actorem 2. b) balistam 3. 4. 6. 14; valistam 2; balista 19; balistas 13. c) in capite 13. d) aut si negaverit, cum legitimo numero iuret, *addit Til.* e) solvendum 8.

Tit. LXXIII. a) festuca 3. 14. b) in terra currente 14. c) Se 8. d) festuca 3; fistica 8. e) intercesserint 19; interfecerit *Her.* f) licina 13. g) indicatur 8. h) se 13. i) cum *deest* 3. k) studeant *addit* 3; *titulum LXXIII. omisit Sich.*

Tit. LXXIV. a) palacio 3.

Rechtsgeschichte' V, p. 447 sqq. 76) Wilda, 'Das Strafrecht der Germanen' p. 548. 77) i. e. si per festucam sacramentum solemniter promissum est *(fistuca de causa intercesserit)*, via ad altare iuraturo iam non impediatur *(lacina*, i. e. viae cum armis contradictio, cfr. infra tit. 80. cum nota, *interdicatur)*, sed cui parti sacramentum concessum est, ea sacramento se idoneet. Aboletur titulo nostro vetus ius Ribuariorum, quod supra tit. 59, c. 4. traditur. Cfr. 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' V, p. 429 sqq. Aliam opinionem defendunt H. Siegel, l. cit. (not. 67) p. 35. 36. 40; R. Loening, 'Der Vertragsbruch im deutschen Recht' (1876) p. 10. M. Thévenin, 'Contributions à l'histoire du droit germanique' (1880) p. 42. 78) Cfr. tit. 33; H. Siegel, 'Gerichtsverfahren' p. 252. 253; Sohm, 'Process der Lex Salica' p. 113.

E CODD. A.

sepeliatur, et ibidem ad diem[c] placitus[d] cum testibus accidat[e], et cum ipsis sex, qui eum sepelire viderunt, in haraho[f] coniuret, quod[g] ibidem ipsi interciatus[h] absque interfectionem hominum, pecodum vel alterius rei[i], nisi communem mortem consumptus, sepultus iaciat, et ipsam retortam in[k] pedem habeat, et[l] sic per[l] ipsa retorta[k] super ipso sepulchro semper de manu in manu ambulare debit, usque dum ad[m] ea manu venit, qui eum inlicito ordine vindedit vel furaverit. Quod [si[n]] ita non fecerit, capitale et dilatura cum legis[o] beneficio seu con[p] furtu culpabilis iudicetur.

2. Si autem ei fuga lapsus fuerit, si infra ducatum, super quattuordecim[q] noctes; si extra ducato, super 40 noctes[r]; quod si extra regno, super 80[r] placitus[s] ei concidatur[t]. Quod si infra placitum eum repraesentare non potuerit, capitale et dilatura seu texaga[u] vel legis[v] beneficio culpabilis iudicetur[79].

3. Si[w] autem eum[x] interficerit[y], nisi in quadruvio cum retorta sepultus[z], ipsi[a] capitale et dilatura cum[b] texaga[c] seu[d] cenu werdunia[e] vel legis[f] beneficium culpabilis iudicetur.

4. Si autem aliquid[g] culpa[h] emiserit[i], dum intertiatus[k] est, ipsi[l] ex hoc culpabilis iudicetur[m], qui eum[n] eo tempore post se reteneat[o].

5. Si homo commendatus[p] vel fugitivus defunctus[q] fuerit, similiter in quadruvio cum retorta[r] sepeliatur. Quod si ita non fecerit, ipsi[s], qui eum post se retenuit, precium rei[t] cum legis beneficio culpabilis iudicetur[80].

6. Si autem animal intertiatus[u] infra placitum[v] mortuos fuerit, tunc illi, qui causam prosequitur, cum testibus memorare debet, qualiter adpreciatus[w] fuerit,

E CODD. B.

quadruvio cum retorta in[b] pede[b] sepeliatur, et ibidem ad[c] diem placitus[c] cum testibus accedat, et cum ipsis sex, qui eum sepelire viderunt, in araho[d] coniuret, quod ibidem ipse intertiatus absque interfectione[e] hominum[e], pecodum vel alterius rei, nisi[f] commune morte consumptus, sepultus iaceat, et ipsam retortam in pede habeat, et per ipsam retortam super ipso sepulchro semper de manu in manum ambulare debet, usque dum ad eam manum veniat[g], quae[h] eum inlicito ordine vendidit vel furavit. Quod si ita non fecerit, capitali et dilatura[i] cum legis beneficio seu cum furto culpabilis iudicetur.

2. Si autem ei[k] fuga lapsus fuerit, si infra ducatum, supra[l] quattuordecim noctes; si extra ducatum, super 40 noctes; quod si extra regnum, super 80 placitus ei concedatur. Quod si infra placitum eum repraesentare non potuerit, capitali et dilatura[m] seu furto vel legis beneficio culpabilis iudicetur.

3. Si autem eum interfecerit, nisi in quadruvio cum retorta sepultus, ipse capitale et dilatura cum furto seu cinewerdunia[n] vel legis beneficio culpabilis iudicetur.

4. Si autem aliquid culpae commiserit, dum intertiatus est, ipse de hoc culpabilis iudicetur, qui eum eo tempore post se retinuit[o].

5. Si homo commendatus vel fugitivus defunctus fuerit, similiter in quadruvio cum retorta sepeliatur. Quod si ita non fecerit, ipse, qui eum post se retinuit, pretium rei[p] cum legis beneficio culpabilis iudicetur.

6. Si autem animal intertiatum infra placitum mortuum fuerit, tunc ille, qui causam prosequitur, cum testibus

c) ad diem *desunt* 6. 7. 11. d) placiti 4; platiti 5; placitum 10. e) *sic* 1; accedat *rell.* f) haracho 8; harao 3; aracho 4—7; araho 9. 11. g) qui 6. 7. h) intertiatur 2. i) regi 2. k) in — retorta *omiserunt* 4. 6. 7. l) *ita* 9; et super 1—3; et per 8—11; *desunt* 4—7. m) *deest* 5. n) si *deest* 1—3. o) lege 6. 7. p) *ita* 1; cum *rell.* q) IIII 1. 2. r) *desunt* 1. 2; quod si extra regno, super XL 5. s) platitas 5. t) accedat 6. 7; constituatur vel concedatur 11. u) texaca 2. 9; taxaga 3. 11; furto 8. 10. v) legi 6. 7. w) quis *inserit* 4. x) *deest* 4. 6. 7. y) interfectus 6. 7. z) fuerit *inserit* 4. a) *sic* 1. 3; ipse *rell.* b) *deest* 6. 7. c) texaca 2. 9; texiaca 3; dexaga 5; furto 8. 10. d) seum 1; vel 5. e) cenu werduna 3; caenu werdunia 4; cina werduina 5; cene weduria 6; cenewerduria 7; cinewerdunia 8—10; cinewerdone 11. f) legi 6. 7. g) aliquis 6. 7. h) *ita* 1; culpam 6. 7; culpe *rell.* i) amiserit 4; commiserit 8—11. k) interciata 1—3. 6. 7. l) *ita* 1. 3; ipse *rell.* m) *deest* 1. 2. n) *deest* 6. 7. o) retenuit 4; retinuit 6—8. 10. 11; retenit 9. p) commenditus 4; mentitus 5. q) *deest* 5. r) in pede *inserit* 4. s) *ita* 1. 3; ipse *rell.* t) regi 1—3. 5. 7; ei 11. u) fuerit *addunt* 6. 7. v) platitum 5. w) ad placitum 6; adplacitus 7.

b) in pede *desunt* 13. c) ad diem placiti 3; a die placito 13; ad diem placitum 8; a diem placitum 17. d) araha 2; ahro 6; araco 8; aracho 19. 21; haraho 3. *Sich.* e) internem hominem 13. f) sed 3. g) *deest* 13. h) qui 13. 19. i) delatura 8. k) is *Her.* l) super 2. 3. 6. 13. m) delatura 8. *Her.* n) cinae werdunia 12; cinea verdunia 2; cina werdunia 8; cine werdimia 3; cine werdinia 14; werdunia 19. o) tenuerit 13. p) regi 18; regis 19; regni 13.

79) Cfr. infra c. 8. 80) Cfr. Pactus Childeberti regis c. 7 (Capp. ed. Boretius I, p. 5): *Si quis aliena mancipia iniuste tenuerit et infra dies quadraginta non reddederit, latro mancipiorum teniatur obnoxius.*

E CODD. A.

et illi[x], super quem interciatur[y], corio[z] con[a] caput decortigato in praesentia iudicis auctorem suum ostendere debet. Quod si auctor reciperet, tanto[b] solido uno de cine werdunia[c] pro corio restituat.

7. Quod si animal vivum fuerit et debilitatum vel macilendum[d], quantum eo tempore adpreciatus fuerit, sic de cenu werdunia[e] restituat. Si autem sanum vel inmaculatum restituerit, tunc omnem precium suum recipiat[f].

8. Quod si furtu ablatus fuerit, tunc illi[g], super quem interciatus fuerit, capitale et dilatura cum texaga[h] culpabilis iudicetur[81].

9. Vestimentum autem seu his similia[i] absque probabile signum interciare prohibemus.

LXXIII.

1. Si quis ingenuos Ribuarios[a] furonem ligaverit, et eum absque iudicio principes[b] solvere[c] praesumpserit, 60[d] solidos culpabilis iudicetur[82].

2[e]. Si quis eum vim tullerit, 60[f] solidos culpabilis iudicetur.

3. Si autem legatus[g] fuga lapsus fuerit[h], et hoc cum sex iuraverit, quod absque eius voluntate fuga lapsus[h] fuisset, innocens habeatur.

4. Si autem, cui commendatus fuisset, fugam[i] evaserit, 60 solidos culpabilis iudicetur[83].

E CODD. B.

memorare debet, qualiter adpretiatum fuerit, et ille, super quem intertiatur[q], corio cum capite decorticato in praesentia iudicis[r] auctorem[s] suum[s] ostendere debet. Quod si auctor[t] reciperit, tantum solidum unum de cine werdunia[u] pro corio restituat.

7. Quod si animal vivum fuerit et[v] debilitatum vel macelentum, quantum eo tempore adpraetiatum fuerit, sic de cine werdunia[w] restituat. Si autem sanum vel inmaculatum restituerit, tunc omne pretium suum[x] recipiat.

8. Quod si furto ablatum fuerit, tunc ille, super quem intertiatum fuerit, capitale et delatura[y] cum furto culpabilis iudicetur.

9. Vestimentum[z] autem seu his similia absque probabili[a] signo intertiare prohibemus.

LXXV.

De homine ligato absque iudicio dimisso.

1. Si quis ingenuus Ribuarius furem ligaverit, et eum absque iudicio principis solvere praesumpserit, 60[a] solidis[a] culpabilis iudicetur.

2[b]. Si quis eum vi tulerit, 60 solidis culpabilis iudicetur.

3. Si autem ligatus fuga lapsus fuerit, et hoc cum 6 coniuraverit, quod absque eius voluntate fuga lapsus fuisset, innocens habeatur.

4. Si autem, cui commendatus fuerit, fuga evaserit, 60[c] solidis culpabilis iudicetur.

x) ille 2. 4. 8—11. y) interciatus 6. 7. z) cono 1. a) *sic* 1; cum *rell.* b) tantum 5. 8—11. c) ceno werdunia 2; cinu werdunia 3; cene werdunia 4; cinu werdina 5; cine wedrunia 6; cina werduna 11. d) macilentum 4. 9—11; macelentum 6—8; matilentum 3. e) ceno werdunia 2. 3; cinuwerdina 5; cine werdunia 7—10; cine werduna 11; cine wedrunia 6; cewerdunia 4. f) *reliqua desunt* 4. g) *sic* 1. 3; ille *rell.* h) texaca 2. 9; texiaca 3; texa 11; furto 8. 10. i) *initium capitis* Vestimentum autem seu his si *omiserunt* 1. 2.

Tit. LXXIII. a) *sic* 1; ingenuus Ribuarius *rell.* b) principis 5—10; princeps 11. c) solverit 1—3. d) XL 3. e) *caput* 2. *omisit* 1. f) LXX 7. g) *ita* 1; ligatus *rell.* h) fuerit — lapsus *desunt* 1. 2. 11. i) fuga 6—11.

q) interciatum est 3. r) iudices 7. s) actori suo 3. t) actor 2. u) cina verdunia 6; ci werdia 13; tinewerdunea 2; de cinew. *omisit Sich.* v) sed 6. 7. w) tene werdunia 2; cini werduniea 8. x) *deest* 6. y) dilatura 3. 6. 8. 13. 14. 19. z) vestimenta 4. 19. a) probalissimo 13.

Tit. LXXV. a) sol. I 13; XL sol. *Sich.* b) *caput* 2. *deest* 10. 13. c) XL 6.

81) Cfr. supra c. 2. — Cap. legi Rib. additum a. 803, c. 12 (Capp. ed. Boretius I, p. 118): *LXXII cap. Si res interciata furto ablata fuerit, liceat ei, super quem res interciata fuerit, sacramentum se excusare de furto, nec suae voluntatis aut conscientiae fuisse, quod ablatum est; et tantum sine dampno restituat.* — Sohm, 'Process der Lex Salica' p. 119. 120. 82) Qui furem ligaverit (cfr. tit. 41), ad accusandum furem obligatus est, neque sine iudice (nisi *principe*, i. e. rege, concedente) cum fure se componere licet. Cfr. ex. gr. Pactus Childeberti regis a. 511—558, c. 3 (Capp. ed. Boretius I, p. 5): *Si quis furtum suum invenerit et occulte sine iudice compositionem acceperit, latroni similis est.* Decretio Chlotharii c. 13 (eod. p. 6): *Si quis occulte de re sibi furata a quolibet latrone compositionem acceperit, utraque latronis culpam subiaceat; fures tamen iudicibus presentetur.* Lex Franc. Cham. c. 30: *Si quis infra pagum latronem comprehenderit, et ante illum comitem eum non adduxerit aut ante suum centenarium, solidos* 60 *componere faciat.* Similiter Lex Burgundionum (ed. Binding) tit. 71: *Si quis inconsciis iudicibus de furto, quod ipsi factum est, crediderit conponendum, poenam, quam fur soliturus erat, ipse suscipiat* — Sohm, 'Process der Lex Salica' p. 166, not. 6. R. Loening, 'Der Reinigungseid' (1880), p. 110. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte', ed. 3, II, 2 (1882) p. 185. 83) De duobus casibus titulo nostro agitur: de fure ligato (c. 1—3) atque de fure commendato (c. 4). Commendatus est, quem comes aut centenarius ad

E CODD. A.

LXXIV.

Hoc autem constituemus, ut nullus cum servo alieno negutium faciat vel commutationem facere non[a] praesumat, nec ei ullam commendationem vel contradicionis[b] faciat, nec a servo quisquam[c] commendatam vel traditam rem accipiat. Si quis autem post haec divinicionem[d] servum aliquid commendare praesumpserit, nihil recipiat, et dominus eius[e] ex hoc innocens habeatur[84]. Similiter de puero vel de muliere alterius[85] constituimus.

LXXV.

Si quis caballum, hominem, vel qualibet rem in via propriserit, aut eum secutus fuerit, per tres marcas[a] ipsum ostendat, et sic postea ad reges[b] stafflum[c. 86]. Sin autem aliter agerit[d], fur iudicandus[e] est. Quod si quis latronum[f] aliquid tullerit, similiter faciat.

LXXVI.

Si quis Ribuarius in silva commune seu reges[a] vel alicuius locadam[b] materiamen[c] vel ligna finata[d] abstulerit, 15 solidos culpabilis iudicetur, sicut[e] de venationibus vel de piscationibus, quia non[f] res[g] possessa[h], sed de[i] ligna[k] agitur. Aut si negaverit, cum tres iurit[87].

E CODD. B.

LXXVI.

Ut nullus cum servo traditionem vel commutationem[a] faciat.

Hoc autem constituimus, ut nullus cum servo alieno negotium faciat vel commutationem facere praesumat, nec ei ullam commendationem vel[b] traditionem[b] faciat, nec a servo quisquam commendatam vel traditam rem accipiat. Si quis autem[c] post hanc definitionem servo aliquid commendare praesumpserit, nichil recipiat, et dominus eius de hoc innocens habeatur. Similiter de puero vel de muliere alterius constituimus.

LXXVII.

De re proprisa vel secuta.

Si quis caballum, hominem, vel quamlibet rem in via propriserit, aut eum secutus fuerit, per tres marcas[a] ipsum ostendat, et sic postea ad regis stapplum[b]. Sin autem aliter egerit, fur iudicandus est. Quod[c] si quis latroni aliquid tulerit, similiter faciat[c].

LXXVIII.

De materiamine vel lignis furatis.

Si quis Ribuarius in silva communi seu regis vel alicuius locata[a] materiamen vel ligna fissa abstulerit, 15 solidis culpabilis iudicetur, sicut[b] de venationibus vel de piscationibus, quia non res[c] possessa[c] est, sed de ligna agitur[d]. Aut si negaverit, cum 3[e] iuret.

Tit. LXXIV. a) non *deest* 6—11. b) *sic* 1*;* vel contrad. *desunt* 6. 7; traditionem *rell.* c) quicquam 5. 9. 10. d) *sic* 1; difinicionem 6; diffinitionem 7—9. 11; definitionem 3. 10; divinationem 5; de venditionem 2. e) exutus fuerit *inserit* 3.

Tit. LXXV. a) marchas 2. b) *sic* 1*;* regis *rell.* c) staphulum 5; stafolum 8; stapulum 2; stabulum 3. 6; stabulo 7; staplum 9; stapplum 11. d) aggeret 5; egerit 8—11; cogerit 6. 7. e) iudicaturus 5; iudicatus 6. 7. f) latronem 2. 7; latroni 6. 8—11.

Tit. LXXVI. a) *sic* 1*;* regis *rell.* b) locatam 6. 7. 9; locata 10; locati 8; loca 5; lacata 11. c) materiamem 1. d) *sic* 2. 5—7. 9*;* sinata 1; finita 3; fissa 8. 10. 11. e) si quis 3. 8; sic 6; similiter de piscationibus vel de diversis venationibus culpabilis iudicetur *(reliquis omissis)* 5, *conf. supra tit.* 42, *cap.* 1, *not. b.* f) *deest* 3. 6. 7. g) ressa 1. 2; est res 8. h) est *addunt* 9—11, *conf. not. g.* i) do 1. k) ligno si 3.

Tit. LXXVI. a) commendationem 18; comparationem 10; conparationis 19. b) vel trad. *desunt* 13. c) anno *inserit* 13.

Tit. LXXVII. a) marchas 13. b) staplum 2. 3. 4. 13. 14. 17. 21; staphplum 6; stabulum *Sich.* c) Quod — faciat *desunt* 4.

Tit. LXXVIII. a) locatum 3; locatam 8. *Sich.;* loca 4. 19; hocata 2. b) si autem 13; si quis 14; sic 18. c) responsa 4. 13. d) quia non — agitur *desunt* 21. e) IV 2; sex 6. 13; XII 4.

custodiendum tradidit. Si fur ei, cui commendatus est, fuga evasit, poena banni regii solvenda est, omni excusatione denegata (aliter de fure ligato statuit c. 3). Cfr. Ehrenberg l. cit. (not. 74) p. 8, not. 13, p. 34. Cfr. quoque Decretio Childeberti a. 596, c. 9 (Capp. ed. Boretius I, p. 17): *Si quis centenario aut cuilibet iudice noluerit ad malefactorem adiuvare, sexaginta solidis omnis modis condempnetur.* 84) Cfr. Lex Salica tit. 27, c. 26: *Si quis cum servo alieno aliquid negutiaverit, hoc est nesciente domino, — sol.* 15 *culp. iud.* — Capit. VI. ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 111) c. 8: *Si quis ingenuus cum servo alieno nesciente domino negotiaverit aut cum liberto in villa nesciente domino negotiaverit, — sol.* 15 *culp. iud.* 85) Cfr. R. Schröder, 'Geschichte des deutschen ehelichen Güterrechts' I (1863) p. 126 sqq. 86) i. e. ad tribunal regis, cfr. supra tit. 33, c. 1. 87) Cfr. supra tit. 42; de ordinaria poena furti secundum legem Ribuariam cfr. not. 51. — Lex Salica tit. 27, c. 16—19: *Si quis in silvam materium alterius concapulaverit aut incenderit, — sol.* 15 *culp. iud. Si quis materium alienum ex una parte dolatum praesumpserit, — sol.* 3 *culp. iud. Si quis ligna aliena in silva aliena furaverit, sol.* 3 *culp. iud. Si quis arborem post annum quod fuit signatus praesumpserit, nullam habet culpa.* — Capit. VI. ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 111) c. 6: *Si quis porcina de via sua hostaverit vel*

E CODD. A.

LXXVII.

Si quis hominem super res suas conprehenderit, et eum ligare voluerit, aut super uxorem, aut super filiam, vel his similibus, et non praevaluerit legare[a], sed colebus[b] ei excesserit, et eum interficerit, coram testibus in quadruvio in clita[c] eum levare debet, et sic 40 seu 14 noctes[d] custodire, et tunc ante iudice in harao[e. 88] coniurit, quod eum de vita forfactum interfecisset. Sin autem ista non adimpleverit, homicidii[f] culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iuret, quod hoc non fecisset[89].

LXXVIII.

Si quis furonem in domo reciperet, vel ei ospicium seu victum praestiterit, dum res alienas furaverit, ipsi[a] similis furonem[b] culpabilis iudicetur, aut cum sex iurit, quod eum non celasset nec in domo pavisset.

LXXIX.

Si quis homo propter furtum comprehensus fuerit, et legitime superiuratus[90], et in iudicio principes[a] penditus[b] fuerit, vel in quocumque libet patibulum[c] vitam

E CODD. B.

LXXIX.

De homine furbattudo[a. 87*].

Si quis hominem super rebus suis conpraehenderit, et eum ligare voluerit, aut super uxorem, seu super filiam, vel his similibus, et non praevaluerit ligare, sed procolebus[b] ei excesserit, et eum interficerit, coram testibus in quadruvio in clida[c] eum levare debet, et sic 40[d] seu quattuordecim noctes custodire, et tunc ante iudicem in araho[e] coniuret, quod eum de vita forfactum[f] interfecisset. Sin autem ista non adimpleverit, homicidii culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iuret, quod hoc non fecisset.

LXXX.

De eo qui furem in domo reciperit.

Si quis furem in domo reciperit, vel ei hospitium seu victum praestiterit, dum res alienas furatus fuerit, ipse similis furi culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret, quod eum nec caelasset nec in domo pavisset.

LXXXI.

De homine penduto et eius hereditate.

Si quis homo propter furtum conpraehensus fuerit, et legitime superiuratus[a], et iudicio principis pendutus fuerit, vel in quocumque libet patibulo

Tit. LXXVII. a) *ita* 1; ligare *rell.* b) colepus 2; colibus 9; colabus 3; colaphis 5; colbus 6. 7; pro colibus 8. 10; pro colebus 11. c) *sic* 2. 3; clinata 1; cleta 9; dicta 5; clida 6—8. 10. 11. d) eum *inserunt* 3. 8. e) haraho 2. 10. 11; araho 8. 9; aracho 5—7. f) homicida 2. 3. 5.

Tit. LXXVIII. a) *sic* 1. 3; ipse *rell.* b) furoni 6. 7. 11; furi 8—10.

Tit. LXXIX. a) principis 5—11. b) pendutus 2. 3. 5. 8. 9. 11. c) loco 11.

Tit. LXXIX. a) furbattuto 2. 3; forbatudo 13; furbatido 14; furbattundo 6; forban 8. b) pro colibus 4. 13. 14. *Til.*; procolepus 15. 16; procolobus 17; per collibus 2; praecolibus 21; procolpos 19; colpus 3. 8. 18; colaphus *Her.* c) clita 3. d) L 13. e) ara hoc 2; aracho 19. 21; haraho 3. 18. *Sich. Til.*; atrio 17. f) forfaictum *Til.*

Tit. LXXXI. a) superatus 6. *Til.*; superiutores 17.

materiamen de silva involaverit aut lignarium quem alter capulaverit vel in carro carcaverit, pro utraque causa — sol. 15 *culp. iud.* — R. Schröder, 'Die Ausbreitung der salischen Franken' in 'Forschungen zur deutschen Geschichte' XIX, p. 145. 87*) *Furbattudus* est homo absque compositione interfectus, cfr. Decr. Childeberti, supra p. 228, not. 59: *ipsum raptorem occidat, et iaceat forbatutus;* Cart. Senon. 17 (Formulae ed. Zeumer p. 191 sq.) cum nota 2, quam Zeumer l. cit. p. 192. adiecit. 88) i. e. in mallo, cfr. supra p. 225, not. 45. 89) Cfr. supra tit. 41. — Form. Turon. 30. 31. Cart. Senon. 17 (Formulae ed. Zeumer p. 152 sqq., 191 sqq.) — Chlotharii II. edict. a. 614, c. 22 (Capp. ed. Boretius I, p. 23): *Neque ingenuos neque servus, qui cum furto non depraehinditur, ad iudicibus aut ad quemcumque interfici non debeat inauditus.* 90) Agitur hic non de eo fure, qui in ipso facinore ('auf handhafter That') comprehensus et ligatus est, sed de eo, quem iudex, furti suspectum, comprehendit atque in carcerem publicum misit aut alicui custodiendum tradidit (cfr. tit. 73, c. 4). — Cfr. Decretio Childeberti regis a. 596, c. 7 (Capp. ed. Boretius I, p. 16): *De furis et malefactoris ita decrevimus observare, ut, si quinque aut septem bonae fidei homines absque inimicitia interposita criminosum cum sacramenti interpositione esse dixerint, quomodo sine lege involavit, sine lege moriatur. Si quis iudex comprehensum latronem convictus fuerit relaxasse, vitam suam amittat, et disciplina in populum modis omnibus observetur.* Eod. c. 8: *convenit et ita bannivimus, ut unusquisque iudex, criminosum latronem ut audierit, ad casam suam ambulet et ipsum ligare faciat; ita ut si Francus fuerit, ad nostra praesentia dirigatur, et si debilioris personas fuerit, in loco pendatur.* — De poena furti secundum legem Ribuariam cfr. supra not. 51. — Cfr. R. Loening, 'Der Reinigungseid' (1880) p. 110. 111.

E CODD. A.

finiverit[91], omnes res suas heredes possedeant[92], exceptis capitale et dilatura in loco restituant.

LXXX.

Si quis Ribuarium[a] de via[b] sua ostaverit[c], 15[d] solidos culpabilis iudicetur, aut cum 6 iurit, quod ei viam suam cum arma numquam[e] contradixisset[93].

LXXXI.

Si quis homo Ribuarius defunctus fuerit, vel interfectus, et filium reliquerit, usque 15. anno pleno[a] nec causam prosequatur, nec in iudicium interpellatus responsum reddat[94]; 15. autem anno[b] aut ipsi respondeat, aut defensorem elegat. Similiter et filia.

LXXXII[a].

1. Si quis Ribuarius[b] in messe aliena vel in quacumque libet clausuram damnum fecerit, aestimatione

E CODD. B.

vitam finierit, omnes res eius heredes possideant, excepto capitale et dilatura[b] in[c] locum restituant[c].

LXXXII.

De viae lacina[a].

Si quis Ribuarius ingenuum Ribuarium de via obstaverit, 15 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret, quod ei viam suam cum armis numquam contradixisset.

LXXXIII.

Ut parvulus non respondeat ante 15 annos.

Si quis homo Ribuarius defunctus fuerit vel interfectus, et filium reliquerit, usque[a] 15.[b] annum plenum nec causam prosequatur, nec in iudicio interpellatus responsum reddat; 15.[c] autem anno aut ipse respondeat, aut defensorem eligat. Similiter et filia.

LXXXIV.

De damno in messe vel in clausura.

1. Si quis Ribuarius in messe aliena vel in quacumque libet clausura damnum fecerit, aestimatione[a] damni

Tit. LXXX. a) *sic* 7; Ribuario 6; Ribuarius 1—3. 5; Ripuarius ingenuum Ripuarium 8—11. b) vita 2. c) hostaverit 2. 5. 8. d) XL 8. 10. e) non 6. 7.

Tit. LXXXI. a) usque XV annos plenos 5; usque in XV annorum pleno 6. 7; usque quinto decimo anno (pleno *omisso*) 3. b) post XV autem annos 6. 7; post XV autem annorum 9.

Tit. LXXXII. a) *titulum LXXXII hic omisit* 5, *sed inseruit supra tit. XLV, not. c.* b) Ribuaria 7.

b) delatura 8. *Her.* c) quae in locum restitui debent 3.

Tit. LXXXII. a) De via lacina 2. 11. 13; De via lazina 3; De viae lacinae 4; De via lacinia 7. 8. *Til.*; De viae laciniae 17.

Tit. LXXXIII. a) in *inserit* 13. b) quintum decimum 3; quintodecimum 5. 6. 15. 16. 17. 18. c) quintodecimo 3. 4. 6. 8. 10. 17. 18.

Tit. LXXXIV. a) testimonium 4. 19.

91) Cfr. supra not. 51. 92) Aliter supra tit. 69. Cum titulo nostro concordat decr. Childeb. c. 2 (supra not. 75) c. 4 (p. 228, not. 59). Chlotharii II. edict a. 614, c. 18 (eod.). 93) Cfr. Lex Salica tit. 31: *Si quis baronem ingenuum de via sua ostaverit aut inpinxerit, malb. via lacina, hoc est* 600 *dinarios qui faciunt sol.* 15 *culp. iud. Si quis mulierem ingenuam de via sua ostaverit aut inpinxerit, malb. machina, hoc est* 1800 *dinarios, qui faciunt sol.* 45, *culp. iud.* 94) Cfr. Divisio a. 817, c. 16 (Capp. ed. Boretius p. 273): *Si vero alicui illorum contigerit, nobis decedentibus ad annos legitimos iuxta Ribuariam legem nondum pervenisse, volumus, ut, donec ad praefinitum annorum terminum veniat, quemadmodum modo a nobis, sic a seniore fratre et ipse et regnum eius procuretur atque gubernetur. Et cum ad legitimos annos pervenerit iuxta taxatum modum, sua potestate in omnibus potiatur.* — Cap. ad leg. Salic. a. 819, c. 5 (ed. Boretius ap. Behrend, Lex Salica p. 115; Capp. p. 293): *De XXVI. capitulo: Si quis puer infra duodecim annos aliquam culpam commiserit, fredus ei non requiratur. De hoc capitulo iudicatum est, ut, si infans infra duodecim annos res alterius iniuste sibi usurpaverit, eas excepto fredo cum lege sua conponat, et ita manniatur, sicut ille manniri [potest], cui contra legem fecit, et ita a comite ad mallum suum adducatur, sicut ille adduci potest, cui contra legem fecit. De hereditate vero paterna vel materna si aliquis eum interpellare voluerit, usque ad spatium duodecim annorum expectare iudicatum est.* — Cap. Wormat. pro leg. hab. a. 829, c. 4 (Pertz, Legg. I, p. 353): *Quicunque res alienas cuilibet homini vendiderit, et ipse homo easdem res alicui alteri dederit sive vendiderit, et ipse, qui tunc easdem res conparatas habet, per malum ingenium proprio filio aut alteri cuilibet necdum legitimos annos habenti, iustitiae tollendae causa tradiderit, volumus atque firmiter praecipimus, ut, si pater eiusdem parvuli vixerit, ipse intret in causam rationem reddendi pro filio suo. Si autem pater ipse mortuus est, tunc legitimus eius propinquus, qui iuste ei tutor ac defensor esse videtur, pro ipso rationem reddere compellatur. Similiter de aliis omnibus iustitiis ad eum pertinentibus, excepta sua legitima hereditate, quae ei per successionem parentum suorum legitime venire debuit.* W. Th. Kraut, 'Die Vormundschaft nach den Grundsätzen des deutschen Rechts' I (1835), p. 133. III (1859), p. 114. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' III. ed. 2 (1883) p. 281 sq. F. Rive, 'Geschichte der deutschen Vormundschaft' I, (1862), p. 200. von Amira 'in Krit. Vierteljahrschrift für Gesetzgebung u. Rechtswissenschaft' XVII (1875), p. 430. H. Brunner in 'Zeitschr. f. vergleichende Rechtswissenschaft' I (1879), p. 333.

E CODD. A.

damni culpabilis iudicetur*. Si autem negaverit, et convictus fuerit, capitale[c] cum texaga[d] et dilatura culpabilis iudicetur[95].

*) *codex* 8 *hic inserit:* Si autem negaverit et convictus fuerit, cum 15 solidis damno restituat. Si quis absente pastore peculium in parricho miserit et aliquid exinde perdiderit, similem restituat[96].

2. Si quis peculium[e] in messe[f] adpraehenso ad paricum[g] minare non permiserit, 15[h] solidos culpabilis iudicetur, aut cum 6 iurit, quod hoc non fecissit[97].

LXXXIII.

1. Si quis baro[a] seu mulier Ribuaria per[b] maleficium aliquem[c] perdiderit[d], weregildum[e] conponat.

2. Si autem mortuos[f] non fuerit, et varietatem seu debilitatem probabile ex hoc in corpus habuerit, 100 solidos culpabilis iudicetur, aut cum 6[g] iurit[98].

LXXXIV.

Si quis grafionem[a] ad res alienas iniuste tollendas[b] invitaverit, 45 solidos [culpabilis[c] iudicetur, et] similem[d] restituat[99].

E CODD. B.

culpabilis iudicetur. Si autem negaverit, et convictus fuerit, capitale cum furto et dilatura[b] culpabilis iudicetur.

2. Si quis peculium alieno in messe adpraehensum ad parricum[c] minare non permiserit, 15 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6[d] iuret, quod hoc non fecisset.

LXXXV.

De maleficio.

1. Si quis vir seu qua mulier Ribuaria per venenum, seu per aliquod maleficium aliquem perdiderit, weregildum[a] conponat.

2. Si autem mortuus non fuerit, et varietatem seu debilitatem probabilem[b] ex hoc in corpore habuerit, 100 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret.

LXXXVI.

De gravione[a] iniuste invitato.

Si quis gravionem[b] ad res alienas iniuste tollendas invitaverit, 45 solidos conponat, et similem restituat.

c) culpam 6. 7. d) texaga 3. 8. 9; taxaga 11; furto 10. e) alienum *addunt* 8—10. f) aliena *addit* 11. g) parricum 8—10; parricium 11; parcum 6. 7; pargum 3; periculum 2. h) XII 5, *supra tit. XLV. not. c.*

Tit. LXXXIII. a) paro 5; vir 8. 10; virum seu mulierem Ripuariam 11. b) venenum seu per aliquod *inserunt* 8. 10. c) aliquid 6; aliquod 7. 11. d) aut interficerit *addunt* 3. 8. 10. e) wirigeldum 2; verigeldum 5; werigildum 10. 11; weregellum 8; widregild 6. 7. f) *sic* 1. 3; *rell.* mortuus. g) XII 7.

Tit. LXXXIV. a) graffionem 7; gravionem 8. 10. b) tollentes 1. c) culp. iud. et *inserunt* 6. 7; conponat et *inserunt* 8—11. d) simili 3; similis 6. 7.

b) delatura 8. *Her.* c) paricum 2. 7. 14. 21; parcum 4. 13. 17. 19. *Til.*; par:cum 10; parium 3. d) tribus *Sich.*

Tit. LXXXV. a) weregeldum 6. 13. 19; wergildum 7; widrigildum 2; wedregildum 17. b) *deest* 13.

Tit. LXXXVI. a) grafione 3. 12. 13. 22; grafionem 4. 6; graffione 19; graphione *Sich.* b) grafionem 3. 4. 6. 12. 13. 22; graffionem 19; graphionem 14. 18. *Sich.*

95) Cfr. Lex Salica tit. 27, c. 5: *Si quis in messe aliena pecus suum in furtum miserit et ipse inventus fuerit, — sol.* 15 *culp. iud.* c. 13—15 eod.: *Si quis vinea aliena in furtum vindimiaverit et inventus fuerit, — sol.* 15 *culp. iud. Si vero vino ad domum suam exinde duxerit et discarecaverit, — sol.* 45 *culp. iud. De messibus vero simile condictione convenit observare.* Legis Salicae textus III (Pardessus) tit. 27, c. 23: *Si quis vero clausuram alienam deruperit, malb. orbis via latina, sol.* 15 *culp. iud.* — Lex Sal. tit. 9, c. 8 (ex cod. Guelferbyt. ed. A. Holder 1879, cfr. Behrend, Lex Sal. p. 13): *Si vero per inimiciciam aut per superbia sepem alienam aperierit et in messe, in prato, in vinia vel qualibet laborem pecora miserit, cuius labor est, si convinctus eum fuerit ad testibus, stematum damnum reddat, — et insuper — sol.* 30 *culp. iud.* — Capit. VI. ad leg. Salic. (ed. Boretius apud Behrend, Lex Sal. p. 111) c. 10: *Si quis in messem alienam sine consilio glenaverit, — sol.* 15 *culp. iud.; c.* 13 eod.: *Si quis ortum aut nabianam effregerit, — sol.* 15 *culp. iud.* 96) Cfr. Lex Sal. tit. 9, c. 4: *Si quis in messe sua pecora aliena invenerit, qui pastorem suum non habent et eas inclauserit, et nulli paenitus innotescerit, et aliqua ex ipsis pecoribus perierit, capitale in locum restituat et super — sol.* 35 *culp. iud.* 97) Cfr. Lex Salica tit. 9, c. 8: *Si quis vero pecora de damno aut in clausura aut dum ad domum minantur, expellere aut excutere praesumpserit, — sol.* 30 *culp. iud.* 98) Cfr. Lex Salica tit. 19: *Si quis alteri herbas dederit bibere, ut moriatur, sol.* 200 *culp. iud. Si quis alteri maleficium fecerit et ille, cui factum fuerit, evaserit, auctor sceleris, qui hoc admisisse probatur, malb. urtifugiam, — sol.* 63 *culp. iud.* 99) Cfr. supra tit. 51. — Sohm, 'Process der Lex Salica' p. 5. 6.

E CODD. A.

LXXXV.

1. Si quis corpus mortuum, priusquam sepeliatur, expoliaverit, 100 solidos[a] cum capitale et dilaturas multetur.

2. Si autem eum ex homo[b] traxerit et expoliaverit, 200[c] solidos cum capitale et dilaturas culpabilis iudicetur[c], vel wargus sit[d], usque ad[e] parentibus satisfecerit[1].

LXXXVI.

1. Si quis caballum alterius mortuum seu quocumque libet animal extra consilium domini sui excorticaverit, 30 solidos culpabilis iudicetur.

2. Si autem negaverit, et convictus fuerit, 100 solidos cum capitale et delatura[a] multetur[2].

LXXXVII.

Si quis hominem, qui forbannitus[a] est, in domo recipere praesumpserit, si Ribuarius est, 60[b] solidos, si regius, Romanus, vel ecclesiasticus[c], 30 solidos culpabilis iudicetur[3].

E CODD. B.

LXXXVII.

De corpore expoliato.

1. Si quis corpus mortuum, priusquam sepeliatur, expoliaverit, 100 solidis cum capitale et dilatura[a] multetur.

2. Si autem eum ex humo traxerit et expoliaverit, 200 solidis cum capitale et delatura[b] culpabilis iudicetur, vel wargus[c] sit, hoc est expulsus[d], usque dum parentibus satisfaciat.

LXXXVIII.

De caballo excorticato.

1. Si quis caballum alterius mortuum seu quodcumque libet animal extra consilium domini sui excorticaverit, 30 solidis culpabilis iudicetur.

2. Si autem negaverit, et convictus fuerit, 100[a] solidis cum capitale et delatura[b] multetur.

LXXXIX.

De homine forbannito[a].

Si quis hominem, qui forbannitus[b] est, in domum recipere praesumpserit, si Ribuarius est, 60[c] solidis, si regius, Romanus, vel ecclesiasticus, 30 solidis culpabilis iudicetur.

Tit. LXXXV. a) culpabilis iudicetur et similis restituat *inserit* 7. b) *ita* 1; humo *rell.* c) capitale et dilatura CC sol. culp. iud. 3; CC sol. et capitale culp. iud. 7. d) hoc est expulsus *inserunt* 8. 10. e) dum ad 3; dum 6. 8—11.

Tit. LXXXVI. a) cum cap. et dil. *omisit* 2.

Tit. LXXXVII. a) furbannitus 2. 5. 8. 10. b) XL 5. 8; X 9. c) hoc fecerit *inserunt* 6. 7.

Tit. LXXXVII. a) delatura 8. b) dilatura 2—6. 13. 14. 18. c) warduus 21. d) wargus sit ob hoc expulsus, exulet *Her.*

Tit. LXXXVIII. a) CC 12. b) dilatura 2. 3. 6. 12. 13. 14. *Sich.*

Tit. LXXXIX. a) furbannito 2. 3. 6. 14. 19. 22. *Sich.*; forbanato 8. b) furbannitus 2. 3. 19. 22. *Sich.* c) XL 19.

1) Cfr. supra tit. 54. — Titulus 85. legis Ribuariae cum recentiore iure Saliorum congruit, cfr. 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' V, p. 398. 399. 2) Cfr. Lex Salica tit. 65: *Si quis caballum alicuius extra consilium domini sui decotaverit, et interrogatus confessus fuerit, caballum in capite reddat. Si vero negare voluerit, et ei fuerit adprobatum, excepto capitale et dilatura, malb. secthis, hoc est — sol.* 30 *culp. iud.* — Maior poena, quam lex Ribuaria hic statuit, cum poena furti secundum legem Ribuariam cohaeret, cfr. supra p. 254, not. 51. 3) Cfr. Lex Salica tit. 56. i. f.: *Tunc si — qui admallatus est, ad nullum placitum venire voluerit, tunc rex, ad quem manitus est, extra sermonem suum ponat eum. Tunc ipse culpabilis et omnes res suas erunt. Et quicumque eum aut paverit aut hospitalem dederit, etiam si uxor sua propria, malb. lampicii, hoc est* 600 *dinarios, qui faciunt sol.* 15, *culpabilis iudicetur, donec omnia, que imputatur* (scil. ille qui admallatus est), *conponat.* — Lex Sal. tit. 55 (supra p. 240, not. 3): *wargus sit usque in die illa, quam ille cum parentibus ipsius defuncti conveniat, et ipsi pro eum rogare debent, ut illi inter homines liceat accedere. Et qui ei, antequam parentibus conponat, aut panem dederit aut hospitalitatem dederit, seu parentes seu uxor proxima,* 600 *dinarios, qui faciunt sol.* 15, *culp. iud.* — Capitulare I. ad legem Salicam (ed. Boretius apud Behrend, Lex Salica p. 89) c. 5 (supra p. 247, not. 22): *Et vero muliere ipsius de parentibus aut quilibet panem aut hospitalem dederit, sol.* 15 *culp. iud.* — Cap. II. ad legem Sal. (eod. p. 97) c. 8: *De andrustione ghamalta.* § 1. i. f.: *Tunc si — ille, qui admallatur, ad nullum placitum venire volueret et per legem se non duxerit, tunc rex, ad quem mannitus est, eum extra sermonem suum ponat; tunc ipse culpabilis et omnes res erunt suas: et qui eum paverit aut hospitalem collegerit, etiam uxor sua propria, solidos* 15 *culpabilis iudicetur, donec omnia, quae ei legibus inputentur, conponat.* — Cap. Pippini a. 754—755, c. 1, supra laudatum p. 258, not. 75, verb.: *nullus eum* (scil. incestuosum) *recipiat nec cibum ei donet. Et si fecerit,* 60 *solidos domno regi componat, usque dum se ipse homo correxerit.* — Karoli M. Cap. Aquisgranense a. 809, c. 3. 4 (Capp. ed. Boretius I, p. 148): *De latrone forbannito: ut liber homo, qui eum suscepit,* 15 *solidos conponat, et servus* 120 *percussionibus vapuletur. Ut comes, qui latronem in forbanno miserit, vicinis suis comitibus notum faciat, eundem latronem a se esse forbannitum, ut illi eum non recipiant.* Cap. miss. Aquisgran. a. 809, c. 11 (eod. p. 150): *De meziban* (i. e. cibi interdictio, Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer' p. 735), *ut unusquisque comis alio*

E CODD. A.

LXXXVIII.

Hoc autem consensu et consilio[a] seu paterna tradicione[b] et legis consuetudinem[c] super omnia iubemus[d], ut nullus[e] obtimatis, maior domus, domesticus, comes, gravio[f], cancellarius[4], vel quibuslibet gratibus[g] sublimitas[h], in provincia Ribuaria in iudicio resedens munera ad iudicio pervertendo non[i] recipiat[e]. Quod si quis in hoc depraehensus fuerit, de vita conponatur[k, 5].

E CODD. B.

XC.

Ut nemo munera in iudicio accipiat.

Hoc autem[a] consensu et consilio seu paterna traditione et legis[b] consuetudine super omnia iubemus, ut optimates, maiores domus, domesticis[c], comites, graviones[d], cancellarii[e], vel quibuslibet gradibus sublimati, in provincia Ribuaria in iudicio residentes munera ad iudicium pervertendum non recipiant. Quod si quis in hoc depraehensus fuerit, de vita conponat.

Tit. LXXXVIII. a) *reliqua desunt* 6. b) tradat 7. c) *ita* 1; consuetudine *rell.* d) iubemur 5; iubent 7. e) *textum vulgatum exhibent* 8. 10. f) grafio 5. 7. g) *sic* 1; gradibus 2. 3. 5. 8; grandibus 7. h) *sic* 1. 3. 7; sublimatas 2; sublimatus 5. 9. 11. i) non *deest* 9. k) *sic* 1; conponat *rell.*

Tit. XC. a) cum *inserit* 3. b) *deest* 3. c) domestici 3; domesticus 4. d) grafiones 3. 8. 10. 12. 22; grafionis 21; graffiones 19; grafiiones 7; graphionis 4; graphiones *Sich.* e) ancillarum 19.

mandet, ut nullus eum recipere audeat; si liber eum susceperit, solidos 15 *conponat; si servus,* 120 *ictus accipiat et insuper dimidium caput tundatur.* Forbannus idem ac bannus; cfr. *Capitulatio de partibus Saxoniae* a. 775—790, c. 27 (ed. Boretius I, p. 70): *Si quis homo fideiussorem invenire non potuerit, res illius in forbanno mittantur, usque dum fideiussorem praesentet. Si vero super bannum in domum suam intrare praesumpserit, aut solidos decem aut unum bovem pro emendatione ipsius banni conponat.* — Homo, qui per iussum regis iuris ac pacis expers factus est, *forbannitus* vocatur. Poena eius, qui homini forbannito panem aut hospitalitatem dederit, secundum vetus ius civile Francorum compositio 15 solidorum est, secundum ius honorarium saeculi octavi bannus regius 60 solidorum. Quo tempore titulus noster scriptus est, solius regis ius erat *forbanniendi*, ita ut homo omni iure privaretur. Iam saeculo nono autem comitibus quoque potestas *forbanniendi* tributa est, id quod capitularibus Karoli Magni supra laudatis demonstratur. Ita ratio illa procedendi, quae postea 'Verfestung' appellatur, orta est. — Cfr. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' IV (1861), p. 440. 441. Sohm, 'Fränk. Reichs- und Gerichtsverfassung' p. 162. 163. 4) De cancellario secundum legem Ribuariam in iudicio comitis residente (ut scilicet cartae venditionis vel donationis et notitiae iudicati in mallo *publice* ab eo conscribantur, cfr. supra tit. 59, c. 1. 7; tit. 66, c. 1 i. f.) scripsit H. Brunner, 'Das Gerichtszeugniss und die fränkische Königsurkunde (Festgaben für Heffter' 1873) p. 144, not. 3. p. 171. H. Brunner, 'Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde' I. (1880), p. 235. Cfr. quae de cancellario Alamannorum monuit K. Zeumer in 'Neues Archiv f. ält. deutsche Geschichtsk.' VIII, p. 475. 476. 545. Cartam, quam in mallo publice conscripsit, cancellarius ipse defendere debet cum testibus, cfr. supra tit. 59, c. 2—5. 5) Cfr. Lex Salica tit. 50, c. 5: *Si grafio rogitus fuerit — et si distulerit, ut non ambulet neque in rem mittat, qui cum legem et iustitiam exigere debeat, de vita culpabilis esse debet, aut quantum valet se redimat.* Eod. tit. 51, c. 2: *Si vero grafio invitatus supra lege aut debitum iustum aliquid amplius tollere praesumpserit, aut se redimat, aut de vita conponat.* Edictum Chilperici c. 8 (Capp. ed. Boretius I, p. 9): *Et si graphio — invitatus fuerit et ibidem noluerit ambulare, de vita sit culpabilis. Et si graphio super pretium aut extra legem aliquid tollere presumpserit, noverit se vite suae perire dispendium.* Pactus Childeberti et Chlotharii c. 18 (eod. p. 7): *Et quae in Dei nomine pro pacis tenore constituimus, in perpetuum volumus custodire, hoc statuentes, ut, si quis ex iudicibus hunc decretum violare presumpserit, vitae periculum se subiacere cognoscat.* Guntchramni edictum a. 585 (eod. p. 12): *Cuncti itaque iudices iusta, sicut Deo placet, studeant dare iudicia; nam non dubium est, quod acrius illos condemnabit sententia nostri iudicii, a quibus non tenetur aequitas iudicandi.* — Decretio Childeberti II. c. 6 (eod. p. 16): *Et forsitan, ut adsolet, iudex consenserit et fortasse adquiescit istum farfalium custodire, vitae periculum per omnia sustineat.* Eod. c. 7 (supra not. 90). Chlotharii II. praeceptio c. 6 (eod. p. 19): *Si iudex alequem contra legem iniuste damnaverit, in nostri absentia ab episcopis castigetur, ut, quod perpere iudicavit, versatim melius discussione habita emendare procuret.* Chlotharii II. edictum a. 614, c. 12 (eod. p. 22): *Et nullus iudex de aliis provinciis aut regionibus in alia loca ordinetur; ut, si aliquid mali de quibuslibet condicionibus perpetraverit, de suis propriis rebus exinde, quod male abstolerit, iuxta legis ordine debeat restaurare.* Eod. c. 24 (p. 23): *Quicumque vero haec deliberationem, quem cum ponteficibus vel tam magnis viris optematibus aut fidelibus nostris in synodale concilio instruemus, temerare praesumpserit, in ipso capitale sententia iudicetur, qualiter alii non debeant similiter perpetrare.* — Cfr. quae congessit G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' (ed. 3, 1883), II, 1, p. 193, not. 3. 199, not. 2; 2, p. 33, not. 1. G. Cohn, 'Die Justizverweigerung im altdeutschen Recht' (1876), p. 76 sqq. 86.

E CODD. *A*.

LXXXIX.

Nec[a. 6] nullus[b] iudex fiscalis[a] de quacumque libet causa freta[c] non exigat, priusquam facinus conponatur[7]. Si quis autem per cupiditatem istam[d] transgressus fuerit, legibus conponatur. Fretum[e] autem[f] non illi iudici[f] tribuat, cui culpa[g] commisit; sed illi, qui[h] solucionem[i] recipit[k. 8], terciam partem[9] coram testibus fisco tribuat[l], ut pax[m] perpetua stabilis permaneat.

EXPLICIT[n] LEX RIBUARIA. DEO GRATIAS. AMEN[n].

Tit. LXXXIX. a) *textum vulgatum exhibent* 8. 10; Hoc quoque iubemus, ut optimates seu praenominati seu iudici fiscales 9. b) ullus 2. 5. 11. c) freda 3. 8. 10. 11; fretum 5. d) ista 8—11. e) fredum 3. 7—11; fretus 5. f) autem non illi ad iudicem 8; aut illis iudicis 7. g) culpam 5. 7—11. h) cui 11. i) salutationem 7. k) recepit 5. 7. 9—11. l) tribuit 1. m) *deest* 2. n) *sic* 1; Explicit 2; Amen 3; Amen. Finit lex Ripuariorum 11; *desunt* 5. 7. 8—10.

E CODD. *B*.

XCI.

Ut iudices sive missi[a] fiscales freda[b] non exigant, priusquam facinus conponatur[c].

Hoc quoque iubemus, ut iudices supra[d] nominati sive[d] fiscales de quacumque libet causa freda non exigant, priusquam facinus conponatur. Si quis autem per cupiditatem ista transgressus fuerit, legibus conponatur. Fredum autem non illi iudici tribuat, cui[e] culpam[e] commisit; sed illi[f], qui[g] solutionem recipit[h], tertiam partem coram testibus fisco[i] tribuat, ut pax perpetua stabilis permaneat[k].

EXPLICIT[l] LEX RIBUARIORUM[l].

Tit. XCI. a) commissi *Her.* b) fredo 14; fredum 13. c) comprobatur 23. d) super omnia si et 13. e) cui culpa 13; cuius culpa 2. f) ille 14. 19. g) *deest* 19. h) recepit 2. 3. 13. 14. i) *deest apud Her.* k) *titulus XCI. deest apud Sich.* l) *sic addunt multi codd.*; Finit lex Ribuariorum 6; Explicit legis Ribuaria 14; Explicit lex Riboaria 21; Explicit 19; Amen 13.

6) Titulus 89. cum titulo antecedente arcte cohaeret, unam eandemque constitutionem regiam exhibens. Codices A et plures codices B titulos 88. et 89, in indice una rubrica coniungunt. 7) Aliter Lex Salica tit. 50, c. 4: *Quod si audire noluerit, praesens aut absens, tunc rachineburgii praecium, quantum valuerit debitus quod debet, hoc de furtuna sua illi tollant, et de ipsa secundum legem quae debet duas partes, cuius causa est, tertia parte grafio frito ad se rocolligat, si tamen fritus iam ante de ipsa causa non fuit solutus.* 8) i. e. parti adversariae. 9) i. e. fredum. *Fretus* vel *fredus* ('Friedensgeld') apud Francos tertia pars compositionis est, quae *fisco*, i. e. regi, tribuitur (cfr. Tacitus, Germania c. 12: *pars multae regi vel civitati, pars ipsi, qui vindicatur, vel propinquis eius exsolvitur)*. Duae partes compositionis, quae adversario cedunt, apud Francos *faidus* ('Feindschaftsgeld') appellantur. Cfr. Lex Salica tit. 50, c. 4; tit. 35, c. 6. 7: *Si quis vasso ad ministerium — occiderit — sol.* 30 *culp. iud.; inter freto et faido* ('Friedensgeld und Feindschaftsgeld zusammen') *sunt* 1800 *din., qui faciunt sol.* 45, *excepto capitale et dilatura; in summa sunt simul sol.* 75. Decretio Chlotharii c. 12 (Capp. ed. Boretius I, p. 6): *iuxta modum culpae inter freto et faido conpensetur.* — Cfr. Wilda, 'Das Strafrecht der Germanen' (1842), p. 455 sqq. Sohm, 'Fränk. Reichs- und Gerichtsverfassung' p. 107 sqq. J. J. Thonissen, 'L'organisation judiciaire, le droit pénal et la procédure pénale de la loi Salique' (1882), p. 204 sqq. — Discrepat ius Francorum Chamavorum, apud quos de weregeldo tantum tertia pars, de reliquis compositionibus quatuor solidi pro fredo solvuntur; cfr. Lex Franc. Cham. c. 2—6. 17 sqq.

LEX FRANCORUM CHAMAVORUM

EX EDITIONE RUDOLPHI SOHM.

Quid sibi velit brevis ea lex, quam docti nostra aetate legem Francorum Chamavorum appellare solent, tenore libelli ipsius satis demonstratur. Inscribitur 5 *lex his verbis:* Notitia vel commemoratio de illa euua, quaé se ad Amorem habet. *Bis in contextu legis (c. 26. 28) de furto* in Amore (Ammore) *commisso agitur. Verbis* ad Amorem, in Amore *terram eam significari, quae in documentis saeculi noni* Hamarland, Hamalant, Hammelant, Hamuland *appellatur, Frisionibus et Saxonibus ('Maasgau') vicinam (cfr. c. 27—29 legis nostrae), pro* 10 *certo haberi potest*[1]. *Nomen pago dederunt Chamavi, vetus atque inclita civitas Germanorum, quae iam Tacito nota (Annal. XIII, c. 55. Germania c. 33. 34) postea pars Francorum effecta est*[2]. *Saeculo nono pagus Hamalant pago Ribuariorum adnumeratur*[3]. *Quae cum ita sint, lex nostra pro additamento quodam legis Ribuariae haberi potest, eamque formam monstrat,* 15 *in quam ius Ribuariorum in confinio illo inter Ribuarios, Frisiones, Saxones mutatum est.*

Neque minus aperte causam iuris Francorum Chamavorum describendi libellus noster indicat. Legimus enim legis initio: In primo capitulo de causis ecclesiae et de illis servis Dei, qui ibidem deserviunt, sic habemus quomodo 20 et alii Franci habent. *Quae verba intelligi non possunt, nisi supponimus, de certis capitulis missos quaesivisse et responsa a populo accepisse. Primum igitur e propositis capitulis haec habebat:* De causis ecclesiae et de illis servis Dei qui ibidem deserviunt; *secundum capitulum (de quo lex nostra c. 2. agit):* De banno dominico. *Aliud capitulum:* De ingenuis hominibus, quomodo aut 25 qualiter ad placitum per bannum debeant venire *(c. 43). Item aliud capitulum:*

1) Cfr. ex. gr. Annales Bertiniani a. 837 (ed. G. Waitz. Hann. 1883. p. 14): *Dedit (Hludowicus imperator) filio suo Karolo maximam Belgarum partem, id est a mari per fines Saxoniae usque ad fines* 30 *Ribuariorum totam Frisiam, et per fines Ribuariorum comitatus Moilla, Ettra, Hammolant, Mosagao; deinde vero quicquid inter Mosam et Sequanam usque ad Burgundiam una cum Viridunense consistit.* Eod. a. 839 (p. 21): *ducatum Fresiae* 35 *usque Mosam, comitatum Hamarlant, comitatum Batavorum, comitatum Testrabenticum, Dorestado.* — J. Grimm, ap. J. Merkel, Lex Salica (1850), praefat. p. LIX, not. 1: *'Amor bezeichnet Amorland, nicht die Gegend von Emmerich, vielmehr den comi-* 40 *tatus Hamarlant, Hamaland, die alte terra Chamavorum'.*— Accuratius de hac re tractavit E. Th. Gaupp, Lex Francorum Chamavorum (1855), p. 4 sqq. — H. Zoepfl, 'Die Euua Chamavorum' (1856), p. 1 sqq. — O. Stobbe, 'Geschichte der deutschen Rechtsquellen' I (1860), p. 200—202. — Nova argumenta attulit R. Schroeder, 'Untersuchungen zu den fränkischen Volksrechten', ap. Pick, 'Monatsschrift für die Geschichte Westdeutschlands, VI. Jahrgang', 1880, p. 492 sqq., qui nomine Hamalant tres pagos: Hamalant (sensu strictiore), Twente et Thrianta, comprehensos fuisse ostendit. Cfr. R. Schröder in 'Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, Germanistische Abtheilung', II. (1881), p. 47. 48.

2) In tabula Peutingeriana legimus: *Chamavi qui el Pranci,* quod corrigendum: *Chamavi qui et Franci.*

3) Cfr. Ann. Bertiniani a. 837, supra not. 1.— Anno 855. bona immobilia, quae *in pago Hamulande* sita sunt, *secundum legem Ripuariam* traduntur; cfr. Lacomblet, 'Urkundenbuch zur Geschichte des Niederrheins' I, Nr. 65. R. Schroeder, 'Untersuchungen', p. 495.

De raptu *(c. 45). Neminem fugit, haec capitula cum illis convenire, quae,* capitula missorum *appellata, aetate Karolingorum missis dominicis* memoriae causa *tradebantur*[4]. *Interrogatum igitur est de iure Francorum Chamavorum a missis, qui capitula interrogationum secum ferebant. Quos missos dominicos fuisse a rege Francorum directos, re ipsa satis apparet. Responsa autem non scripto, sed voce data sunt, postea litteris mandata, id quod inscriptione libelli nostri probatur, cum lex nostra* notitia vel commemoratio *appelletur.* Notitia *enim documentum est, quod actum iuris non praesentem continet (ut* carta*), sed praeteritum probat*[5]. *Habemus igitur ante oculos libello nostro acta inquisitionis, quam missi dominici in conventu populi de iure Francorum Chamavorum instituerunt.*

Karolum Magnum cum constet post imperatoriam dignitatem adeptam legibus popularibus describendis operam dedisse[6], *libellum nostrum saeculo nono ineunte conscriptum esse, coniicere possumus.*

*Atque Stephanus quidem Baluzius, vir clarissimus, legem nostram capitulare Karoli M. putavit esse, eamque inter capitularia regum Francorum (*1772, *tom. I, p.* 349*) edidit ita inscriptam:* Capitulare tertium anni 813. sive capitula 46. de caussis necessariis ecclesiae Dei et populo christiano, data, ut videtur, Aquisgrani in generali populi conventu anno 813, mense Septembri. *Contra G. H. Pertz b. m., lege nostra ius pagi Xantensis contineri existimavit*[7]. *Quas opiniones post Iac. Grimm*[8] *et alios refutavit imprimis vir doctissimus E. Th. Gaupp*[9], *libello nostro legem Francorum Chamavorum exhiberi contendens. Quem cum reliquis huius aetatis viris doctis nos quoque secuti sumus.*

Codicibus manuscriptis lex Chamavorum tradita est duobus:

1*) Codex Paris. Lat.* 9654 *(antea Suppl. lat.* 75, *olim S. Vincentii Metensis), saec. X, fol.* 134. *recto, cfr. supra praef. legis Ribuariae p.* 199.

2*) Codex Paris. Lat.* 4628 *A (olim Navarricus), saec. X, fol.* 38. *recto.*

Tertius codex: Paris. Lat. 4631 *(fol.* 28. *recto), cum apographum codicis* 2 *sit, nullius est momenti.*

Baluzius editionem suam e duobus illis codicibus arbitrio suo composuit. Editio nostra codice 1 *pro fundamento usa est, habita tamen ratione lectionum codicis* 2. *Codex* 1 *legem in quadraginta quinque capita divisit; codex* 2 *in quadraginta septem capita (capitulo* 35 *editionis nostrae omisso). Quadra-*

4) Cfr. A. Boretius, 'Die Capitularien im Langobardenreich. Halle 1864', p. 17. — Quae in lege nostra de capitulis illis, quae missi dominici secum attulerant, inveniri possunt, typis latius positis distinxi.

5) Cfr. H. Brunner, 'Carta und Notitia (Festgaben für Mommsen', 1877), p. 5 sqq. H. Brunner, 'Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde' I (1880), p. 211 sqq.

6) Cfr. Einhardi Vita Karoli M. c. 29: *Omnium nationum, quae sub eius dominatu erant, iura, quae scripta non erant, describere ac litteris mandari fecit.* Annal. Lauresham. a. 802 (Pertz, Monum. Script. I, p. 39): *imperator — — congregavit duces, comites et reliquo christiano populo cum legislatoribus, et fecit omnes leges suas in regno suo legi et tradi unicuique homini legem suam et emendare, ubicumque necesse fuit, et emendatam legem scribere, et ut iudices per scriptum iudicassent et munera non accepissent, sed omnes homines, pauperes et divites, in regno suo iustitiam habuissent.*

7) Pertz, Monum. Leg. I, p. 35. 'Götting. Gel. Anz. 1835, Stück 163. 164'. 'Archiv der Gesellschaft für deutsche Geschichtskunde' VI, p. 715; VII, p. 753. 'Abhandl. d. königl. Akademie der Wiss. zu Berlin', 1848, p. 411 sqq. Cfr. infra c. 11. legis nostrae cum nota 11.

8) Cfr. supra not. 1.

9) 'Lex Francorum Chamavorum oder das vermeintliche Xantener Gaurecht. Herausgegeben und erläutert von Dr. Ernst Theodor Gaupp. Breslau 1855'. Lingua Gallica libellum Gauppii reddidit Laboulaye in 'Revue historique de droit français et étranger' I (1855), p. 417 sqq. Annotationes criticas attulit H. Zoepfl, 'Die Euua Chamavorum, ein Beitrag zur Kritik und Erläuterung ihres Textes (aus den Heidelberger Jahrbüchern 1856, Nr. 22 sqq. besonders abgedruckt)', 1856. — Nuper de lege nostra tractavit R. Schroeder l. cit. (not. 1 i. f.).

ginta octo capitulorum divisio (a Gauppio introducta) cum et in codice 2 inveniatur (si capitulum omissum addimus) et iam virorum doctorum in usu sit, in nostra quoque editione observandam eam esse existimavi. R. S.

NOTITIA VEL COMMEMORATIO DE ILLA EUUA, QUAE SE AD AMOREM HABET[a].

I.

In primo capitulo de causis ecclesiae et de illis servis Dei, qui ibidem deserviunt, sic habemus, quomodo et alii Franci habent.

II.

De banno dominico similiter habemus[b], sicut[c] alii Franci habent[1].

III.

Qui hominem Francum occiderit, solidos 600 componat. Ad opus dominicum [et[b]] pro[d] fredo solidos 200 componat[2].

IV.

Qui hominem ingenuum occiderit, solidos 200 componat, et[b] exinde in dominico terciam partem componat[3].

V.

Qui lidum occiderit, componat solidos 100, et[b] exinde in dominico terciam partem[e, 4].

VI.

Qui servum occiderit, solidos 50 componat[5]. Exinde in dominico, sicut diximus, terciam partem[e].

VII.

Si quis comes in suo comitatu[6] occisus fuerit, in tres weregildos[f], sicut sua nativitas est, componere[g] faciat[g, 7].

a) *ita* 1, *verbis* ad Amorem *codex* 1 *superscripsit glossam interlinearem:* gezunfti *(i. e. pactum, conventio), qua verbum* euua *transferri, iam Gauppius, l. cit. p.* 7, *recte monuit;* Notitia vel commemoratio de illis quae ammoneri debent 2, *corruptum verbum* ammoneri *argumento est, archetypum, ex quo codex* 2 *fluxit, hic quoque habuisse:* Ammorem, *cfr. infra c.* 26. 28. *cum notis nostris.* b) *deest* 2. c) et *addit* 2. d) in 2. e) componat *addit* 2. f) wirgildos 2. g) componatur 2.

1) Cfr. Lex Ribuaria tit. 65. Bannus dominicus, i. e. regius, apud Chamavos idem erat atque apud ceteros, bannus comitis non idem, cfr. infra c. 31. 34—42. cum not. 32. 2) Cfr. *septem causas VII, c.* 7 (Behrend, Lex Salica p. 131): *Si quis Francus Francum occiderit soledis* 600. — Childeberti II. decretio a. 596, c. 8 (Capp. ed. Boretius I, p. 17): *si Francus fuerit* (scil. latro), *ad nostra praesentia dirigatur, et si debilioris personas fuerit, in loco pendatur.* — Optimates, qui latifundia possident, aut in aula regis excellunt, interdum Franci sensu strictiore appellati fuisse videntur (cfr. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' II,1, ed. 3, 1882, p. 273, not. 1). Quem modum dicendi nostra quoque lex secuta est. Tempore Merovingorum *antrustiones* sive *convivae regis* triplici weregeldo fruebantur. Cum stirpe Merovingica antrustiones quoque, quos vetus ius Francorum noverat, perierunt (cfr. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' III, ed. 2. 1883, p. 541). Loco antrustionum optimates illi successerunt, qui vinculo tam vassatici quam ministeriorum publicorum cum regia stirpe Karolingorum coniungebantur. — De antrustionibus dominicis capite nostro tractari, defendunt Pertz in 'Abhandlungen der königl. Akademie der Wissenschaften zu Berlin', 1848, p. 418. E. Th. Gaupp, Lex Francorum Chamavorum (1855), p. 52 sqq. H. Zöpfl, Euua Cham. p. 17. De vassis regiis cogitat P. Roth, 'Feudalität' (1863), p. 223. Caute de loco nostro agit G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' IV (1861) p. 275, not. 4. — Falsa interpunctione ductus, Gaupp l. cit. solidum weregeldum hominis Franci ad partem regis solutum fuisse putat, cum tertia tantum pars *ad opus dominicum pro fredo* cedat, quod communi iuri Francorum congruum est, cfr. infra not. 3. — Distinguitur ab homine ingenuo homo Francus c. 3. 4. 17—21. 42. legis nostrae; c. 1. 13. nomine Francorum omnes ingenui comprehenduntur. Cfr. etiam infra not. 43. 3) Cfr. Lex Ribuaria tit. 7. — Fredum (quod propter laesam pacem publicam *regi vel civitati exsolvitur,* Tacit. Germania c. 12) apud Francos tertiam partem compositionis efficit, cfr. Wilda, 'Das Strafrecht der Germanen' (1842), p. 467. Sohm, 'Fränkische Reichs- und Gerichtsverfassung' (1871), p. 108, not. 17. p. 170. 171. J. J. Thonissen, 'L'organisation iudiciaire, le droit pénal et la procédure pénale de la loi Salique' (1882), p. 204 sqq. Cfr. Lex Ribuaria tit. 89: *terciam partem* (compositionis) *coram testibus fisco tribuat,* cum nota nostra 9. Ita apud Chamavos quoque, si weregeldum solvitur, cfr. c. 2—6. De reliquis autem compositionibus apud Chamavos non tertia pars, sed quatuor solidi pro fredo regi tribuuntur, cfr. infra c. 17—29. 33, solo eo casu excepto, de quo c. 47. agitur. De fredo, quod c. 31. 34—41. occurrit, cfr. infra nota 32. 4) Cfr. Lex Ribuaria tit. 62, c. 1. cum nota nostra 48. 5) Lex Ribuaria tit. 8. servo pretium triginta sex solidorum tribuit. 6) i. e. dum ministerio comitis fungitur, cfr. c. 8. 7) Cfr. Lex Ribuaria tit. 53.

VIII.

Si quis missum dominicum occiderit, quando in missatico directus fuerit[8], in tres weregildos[a], sicut sua nativitas est, componere faciat.

IX.

Si quis wargengum[9] occiderit, solidos 600 in dominico componat.

X.

Si quis hominem ingenuum ad servitium requirit[b], cum 12 hominibus de suis proximis parentibus in* sanctis iuret, et se ingenuum esse faciat*, aut in servitium cadat.

*) *Codex* 2: in sanctum ingenuum se esse faciat.

XI.

Qui per hantradam[c] hominem ingenuum dimittere voluerit[d], sua* manu duodecima ipsum ingenuum dimittere faciat*.[10].

*) *Codex* 2: in loco, qui dicitur sanctum[11], sua manu cum 12 ipsum ingenuum dimittere faciat.

XII.

Qui per cartam aut per hantradam[c] ingenuus est, et[e] se ille foris de eo miserit[e], tunc ille[f] leodis in dominicum[g] veniat, et suus peculiaris traditum iam dicto domino non fiat[g.12].

XIII.

Qui per cartam est ingenuus, sic debet in[h] omnia pertinere sicut alii Franci[13].

XIV.

Qui de mundeburgio[i] aliquid[h] habuerit, ad illum seniorem, qui eum ingenuum dimisit[k], sua peculia reverti[l] faciat[14].

XV.

De quali causa quod sacramentum permiserit[m], et ad placitum non iuraverit, ipsam causam reddere faciat[15].

a) wirgildos 2. b) requiret 2. c) handradum 2. d) noluerit, *sed coaeva manus correxit* voluerit 2. e) si ille de foras eum miserit 2. f) illa 2. g) in dominico, et suis peculiariis traditum non fuerit 2. h) *deest* 2. i) mundeburde 2. k) dimiserit 2. l) revertere 2. m) *sic* 1. 2; promiserit *correxit Baluzius*.

8) Cfr. c. 7. 9) i. e. advenam, qui in mundio regis est. Cfr. Edict. Rothari c. 367: *De waregang. Omnes waregang, qui de exteras fines in regni nostri finibus advenerint seque sub scuto potestatis nostrae subdederint, legibus nostris Langobardorum vivere debeant, nisi si aliam legem ad pietatem nostram meruerint. Si filius legetimus habuerint, heredes eorum existant sicut et filii Langobardorum; si filius legetimus non habuerint, non sit illis potestas absque iussionem regis res suas cuicumque thingare aut per quolibet titulo alienare.* — H. Zoepfl l. cit. p. 23. G. Waitz, 'Verfassungsgeschichte' IV, p. 275, not. 4 i. f. — De antrustione dominico cogitavit Pertz l. cit. (not. 2), de homine ingenuo in hoste Gaupp l. cit. p. 61. 10) De manumissione *per hantradam*, i. e. per sacramentum promissorium (de libertate concedenda ac servanda), quod dominus manu sua duodecima iurat, cfr. Gaupp l. cit. p. 65—67. Sohm, 'Fränkische Reichs- und Gerichtsverfassung' (1871), p. 573 sqq. Havet in 'Revue historique de droit français et étranger' 1877, p. 657 sqq. 11) i. e. in choro ecclesiae, cfr. H. Zoepfl, l. cit. p. 7. Etiam in capite 10. codex 2 legit: *in sanctum*. De civitate, quae hodie *Xanten* appellatur, cogitavit Pertzius, cfr. supra praefatio nostra p. 270, not. 7. 12) Cfr. c. 14. Manumissio aut plena aut minus plena est. Plena, si dominus *se foris de eo misit* (c. 12), id est, si libertus victum a domino accipere desinit et a mundio domini, i. e. a iure patronatus, liberatur. Minus plena, si libertus *de mundeburgio aliquid habet* (c. 14), exempli gratia, si fundum a domino iure colonatus accepit, aut si in casa domini victus ei praestatur. Manumissio plena potestatem domini penitus perimit, ideoque liberto tali modo manumisso rex heres existit (c. 12). Manumissio minus plena e contrario efficit, ut loco proprietatis dominus mundeburdem in persona liberti habeat. Quamobrem hereditas liberti minus plene manumissi ad dominum defertur (c. 14). Distinctio haec plenae atque minus plenae manumissionis ad utramque formam manumissionis tam per cartam quam per hantradam pertinere videtur (aliam opinionem defendi 'Fränk. Reichs- und Gerichtsverfassung' p. 575, not. 5). Quid igitur sibi velit c. 13, quod omnibus libertis per cartam manumissis plenam libertatem Francorum tribuit, haud facile dici potest, praesertim cum secundum commune ius Francorum plena libertas nisi a rege per denarium acquiri non possit. Varias opiniones attulerunt Gaupp l. cit. p. 64 sqq. Zoepfl l. cit. p. 35 sqq. Sohm l. cit. G. Waitz, 'Verfassungsgeschichte' II, 1 (ed. 3) p. 235, not. 1. — Accuratius de manumissionibus agit lex Ribuaria titt. 57. 58. 61. 62. — Cfr. etiam nota nostra 45. ad Leg. Ribuar. tit. 61. 13) Cfr. not. 12. 14) Cfr. not. 12. 15) Cfr. Lex Ribuaria tit. 67, c. 4: *Sin autem non adimpleverit* (sacramentum promissum), *omnem repetitionem cum legis beneficius restituat.*

XVI.

Qui* homini alio adframivit per wadium*, et ipse homo eum dampnum[a] incurrere dimittit, ille[b], qui suo wadio adhramivit, de suo omnia componat[b] super noctes 7. Ille, qui precat adhramire[c], duplum componere faciat[16].

*) *Codex* 2: Qui propter alium hominem wadium adhrammivit.

XVII.

Si quis hominem Francum sine culpa ligaverit[d], solidos 12 componat, et[a] in fredo dominico solidos 4[e. 17].

XVIII.

Qui per capillos Francum[a. 18] priserit, solidos 12, et[a] in dominico solidos 4. Et qui ei[a] sanguinem sine culpa effuderit[f], solidos 12 componat[g], et[a] in fredo dominico solidos 4[19].

XIX.

Si quis hominis Franci[20] casam infregerit, solidos 12 componat, et in[h] dominico solidos 4.

XX.

Si quis hominis Franci[21] curtem infregerit, solidos 6 componat, in dominico solidos 4. Suam manum aut suum pedem aut suum oculum pro[i] quarta parte de sua leode, et[a] in fredo dominico semper de[k] unaquaque re[k] solidos 4[22].

XXI.

De ingenuo homine in emendatione sua[a] solidos 8, nisi, sicut superius diximus, in fredo dominico[a] solidos 4[23].

a) *deest* 2. b) illi qui suum wadium adhrammivit sed de suo componat 2. c) Ille qui precatur adhrammire 2. d) plagaverit 2. e) III 2. f) fuderit 2. g) componere faciat 2. h) fredo *inserit* 2. i) *loco verborum* pro quarta *spatium vacuum codex* 2 *exhibet*. k) de unoquoque (re *omisso*) 2.

16) Tractatur capite nostro de fideiussione. Cfr. Capit. de partibus Saxoniae a. 775—790, c. 27 (Capp. ed. Boretius I, p. 70): *Si vero fideiussor diem statutum non observaberit, tunc ipse tantum damni incurrat, quantum manus sua fideiussoris exstitit; ille autem, qui debitor fideiussori exstitit, duplum restituat, pro eo, quod fideiussorem in damnum cadere permisit.* Contrahitur fideiussio, dum fideiussor e manu creditoris *wadium* accipit, idem videlicet wadium, quod debitor principalis antea creditori dedit. Cfr. Monum. Germ. Diplom. tom. I. Mer. Nr. 60 (a. 692): *eo quod itemque venerabili viro E. abbati* (fideiussori) *ante hus annus waddio pro olio — et vino bono — pro A. episcopo* (debitore principali) *ipsi Ch.* (creditor) *ei conmendassit, et taliter ipsi E.* (fideiussor) *spondedisset, ut hoc ei dare et adimplire debirit;* neganti fideiussori iuramentum purgatorium defertur, *quod ipso waddio de mano memorato Ch. abbati* (creditoris) *numquam adchramissit, nec hoc — spondedisset.* Sohm, 'Das Recht der Eheschliessung' (1875), p. 38—42. 44. 45. Val de Lièvre, 'Launegild und wadia' (1877), p. 184—186. H. Brunner in 'Zeitschrift für Handelsrecht' XXII, p. 511 sqq. — Verbum *wadium, wadia* (apud Francogallicos hodie 'gage', Germanice 'wette, wetteschatz') pignus ('Unterpfand') significat, quod aut verum ('Werthpfand') aut symbolicum ('Scheinpfand') est. Pignus symbolicum datur per festucam, annulum, manicam, similia, unde festuca quoque *wadia* appellatur, licet neque quaevis wadia festuca, neque quaevis festuca wadia sit. Fideiussio per wadiam symbolicam (festucam etc.) contrahitur. A. Franken, 'Das französische Pfandrecht im Mittelalter' I (1879), p. 43 sqq. 209 sqq. 220 sqq. Val de Lièvre l. cit. p. 115 sqq. M. Thévenin, 'Contributions à l'histoire du droit germanique' (1880), p. 33 sqq. — Verbum *adframire, adhramire, agramire* (postea apud Francogallicos 'arramir, arrainir') idem ac firmare ('stätigen, fest machen, fest halten') significare videtur, unde tam promissio (fides facta) quam vindicatio (cfr. infra c. 48) verbo *adhramire* comprehenditur. Cfr. J. Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer' (ed. 2, 1854), p. 844. Müllenhoff ap. Waitz, 'Das alte Recht der Salischen Franken' (1846), p. 276. 277. Sohm, 'Process der Lex Salica' (1867), p. 77 sqq. R. Loening, 'Der Vertragsbruch im deutschen Recht' (1876), p. 34, not. 3. Multa documenta attulit M. Thévenin l. cit. p. 13 sqq., qui verbum *adhramire* reddit per 'attirer à soi', ea secutus, quae Scherrer in 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' XIII (1878), p. 268. exposuit ('adhramire = hinzuriehmen, ziehen, an sich ziehen, nehmen'). In capite nostro verbo *adhramire* promissio fideiussoris exprimitur, quae *per wadium* (scil. symbolicum) perficitur. Quem locum scriptores nostri supra laudati recte intelligere non poterant, Baluziana editione ducti, quae textum codicis 2 secuta est. In codice 2 aut vox *per* negligentia librarii excidit, aut (quod textu codicis 1 probatur) *wadium* loco ablativi est (= wadio). 17) Cfr. Lex Ribuaria tit. 41, c. 1. — De homine Franco cfr. supra not. 2, de fredo supra not. 3. 18) Cfr. supra not. 2. 19) Cfr. Lex Ribuaria tit. 2. 20) Cfr. not. 2. 21) Cfr. not. 2. 22) Cfr. infra c. 32. — Discrepat ius Francorum Chamavorum a communi iure Francorum, cum secundum legem Salicam tit. 29. et legem Ribuariam tit. 5. manus, pes, oculus dimidio weregeldi componantur. 23) Homo ingenuus discernitur ab homine Franco (cfr. not. 2), quamvis emendatio ingenui eadem sit ac hominis Franci, de qua c. 17—20. actum est. Octo solidi pro emendatione ingenuo, quatuor insuper pro fredo fisco solvuntur, in summa igitur solidi 12. Homo Francus a reliquis ingenuis solo weregeldo, quod pro ipso interfecto aut pro mem-

XXII.

De lido in emendatione solidos 4, in fredo dominico solidos 4.

XXIII.

De servo in emendatione solidos 2, in fredo dominico solidos 4.

XXIV.

Quidquid involant[a], 9 geldos[b] componere[c] faciat, et de unoquoque latrocinio in dominico[d] fredo solidos 4[24].

XXV.

Quicquid[e] in casa furaverit[f], in wirdira[g.25] solidos 7. De warnione[h] in wirdira[i] solidos 7. De spadato caballo solidos 7. De servo solidos[d] 7. De spata 7. De iumenta[k] solidos 4. De bove solidos 2. De vacca solidos 2. De porcis et vervecis[l] et[m] animalibus iuvenibus et de capris terciam partem quantum valet in wirdira.

XXVI.

Quicquid in[d] Amore[n.26] in alterum furatum habent, in duos geldos[o] componere[p] faciat[26], in wirdira uncias duas, in fredo solidos 4[28].

XXVII.

Et quicquid in Mashau furaverit[q], duos geldos[o] componere[r] faciat, in wirdira uncias duas, in fredo dominico solidos 4[29].

XXVIII.

Quicquid in[d] Amore[s] Fresiones iniuste tulerint, per[t] aliud tantum componere[u] faciat, in fredo solidos 4[30].

XXIX.

Quicquid[v] Saxones contra rectum[w] tulerint, cum alio tantum eum emendare faciat[x], in fredo solidos 4[30].

XXX.

Si quis infra pagum latronem comprehenderit[y], et ante illum comitem eum non adduxerit aut ante suum centenarium, solidos 60 componere faciat[31].

XXXI.

Si quis latronem viderit cum furtu[z] ambulantem et cognitum non fecerit, in fredo dominico[a] solidos 4 solvere[b] faciat[32].

a) *sic* 1. 2; involavit *correxit Baluzius.* b) gildos 2. c) componant 1, *sed coaeva manus correxit* componere; componi 2. d) *deest* 2. e) De quicquid 2. f) furata fuerit 2. g) wirdera 2. h) waratione 2. i) *codex* 2 *semper:* wirdera. k) iumento 2. l) vervecibus 2. m) de *inserit* 2. n) Ammore 2. o) gildos 2. p) componi 2. q) furatus fuerit 2. r) componi 2. s) Ammorem 2. t) apud 2. u) componi 2. v) ad *inserit* 2. w) dictum, *coaeva manus correxit* drictum 2. x) faciant 2. y) prehenderit 2. z) furto 2. a) *deest* 2. b) componere 2.

bro absciso (cfr. c. 20) aut solidum aut pro parte solvitur, non reliquis compositionibus distinguitur. *Emendatio* simplicem compositionem iniuriae significat, cfr. c. 17—20. 24) De furto infra c. 26—29. poena dupli statuitur. Quod quomodo cum capite nostro conveniat, difficile inveniri potest. Capite nostro de rapina tractari putat Gaupp l. cit. p. 70. 25) *Wirdira* idem ac *dilatura* aut *delatura*, id est poena, quae a reo negante, postea convicto, pro mora solvitur. In lege Salica ac Ribuaria saepissime de *dilatura* agitur, quae compositioni atque capitali accedit. In translatione Germanica legis Salicae, saeculo nono conscripta, pro dilatura dicitur *wirdria* (Lex Salica ed. Merkel p. 106. 107). Cfr. J. Grimm ap. Merkel, Lex Salica p. LXXXV. G. Waitz, 'Das alte Recht der Salischen Franken' (1846), p. 197—200. J. F. Behrend, Lex Salica (1874), p. 144 s. v. dilatura. 26) i. e. in terra Chamavorum, cfr. praefatio nostra p. 269. 27) Poena dupli convenit cum iure Frisionum (cfr. Lex Fris. tit. 3, c. 1—4. Additio Sap. tit. 9), discrepat a iure communi Francorum, quod furi aut certam compositionem aut poenam mortis iniungit, cfr. Lex Ribuaria titt. 18. 29. 63, 2. cum notis nostris. 28) Agitur capite nostro de furto, quod Chamavus adversus Chamavum *(in alterum)* in terra Chamavorum commisit, cfr. c. 27—29. De *wirdira* cfr. not. 25. 29) Agitur hic de furto, quod Chamavus extra terram Chamavorum *in Mashau* commisit. Iudicatur reus secundum legem suam ideoque praeter compositionem wirdiram (cfr. c. 27) solvit, quamvis Frisioni aut Saxoni furtum fecerit, qui wirdiram non solvunt, cfr. c. 28. 29. Terram *Mashau* pagum Franconicum 'Maasgau' esse, putat Gaupp l. cit. p. 75. Contrariam opinionem defendit R. Schroeder, 'Untersuchungen zu den fränkischen Volksrechten' p. 500. 501, qui locum nostrum de pago Frisico (Masland inferior) interpretatur. 30) Agitur c. 28. 29. de furto, quod Frisiones aut Saxones in terra Chamavorum commiserunt. Iudicantur rei secundum legem suam, ideoque wirdiram non solvunt, quae poena propria iuris Franconici est. Poena dupli cum iure Frisionum convenit, cfr. not. 27. Apud Saxones, Chamavis propinquos, idem atque apud Frisiones ius valuisse videtur, cum secundum ius proprium Saxonicum fur aut *novies* componat aut poena mortis plectatur, cfr. Lex Sax. c. 29—36. — Aliter locum nostrum interpretati sunt Gaupp l. cit. p. 75. Zoepfl l. cit. p. 56. 57. R. Schroeder l. cit. p. 500, qui, contextum codicis 2 (c. 29: *ad Saxones*) secuti, de furto agi existimant, quod Chamavus adversus Frisionem aut Saxonem commiserit. 31) Cfr. Lex Ribuaria tit. 73. 32) Quatuor solidi, qui c. 31. 34—41. reo infliguntur, non proprie fredum sunt (pars enim compositionis, non tota compositio, fredum est), sed

XXXII.

Si quis in sanctis reliquiis se[a] periuraverit, manum suam perdat, aut eam redimat quarta parte de sua leode in dominico[33].

XXXIII.

Quicquid contra rectum fecerit, cum solidis 4 in fredo dominico componere faciat[*. 34].

*) *In codice 2 hoc caput ita legitur:* Quicquid contra drictum fecerit, cum solidis 4 emendare faciat, in fredo solidos 4.

XXXIV.

Si quis cum armis bannitus fuerit, et non venerit ibi, solidos 4 in fredo dominico componere[b] faciat[35].

XXXV[c].

Si quis cum caballo bannitus fuerit, in fredo dominico solidos 4 componere faciat.

XXXVI.

Si quis wactam[d] aut wardam[d] dimiserit, quando ille comes ei[e] cognitum fecerit, in fredo dominico[f] solidos 4 componere faciat.

XXXVII.

Quisquis[g] audit arma clamare et ibi non venerit, in fredo dominico[f] solidos 4 componere faciat[h. 36].

XXXVIII.

Si quis sclusam dimiserit, quando suus comes ei commendat facere, in fredo solidos 4 componere faciat[b]. Quando rumpit et eam emendare noluerit, solidos 4 in dominico componere faciat[b 37].

XXXIX.

Si quis ad pontem[i] publicum bannitus fuerit et ibi non venerit, solidos 4 in fredo componat[37].

XL.

Si quis comes ad placitum suum hominem bannit et ibi non venerit, in fredo solidos 4[k. 37].

XLI.

Si quis viam publicam clauserit, in fredo dominico[f] solidos 4[37].

XLII.

Si quis Francus homo habuerit filios[l], hereditatem suam de sylva et de terra eis dimittat et de mancipiis et de peculio[m]. De materna[n] hereditate similiter in filiam[o] veniat[f. 38].

a) sibi 2. b) componat (faciat *omisso*) 2. c) *totum hoc caput omisit* 2. d) wacta aut warda 2. e) eum 2. f) *deest* 2. g) Si quis 2. h) *ordinem capitulorum XXXVII. et XXXVIII. invertit Baluzius.* i) pontum 1. k) componat *addit* 2. l) duos *addit* 1, *quod sensu caret et fortasse ex ultimis litteris antecedentis verbi* filios *iteratis originem duxit; codex* 2, *ubi* duos *deest, genuinum textum huius capitis absque dubio exhibet.* m) peculiario 2. n) matris 2. o) filia 2.

bannus comitis, qui secundum ius commune Francorum quindecim solidorum (cfr. P. Roth, 'Geschichte des Beneficialwesens' p. 143, not. 133. Sohm, 'Fränk. Verf.' p. 175), apud Francos Chamavos quatuor solidorum est. De banno dominico Chamavi *habebant sicut alii Franci* (supra c. 2), aliter de banno comitis, id quod capitibus laudatis legis nostrae demonstratur. Distinctio, quae inter fredum ('Gewedde nach Volksrecht') et bannum ('Gewedde nach Amtsrecht') existebat, aetate Carolingorum obliterata erat, ideoque documenta Carolingica (exempli gratia lex nostra) verbis *bannus* et *fredus* promiscue uti solent. Cfr. Sohm l. cit. p. 111. 112. 33) Cfr. Capit. Haristallense a. 779, c. 10 (Capp. ed. Boretius I, p. 48): *De eo qui periurium fecerit, nullam redemptionem, nisi manum perdat.* Lex Saxonum c. 21. 22: *Qui in ecclesia — sciens periuraverit, capite puniatur, et qui nesciens periuraverit, manum suam redimat auctor sacramenti.* Ius Francorum tempore Merowingico leviorem poenam quindecim solidorum habebat (cfr. Lex Salica tit. 48, c. 1. Lex Ribuaria tit. 50, c. 2). Lex nostra cum iure aetatis Carolingicae convenit. De pretio, quo manus redimitur, cfr. supra c. 20. 34) De fredo apud Chamavos cfr. supra not. 3. 35) Capita 34—41. agunt de banno comitis, qui apud Chamavos quatuor solidorum est (cfr. not. 32). Habemus igitur capitibus nostris quasi enumerationem eorum, quae comitibus saeculo nono apud Francos iure competebant. C. 34—36. tractant de iure comitis, quo pagenses bannit, ut cum armis aut cum caballo ad *wactam aut wardam* aut ad quodvis servitium, quo publica securitas defendatur, veniant (non igitur de heribanno, qui regi soli competit, sed de eo banno, quem hodie 'Polizeigewalt' dicimus, capitibus nostris agitur), cfr. P. Roth l. cit. p. 411. 143, not. 133. Ad idem ius c. 37. spectare videtur, cum clamor publicus *(arma clamare)* comiti quoque atque ministris eius competit, ut pagenses in unum colligantur. Capitibus 38. 39. 41. potestas comitis de sclusis, pontibus, viis publicis, c. 40. iurisdictio comitis illustratur. 36) *Arma clamare* i. e. clamor publicus, quo auxilium postulatur, 'wafengeschrei, wapengerüfte', J. Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer' (ed. 2, 1854), p. 876. 634. 873. Cfr. nota 35. 37) Cfr. not. 35. 38) Cfr. R. Schroeder, 'Geschichte des ehelichen Güterrechts in Deutschland' I (1863), q. 122. 173. K. v. Amira, 'Erbenfolge und Verwandschaftsgliederung nach den altniederdeutschen Rechten' (1874) p. 42—45. — Burchardi episcopi Wormatiensis leges et statuta familiae S. Petri (circa a. 1024)

XLIII.

De ingenuis hominibus, quomodo aut qualiter ad placitum per bannum debeant venire. Ingenuus, si per comitem aut per missum suum bannitus fuerit infra comitatum de maxima causa, super noctes 14 ad placitum veniat. Si minor causa extiterit, super noctes 7 ad placitum veniat[39].

XLIV.

Si quis de[a] lido suo pro aliqua causa[a] in ratione fuerit inventus, super noctes 14 ipsum lidum ad placitum adducat, si senior suus in ipso comitatu est[40]. Si in alio comitatu est, ipse lidus suum[b] seniorem ad placitum adducat[b] super noctes 25. Si in tercio comitatu est, super noctes 42[41]. Si in alio ducato est, super noctes 84 cum[c] suo seniore veniat ad ipsum placitum[c].

XLV.

De raptu[d]. Si quis ingenuus cum lidis raptum fecerit, cum uno wadio et una manu[42] emendare studeat.

XLVI.

Si quis hominem in mordro occiderit, tunc exeat ad iudicium, aut suus senior per[e] sacramentum eum liberet[43].

XLVII.

Si cuius[f] puellam sponsatam alius priserit, solidos 200 componere faciat, in fredo solidos 60[44].

XLVIII.

Si fur de 7 latrociniis comprobatus fuerit, exiet[g] ad iudicium. Si ibi incenderit[h], tradant[i] eum ad mortem[i]. Et posteaquam ad iudicium ambulaverit, si ibi non incenderit[k], tunc liceat suo[l] seniori wadio suo illum adhrammire[l] et pro eo emendare ac[m] de morte liberare[m. 45].

EXPLICIT[n].

a) propter lidum suum per aliquas causas 2. b) ad placitum suum seniorem adducat 2. c) cum seniore suo ducat ad placitum 2. d) *rubrum in* 2. e) ad 2. f) quis 2. g) postea exiet 2. h) *coaeva manus in* 2 *correxit:* inciderit, *cfr. not. k.* i) tunc eum tradat ad mortem 2. k) inciderit 2. l) suum seniorem wadium suum adhrammire 2. m) ac de m. lib. *desunt* 2. n) *deest* 2.

c. 10: *Ius erit: si ex familia vir aliquis et uxor eius obierint, et filium cum filia reliquerint, filius haereditatem servilis terrae accipiat, filia autem vestimenta matris et operatam pecuniam accipiat, reliqua, quae remanserint, in omnibus aequaliter inter se partiantur.* — De homine Franco cfr. supra not. 2. 39) Secundum legem Ribuariam ingenuo spatium legitimum aut quadraginta aut quatuordecim noctium conceditur; septem noctes libertis, qui minus plena libertate fruuntur, sufficiunt, cfr. ex. gr. Lex Rib. tit. 58, c. 21; tit. 59, c. 4. Sohm, 'Fränk. Verf.' p. 438, not. 142. 40) Cfr. quod lex Ribuaria tit. 30. 31. de servo atque de homine ingenuo, qui in obsequio est, repraesentando praescribit. 41) De tribus comitatibus terrae Chamavorum cfr. R. Schroeder, 'Untersuchungen' p. 497—499 (cfr. supra praef. p. 269, not. 1). Quo loco Schroeder ostendit, terram Hamalant (quod titulo nostro probatur) ducatum fuisse. 42) i. e. aut una compositione (pro cuius solutione wadium datur, cfr. supra not. 16) aut uno sacramento. 43) Seniores sunt optimates, qui latifundia possident et in quorum servitio ingenui quoque homines aut colonatico aut vassallitico iure sunt constituti. Senior pro homine suo faidam levare, accusare (cfr. P. Roth, 'Feudalität und Unterthanverband', 1863, p. 223. 224), compositionem solvere (cfr. c. 48) et sacramentum iurare potest. Distinctio inter hominem Francum et ingenuum (not. 2) cum distinctione inter seniores et homines eorum convenire videtur. 44) Loco fredi hic bannus regius sexaginta solidorum solvitur, cfr. Sohm l. cit. p. 110. 111. 45) Senior (cfr. not. 43) hominem suum wadio in libertatem vindicat (*wadio suo illum adhrammire*, cfr. supra not. 16), dum wadio suo (i. e. pignore dato) de compositione solvenda securitatem praestat.

CORRIGENDA.

p. 192, *l.* 29 *loco* tit. 68 *legendum* tit. 65. — *p.* 192, *l.* 47 *loco* not. 11 *legendum* not. 34. — *p.* 198, *l.* 29 *loco* duobus *legendum* duabus. — *p.* 204, *l.* 39 *loco* oreretur *legendum* oriretur. — *p.* 203, *l.* 40 *post* 1613. inserendum est]. — *Titulus* 25. *legis Ribuariae secundum textum A, quem edidi, compositionem* 6 *solidorum, non* 5 *solidorum habet. Compositio* 5 *solidorum, quam textus B et codd. A* 2—4. 6. 7. 9. 10. *habent, postea inducta esse videtur. Mutanda igitur erunt, quae p.* 193, *l.* 12. *et p.* 220, *not.* 32. *disserui. Solus tit.* 24 (*qui compositionem Salicam* 2½ *solidorum habet*) *postea legi Ribuariae additus esse videtur.*

INDEX RERUM ET VERBORUM.

SCRIPSIT K. ZEUMER.

Indici praemittimus veteres in legem Ribuariam glossas, quae exstant in codice Sancti Petri in Silva nigra, nr. 87, nunc Karlsruhensi, saec. XI, fol. 86. Ediderunt plerasque glossas, Latino-Germanicas scilicet omnes: Graff, Diutiska I, p. 341; A. Holder in Germania XXII ('N. F.' X), p. 399; Steinmeyer, 'Althochdeutsche Glossen' II, p. 353. Nunc vero omnes ad apographum, quod benevole V. Cl. A. Holder solita diligentia in usum nostrum fecit, publici iuris facimus.

Voces ordinem, quam in ipsa lege servant, omnino fere sequi, ex numeris titulorum capitumque a me adnotatis apparebit. Quaedam voces omni interpretatione carent, aliae Latina, pleraeque Germanica sunt instructae. Quae interpretamenta, quamvis non omnia eodem tempore addita esse videantur, certe non parvi sunt momenti. Antiquiora fortasse sunt adscripta, recentiora superscripta.

Excerptae esse videntur voces ex exemplari legis, ubi capitulare legi Ribuariae a. 803. *additum (LL. Capitularia I, p.* 117*) non subiectum, sed in ipsam legem receptum erat. Vox* beneficium *enim ex capitularis illius capite* 6, *quod spectat ad tit.* 32. *legis, ipsius tituli* 32. *voces excipit; cf. infra.*

Nonnullae fortasse glossae antiquiores sunt existimandae, quam ipse codex, e quo excerptae sunt; interpretamentum roth *enim ('Rodung') ad* arte *quidem, quod exhibent codices textus B, scriptum est, sed re vera vocem* sarte, *quae legitur in textu A, interpretatur. Etiam* giwaroda *magis cum* etuniata (idoniata) *textus A, quam cum* idonea *textus B, ad quod scriptum est, convenire videtur.*

INCIPIUNT CAPITULA LEGIS RIBUARIAE.

Trustis: adiutorium. [11, 1.

Tres discessiones: in tribus generibus, si quis possit in illa[a] genere [12, 2.

astę
Ramo: rise. [15.

vol totidem ... laiscat
Dilatura: quod longe est, quod non persolvitur. [17, 1.

Sonestis: stuat[1] rura[2], suanus. [18, 1.

Scrofa: su, cum verre: ber. [*ib.*

Colpus: ictus. [19, 1.

Festuca: halm. [30, 1.

Tangano. [*ib.*

comitatum
Ducatum. [30, 2.

menan
Mannire: bannan. [32, 1.

Legitimam strudem. [32, 3.

Taxaga. [32, 2. *cod. A* 5; *cf.* 18, 1.

Iudex[b] fiscalis. [32, 3.

cigistertanne
Strudem: distructionem. [32, 4.

Spata cum scogilo. [36, 11; *cf.* 32, 4.

Mahal[b, 3]. [30 *sqq.?*

Fideiussor: burigo. [32, 4.

Sunnis: legalis necessitas. [32, 1.

lehan
Beneficium. [*Capitul. legi Rib. add. c.* 6. *ad tit.* 32.

anafangeda
Interciavit. [33, 2.

Multetur: dampnetur. [34, 3.

Bauuarii: lorici[c]. [36, 4.

gibeizdan
Conmorsum. [36, 11.

unerwendit
Inconvulsum. [37, 1.

socius
Contubernius. [41, 2 *cod. A* 5.

druhin[d]
Truitis. [42, 2.

wid
Retorta. [43.

firhouwid
Cappulaverit. [*ib.*

etar
Cambortus. [*ib.*

furaverit
Involaverit. [*ib.*

stigilla
Traucus. [*ib.*

plaustrum
Carrum. [44.

hussuacha
Scrutinium. [47, 2.

adoptivus
Affatimus. [48. 49.

Fiscus: curtis dominicalis[e]. [57, 4.

Tuitio. [58, 1.

Vicarius: vicedomnus vel vogat. [58, 3.

Conuca: quenela. [58, 18.

giwaroda
Idonea. [59, 3.

glet[f]
Multa. [58, 7.

Actor. [58, 20.

Refragari: resumere. [58, 18 *(A)*; 59, 2.

Superpriserit. [60, 2.

Arte[g]: roth. [60, 4.

Butina: lach. [*ib.*

Mutilifactę: marcsteina. [*ib.*

Multetur: persolvatur. [61, 2.

Litus: laz. [62, 1; *cf.* 34, 5 *(B)*.

Talaverint: tulerint. [64.

Emunitas: hantfeste. [65, 3.

Placatus[h]: punitus. [68, 1.

Incestum: incastum. [69, 2.

Balista: slengira. [70, 2.

Pedica. [*ib.*

Inpalaverit. [70, 3.

wegewahda
Lacina. [71.

Quadruvium: 4 vię. [72, 1.

standente
Lacata[i] materiamen[k] [76.

Mentonalis. [70, 3.

Fissa: gispaltan. [76.

Decorticatum: biscindit. [72, 6.

Res proprisa: preoccupata. [75.

Colebus[l]. [77.

In clida: biscilbit. [*ib.*

Parricum. [82, 2.

Excorticaverit: biscindit. [86, 1.

Affatimire: zigifadimanne. [49.

Alodibus: proprietatibus. [56, *r.*

a) *lacuna* 12 *literarum, sed nihil erasum.* b) *glossae praecedenti ut interpretamentum additum est in cod.* c) Norici *legendum videtur.* d) h *superscr. c.* e) dominicat̄ *c.* f) gelt *suspicatus est Steinmeyer.* g) *ita codd. B, sed legendum est* sarte, *ut in textu A.* h) *pro* plagatus. i) *sic etiam legis codices quidam pro* locata. k) mar̄. *c.* l) Coleb̄ *c.*

1) Equaria. 2) 'ruore mhd.: meute, koppel'? Steinmeyer. 3) Vox interpretari potest *iudicium, haraho, mallum.*

(Nudi numeri titulos et capita legis Ribuariae indicant, numeri litera p. praemissa paginas et quinas lineas; r. significat rubricas et textus B in contextu legis Ribuariae editas et eas, quae in indicibus p. 205—208. exstant. Ch. = Lex Cham.; Gl. = Glossa.

Schluss des fünften Bandes

mit Titel und Inhaltsverzeichniss.

LEX ROMANA RAETICA CURIENSIS.

EX EDITIONE KAROLI ZEUMER.

PRAEFATIO.

5 §. 1. *Introductio.*

Constat inter omnes, hanc legem, quae olim Romana Utinensis dicebatur, nunc rectius Romana Raetica Curiensis nominanda est, scriptam esse secundum legem Romanam, quae Alarici II. Visigothorum regis iussu ex antiquioribus iuris Romani fontibus conscripta et ab ipso rege a. 506. *lata est, pleraque tamen* 10 *in hac lege Raetica ita mutata atque ad modum et rationem legum et morum Germanorum redacta esse, ut non modo non genuinum ius Romanorum, sed ne vulgare quidem continere videatur.*

Constat etiam, legem non esse publice latam, sed conscriptam esse a privato quodam, qui non novi quicquam statuere voluit, sed antiquas tantum iuris 15 *Romani leges secundum usum sui temporis transformare et explicare.*

De patria et tempore iam multum disceptatum est inter viros doctos, aliis legem in Foroiuliana provincia, aliis in Istria, aliis in Raetia Curiensi scriptam esse opinantibus; neque minus in controversia erat, utrum saeculo octavo an nono seu medio seu exeunte orta esset. Longum est singula omnia 20 *enarrare, quae inde a lege nostra primum edita a Canciano de ea scripta sint; sed paucis ea referenda sunt, quae novissime viri docti de lege disseruerunt.*

Raeticae originis opinionem, postquam C. Hegel[1] *et G. Haenel*[2] *eam proposuerant, fere omnes viri docti secuti sunt, ex. gr. O. Stobbe*[3]*, F. C. de Sa-* 25 *vigny*[4]*, R. Sohm*[5]*, P. C. Planta*[6]*, A. Pertile*[7]*, G. Waitz*[8]*, G. Cohn*[9]*, L. R. de Salis*[10]*, R. Schroeder*[11]*, H. Brunner*[12]*.*

Pauci tantum contradicentes antiquiores de legis origine opiniones defen-

1) 'Gesch. der Städteverfassung v. Italien' II (1847), p. 119. 2) Lex Romana Visigothorum ed. Haenel 30 (1849), Praefatio p. xxxvi sqq. 3) De lege Romana Utinensi (1853), §. 6, p. 21; 'Gesch. d. D. Rechtsquellen', §. 18, I (1860), p. 203 sqq. 4) 'Gesch. d. Röm. Rechts im MA.' VII, p. 28. 29. 5) 'Fränk. Reichs- u. Gerichtsverf.' p. 310 sqq.; 'Fränk. Recht 35 u. Röm. R.' in 'Z. d. Savigny-Stift. I. Germ. Abth.' p. 17. 18, n. 15; cf. 'Z. f. Kirchenrecht' IX, p. 197, n. 10. 6) 'D. alte Raetien' p. 327 sqq. 7) 'Storia del diritto Italiano' I, p. 102. 8) 'D. Verfassungsgesch.' III², p. 627. 9) 'Justizverweigerung' p. 100, n. 6. p. 163. 10) Lex Romana Curiensis in 'Z. d. Savigny-Stift. VI. Germ. Abth.' p. 151 sqq. 11) 'Lehrbuch d. D. Rechtsgeschichte' (1887), p. 239. 12) 'Z. d. Savigny-Stift. IV. Germ. Abth.' p. 264 sqq. 'D. Rechtsgeschichte', §. 51, I (1887), p. 362.

dere conati sunt, scilicet R. Wagner, qui Istrianam[1], *Franciscus Schupfer, qui, crebris libellis de hac re emissis, Longobardicam obtinuit originem*[2].

Minor erat de tempore legis dissensio. Antiquior enim opinio, legem saeculo IX. exeunte vel X. ineunte conditam esse, quam secuti erant C. F. de Savigny[3], *M. A. de Bethmann-Hollweg*[4], *C. Hegel*[5], *post reperta statuta illa, quae dicuntur capitula Remedii, episcopi illius, qui sedem ecclesiae Curiensis circa a.* 800. *et aliquos — nescimus quot — annos post habuit, tempore conscripta, dimissa est, cum in statutis illis lex nostra allegari videretur. Quo cum tempore convenire videbatur, quod saepius rex, numquam imperator in lege memoratur; itaque G. Haenel*[6], *O. Stobbe*[7], *P. C. Planta*[8], *A. Pertile*[9], *alii legem saec. VIII. exeunte conscriptam esse existimaverunt.*

Quam sententiam acriter impugnavit Franciscus Schupfer, negans, et legem nostram in capitulis Remedii allegari et eam ante medium saeculum IX. scribi potuisse. Quod de origine Langobardica vel Foroiuliana exposuit, id quidem viri docti, qui post eum de lege disseruerunt, scilicet H. Brunner[10], *R. L. de Salis*[11], *R. Schroeder*[12] *iuste refutaverunt; quod vero de tempore exposuit, non solum probaverunt, sed etiam novis argumentis fulserunt et accuratius definierunt.*

Ex quibus novissime H. Brunner exposuit[13] *de lege, aperte demonstrans, eam iam medio saeculo IX. in Raetia inferiore in usu fuisse, cum in carta quadam Vinomnae, hodie Rankweil in regione Vorarlberg dicta, a.* 852. *vel* 859. *data haud dubie allegetur. Legis in partibus Raetiarum usum etiam ipsos codices, e quibus tribus duo Raeticam prae se ferant originem, testari. Origini autem Langobardicae vel Foroiulianae maxime repugnare et verba et instituta iuris Francici haud raro in lege nostra memorata. Neque vero iam saeculo VIII. legem scribi potuisse, H. Brunner, partim eisdem quibus Fr. Schupfer argumentis usus, existimavit; primum enim principes in lege memoratos summorum regni vassallorum iuribus fere regalibus, ipsa regia potestate diminuta, functos videri, deinde mancipia iam inter immobilia in ea numerari, tum nonnullos legis locos ad iura et instituta feudalia admodum progressa referendos esse. Quae omnia magis cum posteriore illa quam cum priore aetate convenire videri.*

Nuper autem in commentatione mea de patria et aetate legis nostrae, in Annalibus historiae iuris edita, exposui[14], *originis Raeticae opinionem non solum ex causis iam a prioribus allatis retinendam, sed etiam novis fulciendam esse; de tempore vero prorsus aliter sentiendum. Lex enim integro fere saeculo vetustior est, quam Fr. Schupfer, H. Brunner, R. Schroeder, R. L. de Salis opinati sunt*[15].

1) 'Zur Frage nach der Entstehung und dem Geltungsgebiet der Lex Romana Utinensis' in 'Z. d. Savigny-Stift. IV. German. Abth.' p. 54 sqq. 2) 'Delle istituzioni politiche Langobardiche' (Florentiae 1863), p. 126 sqq.; 'La legge Romana Udinese', Romae 1881 ('Reale accademia dei Lincei. Ser. 3ª. Memorie della classe di scienze morale, storiche, filologiche'. Vol. VII); 'Nuovi studi sulla lege Romana Udinese', Romae 1882 (ibid. Vol. X). 3) l. c. I, p. 431. 4) 'Ursprung der lombardischen Städtefreiheit' (1848), p. 28 sqq. 5) l. c. II, p. 108. 6) l. c. p. XXXIII. XXXIX. 7) Lex Rom. Utin. p. 23—27; 'Gesch. d. D. Rechtsquellen' I, p. 205 sq. 8) l. c. p. 335. 9) l. c. I, p. 103. 10) 'Z. d. Savigny-Stift. IV. Germ. Abth.' p. 264; 'D. RG.' I, p. 362 sq. 11) l. c. p. 148—151. 12) l. c. p. 239. 13) 'D. RG.' I, p. 361 sqq. 14) 'Ueber Heimat und Alter der Lex Romana Raetica Curiensis' in 'Z. d. Savigny-Stift. f. RG. IX. Germ. Abth.' p. 1 sqq. (1888). 15) Commentatione mea iam impressa, nondum autem evulgata, Franciscus Schupfer tertium edidit de lege nostra libellum: 'Della lege Romana Udinese, ricerche critiche', Romae 1888. ('Reale Accademia dei Lincei. Ser. 4. Memorie della classe di scienze morali, storiche, politiche'. Vol. III, Pars 1). Auctor contra sententias a vv. cll. Brunner et de Salis propositas contendit. Pleraque, quae nova et non a prioribus satis refutata obicit, iam

De quibus rebus infra denuo exponam, argumentis, quae in commentatione mea attuli, summatim repetitis et, ubi fieri potest, emendatis et auctis. Prius autem de ipsis codicibus disserendum est, cum ex eorum aetate, origine et indole quaedam ad patriam et aetatem ipsius legis definiendas colligi posse videantur.

§. 2. *De codicibus legis.*

Codices tres legis nostrae, qui supersunt, in duas classes dividimus, duos classi A tribuentes, tertium classi B. Neque vero id interest inter classem A et B, ut codices A meliorem plerumque ac magis genuinum praebeant textum; haud raro potius solus codex B genuinas praebet lectiones. Communem classem codicum A ideo institui, quia uterque ex eodem exemplari derivatus est, tertio codice aliunde deducto. Illos autem litera A ideo praecipue significavi, quia antiquior ex duobus classis illius solus est, qui totam legem contineat.

Nunc de singulis codicibus dicendum est.

A 1. *Codex bibliothecae monasterii S. Galli nr.* 722, *olim D. n.* 184, *saec. IX. ex maiore parte rescriptus. Paginae inde a folio* 2. *numeris signatae sunt. Quaterniones inde a pagina* 17, *qua incipit novus quaternio, literis antiquis infra signati sunt, et primus quidem litera I, secundus litera B, tertius litera C etc. usque ad decimum quartum, qui literam O praebet. Duo, qui praeterea sequuntur, quaterniones signaturis carent. In membranis, ex quibus hi sedecim quaterniones formati sunt, olim S. Hilarii expositio psalmorum literis minusculis quae dicuntur Romanis saec. VI. fortasse scripta erat. Quo textu eluto, lex Romana nostra et capitula quae dicuntur Remedii duabus manibus valde inter se scriptura diversis alternis vicibus super antiquiorem textum scripta sunt.*

Ex signatione quaternionum apparet, eam quae rescripta est codicis partem primitus separatim compositam, eaque quae nunc praecedunt folia post addita esse; quibus foliis haec continentur: fol. 1' (*= p.* 2) Incipiunt capitula Iustini imperatoris sacra privilegia concilii Vizaceni[1], *quam rubricam sequitur index capitulorum I—VIII. rubricas praebens. Ipsa vero capitula desunt, reliqua folii parte vacua relicta.*

Sequuntur in fasciculo 6 *foliorum membranae albissimae post inserto capita* 30 *excerpta ex Iuliani versione novellarum Iustiniani, quae, rubrica et indice capitulorum omissis, incipiunt fol.* 2 (*= p.* 3) *verbis:* Imperator Iustinianus omnibus praefectis Alamannicus *etc.; finem facientibus fol.* 8 (*= p.* 15) *verbis:* temporibus praefectis praeturiorum[2]. *Alia manu brevis oratio fol.* 8' (*= p.* 16) *scripta est:* Exaudi, quaesumus, Domine . . . Per Dominum. *Folium* 9 (*= p.* 17. 18) *vacuum relictum iam ad codicem palimpsestum pertinet, cuius folio secundo (totius codicis fol.* 10 *= p.* 19) *lex Romana nostra incipit. Ad calcem legis huius, libro XXVII. finito, statuta illa, quae haud satis accurate Capitula Remedii dicuntur, quasi novissimus quidam legis liber, tamen sine numero subiecta sunt. Superscriptio:* Incipiunt capitula *ad solum capitulorum*

per ea, quae in commentatione mea exposui, dissolvuntur. Novum illum libellum, ubi opus est, citandum duxi: Schupfer III. 1) De concilio Vizaceno vel Byzaceno a. 541. habito cf. Mansi, Collectio conciliorum amplissima IX, col. 111; Baronii Annales a. 541, nr. 10—12; Hefele, 'Conziliengeschichte' II[2], p. 779. 2) Excerpta ista edidit G. Haenel, 'Berichte d. kgl. sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften. Philos.-hist. Cl.' 1857, p. 12; cf. ibid. p. 1 sqq.; Richter-Dove, 'Lehrbuch des Kirchenrechts' (ed. 6), §. 42, n. 2 (in edd. 7. 8. commentatio ista omissa est); cf. Maassen, 'Gesch. der Quellen und Litt. des canon. Rechts' §. 952.

indicem, qui ipsis statutis praecedit, pertinet; eodem enim modo etiam ipsius legis libris indices praemissi sunt, qui similem praebent inscriptionem; cfr. ex. gr. indicem libri XXVI: Incipiunt capitula de libro XXVI, *libri XXVII:* Incipiunt capitula de libro XXVII.

De hoc codice cf. G. Haenel, Lex Romana Visigothorum, praefat. p. LXXXIV; *G. Scherrer, 'Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen', Halae Sax.* 1875, *p.* 231. 232. *Codicem a praefecto bibliothecae monasterii S. Galli v. cl. Idtensohn liberaliter Berolinum transmissum ipse contuli. Imaginem scripturae utriusque manus praebet tabula nostra.*

A 2. *Codex bibliothecae universitatis Lipsiensis nr.* 3493, *antea archivi ecclesiae Utinensis, olim capituli cathedralis Aquileiensis, saec. IX—X. Est idem codex, ex quo Cancianus primum edidit legem. Ex duabus constat partibus diversae originis, posteriore tempore inter se colligatis. Prior pars, p.* 1—198, *continet Iuliani versionem novellarum Iustiniani, altera, p.* 199 *sqq., post alia legem nostram Romanam praebet. In fine desunt quaedam, novem, ut videtur, foliis ultimis abscissis. Alterius partis vel potius codicis, de quo solo nobis agendum est, quaterniones numeris I—VIIII signati octonis foliis constant, decimi quaternionis septem tantum folia supersunt. Haec sunt, quae continet codex iste.*

A) p. 199—224. *Collectio constitutionum interpretationumque earum, quae in codicibus quibusdam Iuliani ipsis novellis appendix subiecta est, scilicet in codicibus, qui in editione Iuliani a Gustavo Haenel parata numeris* 2. *et* 3a. *signati sunt*[1], *et in eo codice, ex quo auctor legis Romanae canonice comptae hausit*[2]. *Ista sunt appendicis illius singula capita: p.* 199 *sqq. scholia in Iulianum divisa in* 42 *capitula, incipientia:* I. Vicarios Asianae Frigiae in duas dividitur provincias; *p.* 208 *sqq. Novella* 143. *Iustiniani Leoni inscripta:* Incip[it] alia cons[titutio] de raptu virginum, viduarum et matrimonialium *(sic!); p.* 210 *sqq. constitutio, quae dicitur Sanctio pragmatica Iustiniani, incipiens:* Pro petitione Vigilii *(v. supra p.* 171 *sqq. et inter Constitutiones imperatorum Iustiniani etc. ad calcem Novellarum editas Const. I); p.* 219 *sq. constitutio Iustini (Nov.* 140*):* Ut possit ex consensu dissolvi matrimonium; *p.* 221. *constitutio Iustiniani:* De ascripticiis et colonis *(l. c. Const. II); p.* 222. *constitutio Iustini imperatoris:* De filiis liberarum, *in Africam directa (l. c. Const. III); p.* 223: Sacrum pragmaticum Tiberii Aug. de confirmationem constitutionum Iustini imperatoris *(l. c. Const. IV). — Sequuntur hanc Iuliani appendicem:*

B) p. 225. *capita* 85—87. *edicti Theodorici Ostrogothorum regis.*

C) p. 225 *sqq. leguntur eadem, quae, etsi non integra, etiam codex A* 1 *legi Romanae praemissa continet capita.*

1) In Christi nomine incipit capt Iustiniani imperatoris sacra privilegia concilii Vizaceni. I. Ut episcopus *etc. Eadem sunt capitula, quorum rubricas codex A* 1 *praebet. Vide supra p.* 291, *l.* 28 *sqq.; cf. Haenel, 'Berichte der kgl. sächs. Gesellschaft der Wissenschaften, Histor.-philol. Cl.' IV (*1852*), p.* 80.

2) *p.* 232 *sqq. Eadem capitula, quae post rubricas privilegiorum concilii Vizaceni leguntur in A* 1, *ex Iuliano excerpta:* Constitutiones domini Iustiniani imperatoris. Pro diversis capitulis episcoporum *etc., quibus praecedit*

1) Iuliani Epitome novellarum ... instruxit G. Haenel, Lipsiae 1873. Praef. p. II. III.

2) Cf. Maassen, 'Gesch. der Quellen und Litt. des canon. Rechts' I, p. 937 sqq.; Idem, 'Ueber eine Lex Rom. can. compta' in 'SB. d. Wien. Akad. Philos.-hist. Classe' XXXV, p. 74 sqq.

Lex Romana Raetica Curiensis.

Cod. A1 (bibl. S. Galli № 722) pag. 186.

suus h. deferro callido qualecumque nota in
suo membro fecerit quod non possit dele
re. actia e(st) si p qualē dumque cottidie dominus suus
gale signū in suo corpore miseria quod se
p parere possiat. Nā ciue romanū libertus
meliorem quaem ille ali qui et testamen
tum facere potest. Et omnia quae ha
bet p comiatu patroni sui, cui voluerit con
donare potest. Latinus uero libertus cu

Cod. A2 (bibl. univers. Lipsiensis № 3493 fol., olim Utinensis).

pag. 243, col. b.

PORIBUS PREFECTIS
PRETVRIORVM.
INNOMINE SCAE TRINITATIS
INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI
PRIMI LEGIS.
·I· Deconstitutionib; principū.

pag. 335, col. b.

X. De excertationem,
XI. De lege falcidia,
XII. De fideiussore,
XIII. De quibus modis obligatio
tollatur id est defurto.
·I· INCIP LIBER GAGII. INTP.
Ingenuoꝝ statu unū est.
nā libertoꝝ uero tria

Cod. B. (archivi S. Galli XXX, olim Fabariensis) fol. 59.v

Nam ciues romanus libertus melior
quā illi alii qui et testamentū facere poss
et omia que habet p comiatū patroni sui
cui voluerit condonare potest. Latinus
uero libertus cū gracia domini sui potest
adhoc puenire ut ciues romanus liber
tus fiat. Dediticius uero libertus ad hoc
puenire nullo modo potest;
De numero seruorum
·II·
Quantos seruos homo p suū testam
liberos dimittere potest. Id est qui du
os seruos habet ambos liberos dimit

index capitulorum: Incipiunt capitula. hr. (= hera *vel* hira: *i. e.* aera = *caput*) I. Ut non liceat monasterium alienare. hr. II. *etc. (usque cap. XII; ante capitis XIII. numerum literae* hr. *erasae sunt et ante reliquas omnino desunt).*

Quas constitutiones continuo p. 243, *col. a. lex Romana nostra sequitur, in margine tamen signo quodam initium novi operis adnotatum est. Codex exhibet legem usque ad medium librum XXII; reliqua, codice in fine mutilato, desunt.*

Cf. de hoc codice Haenel, Lex Romana Visigothorum, Praef. p. LXXXIII; *idem in 'Berichte der kgl. sächs. Gesellschaft der Wiss., Histor.-philol. Cl.' IV (*1852*), p.* 65 *sqq.; VIII (*1856*), p.* 303 *sqq.; idem in Iuliani Epitome novellarum, Praef. p.* VIII—X. — *Codicem a Gustavo Haenel, b. m., qui eum emptione paraverat, bibliothecae universitatis Lipsiensis inter alios legatum, cum legator vetuisset eum foras edere, Lipsiae ipse contuli. Tabula nostra duas exhibet scripturae codicis imagines.*

B. Codex archivi monasterii S. Galli XXX[1], *olim Fabariensis abbatiae, saec. IX. Fol.* 1. *supra manu quadam saec. XVII. exaratum legitur:* Monasterii Beatae Virginis Mariae ad Favariam[2]. *Codex olim amplior nunc quidem* 76 *tantum foliis constat. Deperdita sunt inter fol.* 46. *et* 47. *nonnulla folia, octo, ut videtur, quaternionem formantia, quibus continebatur textus inde a IX,* 1, 1 *ex. usque XII,* 1, 1 *ex. Praeterea desunt quaedam folia inter fol.* 69. *et* 70, *quibus continebatur textus inde a XXIV,* 8, 1 *med. usque XXVI,* 4, 2 *med. Haec autem lacuna iam antiquissima esse videtur; fol.* 70. *enim supra, ubi post lacunam textus denuo incipiens pergit in libro XXVI, qui est Pauli Sententiarum liber IV, manu saec. X—XII. notatum est:* PAULI. IIII.

Codex praebet fol. 1—6' *omnium librorum indices capitulorum conscriptos, qui in codicibus A* 1. 2 *singulis libris praemissi sunt. Sequitur ipsius legis textus fol.* 7'—74'. *Subiecta sunt fol.* 74'—75. *et genuina Interpretatio ex lege Romana Visigothorum ad Paul. Sent. I,* 15, 3 *et ex epitome Aegidiana Novella Valent. III,* 8, *addita clausula finali:* Explicit liber legum.

Sequitur sub rubrica: De legibus, *maioribus literis exarata caput illud incipiens verbis:* Moyses gentis Hebreae primus omnium divinas leges sacris litteris explicavit, *quod ex Isidori Hispalensis Etymologiarum libro V. exceptum saepius in codicibus legis Romanae Visigothorum legitur. Ipsius eiusdem legis quaedam capitula subiecta sunt excerpta ex codice Gregoriano, scilicet L. Rom. Vis. Cod. Greg.* 10. 11. 12. *Sequuntur ad calcem totius libri sententiae quaedam scriptoris cum subscriptione Orsicini, qui se codicem exarasse confessus est:* Sic est scriptori novissimus versus quomodo naviganti novissimus portus. Qui nescit scribere nullum putat esse laborem. Tres digiti scribunt, totum corpus laborat. Ego Orsicinus[3] subdiaconus hunc *(sic!)* legem scripsi. Qxk lfgks prb prp scrkptprf sk dfxm hbfbs rfdfmptprfm[4].

Orsicini haud raro in Raeticis documentis illius aevi occurrunt[5]. *Conici fortasse possit, nostrum eundem esse, qui presbyter scripsit Raeticam illam cartam a.* 852. *vel* 859. *Vinomnae data, in qua lex nostra, 'Falsicia' memorata, allegatur*[6]. *Quod tamen, cum scriptura cartae, ex archivo Bremensi,*

1) Antiquioris numeri nonnisi postremae literae supersunt: .... II. 2) *B. V. Mariae ad Favaria* scriptum est. 3) Non *Orsicinius*, ut habet G. Haenel, Lex Rom. Visig., Praef. p. LXXXIV, n. 379. 4) Ita, ut facile intelligitur, ludi causa scriptum est pro: *Qui legis ora pro scriptore si Deum habeas redemptorem.* 5) Cf. MG. Libri confratt. in indice s. vv. Orsicinus. Ursicinus. 6) Wartmann, 'Urkundenbuch der Abtei S. Gallen' nr. 421, II, p. 41.

ubi asservatur, nobis benigne transmissae, cum hoc codice haud satis convenire videatur, non est probandum. Codex autem idem esse videtur ac ille, qui in inventario thesauri Fabariensis monasterii a. 1155. *facto indicatur verbis:* liber legum[1], *praesertim cum eadem legantur in codice nostro, et in superscriptione et in clausula finali legis; cf. supra p.* 293, *l.* 30. *et infra p.* 305.

De codice conferas velim, quae monuit G. Haenel, Lex Romana Visigothorum, Praef. p. LXXXIV, *nr.* 67. *Ipse codicem contuli in aedibus Sancti Galli.*

Tres illos codices nunc inter se conferamus oportet. Codex A 1 *proximus est codici A* 2; *textus in utroque simillimus. Eadem capita ex Iuliani versione novellarum excerpta in utroque legi praecedunt, praeterea in altero (A* 2*) ipsa 'privilegia Vizaceni concilii' leguntur, in altero (A* 1*) index rubricarum eorum. Eadem etiam in utroque textu cum alia menda non pauca, tum eaedem nonnullae omissiones. Omissa sunt, ut leviora relinquam, in A* 1 *et* 2, *IV*, 15,1. *post:* in iudicio convictus fuerit, *verba:* in dublum reddat non tales; *XVII*, 4. *inter* conductore *et* curialem *desunt in utroque verba:* aut si pro alterum conductore; *XXIV*, 6. *inter* debet *et* forsitan *verba:* et ille debet illi altero, qui illos X debet. *Maxime autem notatu dignae sunt duae lacunae in libro XXIII, ubi tit.* 5. *inter* principis *in fine §.* 2. *et* aut qualecumque *in principio §.* 3. *verba:* aut per scripta ei non fuerint consignatum. Item alia interpretatio. Qui negotia, *et in tit.* 6. *inter* recepit *in fine §.* 1. *et* patre mortuo *in principio §.* 2. *verba*: quod inde fraude nulla non fecisset, ut sicut inter eos convenit, sic solvat. Item alia interpretatio. Si mater filiorum res, *in utroque codice omissa sunt. Quod ita factum esse videtur, ut in communi archetypo utriusque codicis, unius folii particula avulsa seu destructa, verba illa tituli* 5, *quae folio recto, et verba tituli* 6, *quae eodem folio verso scripta erant, delerentur. Ex spatio competenti in utroque loco pro verbis omissis vacuo relicto suspicari licet, codicem A* 1 *ex ipso codice archetypo mutilato descriptum esse, cum is, qui eum scripsit, lacunas ipsas ante oculos habuisse videatur. Codicem A* 2 *vero ad aliud quoddam illius codicis archetypi apographum scriptum esse ideo existimo, quia, qui eum scripsit, lacunas ibi esse nullo modo significavit.*

Sunt nonnulli loci, ex quibus conici possit, codicem A 2 *non ex archetypo utriusque codicis, sed ad ipsum codicem A* 1 *scriptum esse. Libro III. scilicet in fine tit.* 6. *legitur in B:* in coniugio socient; *eadem fere exstant in A* 1: in coniugio socieñ, *sed verbum ultimum ita abstersum est, ut haud facile legatur; in A* 2 *autem* socient *omnino deest. Similiter in indice capitulorum libri III. in tituli* 19. *rubrica A* 2 *omittit verba postrema:* et curatorum, *quae in B leguntur, in A* 1 *tamen una cum voce* tutorum *praecedenti abstersa sunt. Legitur II*, 7. *in B:* nulla non causaverint *et* nulla pulsare non possunt; *in A* 1 *in utroque loco* non *erasum est, in A* 2 non *omnino deest.*

Alia tamen sunt, quae certissime testantur A 2 *non ad ipsum A* 1 *scriptum esse. Ita, ut pauca afferam exempla, VIII*, 6,3, *ubi A* 2 *recte habet* probare, *A* 1 *praebet perperam* provocare; *IX*, 5,1, *ubi A* 2 *recte* sub tutore viventem *exhibet, in A* 1 *verba corrupta leguntur:* sub tua reviventem; *IX*, 16, *ubi A* 2 *recte* rem tultam, *A* 1 *perperam* rem totam *praebet; IX*, 19. *A* 2 *recte exhibet:* legitimi sint, *A* 1 *perperam:* licite misent. *Quas meliores lectiones a*

1) MG. Libri confratt. p. 398.

scriptore codicis A 2 secundum falsas codicis A 1 lectiones mera coniectura inveniri potuisse, minime concesserim.

Ex eodem fonte communi et A 1 et A 2 derivatos esse, etiam capita illa, quae in utroque codice legi praecedunt, probare videntur. Praebet enim A 1 5 *indicem quidem rubricarum privilegiorum Vizaceni concilii, ipsis vero capitulis omissis, et vice versa capita etiam in A 2 sequentia ex Iuliani novellarum Iustinianarum versione excerpta ipsa quidem A 1 continet, indicem autem capitulorum in A 2 praemissum non continet. Capita vero ex Iuliano cum in A 1 in proprio quodam membranarum albarum fasciculo post codici inserto, manu,* 10 *ut videtur, posteriore exarata sint, index autem ille aliorum capitulorum in antiquiore quodam gilvae membranae folio, cum quaternionibus signatis, quibus ipsa lex continetur, iam prius, ut videtur, colligato, exstet, coniecerim, codicem eam quam nunc habet formam hoc modo accepisse. Certe quidem primum sola lex Romana ex archetypo, quem codicem A signamus, in A 1 translata* 15 *est, quod testantur numeri quaternionum. Postea vero quidam codicem A 1 ad instar codicis A supplere conatus, capita illa Iuliani exscribens vel exscribere faciens inseruit, per errorem autem indicem alienum, qui ad capita in archetypo praecedentia pertinuit, in folio praecedenti vacuo posuit.*

Si vero ad unum, quod demonstravi, referendi sunt codices A 1 et A 2, 20 *ad alium autem B, quod dubium esse non potest, eas certe lectiones, quae sive codex A 1 sive A 2 cum codice B habet communes, iam in utriusque classis, et A et B, communi archetypo exstitisse oportet. Qua ex re facile efficitur principalis ad textum nostrum parandum regula, omnia scilicet, quae codex B sive cum A 1 sive cum A 2 communia habet, in textum esse recipienda.*

25 *Etsi pauca, tamen sunt quaedam, quae huic regulae obstare videntur. Quibusdam enim locis solus codex A 2 rectam lectionem praebere videtur, ubi A 1 et B eandem exhibent corruptelam. Ita in II, 22,1 A 1 et B falso praebent:* ei donare, *A 2 recte:* eis donare; *in indice titulorum libri III, ad tit. 12. legitur recte:* De incestis nuptiis, *in A 1 et B falso:* De incertis nuptiis. *Quae* 30 *fortasse iam in archetypo corrupta exstabant, a scriptore autem codicis A 2, quod facile fieri potuit, correcta sunt. Multo difficilius est intellectu, unde codex A 2 in III, 6. recte* Iul. *habeat, codicibus A 2 et B perperam* Iun. *praebentibus. Nisi, quod vix concesserim, scriptor codicis A 2 quaedam ad aliud legis exemplar correxit, suspicandum est, in archetypo male abbreviatum* 35 *fuisse* IŪ, *quod alii legem exscribentes, et inter eos auctor codicis A, ita repetebant, alii* Iul. *alii* Iun., *ita ut casu fieri posset, ut et codex B falsam, et codicum classis A alter eandem falsam, alter rectam lectionem reciperet.*

Quae omnia regulam suprascriptam evertere non possunt, praesertim cum auctorem codicis A 2 textum, quem ante oculos habuit, facile ex coniectura 40 *emendasse nonnulli loci satis demonstrent. Scripsit ex. gr. I, 5, ut habet A 1,* predorio *et* fiscos, *post autem correxit* pretorio *et* fiscus; *scripsit XVII. in indice titulorum:* Detuli legum, *ut habet A 1, et post correxit:* De tituli legum; *eodem modo scripsit in II, 1,9, ut habet A 1:* iudex provinciales, *correxit autem:* iudex provincialis; *II, 9. scripsit:* advocatus — bonus homines — alius iudices, *et* 45 *correxit:* advocatos — bonos homines — alios iudices.

Eiusmodi leviores correcturae grammaticales passim in A 2 inveniuntur, quae pleraeque, si non omnes, ab ipso scriptore codicis factae esse videntur. Interdum statim, postquam vocem secundum exemplar corruptam scripserat, antequam verbum continuo sequens addidit, correxit. Quod factum esse

vidimus in IX, 5, ubi in A 2 scriptum erat: in coniugio, *sicut legitur etiam in A 1, quod tamen, antequam verbum sequens* prendere, *additum erat (quod ex spatio, quo distant inter se singula verba, videri potest) correxit:* coniugium.

Nonnulla autem codicis A 2 auctor iam ipso scribendo correxit, ita ut correcturam factam esse ex ipsa scriptura non appareat. Ita enim pro Falsicia *vel* Falsitia, *quod omnibus locis praebet et A 1 et B*[1], *plerumque scripsit genuinam formam* Falcidia, *scilicet VIII, 5,1. XVIII, 3,1. XXII, 11. Quod ex contextu sermonis recte coniecit, non ignarus verae illius vocis formae, quam supra in eodem codice saepius scripserat in scholiis ad Iulianum; ex. gr. p. 208, c. XLII:* Si quis liberos . . . eis in Falcidia satisfactum fuisse. *In solo autem loco, ubi ex contextu vocis significatio haud plane intelligi potuit, scilicet in indice titulorum libri XXII, primum ita scripsit, ut haud dubie in libro, quem ante oculos habuit, legerat:* De lege Falsicia; *quod tamen mox ex ipso tituli contextu intelligens, de qua re ageretur, correxit:* De lege Falcidia. *Conferas velim imaginem huius loci in tabula nostra, ubi tamen multo minus aperte res perspicitur, quam in ipso codice.*

§. 3. *De patria legis.*

Quanam patria lex Romana, quam infra edimus, oriunda sit, iam supra breviter monui. Nunc vero accuratius exponendae sunt causae, de quibus eam in Raetia Curiensi ortam esse colligimus[2].

Viri docti, qui antehac de legis patria disseruerunt, ex sermone, quo scripta est, nonnulla alii pro Italica, alii pro Raetica origine argumenta afferre conati sunt, quae vero pleraque vacua atque inutilia esse existimo. Italicae quidem originis ex sermone certe nulla habemus indicia, sed etiam Raeticae originis perpauca tantum et haud ita gravia. Nam quod viri docti nostrates nuper de hac re disserentes opinati sunt, voces atto, ata *etc. et* ornongus *Raeticae originis argumenta praebere, refutandum mihi visum est*[3]. *Tamen quaedam afferri possunt. Scilicet praeter voces istas, quas auctor legis adhibuit ad significandas res et personas ad instituta publica vel privata pertinentes et quas in Raetia in usu fuisse compertum habemus, videlicet:* Falsicia (Falsitia), curiales, milites, patriani, *de quibus infra agendum erit, etiam alia quaedam verba Raeticam originem testari videntur. Ita usum verbi* anteponere *coniuncti cum verbo* excipere, *quem deprehendimus in XVIII, 1:* excepto de terra aut de mancipia anteponimus, *non invenimus nisi in carta illa Raetica Curiensi, quae exstat apud Wartmann, 'Urk.-B. d. Abtei S. Gallen' nr. 421, II, p. 41, ubi legitur:* ex[c]eptu Falsicia anteposita. *Similiter vocem* linea, *quae ad statum significandum in lege nostra usurpatur V, 2*[4]: curiales de ipsa linea, *praeterea non nisi in monumento Raetico Curiensi, in capitulis Remedii dictis c. 3. inveni:* de quale linea fuit (ministerialis). *Conferenda etiam sunt IX, 1,1:* si homo capitaneum crimen . . . super alicum miserit, *cum cap. Remedii c. 4:* si (periurium) super alium voluerit mittere.

Multo certius Raetiam legis patriam demonstrant ipsi codices manuscripti. De Raetica Curiensi origine codicis B nemo dubitat. Nomen enim scriptoris 'Orsicini subdiaconi', qui codicem exaravit, Raetiis proprium esse satis constat;

1) Haud superfluum videtur expresse affirmare, me ipsum hos locos in omnibus tribus codicibus diligenter perspexisse, et rem ita, ut supra exposui, se habere. Aliter enim Fr. Schupfer, editionibus haud satis accurate paratis nisus, opinatus est III, p. 9. 2) Cf. commentationem meam p. 3 sqq. 3) Cf. ibid. p. 4 sq. 4) Ita numerus corrigendus est in commentatione mea p. 6, n. 1, pro II, 5, 1.

praeterea codicem in archivum S. Galli, ubi nunc est, ex monasterio Raetico Curiensi translatum esse scimus, eumque ibidem testante inventario thesauri Fabariensis saec. XII. antiquitus servatum esse[1].

Neque etiam de Raetica Curiensi patria codicis A 1 *vel illius, ex quo ipse scriptus est, exemplaris dubitandum est, cum et in monasterio S. Galli, quod in confini territorio Raetico Curiensi, quod dicitur 'Vorarlberg', permulta possedit praedia, servetur, et in hoc codice statuta illa iuris curiae episcopalis Curiensis, quae dicuntur capitula Remedii, quasi novella lex vel novissimus ipsius legis liber addita sint*[2].

Quod attinet ad codicem A 2, *eum ex eodem atque A* 1 *archetypo nonnullis locis mutilato derivatum esse, supra exposui. Archetypum autem illum seu in Raetia seu ad aliud Raeticum quoddam exemplar scriptum esse, satis efficitur ex forma* Falsicia, *quam pro* Falcidia, *ut auctor codicis A* 2 *correxit, etiam archetypus ille exhibuit*[3].

Itaque omnes, quos habemus, codices aut ipsi in Raetia scripti aut ad exemplaria Raetica referendi sunt.

Qua ex re, quam non parvi momenti esse crediderim, satis apparet, legem in Raetia in usu fuisse. Quid autem verisimilius, ne dicam certius est, quam legem ibi oriundam esse, ubi antiquissima et certissima usus illius testimonia exstent, praesertim cum in alia regione eam valuisse probari non possit?

Usus autem legis certissimum et longe antiquissimum praebet testimonium carta illa donationis, quae dicitur testamentum Tellonis, a. 766. *a Tellone episcopo Curiensi abbatiae Desertinensi data*[4]. *Continet enim verba quaedam, quae in nulla alia carta occurrunt, ex lege nostra sumpta, scilicet in isto loco:* . . . donatio haec post obitum meum firma permaneat, tam agris quam pradis, solis, ortis, aedificiis, farinariis, alpibus, silvis, aquis, pascuis, accessionibus, vineis, pomiferiis, peculiis maiore [et] minore, aeramentis, ferraturis, loramentis, vasis, utensilibus, mobile et inmobile, omne quidquid ad vitam hominis pertinet, sit datum atque concessum ad ipsum monasterium.

In lege autem legitur XXV, 9,3: Qui testamentum facit, omnia et ex omnibus de suam facultatem, tam terris quam mancipiis vel pecoribus et omnia, tam mobile quam inmobile, quid ad vitam hominis pertinet, in suo testamentum scribere debit.

Cancellarium, qui testamentum scripsit, locum illum legis ante oculos habuisse non est dubitandum, praesertim cum verba legis non nisi ex verbis antiquioris iuris Romani fontis, ex quo hausit auctor legis, male intellectis explicari possint. Auctor enim legis scripsit illa ad titulum Pauli, quo de rebus legandis agitur. Invenit ibi longissimas series utensilium cuiuslibet modi ad vitam humanam sustentandam et ornandam pertinentium enumeratas. Neque vero satis intelligens, quid sibi velint series istae, formulis pertinentia bonorum comprehendentibus in cartis illius aevi usitatis simillimae, existimansque res illas ideo tantum enumeratas esse, quia in testamento legari possent, scripsit: Qui testamentum facit, omnia . . . tam mobile quam inmobile, quid ad vitam hominis pertinet, in suo testamentum scribere debit. *Cui praecepto cancellarius ad verba*

1) Cf. supra p. 294. 2) Quod Fr. Schupfer III, §. 7. attulit, ut Raeticam huius codicis originem in dubium revocaret, scilicet monasterium S. Galli etiam in Langobardia vel in Foroiuliensi provincia saec. X. et XI. praedia possedisse, refutare vix opus esse videtur. 3) Cf. supra p. 296. 4) Mabillonii Annales Benedict. II, p. 707; Eichhorn, Episcopatus Curiensis, Codex probat. nr. 2; Mohr, Codex diplomaticus I, nr. 9; Planta, 'Das alte Raetien' p. 443.

satisfaciens in testamento scripsit: mobile et inmobile, omne quidquid ad vitam hominis pertinet.

Accedit, quod etiam praeceptum legis de quarta reservanda in testamento illo observatum est; quod adhuc viros doctos effugisse videtur[1]. *Locum testamenti infra p.* 301. *annotationi* 1. *sub numero* 1. *inserendum duxi.*

Aliud testimonium usus legis nostrae feliciter invenit H. Brunner[2]*; exstat in carta olim archivi S. Galli, Wartmann l. c. nr.* 421. *a.* 852 *(vel fortasse* 859*). Continet carta illa donationem totius facultatis*, sicut lex continet, ex[c]eptu Falsicia anteposita, hoc est quarta porcione; *quae verba ad aliam legem quam ad nostram spectare non possunt*[3].

Lex enim nostra non solum unica est, quae voce Falsicia eodem modo atque omnes, quae eam praebent, Raeticae cartae corrupta pro quarta portione legitima hereditaria utitur, sed etiam tribus locis eadem fere verba, quibus Orsicinus presbyter, qui cartam illam scripsit, ad legem allegandam usus est, exhibet: VIII, 5,1: Falsicia, hoc est quarta parte; *XXII,* 11: Falsicia, hoc est quartam partem; *XVIII,* 3,1: Falsicia, hoc est quartam porcionem.

Praeter cartas illas etiam capitula Remedii dicta, quae haud dubie in episcopatu Curiensi statuta et legi ipsi in codice A 1 *subiecta sunt, compluribus locis ad legem nostram spectant*[4]. *Quae enim c.* 11. *leguntur:* Si quis alteri criminosum verbum dixerit in rixa, aut ei probet, quod verum dixisset, aut iuratus faciat, quod per iram dixisset et verum illum non sciat; et post tale sacramentum fiat battutus aut redemat suum dossum (*i. e.* dorsum) ad VI solidos, *neque cum ipsa interpretatione legis Romanae Visigothorum neque cum alio quodam textu ex ea conscripto, conveniunt, sed tantummodo cum lege nostra, quae sola sicut capitulum* 11. *illud iuramenti in revocando crimine mentionem facit, IX,* 1,3: Quicumque homo ad alterum hominem iratus alico crimen inposuerit . . . dicat: 'Ego qui dixi hoc probare possum . . .'; si postea ipsum crimen cui dixit probare non potuerit, reus criminis adesse debeat et talem penam habeat, quales ille debuerat habere, super quem ipsum crimen dixit. Quod si forsitam se ipsum penetuerit et dixerit: 'Hanc crimen iratus dixi, nam hoc eum probare non possum', exinde det sacramentum; si hoc fecerit, postea pro hoc non teneatur in culpa.

Qua de causa etiam 'legem nostram', quae in Capp. Remedii allegatur c. 9: Si quis furtum fecerit, secundum quod in lege nostra scriptum est, ita omnia solvat ad integrum, *et c.* 10: Si quis falsum testimonium dixerit, quia omnes fratres sumus in Christo, fiat secundum legem nostram condemnatus, sicut fieri debuit illi, quem nocere voluit, *ad legem Romanam Raeticam Curiensem referendam esse, non dubito, praesertim cum ibi XXIV,* 28. *fusius de poenis furti agetur, et falsae criminis obiectioni, quam potissimum secundum sacrae scripturae sermonem auctores ecclesiastici temporis illius 'falsum testimonium' vocant, eundem poenae modum lex illa saepius statuerit; cf. IX,* 1, 3. 4. 15, 2. *XI,* 6, 1. *Francisco Schupfer, qui 'legem nostram' minus apte ad Deuteronomium referendam esse existimat, hoc tantum concesserim, verba:* quia omnes fratres sumus

1) Cf. de Salis l. c. p. 153.

2) Cf. Brunner, 'Z. der Sav.-Stift. IV. Germ. Abtheil.' p. 265. et 'D. RG.' I, 363.

3) Miror, quibus artificiis Fr. Schupfer III, p. 8 sqq. conatus sit loci huius sensum apertum atque vim propriam infirmare et delere. Sufficiat monere, eum pro *ex[c]eptu Falsicia anteposita* coniecisse *ex emptu Falsicia anteposita*, quoniam excipere et anteponere idem significarent, ibid. p. 18. Cf. quae supra p. 296. exposui.

4) Cf. commentationem meam p. 47 sqq.

in Christo, *ex loco illo Deuteronomii XIX*, 17—19. *sumi potuisse, ut 'legis nostrae', sc. Romanae, praecepta cum sacris legibus convenire testarentur*[1].

Legem autem cap. 9. *et* 10. *statutorum 'nostram' dictam nullo modo concesserim aliam esse, atque eam, cui statuta illa quasi novella lex, ad ius potissimum criminale legis reformandum, ut videtur, data, in unico qui exstat codice subiecta sunt.*

Ad originem Raeticam probandam praeter traditionem et usum legis, id praecipue afferendum est, quod iura et instituta, quae in lege invenimus, magis cum iis conveniunt, quae in Raetia Curiensi, quam cum iis, quae in aliis terris, praesertim in Italia, illo aevo exstitisse videntur. Etsi non omnia, quae lex nostra refert, cum veris illius temporis et regionis institutis concordant, non paucis legibus minus apte ex antiqua Visigothorum lege Romana retentis, tamen pleraque cum rebus Raeticis, sicut erant aevo Francico, satis convenire videntur.

Alio loco accuratius exposui, ius publicum in Raetia tunc temporis vigens haud ita diversum fuisse ab iure publico reliqui Francorum regni, cum iure autem publico Francico pleraque convenire, quae lex nostra de eo refert, si enim pleraque, quae de principe vel de principibus dicuntur, ad regem vel maiores domus, utpote potestatem regiam exercentes, referimus[2].

Quae res quanquam magis testatur, legem non extra regnum Francorum ortam esse, quam quod ipsius Raeticae originis testis sit, tamen, cum non nisi inter Raeticam et Italicam vel Foroiuliensem legis patriam disceptatio vertatur, nostrae opinionis argumentum inde repeti potest.

Proprium autem id erat Raetiarum provinciae, quod ibi potestas iurisdictionis ecclesiae infra terminos immunitatum testantibus capitulis Remedii et quibusdam cartis solitum modum excessisse videtur. Iurisdictionem enim criminalem, exceptis extremis suppliciis, ex episcopo Curiensi pependisse, capitula illa demonstrant, civilem autem ipsum episcopum Remedium exercuisse comperimus ex carta quadam Raetica de iudicio domni Remedii referente[3]. *Etiam in lege nostra iudices privati, qui sunt actores ecclesiarum, non parva iurisdictionis publicae parte functi esse videntur*[4].

Et nomine et, ut videtur, re conveniunt, quae lex et alia Raetica documenta de officialibus et ordinibus referunt. Et in lege et in Raeticis cartis capitulisque Remedii occurrit 'iudex publicus'[5]. *Curialium*[6], *qui erant officiales curiarum, et militum*[7], *qui erant nobiliores officiales, mentio in lege frequentissima invenitur; eiusmodi, ut videtur, et curialium et militum subscriptionibus testamentum illud Tellonis episcopi Curiensis roboratum est*[8]. *Patrianorum autem nomen pro pagensibus usurpatum praeter legem nostram sola capitula Remedii exhibent*[9], *si omittimus fontem quendam saec. XV, ex quo perperam exemplum affert Fr. Schupfer ad vocis usum Foroiuliensem demonstrandum.*

Pauca, ea quidem certissima Raeticae originis indicia ex legis nostrae

1) Fortasse etiam ex libro quodam poenitentiali sententia illa hausta est; cf. Poenitentiale Cummeani V, 11: *Falsum testimonium dicens . . . quale fratri imposuit tali iudicio damnetur.* Cum 'periurio cupiditatis' in Capit. Remed. 4, cf. etiam Cummean. V, 4: *Si quis laicus per cupiditatem periurat.* 2) Cf. commentationem meam p. 12 sqq. 39 sqq. 3) Wartmann, 'UB.' nr. 354, I, p. 329. 4) Cf. II, 1, 6. II, 16, 2. 5) Ex. gr. II, 16, 2. XII, 2, 3; cf. Wartmann, 'UB.' nr. 72. 253. 262. 458. App. 4. 6. Cap. Rem. c. 3. 6) Cf. V, 2; XII, 1. 2, 1; XVIII, 11. 7) Cf. II, 1, 2; II, 10, 3; II, 26; III, 5, 4; V, 4. 8) Cf. Testam. Tell. in fine. 9) Cf. II, 1, 2. et Cap. Rem. c. 3.

iure privato sumimus. In iure portionis legitimae, quae Raetice dicitur Falsicia, et nomine et re lex non nisi cum Raeticis cartis convenit.

Quod pro portione legitima Falcidiae et nomen et modus usurpatur, id quidem iam in antiquis iuris Romani fontibus invenimus[1]. *Nomen Falcidiae pro legitima etiam retentum est, postquam Iustinianus Nov.* 18. *legitimam a quarta in tertiam vel, pluribus quam* 4 *heredibus existentibus, in dimidiam portionem ab intestato debitam auxerat, ut etiam in posterioris aevi scriptis ius Iustinianum secutis portio legitima, quae non est quarta, sed vel tertia vel dimidia, Falcidia appellatur*[2]. *Itaque, iure novellarum etiam in Italia recepto, quam legitimam Falcidiae nomine et cartae nonnullae Langobardicae et expositio ad librum Papiensem exhibent, quarta esse non potuit*[3].

Prorsus aliter in iure anteiustiniano et legibus scriptisque ex eo dependentibus res sese habet; ibi enim legitima, sive Falcidia nominata, sive non, semper quarta erat; eademque quarta ad vitandam testamentorum, dotum et cuiuslibet modi donationum rescissionem secundum leges illas reservari debuit. Nomen Falcidiae pro hac quarta usurpatum neque in ipsa lege Romana Visigothorum neque in formulis ad eam scriptis occurrit[4], *invenitur autem et in explanatione titulorum indicibus legis inserta, et in epitome legis, quae monachi dicitur*[5], *in Lege Romana Burgundionum, quae Papianus vulgo dicitur*[6], *in cartis formulisque Burgundicis*[7], *in carta quadam Moissacensi*[8], *denique in fontibus ex Helvetiae orientalis Raetiarumque partibus oriundis*[9].

Legitima ergo, quae q u a r t a *portio est, et Falcidiae nomine appellatur, non nisi et in Gallia meridionali, praesertim in partibus Burgundiae, et in Raetia Helvetiaeque regione illi finitima invenitur. In ipsa Raetia legem nostram ortam esse cum ex forma vocis pro quarta portione legitima plerumque usurpatae eodem modo atque in cartis Raeticis ex* Falcidia *in* Falsicia (Falsitia) *corruptae, et ex ratione, qua in quarta illa reservanda Raeti ipsis cartis testantibus usi sunt, cum lege nostra congrua, efficitur. Apud solos Raetos enim id invenimus, quod pro quarta portione legitima Falsicia dicta, in qualibet donatione certam quandam facultatis partem constituere et ei, cui res donabant, designare soliti sunt. Falcidiam, ut ita dicam, ex quaque re donata 'exceperunt' et in certa quadam facultatis parte apud se retenta*

1) Cf. Puchta, 'Institutionen' §. 311. 2) Cf. Iuliani Epitome novellarum 34, 1. 2. 3; 36, 15; 60, 1; Brachylogus II, 23, 3; II, 24; II, 33, 4; Petri Exceptiones I, 12. 25. 3) Mon. Patriae XIII, nr. 72, c. 132; nr. 183, c. 311; 'Memorie di Lucca' V, 2, nr. 177. 178. 261. 263. 306. Expos. ad Karol. 92, LL. IV, p. 504. 4) Lex Rom. Vis. Cod. Theod. II, 20. 21; VIII, 5, 1. cum interpretatione. Cf. Form. Andec. 41. Tur. 17. 5) Lex Rom. Vis. ed. Haenel, expl. tit. ad Gai. 14: *De lege Falcidia; hoc est qui Falcidiam non reservavit,* et ad Pauli Sent. III, 10: *Ad legem Falcidiam; hoc est qui facit testamentum vel mortis causa donationibus heredem instituit, quartam reservet portionem,* et Epitome monachi Cod. Theod. VIII, 5, 1, n. c. *De Falcidia,* ad verba: *donationes . . . si quartam facultatis donator non reservaverit, non valebunt.* 6) L. Rom. Burg. X, 3: *quarta vero, id est Falcidia, ad agnatos defuncti . . . deferatur;* XXXI, 2: *de inofficiosis testamentis et inmodicis donationibus, hoc est, ubi Falcidiae filiis non servantur;* XLV, 5: *Testamenta vero, quibus filiis aut nepotibus Falcidia non demittitur, nullo iure subsistunt;* ib. 7: *Item filius vel filia sine filiis morientes matrem sine Falcidia praeterire non possunt, ut valeat testamentum.* 7) Wideradi Flavin. testam. Pardessus nr. 514. II, p. 325: *reservamus in Falcidia heredibus Pagaciacum* etc.; cf. Form. Flavin. 8 (LL. Form. p. 477); Chartes de Cluny I, nr. 23: *res, que in Falcidia nobis reservatum abeamus, oc est quarta porcio secundum legem nostram Romanam . . . de ipsa Falcidia . . . quarta parte in Falcidia nobis reservamus;* nr. 56: *quarta Falcidia nobis reservavimus;* nr. 99: *quarta vero Facilia (!) reservavimus.* 8) Pardessus nr. 393: *Relinquimus quoque propriis heredibus nostris in Faldidio (l. Falcidia) villas* etc. 9) Glossa codicis S. Galli saec. VII—VIII: *Falcidia: quarta pars,* et Glossarium Salomonis III. episcopi Constantiniensis et abbatis S. Galli, ubi Isidori verba legem Falcidiam explicantia: *ne quis plus testamento legaret, quam ut quarta pars superesset heredibus,* ita redduntur: *ne quis plus in* ***extraneis*** *ligaret, quam ut quarta pars superesset heredibus;* Conrat, Epitome exactis regibus, Add. IV, p. 191. 192; cf. Isidori Origg. V, 15. Raetica exempla vide infra.

heredibusque reservanda 'posuerunt', ita ut etiam rebus, in quibus Falsicia posita erat, forte distractis, opus esset Falsiciam inde 'excipere' et in alia facultate apud venditorem remanenti 'ponere'; qua de causa Falsicia etiam in venditionum cartis memoratur[1].

Convenit iste Raetorum usus accurate cum lege nostra Romana, ubi XXIII, 12. legitur:

Quicumque homo ingenuus de facultatem suam alicui cartam fecerit et mortuus fuerit, ille qui ipsam cartam recepit ad heredes mortui legitimam porcionem docere debit. — Et ille, qui illam cartam habet, ante ipsum iudicem ad illos heredes legitimam porcionem consignet, quid eis pater eorum pro ipsa carta dimississet. Si ille, qui cartam habet, hoc consignare potest, sua carta integra obteneat firmitatem.

Legitimam ergo portionem, sc. 'Falsiciam, hoc est quarta portio', pro qualibet donatione in ipsa carta donationis donatario designari oportebat, quam si donatarius heredibus donatoris donationi utpote legitimam eorum portionem exhaurienti repugnantibus, 'docere', i. e. demonstrare non potuit, donatio rescindebatur. Quam quartae reservandae rationem non nisi et in lege nostra et in cartis Raeticis invenimus.

Ab Francisco Schupfer ad originem Italicam probandam etiam affertur, et in iure hereditario legis parentes partis paternae parentibus maternis praecedere[2]*, et filium familias non solum per commendationem ad regem vel ad potentem quemlibet, sed etiam per matrimonium et separatam oeconomiam (emancipatio quae dicitur Saxonica) emancipari*[3]*. Quae quamvis ex parte ex Langobardorum iure duci possent, tamen hoc communis iuris Germanorum, illud iuris Alamannici esse, iam R. L. de Salis satis monuit*[4].

1) Hae sunt cartae Raeticae, quae quartae sive 'Falsiciae' mentionem exhibent. 1. Testam. Tellonis, a. 766, Mohr, Cod. dipl. nr. 9. I, p. 16 sq.: *Hoc stabilimentum proponimus, et quidquid immemores fuimus aut in haec donatione sanctorum non conscripsimus praeter quartam, quam reliquimus curti nostrae Flumini, de omnibus rebus nostris absolucionem uti conscripta est, permanere.* — 2. Donatio Vigilii, a. 852 (859 ?), Wartmann, 'UB.' nr. 421, II, p. 41: *omnia et ex omnibus sicut lex continet, ex[c]eptu Falsicia anteposita, hoc est quarta porcione, aliut omnia trado ad filii mei J. potestatem.* . . . 3. Venditio curtis, a. 858 (865 ?), Wartmann, 'UB.' nr. 458, II, p. 75: *. . . cortinum tradimus sine quarta et censo perpetualiter in proprietatem.* — 4. Venditio curtis, a. 933, Wartmann, 'UB.' nr. 791, III, p. 12: *et Falsicia exinde in alia nostra terra in roncale, et Falsicia de illum cortinum . . . in alio nostro cortino [posuerunt ?] . . . et tradiderunt venditores emtori . . . sine omnem censum.* — 5. Donatio mortis causa mutua inter coniuges, a. 931, Wartmann nr. 789, III, p. 10: *Ego Magnus . . . antepono Falsicia et antepono, quae pro anima dare cupio. . . . Et similiter facio ego Quintella . . . antepono Falsicia et antepono* etc. — 6. Donatio, a. 1105, Mohr, Cod. dipl. nr. 104, I, p. 148, ubi comes Burchardus medietatem facultatis tradidit: . . . *et Falsicia misit comes* (qui est donator) *in medietate suum proprium in vico Lopine.* — 7. Donatio, a. 1105, ibid. nr. 105, p. 149: *Traiecit et fecit cartam* (comes B.) *et Falsicia misit in sua medietate.* . . . 8. Donatio ministerialium a. 1160, ibid. nr. 136, p. 188 sq.: *Falsitiam mitto [exinde ?] et in aliis meis [ministerialibus ?], scilicet de Mont Gerildam cum filiis etc.* . . . 9. Donatio curtis et familiae, a. 1161, ibid. nr. 137, p. 192: *Falsitiam excipimus et ponimus de supradicta terra et nominata . . . unum pratum subtus Sindes. . . . Falsitiam de familia supra nominata ponimus in alia familia Vetane* etc. — 10. Donatio curtium et familiae, a. 1161, ibid. nr. 138, p. 194: *Falsitiam excipimus et ponimus de terra supradicta et nominata curtim de Salina et curtem de Zarnez; de familia Falsitiam ponimus in aliam familiam, Botium filium* etc. . . . 11. Pax inter episcopum Eginonem Curiensem cum Ulrico comite aliisque et Gebehardum comitem, ad a. 1177, ibid. nr. 144, p. 203 sqq.: . . . *ex his quoque omnibus, quae ecclesiae Dei donaverat (sc. Ulricus), quartam partem, quae vulgo Falsitia dicitur tam in hominibus quam praediis secundum ritum provinciae praedicto Gebhardo filio fratris sui ex integro contradidit.* . . . p. 205: *Dominus itaque Ulricus . . . illi (G.) reddidit, et ut omnia, quae ipse de sua hereditate ecclesiis Dei ordinaverat, rata et inviolata existerent, quartam quoque partem plenarie omnium praedictorum, quae ecclesiis ordinaverat, quae ipse dum viveret retinere debuerat, ad praesens illi (sc. G.) dimisit: quae quarta pars ei nominata et ab ipso locudata ac benigne suscepta est.* . . .

2) Cf. XXVI, 9.

3) Cf. XXII, 6; XXIII, 7, 1. 2; XXIV, 8.

4) Cf. de Salis l. c. p. 171 sq. et commentationem meam p. 33.

Quod vero contendunt Fr. Schupfer et R. Wagner propter mare in XXIV, 7. commemoratum legem in Raetia scribi non potuisse, ipsi rei prorsus contrarium est. Antiqua enim interpretatione de iactu nautico agente expressis verbis maris mentionem quidem non exhibet. Mare autem iam epitome Aegidii dicta continet.

Auctor autem legis nostrae, qui non tam ex ipsa lege Romana Visigothorum, quam ex recensione quadam, plerisque quidem locis cum illa concordante, nonnullis autem epitomae Aegidianae propinquiore, hausisse videtur, maris mentioni etiam fluminum et lacus exempla, quae in nulla alia legis Visigothorum recensione leguntur, addidit. Quae res multo magis Raeticum auctorem quam maritimum demonstrare videtur, praesertim cum, ut monuit H. Brunner in legis titulo illo pro iactu mercium, quae navis periclitantis levandae causa fit (avaria, 'Haverei'), de quo in ipsa lege Romana Visigothorum agitur, mercedem pro mercium vel navis ex naufragio conservatione ('Bergelohn') tractaverit[1].

Legem non in Italia scriptam esse, testatur etiam usus exfestucationis, sicut in XXIV, 2. apparet, qualem Francici iuris auctoritatem et usum extra regnum Francorum fuisse negaverim. Idem testantur etiam verba 'amallare' et 'fretum' haud raro in lege adhibita[2], quae ante regnum Langobardorum a Karolo Magno expugnatum in Italia in usu non fuerunt. Legem autem antea scriptam esse non est dubitandum.

§. 4. De tempore legis.

Legem enim non IX. demum saeculo medio vel exeunte ortam esse, ut ii, qui de ea novissime tractaverunt, opinati sunt, sed paulum post medium saeculum VIII. iam exstitisse, efficitur ex testamento Tellonis episcopi Curiensis a. 766. conscripto, quod verba ex lege nostra recepisse supra exposui[3]. Aliud maioris antiquitatis argumentum praebent statuta illa, quae dicuntur capitula Remedii, quae quasi lex novella ad usum iudicum curialium episcopi Curiensis legi, ad quam nonnulla statutorum praecepta respiciunt, subiecta esse vidimus. Quod cum tempore Remedii episcopi factum sit, legem saeculo IX. ineunte iam adfuisse oportet[4].

Convenit cum hoc tempore, quod in lege vox beneficium non iam in significatione feudali adhibetur, sed vox illa eodem modo atque in cartis Baiuvaricis saec. VIII. ad dona principum proprietati cuidam data ibi refertur[5]. Nam quod viri docti existimaverunt, instituta feudalia in lege iam valde adulta apparere, re vera probari non potest; neque enim de beneficiis hereditariis in ea agitur, neque officia beneficiorum nomine appellantur[6], neque etiam milites[7] et seniores, qui in lege commemorantur, notione feudali accipiendi sunt.

Quibus ex rebus nullo modo posterioris originis argumenta sumi possunt; neque vero id Francisco Schupfer concesserim, exemplum commendationis, quod refertur in lege nostra XXVII, 1, 3, ubi ingenuus se 'pro servo' cuidam commendat 'propter malorum hominum forcias', magis cum saeculo IX. quam cum priore aetate convenire; quoniam in formula Turonensi, certe quidem non post saeculum VIII. scripta[8], eadem fere leguntur.

1) Cf. commentationem meam p. 34. 2) *amallare:* II, 1, 2; 5, 4. IV, 15, 1; 16, 1. IX, 1, 4. XIX, 1; *fretum:* II, 18, 2. IV, 15, 2; 19, 1. 3) Cf. supra p. 297. 4) Cf. supra p. 298. 5) Cf. commentationem meam p. 43 sqq. 6) VI, 1; cf. l. c. p. 44. 7) l. c. p. 45. 8) Form. Tur. 43; LL. Form. p. 158.

Ad posteriorem illam aetatem legem revocandam esse ideo etiam existimaverunt viri docti, quia principum, quam significationem plerumque ad magnos regni vasallos retulerunt, potestas in lege iam regalibus iuribus aucta videretur, ipsorum regum potestate iam admodum minuta. Principes vero plerisquelocis non proceres, sed ipsi reges vel eorum locum tenentes, scilicet maiores domus et fortasse duces finitimae provinciae Baiuvariae, intelligendi videntur[1].

Neque etiam quod mancipia in lege inter inmobilia habentur, ut existimatur, posterioris originis indicium est, cum etiam in formula quadam non post a. 774. *conscripta servus in iudicio ut res inmobilis vindicetur*[2].

Priori autem aevo legem adscribendam esse etiam ipsi legis codices testantur, quoniam duo saec. IX, tertius saec. IX—X. scripti esse videntur. Cum autem duo ex his codicibus ad exemplar quoddam referendi sint, quod usu, ut videtur, detritum et mutilatum lacunas praeberet, quas alterius codicis scriptor agnovit quidem, sed explere non iam potuit, eos vix paulo post legem ortam scriptos esse crediderim.

Quae cum ita sint, non est dubitandum, legem iam anno 766. *exstitisse. Neque vero multum antea eam conditam esse crediderim. Iam supra monui, principes legis regiam potestatem exercentes fortasse ad maiores domus referendos esse. Id etiam coniecerim, auctorem legis ante Pipinum regem factum legem scribere coepisse, postea finivisse. Nam in libris I—VII. regis nomen nusquam occurrit, sed saepius principes regia potestate functi memorantur; libro tamen VIII, tit.* 4. *legimus de 'elevatione regis', inter gaudia publica primo loco computata; postea autem saepius regis fit mentio*[3]. *De 'elevatione regis' ex aevo Merowingico raro aliquid traditur, vocibus 'elevari' et 'elevacio' tunc temporis praecipue de elevatione in clypeum facta intellectis; quali elevatione Franci in regulari hereditaria regum successione uti non soliti sunt. De Pippino autem regalem honorem accipienti referentes scriptores plerique vocibus 'elevatio' vel 'elevare' usi sunt; quod postea rarius fit. Idcirco legem nostram medio saec. VIII. scriptam, ante* 751. *coeptam, postea finitam esse existimaverim.*

§. 5. *De editionibus legis.*

Principem editionem ad codicem tunc Utinensem paravit *Cancianus*, *Barbarorum leges IV (Venetiae* 1789*), p.* 461 *sqq., codicem admodum accurate secutus. Secunda, quae exstat, editio, apud* *Walter*, *Corpus iuris Germanici antiqui III, (Berolini* 1824*) p.* 691 *sqq. Canciani textum cum paucis mendis repetivit. Tertiam editionem post codices duos Sangallenses inventos, ad horum potissimum fidem, sed etiam Canciani textu adhibito, instruxit G.* *Haenel* *in editione Legis Romanae Visigothorum, Lipsiae* 1849, *sub nomine Epitomes S. Galli. Potissimum ad editionem Gustavi Haenel textum repetivit* *Planta* *in libro suo inscripto: 'Das alte Raetien', Berolini* 1872, *p.* 452 *sqq.*

Haec autem novissima nostra editio prima est, quae omnibus codicibus accuratius perscrutatis paratur. Quam regulam criticam ad textum constituendum secutus sim, iam supra p. 295. *exposui. Ordinem codicum A sequor. Librorum et titulorum numeri in codicibus traduntur, paragraphorum vel capitum a me instituti, sed inter uncinos positi sunt. Infra legis textum posui illos legis*

1) I, 2, 3. 4. 5; 3; 9, 2. II, 1, 5. 6; 4, 1. III, 10; 19, 2; VI, 1; XI, 8, 1; XXII, 1, 2. Cf. commentationem meam p. 39 sqq. 2) Form. Sal. Merk. 30; Form. p. 252. 3) Sc. praeter VIII, 4. etiam X, 1. 6; XXIII, 7, 1. 2; XXIV, 8, 1.

Romanae Visigothorum vel epitomarum locos, ad quos scriptus esse videtur. Lectiones codicum accuratius adnotavi, iis solis levissimis ad rem orthographicam spectantibus omissis, quas saepius repetere opus fuisset. Itaque e *pro* ae *vel* ę, -ci- *pro* -ti-, forsitam *pro* forsitan, eclesia *pro* ecclesia *et vice versa in lectionibus referendis plerumque non adnotavi. Neque etiam abbreviationes saepius occurrentes, ut* Cons. *pro* Constantinus, Dā *pro* Data, *semper notavi, neque inter varias, sed eadem significantes, ut inter* imp. *et* impt., *inter* Cons., Const. *et* Constant., *inter* an. *et* ann. *semper distinxi.*

Subicienda duxi ipsi legi statuta illa Curiensia Remedii episcopi tempore ad supplendam legem adiecta, quae, quamvis iam supra in hoc volumine a Gustavo Haenel b. m. edita sint, nullo modo ab ipsa lege separanda esse videntur. Accedit, quod et in textu et in annotationibus quaedam corrigenda videbantur. Hoc loco sufficiat monuisse, non ipsum Remedium episcopum auctorem statutorum fuisse, neque enim solum auctor de eo tertia persona loquitur, sed etiam se canone quodam V, quod adhuc credebatur, quoddam statuisse minime contendit, cum pro lectione priorum editorum can. V., *re vera scriptum sit:* tantum. *Capitula autem a conventu quodam clericorum et officialium Remedii episcopi Curiensis ad ius criminale legis reformandum statuta esse videntur*[1].

Dabam Berolini mense Iunio 1888.

Karolus Zeumer.

1) Cf. Brunner, 'D. RG.' I, p. 363, et commentationem meam p. 47 sqq.

IN NOMINE SANCTAE[a] TRINITATIS INCIPIT[b] LIBER LEGUM[b].

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI[c] PRIMI LEGIS[c].

15 ### INCIPIT[o] TEUDOSIANI LEGIS LIBER PRIMUS.

I. De constitutionibus principum et edictis[a].

[1]. Imperator[b] Constantinus Augustus[c] ad Lusidanos[d]. Data VII. Kal. Agus.[e] Interpretatio[f]. Quaecumque leges[g] sine die[h] et consules[i] fuerint prolate[k], non valeant.

[2]. Item alia. Imp. Valentinianus et Teudosius[a] et Archadius Auggg.[b] Data VI. Kal. 20 Iul.[c] Interpretatio. Legem[d] nescire nulli homini liceat, et que secundum lege[e] est iudicatum[f], omnis homo sciat, ut hec custodire debeat[g].

[3]. Item alia. Augustus[a] Teudosius[b] Aureliano[c] prefecto[d] pretorio[d]. Data III. Kal. Mar. Interpretatio. Haec lex anteriores leges[e] non vetat, sed et[f] in presenti et[f] in futuro confirmat[g].

---

25 **INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER I.**

I. De constitutionibus principum et edictis.

1. Imperator Constantinus A. ad Lusitanos. . . . . . Dat. VII. Kal. Aug. Sabariae, Probiano et Iuliano VV. CC. Coss. Interpretatio. Quaecumque leges sine die et consule fuerint prolatae, non valeant.

2. Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. . . . . . Dat. VI. Kal. Iun. . . . . . Interpretatio. Leges 30 nescire nulli liceat aut quae sunt statuta contemnere.

3. Iidem AAA. Aureliano Pf. U. . . . . . Dat. III. Kal. Mart. . . . . . Interpretatio. Omnes leges non ea quae anteriore tempore acta sunt damnant, sed in futurum observanda constituunt.

---

a) sancte *A* 1. 2. b) *ita B;* I. L. L. *des. A* 1. 2. c) L. P. L. *des. B.* d) cōnstitutionibus *A* 1. e) diversi *A* 2; diversis scriptis *B.* f) res prudencium *B.* g) offici *A* 1. h) perfectorum *B.* i) *corr.* pretorio *A* 2. 35 k) officia *A* 2. l) *hac rubrica a correctore post addita, numerus deest A* 1. m) *ita B;* officiū *A* 1; officia *A* 2. n) VII. *etc. A* 1. o) Item Teudosii liber I. *B.*

I. a) edicti *A* 2. b) *haec vox in codicibus plerumque abbreviata legitur.* c) Ag̃ *B.* d) Lusidanus *A* 1. 2. e) Agūs *A* 1; Augs *A* 2; Ag̃ *B.* f) Incipit *B.* g) leg *A* 2. h) diem *B.* i) csls *A* 1. 2; cls *B.* k) prolata *B.*

[2]. a) *ita B;* Theudosius *A* 1; Teodosius *A* 2. b) Aggg *B;* Augustus *A* 2. c) Iulias *A* 2. d) *ita A* 1. 40 *add. man.* 2. *B;* lege *A* 2. e) legem *A* 2. f) iudicatum est *A* 2. g) debeant *B.*

[3]. a) Ag̃ *B.* b) Teudōs *B;* Teudhosius *A* 1; Theodosius *A* 2. c) Auriliano *A* 1. d) p̃p̃o *codd.* e) leg̃ *A* 2. f) in perpetuum *(corr.* perpetuo*) A* 2 *pro* et — et. g) confirmet *A* 2.

[4]. Item[a] Augg.[b] Victorio[c]. Data[d] XI. Kal. Septemb.[e] Interpretatio[f]. Legis[g], quem[h] omnes[i] tenere debent, nec propter unum hominem, nec propter unam causam non inmutetur.

II. De diversis rescriptis.

[1]. Imp. Constantinus[a] Augg.[b] ad populum. Interpretatio. Quicumque homo, qui de qualecumque causa ad iudicem contra legem[c] inpetraverit, non valeat firmitatem.

[2]. Item alia. Quicumque homo beneficio de qualecumque rem[a] ad principem per servicio[b] suo reciperet, si mortuus fuerit, antequam ipsa[c] causa consequat, heredes eius ipso beneficio per principem[d] habere liceat[1].

[3]. Item alia interpretatio[a]. Quicumque de aliqua causa per fraudolenta[b] suggestione[c] homo ad principem aut inducias aut[d] concessionem[e] reciperet[f], inducias[g] aliquantum concedi potest[h], nam tales[i] concessio non valeat[k. 2].

[4]. Item alia interpretatio. Omnis iudex, qui haec[a] non custodierit, quod principes[b] per legem iudicant[c], ad estimacione[d] principis ipso iudice damno[e] condemnetur[f].

[5]. Item alia interpretatio. Quicumque alicui aliquam[a] rem debet et per principem, aut per[b] iudicem eum dilatare voluerit, ut[c] ipsum debitum non reddat, et nec si iudex ei exinde licenciam dederit, talis[d] suggestio[e] secundum legem[f] non optineat[g] firmitatem.

[6]. Item alia interpretatio. Si duo heredes de sua facultate[a] ante iudicem[b] causa[c] habuerint et, dum ipsa causa inter se habuerint[d], mortui fuerint, ipsorum heredes[e] ipsa causa de presente inter[f] se agere debeant; quod si ea[g] tacere[h] voluerint, ut de presente

---

4. Iidem AAA. Victorio proconsuli Asiae. . . . . . Dat. XII. Kal. Sept. Interpretatio. Legem, quae communiter omnes tenet, unius persona vel una causa non vacuet.

II. De diversis rescriptis.

1. Imp. Constantinus A. ad populum. Contra ius rescripta non valeant, quocumque modo fuerint impetrata. Quod enim publica iura praescribunt magis sequi iudices debent. . . . . . Interpretatio. Quaecumque contra leges a principibus fuerint obtenta non valeant.

2. Interpretatio. Beneficia principum, quae illi, qui meruerunt interveniente morte non fuerint consecuti, successoribus eorum exsequi liceat, ut beneficia heredes ab auctoribus suis impetrata percipiant.

3. Interpretatio. . . . . . Et ideo moratoria praescriptio per rescriptum principis supplicantibus concedi potest; peremptoria concedi non potest, et si concessa fuerit a principe, non valebit.

[4]. 5. Interpretatio. Feriantur iudices damno, qui data secundum leges principis praecepta contemserint aut colludio quocumque distulerint.

[5]. 6. Interpretatio. Si cuiuslibet rei debitor convictus propter differendam solutionem a principe inducias impetraverit, beneficium quod obtinuerit non valebit, sed cautionem suam implere cogatur.

[6]. 7. Interpretatio. Si quis principi de negotio suo preces obtulerit, litem contestatus esse cognoscitur. Et si defunctus fuerit is, qui preces obtulerit, vel is, contra quem obtulit, actio et heredibus defuncti et contra heredes pulsati salva

---

[4]. a) alia *add. B.* b) Augustus *A* 2. c) Victurio *B.* d) dā *B.* e) Sept. *A* 2; Sep̄ *B.* f) INC̄P̄ *B.* g) lege *B.* h) quae *A* 2. i) om̄ *A* 1.

II. a) *A* 2; Constantini *A* 1; Constañ *B.* b) *ita A* 1. *B;* Augustus (us *bis scr., sed eras.*) *A* 2. c) *A* 2; lē *A* 1; lege *B.*

[2]. a) re *A* 1. b) servitium suum reciperit *A* 2. c) ipsam causam *B.* d) principe *A* 2.

[3]. a) *deest B.* b) fraudulentia *A* 2. c) *A* 2; suggestionem *A* 1; suggessione *B.* d) adut *corr.* aut *A* 1. e) *ita A* 2. *B;* concessione (ne *man.* 2. *add.*) *A* 1. f) *deest B.* g) *erasum B.* h) debet *B.* i) tales *corr.* talis *A* 2; taƚ *B.* k) valet *B.*

[4]. a) legem *pro* haec non *B.* b) princeps *B.* c) iudicãt *A* 1. 2; iudicat *B.* d) *ita B;* stimacionem *A* 1; stimatione *A* 2. e) *ita A* 2 *et, literis* dã *erasis, B;* damnum *A* 1. f) contemnetur *B;* condemptur *A* 1.

[5]. a) aliqua *A* 2. b) *deest B.* c) *ita B;* et *A* 1. 2. d) tales *corr.* talis *A* 2. e) *ita A* 2; suggextio *A* 1; suggessio *B.* f) lege *A* 2. g) obtineat *A* 2; opteneat *B.*

[6]. a) *ita B;* facultatem *A* 1. 2. b) *ita A* 2. *B;* iudice *A* 1. c) causam *B.* d) habuerant *A* 2; habent *B.* e) heredum ipsam causam *B.* f) agere inter se agere *A* 1. g) eam *B.* h) *ita codd.*

---

1) Beneficium hoc loco rem iure beneficiario datam significare, ut viri docti existimaverunt, minime concesserim, praesertim cum locus admodum accurate ad antiquam interpretationem scriptus sit. Auctor legis nostrae fortasse de donis eiusmodi, qualia duces Baiuvariorum saec. VIII. beneficiorum nomine concedere solebant cogitavit. Cf. commentationem meam p. 42 sqq.; H. Brunner, 'Die Landschenkungen der Merowinger und der Agilolfinger' p. 13 sqq.

2) Cf. Chlotacharii II. praeceptio LL. Capitularia I, p. 19: *Si quis auctoritatem nostram subreptitie contra legem elicuerit fallendo principem, non valebit;* et infra I, 2, 5; II, 4, 1.

eam[i] inter se non deliberaverint[k], post longum tempus secundum legem ipsam[l] causam agere non possunt.

III. De mandatis principum.

Imp. Gracianus et Valentinianus[a] et Teudosius[b]. Data[c] X. Kal. Iul.[d] Interpretatio. Quicumque homo se[e] com mandatis principum in secreto aut de puelle sponsalias vel nuptias[1] vel qualecumque rem[f] se per iussionem principis accipere dicere[g], non sit[h] ei credendum, nisi si[i] specialiter aut cum litteras[k] aut cum tale[l] iussione[m] de suo principe venerit, ut omnes sciant; set[n] si sic fecerit, postea ei credendum est.

IV. De responsis prudentum[a].

Imp. Theudosius[b]. Data[c] VII. Id. Novemb. urbis[d] Rome. Interpretatio[e]. Haec causa sicut Papiani, Pauli, Gagii[f], Ulpiani[g], Modestini et Scifola[h], Savini, Iuliani atque[i] Marcelli est[k]. Isti[l] viri[m] clarissimi consilium[m] in suis corporibus melius esse non cognoverint[n], et in his libris sic continent[2]: Ubi de accionem iudiciarie contenditur, vel ubi inter duos heredes de ipsorum facultatem intencione[o] inter se habuerint[p], si unus de illis habuerit amplius homines, qui eius causam[q] teneant[q], quam ille alius: qui maiorem numerum habuerit de bonos[r] homines, ipse in iudicio secundum legem suam[s] causam[s] vincat[3]. Et si forsitan[t] de[u] homines equalem[v] numerum[v] habuerint, precedat eius auctoritas, qui in lege Papiani[4] pro[w] se[w] alicum titulum invenerit, ipsa[x] causa vincat.

---

permaneat, quia causa, actione contestata, ea quae competebat defuncto competit et heredi. Si vero auctor quolibet ordine repetitionem suam praesens non publicaverit, heres eius, unde auctor actionem non proposuit, agere prohibetur.

III. De mandatis principum.

Impp. Gratianus Valentinianus et Theodosius AAA. . . . . . Dat. XV. Kal. Iul. . . . . . Interpretatio. Si quis asserat cum mandatis dominorum se venire secretis, omnes sciant, nemini quicquam, nisi quod scriptis probaverit, esse credendum, nec ullius dignitate terreri, sed in omnibus scriptis principis esse credendum.

IV. De responsis prudentum.

Impp. Theodosius et Valentinianus AA ad Senatum urbis Romae. . . . . . Dat. VIII. Id. Nov. Ravenna. . . . . . Interpretatio. Haec lex ostendit, quorum iuris conditorum sententiae valeant, hoc est Papiniani, Pauli, Gaii, Ulpiani, Modestini, Scaevolae, Sabini, Iuliani atque Marcelli, quorum si fuerint prolatae diversae sententiae, ubi maior numerus unum senserit, vincat. Quod si forsitan aequalis numerus in utraque parte sit, eius partis praecedat auctoritas, in qua Papinianus cum aequali numero senserit, quia ut singulos Papinianus vincit, ita et cedit duobus. Scaevola, Sabinus, Iulianus atque Marcellus in suis corporibus non inveniuntur, sed in praefatorum opere tenentur inserti. . . . . .

---

i) ea *A* 2. k) *ita B;* deliverint *A* 1; diliverint *A* 2. l) ipsa causa *A* 2.

III. a) Valencianus *B.* b) Teudhosius *A* 1; Teudōsia *B.* c) dã *B.* d) Iulias *A* 2. e) secom mandatis *A* 1; secõ mandatis *A* 2; se cõmendatis *B.* f) *deest A* 2. g) *supplendum videtur* voluerit *vel* ausus sit. h) se *B.* i) *deest A* 2. k) literas *B.* l) tali *B.* m) iussionem *A* 2. n) sed *A* 2; *deest B.*

IV. a) *ita B;* ꝑdendum *A* 1; prudentium *A* 2. b) *ita A* 2; Tehudosius *A* 1; Teudõ *B.* c) dã *B.* d) u. R. *man.* 2. *add. A* 1. e) incp̄ (= incipit) *B.* f) Gagi *B.* g) Uulpiani *A* 2. h) Escifola *B.* i) adque *A* 1. k) *B; deest A* 1. 2. l) *deest B.* m) ṽ cl̄mi const̄ *B;* vero cleñs const̄ *A* 1; vero clemens const̄ *A* 2; *de lectione dubitandum videtur.* n) *ita A* 2. *B;* cognoverunt *A* 1. o) intencionem *A* 1. p) habuerent *corr.* habuerint *A* 2. q) causa teneat *A* 1. r) bonus *A* 1. s) sua causa *A* 1. t) forsitam *A* 1. u) *deest B.* v) aequali numero *B.* w) *des. B.* x) ipsã causã *B.*

1) De praeceptis principum, i. e. regum, quibus mandaverunt puellas vel viduas cuidam sponsari vel in matrimonium dari, Merovingico aevo saepius, Carolino non legimus. Cf. E. Loening, 'Gesch. d. D. Kirchenrechts' II, p. 604 sqq., ubi recte ex hoc loco colligitur, mandata eiusmodi haud raro expetita et data esse. 2) Apparet auctorem legis hoc caput prorsus male intellexisse, cum crederet iureconsultos Romanos illos in eorum libris constituisse, eam partem in iudicio vincere debere, quae maiorem testium vel iuratorum numerum in causa produceret; pari autem numero ex utraque parte adducto, eam vincere, quae ex lege Papiani titulum pro se afferre posset; cf. n. 4. 3) Vide infra XI, 13: . . . *postea iudex, quem honestiores et meliores et plus iustas personas viderit, nisi si minor numerus sit, ipsa pars iurare debet;* XXIV (= Paul. II), 1, 1: *ambe partes in placito iuratores presentare debent; et qui meliores aut plus iustas personas habuerit, ipse iuret.* Cf. Stobbe, Lex Rom. Utin. p. 56. 4) 'Papiani liber' Lex Romana Burgundionum in codicibus saec. IX. dicitur, ad quam etiam legis nostrae auctor hoc loco respicere videtur; cf. LL. III, p. 595 sq.

V.[a] De officio[b] prefectorum predorio[c].

Imp. Constantinus[d]. Data[e] XVI. Kal. Novemb. Interpretatio[f]. Quicumque ingenuus[g] homo ante iudicem qualecumque causa habuerit, et ante ipsum iudicem de[h] ipsam[i] causam convictus[k] fuerit, si postea ante alium iudicem venire voluerit, non eum vetetur venire; si forsitan ante[l] illum suam causam per lege recuperare[m] potuerit, suam iusticiam habeat. Et quod si ibidem iterum de ipsa causa convictus fuerit, si bona persona est, duos annus[n] in exilio mittatur[o], et medietatem[p] de sua facultate[q] fiscus[r] adquirat; et quod si minor persona fuerit, duos annos[s] in metallo teneatur.

VI. De officio rectorum provincie.

[1]. Imp. Constantinus[a]. Data Kal. Novemb. Interpretatio. Si iudices contra racionem de qualecumque hominem ipsorum pecunia[b] in sportulo[c] tollere voluerint, secundum legem gladio puniantur[d].

[2]. Item alia interpretatio. Quicumque iudex sciat, se[a], cum[a] causas iudicaverit, non se abscondat in remoto loco neque ipse[b] solus iudicium donet, sed cum bonos[c] homines et in aperto domo, ut quicumque intrare voluerit, licenciam habeat[d], et ante plures homines suum[e] iudicium donet et quod rectum est iudicet.

[3]. Item alia interpretatio. Iudices[a] provinciarum hoc scire debent, ut de omnes[b] homines[b] causas talem[c] curam habere[d] debeant, ut nullum[e] hominem per suam potenciam vel pro gracia[f] de suo[g] seniore pauperes oppremere[h] non presumant[i], sed ipse iudex inter potentem[k] et pauperem[k] equaliter[l] inter eos iustum iudicium donet.

[4]. Item alia interpretatio. Iudices provinciarum opera[a] dare debent, ut per singulos agros et loca tales ordinent[b] actores, ut, sicut de publica[c] causa curam[d] habent[e], sic[f] et de omnes[g] pauperes sine omni[h] iniquitate vel premium agere debeant. Si hoc facere neglexerint[i], pena[k] iudicis vel civium in se noverint esse vindicandam.

V. De officio praefectorum praetorio.

Imp. Constantinus A. . . . . . Dat. XIII. Kal. Nov. . . . . . Interpretatio. Quicumque causa dicta discussoque negotio a quocumque fuerit superatus et hanc ipsam litem postea reparare tentaverit, si pro ipso, qui antea addictus est, fuerit legibus lata sententia, prius iudicium non valebit. Nam si et apud alium iudicem fuerit superatus, si digna idoneaque persona est, biennio in exsilium deputetur, et medietatem facultatum suarum fiscus acquirat; si vero indigna et pauperior persona est, in metallum biennio deputetur.

VI. De officio rectoris provinciae.

1. Imp. Constantinus A. . . . . . Dat. Kal. Nov. . . . . . Interpretatio. Officiales omnium iudicum venales esse non audeant, neque pretium de introitu occurrentium aut litigantium vel egressu requirant. Sed interpellantes tam divites quam sine ullo praemio pauperes audiantur. Quod si rapaces esse voluerint, gladio puniantur. . . . . .

2. Interpretatio. Iudex hanc sibi praecipuam curam in audiendis litibus impendendam esse cognoscat, ut litigantium causas iugiter adhibita aequitate discutiat, sciturus, non se in secretis domus aut in quibuscumque angulis finitivam sententiam prolaturum, sed apertis domus suae ianuis intromissisque turbis, ut neminem lateat, quicquid secundum legum vel veritatis ordinem fuerit iudicatum.

[2]. 3. Interpretatio. Iudices, postquam se de consessu publico in domum suam receperint, libellos a litigatoribus non accipiant nec sine officio suo de causis alienis vel de statu aliquid cognoscant.

[3]. *Cf. infra* §. 5.

4. Interpretatio. Iudices provinciarum operam dare debebunt, ut per singulos agros et loca sollicita inquisitione discurrant et per se, qualiter in solutione publici debiti cum possessoribus agatur, agnoscant. Cuius rei curam si implere neglexerint, querelam civium non dubitent in se severissime vindicandam.

V. a) V *e corr.* *A* 2. b) oficio *A* 1. c) *ita* *A* 1; predorio *corr.* pretorio *A* 2; predonum *B.* d) *ita* *A* 2; Cōnst *A* 1; Cōns *B.* e) dã *B.* f) Incp̄ *B.* g) inienuus *A* 2. h) illa *add.* *A* 2. i) *radendo corr.* ipsa causa *A* 2. k) convinctus *B.* l) per *B.* m) recuberare *A* 1. n) ann. *A* 2; annos *B.* o) mittantur *rad. corr.* mittatur *B.* p) medietate *B.* q) facultatem *A* 2. r) *ita B;* fiscos *A* 1; fiscos *corr.* fiscus *A* 2. s) ann. *A* 2. *B.*

VI. a) Cōns *A* 1; Cōnstān *A* 2; Const̄ *B.* b) pecuniam *B.* c) sportula *B.* d) puniatur *B.*

[2]. a) secum *A* 1. 2; se dum *B.* b) *deest* *A* 2. c) bonus *A* 1. d) *ita B; ead. man. corr.* habeant *A* 1; habeant *A* 2. e) sua iudicia *B.*

[3]. a) iudex *A* 2. b) hōms (*corr.* ōms) homines *B;* omne homine *A* 1. 2. c) tale cura *A* 2. d) habeant *pro* h. d. *B.* e) nullus *A* 2. f) graciam *B.* g) suos seniores *B.* h) *corr.* opprimere *A* 2; opprimere *B.* i) presumat *A* 1. k) pauperem et potentem *B.* l) aequaliter *B.*

[4]. a) *A* 2; operra *A* 1; ordinare *pro* opera dare *B.* b) *B;* ordinet *A* 1. 2. c) puplica *A* 2. d) cura *A* 2. e) habeant *A* 2. f) si et *B;* si *A* 1. 2, *ubi* et *deest.* g) omnium pauperum *B.* h) omnem iniquitatem *B.* i) neclexerint *A* 1. k) poenas *A* 2.

[5]. Item alia interpretatio[a]. Iudices[b] provinciarum hoc sciant, ut summam[c] sollicitudinem[d] habeant per omnia[e] loca, ne actores potentum aliquid[f] circa pauperes homines inlicite aut iniuste faciant.

VII. De officio iudicum civilium.

Imp. Archadius[a]. Data III.[b] Non. Feb. Rome. Interpretatio. Si quicumque persona[c] de qualecumque actum[d] aut dignitatem per principem[e] honoratus[f] fuerit, sed[g] cum altero hominem de quacumque rem[h] causam[i] habuerit et ante iudicem venerit[k], ille honoratus, dum ipsam[l] causam agit, cum iudice[m] non resedeat, sed ipso ordine iudicetur, sicut et[n] alias personas, qui in illa[o] patria[1] manent. Et nec[p] post meridię[q] non liceat causas ante iudicem[r] reclamare[2]. Qui contra hoc preceptum fecerit, V pondus[s] auri solvat.

VIII. De officio iudicum militarium.

Imp. Theudosius[a]. Data II.[b] Id. Febr. Interpretatio. Nulli penitus in cibilibus[c] causis militaris vel tuicio vel execucio tribuatur. Similiter omnes iudices, aut fescales[d] sint aut privati, hoc sciant, ut ad nullum hominem[e] non liceat[f] aliud facere, nisi inter ipsos de recta iustitia iudicare.

IX. De officio iudicum omnium.

[1]. Imp. Constantinus[a]. Data III. Kal. Ian. Interpretatio. Nullus iudex nec nullo homini liceat nulla puella ad raptum[b] protrahere, nec nullam[c] mulierem in domo sua[d] sedentem pro nullo puplico[e] nec pro nulla causa inquietare non[f] presumat; sed si aliquid ei requirere voluerit, ad actores eius requirat, et illa femina[g] pro reverentiae[h] sexus eius non inquietet, sed summa honore ad eam servare precipimus[i]. Si quis contra hoc fecerit, sciat se summum supplicium[k] afficiendum[l] esse.

---

5. Interpretatio. Iudices provinciarum summam sollicitudinem habere debent, ne actores potentum aliquid circa inferiores personas illicite iniusteque committant.

VII. De officio iudicum civilium.

Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. . . . . . Quina itaque pondo auri tam iudici quam eius officio et honoratis parem mulctam adscribendam esse cognoscas, si quis contra praeceptum huiusmodi venire tentaverit. Dat. III. Non. Febr. Roma. . . . . . Interpretatio. Honorati provinciarum (id est ex curiae corpore), si et ipsi in lite sunt constituti, tempore, quo causae aliorum a iudicibus ventilantur, cum iudice non resideant; et litigatores meridianis horis iudicem non salutent. Si aliud praesumserint, mulctam suprascriptae legis exsolvant.

VIII. De officio iudicum militarium.

Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. . . . . . Dat. prid. Id. Febr. . . . . . Interpretatio. Nulli penitus in civilibus causis militaris vel tuitio vel executio deputetur.

IX. De officio iudicum omnium.

1. Imp. Constantinus A. . . . . . Dat. III. Id. Ian. . . . . . Interpretatio. Nullus iudicum matronam in domo sua residentem per quemcumque apparitorem ad publicum existimet protrahendam, sed circa eam pro sexus reverentia conventio honesta servetur; cum, si quid eam debere constiterit, constrictis eius auctoribus possit exsolvi. Nam si quis contra fecerit, summo supplicio se afficiendum esse cognoscat.

---

[5]. a) *deest B.* b) iudex *A* 2. c) *ita B;* summa *A* 1. 2. d) solicitudinem *A* 1. e) *ita B;* omni *A* 1. 2. f) *A* 2; aliquit *A* 1; aliqđ *B.*

VII. a) Arc̃ *B.* b) tercio Nonas Feprũ Romae *A* 1. c) p̃sonã *A* 1. d) actu *A* 1. e) principe *A* 2. f) onoratus *A* 1. g) set *A* 1. h) rẽ *B;* omine *A* 1; homine *A* 2. i) causa *A* 2. k) venerit *ead. man. corr.* venerint *B.* l) ipsa *A* 2. m) iudicẽ *corr.* iudice *A* 2. n) ad *add. B.* o) ipsa *B.* p) *deest B.* q) *ita A* 2. *B;* meridie *A* 1. r) *ita B;* iudice *A* 1; iudices *A* 2. s) ponđ *B.*

VIII. a) Teũd *B.* b) *ita B;* III *A* 1. 2. c) civitatibus causas militares *B.* d) fiscales *B.* e) ominem *A* 1. f) liciat aliut *A* 1.

IX. a) Coñs *codd.* b) raptu *A* 2. c) nulla muliere — sedente *B.* d) suã *A* 1. e) publico *B.* f) non *deletum, in cuius loco* ħđ *scriptum est. Verba* non — femina *in ipso contextu omissa alia manu in margine post signum* ħp̃ *addita sunt.* g) fęmina *B.* h) reverencię *B.* i) precepimus *B.* k) suplicium *A* 1. l) *ita B;* affaciendum *corr.* affaciendus *A* 1; affaciendus *A* 2.

1) I. e. pagus; cf. infra indicem. 2) Cf. 'Sachsenspiegel' III, 61, 4: *'Gerichtes solen warden alle die dingplichtich sint van des dat die sonne upgat wente to middage';* Grimm, 'Rechtsalterthümer' p. 813 sqq.

[2]. Item alia interpretatio. Si quicumque homo[a] pupillos aut viduas vel egrotos[b] aut orfanos[c], vel quod haec[d] lex conservat, foras patria eos de suas causas ante iudices non traant[e]; nisi in illa loca cum eos suas causas agant, ubi in suo placito testimoniales de presentem[f] invenire possint[g]. Et si forsitam[h] in ipsa[i] patria, ubi commanent[k], suas causas finire[l] non possint[m], licenciam habeant, si voluerint, ubi sui principes fuerint[n], ambulare et ipsorum causatores ante ipsos[o] principes cum eos ambulare faciant[1].

X. De defensoribus civitatum.

[1]. Imp. Valentinianus[a]. Data X. Kal. Febr. Interpretatio. Quicumque iudex, qui[b] in patria constituitur, per consensu[c] illorum[d], qui in ipsa patria sunt, ipsa iudiciaria[2] recipere debent; quod si[e] ipse iudex illa iudiciaria sine consensu[f] bonorum hominum de ipsa[g] patria per[h] suam cupiditatem prendere[i] presumserit[k], secundum legem V libras auri fiscum[l] solvere[m] cogatur.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Omnes[b] iudices, qui patriam habent[c] commissam[d], nullum hominem sine culpam aut damnare aut verberare presumant[e].

[3]. Item alia interpretatio. In omni[a] loca tales iudices elegantur, ut, ubi malefactores vel latrones invenerint, nullum[b] hominum patrocinium[c] reveriscant[d]; sed ubi ipsos reus[e] invenerint[f], de presente de illos iustitiam[g] faciant.

XI. De assessoribus[a] et domesticis vel cancellariis.

[1]. Imp. Onorius[b]. Data X.[c] Kal. April. Interpretatio. Si filius, antequam ad[d] patrem[e] mancipetur, cuiuscumque iudicis[f] consiliarius adheserit[g], quicquid[h] pro[i] suo servicio aut ex iustis et bonis causis adquesierit[k], hoc sibi vindicet[l], sicut et ille filius, si aliquid[m] vivo patre in armis positus acciperit[n] aut adquesierit[k].

---

2. Interpretatio. Quicumque adversus pupillos, viduas et aegrotos nostra praecepta meruerit, eos de locis suis commovendi vel extra provinciam suam usquam penitus protrahendi licentiam summovemus, ut ibi causam suam dicant, ubi instructiores esse et testimonia possint facilius invenire. Sane si ipsi, quorum fatigationi consulimus, nos crediderint expetendos, huic voluntati eorum veniendi aditum non negamus; ita ut adversarii eorum sub praesentia principis adesse per rectorem provinciae compellantur.

X. De defensoribus civitatum.

1. Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. . . . . . Dat. VIII. Kal. Febr. . . . . . Interpretatio. Hi instituantur civitatum defensores, quos consensus civium et subscriptio universorum elegisse cognoscitur. Quod si quis defensorum ad hanc rem cupiditate propria, non interveniente decreto, pervenisse probabitur, pro hac praesumtione quinque libras auri fisco inferre cogatur.

2. Interpretatio. Defensores secundum suum nomen curiam vel plebem sibi commissam cum omni iustitia et aequitate defendant; nullum de innocentibus aut condemnare aut verberare praesumant.

Imp. Constantinus. Data Id. Iul. Interpretatio. Quod si[c] avus[d] paternus[e] aut avus[f] maternus aut avia paterna[g] aut avia materna[g] ipsas res parvulorum noluerint recipere ad gubernandum, postea inquirant testamentariis, hoc sunt, qui cives[h] Romani liberti dimissi sunt[1], sic ipsos iurare faciant, quod ipsas res parvulorum[i] per[k] fidem gubernent[l]. Quod si et ipsi non fuerint, sciant se ipsi heredes, quod superius scriptum[m] est, ut si eis aliquid de illa facultatem[n] de illos parvulos venire debuerat, nihil[o] exinde habeant et insuper damnandi sint, si res de ipsos nepotes suos noluerint recipere ad gubernandum[p].

XIX.[a] De administrationem[b] et periculum tutorum et curatorum[c].

[1]. Imp. Constantinus. Data VI. Kal. Apr.[d] Interpretatio. Quicumque homo res parvulorum reciperit[e] ad gubernandum, si exinde in omnibus eis salvum et integra[f] ratione[f] sine ipsorum damnum ad expletum[g] tempus tutilla[h] eis non reddediret[i], sciat se de sua[k] facultate[l], in quantum eis de ipsorum res damnum fecit, omnia[m] ad ipsos parvulos redditurum, aut tantum[n] eis de suas res in loco[o] pignori dimittat[p], quantum illum fuit, quod[q] per sua negligentia[r] de ipsorum parvulorum facultatem perdiderunt[s], usque dum ad ipsos parvulos[t] omnia[u] ab integritatem restituant[v].

[2]. Item alia interpretatio[a]. Si forsitan parentes de ipsos[b] parvulos aliquid per suo servicio a principem de fisco habuerunt[c] concessum, et hoc postea ipsi parvuli per negligenciam[d] de suos tutores perdiderint[e], sciant se ipsi tutores hoc totum de suo proprio ad ipsos parvulos reddeturi[f].

[3]. Item alia interpretatio[a]. Si ad illos parvulos[b], qui in[b] minore etate[c] sunt[d], aliquid de facultatem[d], aut quod eorum parentes habere debuerant[e], si hoc[b] per negligentiam[f] de suos tutores perdiderint, hoc totum sui tutores vel curatores de suo proprio ei reddant[g].

[4]. Item alia interpretatio[a]. Ubi tutores res[a] parvulorum recipent[b] ad gubernandum[c]

XVIII. Qui petant.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. Id. Iul. . . . Interpretatio. Si avus paternus defuerit, avos maternos etiam atque avias, tam paternas quam maternas, iubet ad tutores parvulorum petendos legis praeceptione constringi, si tamen testamentarii vel legitimi deesse probantur. Quod si nepotibus parvulis tutores providere despexerint, iubet eos huiusmodi dispendio subiacere, ut, si forte cesserit luctuosa hereditas, de successione minorum, quibus tutores aut non petierint aut noluerint providere, habeantur extranei.

XIX. De administratione et periculo tutorum et curatorum.

1. Imp. Constantinus. . . . Pro officio administrationis tutoris vel curatoris bona, si debitores exsistant, tanquam pignoris titulo obligata, minores sibimet vindicare minime prohibentur. Dat. VII. Kal. April. . . . Interpretatio. Quicumque tutor sive curator negligentia administrationis suae debitor minoribus comprobatur, noverit facultates suas ita obligatas, ut, si non satisfecerit, ratione deducta, bona sua a minoribus loco pignoris teneantur.

[2]. 3. Interpretatio. Si forte cesserit, ut minores possessionem iuris emphyteutici, hoc est, quod ex fisci bonis parentes eorum habere meruerant, sub qualibet praestatione tenuerint, et hoc per negligentiam sive proditionem tutoris aut imminutum fuerit aut certe sublatum, quicquid perierit, a tutore vel curatore esse reddendum.

[3]. 2. Interpretatio. Si in his, quae minoribus donari possunt, per tutoris negligentiam sive colludium donationis solennitas vel conditio impleta non fuerit, id, quod minori deperierit, de proprio cogitur exsolvere.

4. Interpretatio. Mox ad tutelam quis accesserit, adhibitis continuo primatibus civitatis vel defensore cum officio

---

XVIII. a) VIII *B.* b) petant *A* 2; p̄dant *B.* c) *B; deest A* 1. 2. d) avos *A* 1; avos *corr.* avus *A* 2. e) *B;* paternum *A* 1. 2. f) avos *A* 1. g) materna aut paterna ipsas *B.* h) *B;* civici (ci *eras.*) *A* 1; civi *A* 2. i) parvolorum *A* 1. k) per fidem *B;* perfecte eis *A* 1 (fecte eis *in loco raso*). 2. l) gobernent, perfecte *add. sed del. A* 1. m) *B;* scripti sunt *A* 1. 2. n) facultate *B.* o) *B;* nulla exinde non h. *A* 1. 2. p) gobernandum *A* 1.

XIX. a) VIIII *B.* b) administracionum *A* 1. 2; āministracionem *B.* c) cura *A* 2. d) Aprił *A* 1. e) recipere *B.* f) integracione *B.* g) tempus expletum *B.* h) tutela *B; intellige:* tempus expletae tutelae. i) reddediretis *A* 1; rediderit *B.* k) suam *B.* l) facultatem *A* 2. *B.* m) omnio *A* 1. n) quantum *corr.* t. *A* 2. o) locum *A* 2. p) ad contra *add. A* 2. q) quo *A* 1. r) neglientia *A* 1; neglegenciam *B.* s) perdider̄ *A* 1. *B;* perdiderint *A* 2. t) parvolus *A* 1. u) *deest B.* v) integritate *B.* w) *B;* restituat *A* 1; restituunt *A* 2.

[2]. a) *deest B.* b) ipsus *A* 1. c) habuer̄ *A* 1. *B;* habuerint *A* 2. d) neglienciam *A* 1; neglegenciam *B.* e) perderent *A* 1. f) redituri *A* 2; reddituri *B.*

[3]. a) *deest B.* b) *B; deest A* 1. 2. c) aetatem *A* 2. d) facultate *B.* e) debuerint *A* 1. f) neglientiam *A* 1; neglegentiam *A* 2. g) reddat *A* 2.

[4]. a) *deest B.* b) receper̄ *A* 2. c) gobernandum *A* 1.

1) Dubium est, qua de causa auctor legis testamentarios, quod verbum male intellexerat, libertos cives Romanos esse crediderit, utrum ideo, quia testamentum facere possunt, an ideo, quia per testamentum manumissi sunt.

de omnem[d] illorum facultatem scriptam[e] salvam ambe[f] partes habere debent, quantum ipsi tutores reciperint[g], et aliam[h] talem scriptam rectores loci illius facere debent ad illos tutores, ut si talis[i] res est, qui non peret[k], quod homo plurimum tempus servare possit, hoc est, quomodo de auro aut de[l] argento, talis[m] pecunia omnia in uno[n] collegatur[o] et[p] reponatur[p] et de anulos[q] ipsorum bonorum hominum segelletur[r], ut nulla talis[m] necessitas nec talis[m] causa veniat, quod de hoc ipsi[s] tutores expendere[t] debeant; sed omnia salvum sit usque[u] ad legitimum tempus[v] etatis[w] parvulorum. Nam quod si alia talis[m] pecunia[x] mobilis[y] est, quod sic servare homo non possit, ipsi tutores eam[z] vindant[a] et agros exinde ad ipsos parvulos comparent[b]. Et quod si talis[c] pecunia[d] non est, unde hoc facere[e] possint, in quantum est illut[f], laborent et ipsos[g] parvulos nutriant[h]; et sic eos gubernent[i], ut omnia sine ipsorum parvulorum damnum sit[k]. Nec ipsi parvuli postea ad suos tutores de ipsa parva pecuniam[l], unde eos vix nutrire possunt, usuras non[m] querant[n].

EXPLICIT THEODOSII[o] LIBER III.

INCIPIUNT[a] CAPITULA LIBRI[b] IV[c].

I. De credicione[d] vel bonorum possessionum[e] vel[f] post mortem[g] patris.
II. Unde liberi. Item[h] alia eiusdem.
III. De muliere[i], si post mortem viri[k] pregnans[l] remanserit[m].
IV. De testamentis et codecellis[n].
V. De litigiosis.
VI. De naturalibus[o] filiis et matribus eorum; id est de[p] legitimis vel non legitimis.
VII. De manumissionibus[q] in ecclesia[r].
VIII. De liberali[s] causa.
IX. De[t] his, qui[u] non a suo[v] domino manumissi[w] sunt.
X. De libertis[x] et eorum liberis.
XI. De[y] vectigalibus commissis.
XII. De re[z] fiscale V annis[a] possessa.
XIII. De re[b] iudicata.
XIV. De sentenciis[c] ex[d] periculis recitandis[e].
XV. De fructibus et lites expensis.
XVI. De usuris rei iudicate.

---

suo, suscepta pupilli bona facto rerum conscribat inventario; et si quid erit in pecunia vel argento, vel quae non possunt vetustate perire, praedictorum annulis obsignata reponat, et nulla occasione minuatur, neque id pupillo, dum in annis minoribus fuerit, pro litibus aut aliis causis noverint committendum, sed usque ad perfectam aetatem omni integritate servetur, in reliquis rebus proficiente diligentia. Nam si minores eis sunt facultates, ut non sit patrimonium illis, et tantummodo substantia in rebus mobilibus invenitur, sciant tutores sibi esse permissum, ut vendere praesumant mobilia et agros comparare, ut minoribus in ea parte prospiciant; si vero non est eiusmodi substantia, unde praedium comparetur, hanc iubentur habere diligentiam, ut pecunia colligatur, et compendiis usurarum aut quibuslibet aliis rebus commodum pupillis acquirant; aut si forte tenuitas substantiae erit, exinde salva re pupillis substantia ministretur; et si ita egerint, a tutore pupillus non erit quaesiturus usuram.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER TERTIUS.

---

d) omne *A* 1. e) facta et *add.* *A* 2. f) ambas *A* 2. g) recipeř *A* 1; recipent *B*. h) alia tale scripta *A* 2. i) tales *A* 1; tales *corr.* talis *A* 2. k) perit *B*. l) *B; deest* *A* 1. 2. m) tales *A* 1. n) unum *A* 2. o) colligatur *B*. p) *bis scr., sed del.* *A* 1. q) *B;* anulus *corr.* anulos *A* 2; anulus *A* 1. r) sigilletur *B*. s) ipsorum *rad. corr.* ipsi *A* 1. t) expenderent *rad. corr.* expendere *A* 1; expandere *B*. u) ut *A* 2. v) *deest B*. w) etates *A* 1. x) pecuniam *A* 1. 2. y) mobilem *corr.* mobile *A* 1. z) ea *A* 1. a) vindant *corr.* vendant *A* 2; vendere debeant *B*. b) cumparent *A* 1. c) tales *A* 1. d) pecuniam *A* 2. e) non *add. B*. f) illud *A* 2. g) ipsus parvulus *A* 1. h) nutricant *A* 2. i) gobernent *A* 1. k) *B;* sed *A* 1. 2. l) pecunia *A* 2. m) *deest B*. n) requirant *A* 2. o) Theođ *A* 1; Teođ *B*.

Lib. IV. a) De libro IIII. Teodos̄ *pro* Inc. — IV *B*. b) lib̄ *A* 1; liber *A* 2. c) quarti *A* 2. d) *lege:* cretione; cridicione *corr.* credicione *A* 2. e) possessione *A* 2. f) *deest B*. g) mor̄ *A* 1; morte *B*. h) eiusdem. Item alia *B*. i) mulierem *B*. k) vir *A* 1. l) *B;* prignā *A* 1; prigna *A* 2. m) rem̄s *A* 1. n) codicellus *B;* Idem de legitimis vel non legitimis *add.* *A* 2. o) naturalis *A* 1. 2. p) de — non legitimis *des. B*. q) *B;* manu emissionibus *A* 1. 2. r) eo *corr.* eclesia *A* 1; ecclesiis *A* 2. s) *A* 2; liverali *A* 1; liberari *B*. t) Deis *pro* De his *A* 1. u) *B;* quia *A* 1. 2. v) *B;* domino suo *A* 1. 2. w) manum missi *A* 2; manusmissi *(ut videtur)* *corr.* manumissi *B*. x) livertis *A* 1. y) Duectigalibus *A* 1; De victigalibus *A* 1. z) rem *A* 2. a) ann̄ *A* 2. b) rem *A* 2. c) sententenciis *A* 1. d) et *B*. e) *B;* recedan̄ *A* 1; recedanda *A* 2.

XVII. De debitorum[f] redicione.
XVIII. De res, qui[g] usque ad mortem suam[h] tenet.
XIX. De vi[i] iudicum.
XX. Utrum vi[i].

INCIPIT LIBER IV.

I. De[a] credicionem[a] vel bonorum possessionum[b].

Imp. Theudosius[c]. Data VII. Id. Nov.[d] Interpretatio[e]. Si mortuo patre[f] talis[g] eius infans remanserit, qui[h] adhuc[i] loqui non possit, ipse infans inter suos heredes in omnibus in hereditatem[k] parentorum suorum succedit[l].

II. Unde liberi.

Imp. Archadius[a]. Data[b] II. Non. Octb.[b] Si pater mortuus fuerit et filias[c] suas maritatas dimiserit[d] et ad illas in tempore nuptiarum dote[e] fecerit[f], et quod ad eas dedit, si pater earum sic fuerit mortuus, quod[g] testamentum non faciat, si ipsas filias alias res cum fratres suos[h] dividere[i] voluerint, omnia, quod ad[k] illas pater earum[l] dedit, ad fratres suos, cum ad dividendum venerint, presentent et sic postea secundum legem cum fratribus suis omnia equale[m] dividant. Quod[n] si hoc non fecerint[o], in[p] quantum in[q] tempore nuptiarum receperunt[r], hoc pro sua porcionem[s] reteneant et ab[t] aliam[u] hereditatem parentorum suorum excludantur.

III. De Carboniano edicto[a].

Imp. Valentinianus[b]. Data III. Kal. Octb.[c] Interpretatio. Si quis homo mortuus fuerit et legitimam[d] uxorem[e] pregnantem[f] dimiserit, iubet lex[g] ipsam mulierem ad suos[h] propinquos ad custodiendum recipere, ut, cum legitimum tempus infans natus fuerit, ut ipsi propinqui testimonium dent, ut ne forte postea ei dicatur, quod[i] non sit de[k] legitimo[l] patre[m] ingeneratus. Sic ipse infans postea in omnibus legitimam[n] suam porcionem de hereditatem[o] parentum[p] suorum recipiat, et usque ad[q] XV. annum etatis[r] suae cum venerit, sine omnium

---

INCIPIT LIBER IV.

I. De cretione vel bonorum possessione.

1. Impp. Theodosius *etc.* . . . Dat. VIII. Id. Nov. . . . Interpretatio. Cretio et bonorum possessio antiquo iure a praetoribus petebatur; quod explanari opus non est, quia legibus utrumque sublatum est. Et ideo infans, licet loqui non possit, tamen hereditatem sibi debitam capit, cui morienti pater aut is, qui proximus fuerit, ex lege succedit.

II. Unde liberi.

1. Impp. Arcadius *etc.* . . . Dat. prid. Non. Oct. . . . Interpretatio. Filia, si tempore nuptiarum a patre fuerit dotata, et postea pater intestatus moriatur, si in reliqua patris substantia vult cum aliis fratribus aequalis accedere, dotem vel quicquid accepit tempore nuptiarum hereditati paternae cum fratribus dividendam confundat. Quod si noluerit, sit his, quae percepit, pro sua portione contenta.

III. De Carboniano edicto.

1. Imppp. Valentinianus *etc.* . . . Dat. IV. Kal. Oct. . . . Interpretatio. Si quis moriens ex legitimo matrimonio praegnantem reliquerit uxorem, iubet lex, mulierem a propinquis, quousque ad partum veniat, custodiri; quae cum legitimo tempore ediderit, is, qui natus fuerit, pro sua portione in patris hereditate succedat et usque ad quintum et decimum aetatis suae annum, quae a patre derelicta sunt, sine ullius repetitione possideat: futurum, ut suas postmodum per curatorem aut excipiat aut exserat actiones.

---

f) *B;* debito *A* 1. 2. g) qu *A* 1. h) sua *A* 1. i) *B;* vim *A* 1. 2.

I. a) Decreciorem *A* 1; De credicione *B.* b) possessio *A* 1. c) Teud *B.* d) Novembris *A* 1. e) *deest A* 1. 2. f) *deest B.* g) tales *A* 1. h) quia *A* 2. i) adhoc *corr.* adhuc *A* 1. k) ereditatem parentum *B.* l) succedat *B.*

II. a) Archđ *A* 1; Arch. *B.* b) Data — Octb. *des. B.* c) filiias *A* 1. d) demiserit *A* 1. e) dotem *B.* f) faceret *A* 1. g) *B;* qui *A* 1. 2. h) suus *corr.* suos *A* 1. i) devidere *A* 1. k) pater earum ad illas *A* 2. l) eorum *B.* m) equaliter *A* 2. n) *verba:* quod si hoc non fecerint *deleta praecedunt hanc vocem A* 1. o) facerent *A* 1. p) in, *ut videtur, eras. A* 2. q) *ita A* 1. *B; post superscr. A* 2. r) recipeř *A* 1; recepeř *B;* reciperint *A* 2. s) porcione *A* 2; porcionē, *lineola supra lit.* e *detersa B.* t) *deest B.* u) *B;* alia hereditatem *A* 1; alia hereditate *A* 2.

III. a) ediccio *B.* b) Vaľt *A* 1; Vaľen *B.* c) Oct. *B.* d) *B;* legimā *A* 1; legitima *A* 2. e) uxore *A* 1. f) prignante *A* 2. g) ipsa lex *A* 2. h) suus propinquus *A* 1. i) *B;* q (= qui) *A* 1; quia *A* 2. k) *deest B.* l) *B;* ligitimo *A* 1; legitimum *A* 2. m) patrem *A* 2. n) legitima sua *A* 1. o) hereditate *A* 2. p) parento *corr.* parentum *A* 2. q) *B; deest A* 1. 2. r) etates suae an̄n̄ cum *A* 1; etatis s. annos cum *A* 2; a. e. sue cum *B.*

repiticionem[s] que[t] a[u] suo patre derelicta sunt possideat[v], et postea suas res per curatore exsequat[w] acciones[x].

IV. De testamentis et codicellis[a].

Imp. Constantinus. Data XI.[b] Kal. Ian.[c] Interpretatio. Quicumque homo, si non facit[d] testamentum, sed fecerit codicellum — hoc est codicellus[e]: alia cartam[f] in vicem de testamento — hoc facere potest, et sic ipsum codicellum firmare roget cum legitimos[g] testes[h], sicut et testamentum, id est per VII aut per V[i] testes; quia per minorem numerum[k] de testes[l] carta[f] firma esse non potest. Et si forsitam testamentum fecerit et[m] postea iterum alia[n] carta tale fecerit, ubi[o] qualecumque[p] hominem contra suum testamentum heredem instituat[q], ipsa carta[f] firma[r] esse non potest.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Si quis homo moriens et testamentum fecerit et forsitam postea, aut per proprias[a] premias aut per quamlibet[b] modum[b], si iudici aut a[c] iudices propincus[d] aut a[e] qualecumque suum[f] amicum, si per codicellum[g] aut per qualecumque libet[h] epistola eis aliquid de res suas donaverit, talis[i] donatio, que[k] tale modo in secreto fuerit tractata[l], non valeat[m].

[3]. Item alia interpretatio. Si cum in morte est homo, et scribit aut dictaverit[a] cartula[b] testamenti, si V aut VII testes[c] eum[d] firmaverint, valet testamentus. Quod si plus de VII testes[c] fuerint, non nocebit; nam si minus de V fuerint, non valebit.

[4]. Item alia interpretatio[a]. Omnis[b] testamenta vel alias cartas[c] in urbe[d] Rome[e] apud[f] curiales viros volumus presentare, ut in omnem regionem omnes scripturas, qui scribitur[g], placuit voluntas mortuorum, ut legitimos[h] testes[i] impleantur; nam si[k] legitimos[h] testes[i] non fuerit firmata, non valebit.

[5]. Item alia interpretatio[a]. Voluntas[b] mortuorum sic placuit, ut si aliquis mortuus fuerit et non fecerit testamentum neque alia carta[c] legitima, nisi forsitam ad verbum demandaverit[d]; et si aliquis homo dicit[e]: 'Ego audivi mortuum dicentem, ut voluerit[f] aliquid

---

IV. De testamentis et codicillis.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. XI. Kal. Ian. . . . Interpretatio. Si quis non fecerit testamentum, sed vice testamenti fecerit codicillum, in quo codicillo legitima heredis institutio teneatur, et hunc ipsum eodem numero testium, hoc est septem aut quinque subscriptionibus, faciat confirmari; si minus quam quinque, valere non poterit, sicuti et ceterae voluntates. Nam secundum superiorem legem, si condito testamento postea factus fuerit codicillus, et in eo alium, quam in testamento fecerat, heredem voluerit nominare, in eo codicillo heredis institutio non valebit.

2. Interpretatio. Si quis moriens principi vel propinquis vel amicis eius aliquid per codicillum aut per epistolam crediderit relinquendum, pietatis intuitu id praecipit non valere; sed si quid tali modo privatis fuerit derelictum, et de talibus cartulis orta fuerit fortasse contentio, in iudicis dicussione consistat, utrum possit scriptura prolata iure subsistere. Ceterum principi vel eius proximis quicquid testamento aut nuncupatione dimittitur, hoc sibi legibus valere permittitur.

3. Interpretatio. Si moriens, cum scribit aut dictat cartulam testamenti, praetermiserit forsitan vocabulum ponere, aut civilis, id est, quod quinque testium, aut praetorii iuris, quod septem testium erit subscriptione firmandum, aut si maiorem vel minorem testium numerum se testator in principio dixerit evocasse usque ad quinque subscriptorum numerum, etiamsi non relegant testamentum, valere permissum est, ita ut, sicut minor numerus impedit voluntatem, sic, quicquid superfuerit, non noceat testamento. . . . . . .

4. Interpretatio. Testamenta omnia vel reliquas scripturas apud censuales in urbe Roma voluit publicari, hoc est, ut in reliquis regionibus apud curiae viros testamenta, vel quaecumque scripturae actis firmari solent, gestorum allegatione muniantur. Si vero mortuorum voluntates actis reservatae non fuerint, nihil valebunt.

5. Interpretatio. Placuit voluntatem defunctorum ea ratione servari, ut, si deficiens quis non perfecerit testamentum, non potest quicumque pro perfecto uti, quod imperfectum resedit. Nec admittit hanc testificationem principis clementia, si forte dicat aliquis: 'Audivi morientem velle hoc principi vel etiam his personis, quae potestati adiunctae

---

s) repeticionum *corr.* repeticionem *A* 2; receptionem *B.* t) *B;* qui *A* 1. 2. u) ad *B.* v) possideant *A* 1. w) *A* 2; exequad *A* 1; exigat *B.* x) actiones *A* 2; accionem *B.*

IV. a) codecellis *A* 2. b) XV *B.* c) Ianuā *A* 1. d) fac̄ *B.* e) codicellas *B.* f) car̄ *B.* g) legitimus *A* 1. h) ts̄ *A* 1. i) legitimus (legitimos) *add.* *A* 1. 2. k) nomerum *A* 1. l) tēs *A* 2. m) et — tale fecerit *des.* *B.* n) aliam cartam *A* 1. o) hubi *B.* p) qualequūque ominem *A* 1. q) instuat *A* 1. r) fir̄ *A* 1.

[2]. a) *deest* *B.* b) *B;* quale vel modo *A* 1. 2. c) ad *A* 2. d) *corr.* propincos *A* 2; propinquos *B.* e) per *A* 2. f) ad suum *B.* g) cudicellum *A* 1. h) quamlibet epistolam *B.* i) tales *A* 1. k) *B;* qui *A* 1. 2. l) tracta *B.* m) valet *B.*

[3]. a) dictaberit *A* 2. b) cartola *A* 1. c) ts̄ *A* 1. d) eam *A* 2.

[4]. a) *deest* *B.* b) Om̄ *A* 1; Om̄s *B.* c) car̄ *B.* d) orbe *A* 1; urbem *A* 2. e) Romę *A* 2. f) aput *A* 1. g) scripbitur *A* 1. h) legitimus *A* 1. i) tr̄ *A* 2; ter̄ *B.* k) per *add.* *A* 2.

[5]. a) *deest* *B.* b) Volūtas *A* 1. c) car̄ *B.* d) preceperit *B.* e) dic̄ *A* 2. *B.* f) voleret *B.*

aut iudici[g] aut a[h] potentes[i] homines de rem suam dare'; sed nos vero talem[k] vocem non permittimus audire, nec non valeat; nisi forte si legitimas cartas fuerint protultas[l], illas[m] valebunt[n]; nam aliud[o] demandatum[p] valere non potest.

[6]. Item alia interpretatio. Si quis homo fecerit testamentum et postea X annos[a] supervixerit[b], si ipsum testamentum non[c] remutaverit[d], vacuus[e] erit. Nam post[f] X annos[a], si ipsum testamentum, si[g] voluerit, ut firmus permaneat, mutare[h] eum debet[i].

[7]. Item[a] alia interpretatio[a]. Si quis[b] homo fecerit testamentum et postea sine testamento[c] quod remansit, si exinde alicui aut per testamentum aut per codicellum[d] vel per donationem[e] alicum heredem sibi iniungere voluerit, licenciam habeat facere.

V. De letigiosis.

Imp. Constantinus. Data Kal. Aug.[a] Interpretatio. De illas res, que[b] in contencione sunt, non potest aliquis de illos[c] nulla carta[d] exinde facere, antequam ipsas res per legem possit vindicare[e].

VI. De naturalibus filiis et[a] matribus eorum.

Imp. Valentinianus[b]. Data VII.[c] Kal. Sept.[d] Interpretatio. Quicumque homo de ingenua[e] muliere legitimos[f] filios aut filias habuerit[g] aut[h] nepotes et alios[i] filios de non legitima[k] muliere, qui naturales filios[l] dicunt, id est de concubina[m], qui[n] nos ornongus[o, 1] dicimus, potest[p] eis vel ad matrem[q] eorum pater ipsorum[r] de sua facultate eis una uncia, hoc est duodecimam[s] porcionem[t] de suas res eis dare. Et quod si[u] legitimos[v] infantes vel nepotes

---

sunt, vel cuiuscumque potentis taliter deputatum'; hanc vocem admitti non patitur. Et sicuti legitimas scripturas vel in suam personam vel in quascumque alias potestates sive in privatos valere mandavit, ita imperfectam et sub tali testificatione prolatam penitus valere non voluit.

6. Interpretatio. Si quis condito testamento decennio superstes fuerit et suam non mutaverit voluntatem, quod ante decennium factum est vacuum remanebit.

7. Interpretatio. Si quis per scripturam condiderit testamentum et postmodum sine scriptura, hoc est per nuncupationem, suam iterandam crediderit voluntatem, vel si codicillis, quod est fideicommissum, potestatem heredi suo commiserit, ut, ex qua voluerit, testatoris ordinatione succedat: tunc in primordio adeundae hereditatis suam publicare non desinat voluntatem, utrum ex testamento, an per nuncupationem, an per fideicommissum hereditatem sibi eligat vindicandam.

V. De litigiosis.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. Kal. Aug. . . . Interpretatio. Res, quae proposita actione repetitur, transferri a possidente ad alterum nullis contractibus potest; neque inde aliqua fieri scriptura permittitur, nisi prius lis, de qua agitur, fuerit iudicio definita.

VI. De naturalibus filiis et matribus eorum.

1. Imppp. Valentinianus. . . . Dat. XVII. Kal. Sept. . . . Interpretatio. Observandum de naturalibus filiis lex ista constituit, ut, si quis habens ex legitimo matrimonio filios vel filias, sive masculos nepotes ex filiis, vel patrem aut matrem, ex quacumque muliere, id est ingenua nata vel facta, susceperit naturales, non amplius quam unciam unam de facultatibus suis noverit naturalibus conferendam. Nam si defuerint ex omni parte personae superius nominatae, tunc naturalibus filiis vel mulieri, de qua nascuntur, tres uncias tantum, non amplius noverit, quisquis ille est, se posse conferre.

---

g) iudicia *A* 1. h) ad *A* 2; a *corr.* ad *B*. i) potente *B*. k) tale voce *A* 1. l) f a c t a s *B*. m) illos *corr.* illas *A* 1. n) velebunt *A* 2. o) *B*; alia it *vel fortasse* alia *corr.* aliut *A* 1; alia id *A* 2. p) de mandatum *B*; de mandato *A* 1. 2.

[6]. a) ann̄s *A* 1; an̄ *B*. b) supervixerit — testamentum *in loco raso* *A* 1. c) non — annos *in marg. post add.* *A* 1. d) remudaverit *B*. e) vacuos *corr.* vacuus *A* 1; vaguus *B*. f) per *A* 2. g) *eras.* *A* 1; *deest* *A* 2. h) mudare *B*. i) debeat *A* 1.

[7]. a) *deest* *B*. b) aliquis *B*. c) testamentum *A* 2. d) cudicellum *A* 1. e) donatione *A* 2.

V. a) Ag̅ *B*. b) qui *A* 2. c) illo *B*. d) car̄ *B*. e) iudicare *B*.

VI. a) vel *A* 2. b) Valen., Valent. *codd.* c) VI *A* 1. 2. d) Sepb. *A* 1; Sep. *B*. e) ingenuam mulierem *B*. f) letimus filius *A* 1; legitimus filius *corr.* l. f. *A* 2. g) abuerit *A* 1. h) vel *B*. i) alius filius *A* 1. k) legitimam u x o r e m *pro* l. m. *B*. l) filius *A* 1. m) concupina *A* 1. n) quem *B*. o) ornongos *B*. p) pote ē *A* 1. q) matres *A* 2. r) eorum de suam facultatem unam unciam *B*. s) *B*; XII *A* 1. 2. t) porciō *B*. u) *deest* *B*. v) legitimus *A* 1.

1) *Ornongus* vox Germanica est: Frisionibus: 'horning, hornink, hornech' = spurius, nothus; Island.: 'hornungr' = in angulo natus ('Winkelkind'); Anglosaxon.: 'hornungsunu'. Vide Grimm, 'Rechtsaltertümer' p. 476; Richthofen, 'Altfries. WB.' p. 827; Schiller et Lübben, 'Mittelniederd. WB.' II, p. 303; Graff, 'Althochd. Sprachschatz' IV, 1038. Cf. commentionem meam p. 5.

non habuerit, ad illos naturales filios vel ad matribus eorum, III uncias[w] de sua[x] facultate secundum legem eis dare potest[p]. Nam nec per parentorum arbitrium nec per nulla[y] carta amplius in[z] res intrare non possunt[a], nisi quantum superius scriptum est.

VII. De manumissionibus in ecclesia[a].

Imp. Constantinus. Data IV. Kal. Mai.[b] Interpretatio. Quicumque homo servos[c] suos ingenuos[d] dimiserit[e], in ecclesia[f] presente[g] sacerdotes vel plebem[h] dimittat; si hoc fecerit[i], plenam libertatem habeant. Nam si clericus suam[k] mancipiam ingenuam[l] dimittere voluerit sine alios[m] sacerdotes vel sine alia scripta, tantum solum cum verbo, si hoc in ecclesia[n] fecerit[o], eorum libertas firma permaneat.

VIII. De liberali causa.

[1]. Imp. Constantinus. Data XIII.[a] Kal. Aug.[b] Interpretatio. Quicumque homo, qui libertus dimissus[c] est, si eum iterum aliquis alter homo ad servicium declinare[d] voluerit[e], hoc ei de presentem facere non liceat, sed ad ipsos libertos[f] inducias[g] detur, ut[h] suum benefactorem inquirat, qui eum[i] cum eius[k] libertatem defendat[k]. Quod si ipsum defensorem[l] invenire potuerit[m], ille qui eum[n] in servicio inclinare voluit[o], quanta[p] familia voluit inservire, alios[q] tantos de sua mancipia ad eorum defensore[r] det[s], et ipsi liberti, quos[t] pulsabant, liberi[u] permaneant. Similiter quod si pupilli, qui in minore[v] aetate positi[w] sunt, forsitan tutores eorum aliquos[x] libertos inservire[y] voluerint, si per legem hoc facere non[z] potuerint, sciant se[a] ipsi tutores, sicut superius de illos alios[b] diximus, tanta mancipia de suo proprio[c] dent, quantos[d] libertos in servitio[e] inclinare voluerunt[f]. Et quod si illi homines,

---

2. Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio Pf. P. Post alia: Naturales liberi eorumque matres nec parentum arbitrio in successionibus ceterisque modis, quibus rei mobilis vel immobilis dominium confirmatur, passim et sine legis distinctione congrua permittantur, nec tamen legis, quae nuper lata est, asperitate premantur, cum satis sit, eos secundum priorem constitutionem, aut exstantibus iustis liberis aut etiam non exstantibus, id tantum consequi, si patris deferatur arbitrio, quod per eam iusta moderatione decretum est.

VII. De manumissionibus in ecclesia.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. XIV. Kal. Mai. . . . Interpretatio. Qui manumittendi in sacrosancta ecclesia habuerit voluntatem, tantum est, ut sub praesentia sacerdotum servos suos velit absolvere, noverit eos, suscepta libertate cives esse Romanos; nam si clerici suis mancipiis dare voluerint libertatem, etiamsi extra conspectum fecerint sacerdotum vel sine scriptura verbis fuerint absoluti, manebit, sicut civibus Romanis, integra et plena libertas.

VIII. De liberali causa.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. XIII. Kal. Aug. . . . Interpretatio. Si aliquis in libertate positum ad servitium conetur addicere, iubet pulsatum ex ordinatione iudicis per populos et per publicum duci, ut defensorem sui status inveniat et inventum assertorem per cartam petat a iudice, ne silentio ingenuitas opprimatur. Quod si aut ipse sibi adesse aut assertorem non potuerit invenire, tradatur domino repetenti ad servitium, non ad poenale supplicium; ita ut non per hanc traditionem ex integro spem libertatis amittat, nisi, cum habuerit locum, invento assertore libertatis suae statum asserat legibus audiendus. Quod si tali ordine reparata lite, qui pulsantur, ingenuos se esse docuerint, tunc ille, a quo ingenuitas iniuste fuerat appetita, tot mancipia his, quos ad servitutem vocabat, eius aetatis et sexus dare cogatur, illis in condemnatione non annumerandis his, qui, dum causa protrahitur, in lite nati esse probantur. Quod si ex his, qui ad servitutem vocantur, dum per assertorem requirendum aut alia occasione causa protrahitur, aliqui moriantur, et heredes eorum statum ingenuitatis obtinuerint, pro illius persona, quae in lite mortua est, heredibus suis eius compensatio, sicut et pro vivis, a pulsante reddenda est. Si vero ille moriatur, qui liberos conabatur addicere, et filios aut heredes dimittat, si persequi voluerint causam, quam pater aut auctor inchoaverat, et victi fuerint, ad supra scriptam satisfactionem tenendi sunt, ut alia tot mancipia male pulsatis satisfaciant. Si vero agere noluerint, nec persequi eos tentaverint, sed etiam in custodiam ab auctore redactos absolverint, erunt a mulctae condemnatione securi, quia non in

---

w) unē *A* 2. x) suam facultatem *B.* y) ullam car̄ *B.* z) dare *pro* in res intrare *A* 2. a) poss̄ *B;* potest *A* 1. 2.

VII. a) heclesia *A* 1; ecl̄a *B.* b) Mad̄i *A* 1. c) servus suus ingenuus *A* 1. d) inie:nuos *post corr.* ingenuos *A* 2. e) *B;* dimiser̄ *A* 1; dimiserint *A* 2. f) ecl̄a *B;* basilica *A* 1; bassilica *A* 2. g) presentem *B.* h) plebe *B.* i) *B;* fecerint *A* 1. 2. k) sua mancipia *A* 1. l) inienuam *A* 2. m) *B;* alio sacerdote *A* 1. 2. n) ecclesiam *A* 2. o) fecerit *B.*

VIII. a) *B;* XIIII *A* 1. 2. b) Ag *B.* c) factus vel dimissus *A* 2. d) inclinare *B.* e) voluer̄ *A* 1. f) libertus *A* 1. g) induas *B.* h) et *A* 2. i) *B;* eos *A* 1. 2. k) *B;* eorum libertates defendant *A* 1. 2. l) deffensorem *B.* m) *B;* potuerint *A* 1. 2. n) *B;* eos *A* 1. 2. o) voluerit *A* 2. p) quantos homines conservire voluit *pro* q. f. v. i. *B.* q) alius tantus *A* 1. r) *A* 2; defensor̄ *A* 1; deffensores *B.* s) dent *A* 1. t) *B;* qui *A* 1. 2. u) liberti *A* 2. v) minorem *A* 1. w) *B;* tempus *A* 1. 2. x) alicuos livertus *A* 1. y) *ita emendavi;* in servitio *A* 1. 2; conservire *B.* z) si *A* 2. a) *deest* *A* 2. b) alius *A* 1. c) *B;* proprium *A* 1. 2. d) quātus libertus *A* 1. e) servitium *A* 2. f) voluer̄ *codd.*

qui illos libertos[g] persequebant forsitam, duminter[h.1] illos libertos[i] in servitutem inclinare volebant[k], si[l] sic mortui fuerint, et ipsi liberti se de servicio liberare potuerint, licet postea ad ipsos libertos[g] illorum[m] heredes, qui eos persequebant, ante iudicem mittere, et ipsum[n] tenorem[o], sicut et parentes eorum, ut tanta mancipia de suo dent, quantos[p] in servicio inclinare voluerunt[q]. Quod[r] si illi liberti ipsa[s] causa persequere noluerint[t], ad suos persecutores nullum fretum[u] pro tale causa[v] non requiratur. Et quod si forsitam ipsi liberti defensores non invenerint[w], nec ipsi se per nullo modo defendere[x] non potuerint[y] per pactionem[z] iudices vel bonorum hominum, non ad supplicii penas, sed per pacientiam[a] in servicio ad suum[b] dominum revertatur.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Infans, qui in minorem[b] aetatem est[c], si venditus fuerit, licet ei post XXV annos[d] aetatis[e] sue de sua[f] ingenuitatem[g] proclamare[h] debet[i], ut ante XXX annos[k] se de servicio liberet; si[l] hoc fecerit, sine omni[m] precio se de servicio liberare potest; nam post XXX annos[d] hoc facere non potest. Et si[a] forsitam ille, qui eum conparavit, aliquo[n] acto[n] aut in publico aut in suas res ei dederit, proinde sua[o] ingenuitatem[p] non perdat[q]. Et si forsitam aliquit[r] ei ille, qui eum conparavit sine carta[s] donaverit, totum ipse recipiat, cui antea servus fuit; nam si ei aliquid[t] per cartam[s] donavit, quantum in ipsa carta[s] continet[u], hoc sibi vindicet[v]. Similiter et libertus, si infra XIV annos[k] ingenuus[w] fuerit dimissus, et cum in plena aetatem[x] venerit[y], si alico[z] acto[a] patronorum suorum fecerit, proinde suam libertatem non perdat; sed quando voluerit, ad suam libertatem revertat. Similiter si aliquis infantem ingenuum nutrierit[b], et ipse infans se ingenuum esse[c] non saperet[d], et si ille, qui eum nutrivit[e], ipsum infantem vendiderit[f], et si forsitam ille, qui eum conparavit[g], alico[h] acto[h] illi dederit: si voluerit, ipse infans ante XXX annos[i] de suam[k] ingenuitatem reclamare[l] potest.

---

auctoris sui vitio perstiterunt. Quod si forte minores sint, et tutor eorum vel curator causas eorum adversus ingenuitatem prosequi velit et fuerit superatus, ipse de propria facultate ad satisfactionem tenendus est. Si vero post secundam reparationem assertor inventus periculo suo addicti causam crediderit replicandam, ut, si vincatur, peculium aut servitia susceptorum vel ipsos reddere debeat, similiter et ille, qui pulsat, dato fideiussore promittat, se praedictum numerum vel meritum mancipiorum, vel quod ab his in peculio reposcit, satisfacere, cum fuerit superatus.

Cf. Epit. Aeg.: Si quis libertus ad servitium conetur addicere, liceat ei una cum ingenuitate sua defensorem sui status quaerere *etc.*

2. Interpretatio. Minor venditus, si post viginti et quinque aetatis suae annos iam maior effectus servierit, aut in rebus emtoris actor aut cuiuslibet rei ordinator fuerit constitutus, cum de ingenuitate sua proclamaverit, sine praeiudicio servitii, quod gesserit, audiatur, nec hoc ei praeiudicium generet, quod eius, a quo emtus est, domum aut utilitates in annis maioribus positus visus est ordinasse. Hoc etiam de libertis lex haec praecepit custodiri, ut, qui intra quatuordecim annos fuerint manumissi et actum in maiore aetate positi gesserint patronorum, libertati eorum actus non praeiudicet servitutis, sed cum voluerint, suas aut de ingenuitate aut de libertinitate, intra tempora legibus constituta, proferant actiones. Sic etiam, si quis minor ingenuus a quolibet fuerat educatus et, liberum se esse nesciens, fuerit a nutritore distractus et actum vel utilitatem illius, a quo emtus est, ut servus gesserit, priusquam triginta annorum praeiudicio teneatur, potestatem habeat reclamandi et quasi minor is, priusquam tempora suppleantur, amissam recipiat libertatem. Quicquid vero eis ille, a quo emti sunt, vel tradidit vel donavit vel quaecumque ex rei suae administratione profecit, totum retinendi ac revocandi habeat potestatem. Si vero huiusmodi personis aliquid a quibuscumque aliis aut testamento aut donatione collatum est, id solum sibi iam liberi vindicent; nam quod de re patroni libertus vel emtoris ingenuus, dum serviret, profecit, libertati redditus libertus patrono, ingenuus emtori restituat. Hi vero, qui in annis maioribus constituti sunt, scientes se esse ingenuos vel libertinos, si vendi acquieverint, in ea, ad quam scientes sua voluntate transeunt, servitute permaneant.

---

g) libertus *A* 1. h) inter *A* 2. i) livertus *A* 1. k) volebat *A* 2. l) *B; sed si pro* si sic *A* 1. 2. m) i. heređ *B*; eorum heređ *A* 2. n) ipsam *B*. o) tenore *A* 2; *pro* i. t. *legendum videtur* ipsi tenentur. p) quantus *A* 1; *corr.* quantos *A* 2. q) voluer̄ *A* 2. *B*. r) Et quod *B*. s) ipsam causam *B*. t) voluerint *B*. u) fredum *B*. v) causam *A* 2. w) habuerint *B*. x) deffendere *B*. y) poterint *A* 2. z) pagacionem iudicis *B*. a) patientia *A* 2. b) suo *A* 1.

[2]. a) *deest B*. b) minore *A* 2. c) *B; deest A* 1. 2. d) annus *A* 1; an̄ *B*. e) aetate sue *A* 1. f) suam *B*. g) ingenutatem *A* 1. h) reclamare *A* 2. i) debent *A* 1. k) ann̄ (an̄) *A* 1. *B*. l) et si *A* 2. m) omne pretio *A* 2; omnem precium *B*. n) *ita B;* alium acto *A* 2; alimacto *A* 1. o) suam *A* 1. p) inienuitatem *A* 2. q) *B;* perdet *A* 1; perdit *A* 2. r) *ita B;* alii quod *A* 1. 2. s) car̄ *B*. t) aliquod *A* 2. u) contenet *A* 1. v) *B;* vindicavit *A* 1. 2. w) inienuus *et ita infra* inien. *etc. A* 2. x) etate *B*. y) vennerit *A* 1. z) aliquo *A* 2. a) actu *B*. b) nutrieret *A* 1. c) *deest B*. d) sciret *B*. e) nutriit *A* 1. f) vindiderit *A* 1. g) conparavet *A* 1. h) alico actu *B*; alio acto *A* 2; alimacto *A* 1. i) an̄n̄ (an̄) *A* 1. *B*. k) sua *A* 1. l) proclamare *B*.

1) *Duminter* = Provint. et Ital. ant.: 'domentre', Franc.: 'mentre'. Cf. Diez, 'Etym. WB.' I, s. v. 'mentre'.

[3]. Item alia interpretatio[a]. Lex aliquando fuerat, ut, qui XVI annos[b] sine omne[c] inquietudinem[d] ingenuus[e] permansit, postea ad servicium[f] non veniet[g]; sed nos hoc valere non permittimus. Si ingenuus homo[h] in alterius colona aut in cottidiana[i] ancilla[k] infantes generaverit, licet pater eorum ingenuus[l] sit[m], ipsos infantes ad ingenuitatem traere[n] non potest nec illa colona nec illa ancilla, quem de illas in coniugio presit[o], unde illos infantes generavit, nisi[p] si pro illos alia mancipia vecaria[q] dederit, aut cum[r] precium status[s] eorum reddimere[t]. Si hoc non fecerit[u], et ipsi infantes et matres eorum servi eorum[v] permanebunt, cuius ancillas ante[w] fuerunt. Similiter et si proprii domini in suas ipsorum ancillas[x] infantes generaverint[y], nec ipsi nec matres eorum ingenui esse non possunt, nisi per libertatem dimissi fuerint.

[4]. Item alia interpretatio[a]. Qui per XX[b] annos[c] non occulte, sed presente[d] omnibus liber fuerit, si forsitam aliquo[e] acto publicum fecerit aut milicie[f] locum habuerit[g], si hoc tacente patrono[h] sic permansit, postea ad servicium[i] non addicatur[k]. Similiter et illi, qui nescientes[l] patronos suos sic[m] latuerunt.

IX. De[a] his[a], qui non a suo[b] domino manummissi[c] sunt.

Imp. Constantinus[d]. Data prid.[e] Id. Iul. Interpretatio. Si quis homo, qui alterius mancipium aut in eclesiam[f] aut ante principem[g] ingenuum[h] dimiserit, ille libertus ad servicium revertatur, et ille, qui eum per suam presumcionem ingenuum dimisit, duos alteros[i] tales mancipios[k], qualis ille fuit, et cum tale opera, quale[l] ille facere potuit, quem ingenuum dimisit, ad suum dominum reddat. Et quod si ipse mancipius, qui[m] ingenuus dimissus est[m], si se ipse de suo domino aut per longum servicium aut per qualecumque alia causa liberare potuerit, ille, qui eum ingenuum dimisit, pro tale causa nihil componat.

X. De libertis et eorum liberis.

Imp. Constantinus. Data VI. Kal. Ag.[a] Interpretatio. Si quiscumque[b] homo, qui libertus

---

3. Interpretatio. Lex aliquando fuerat promulgata, ut, si quis sedecim annos sine ulla molestia, nullo repetente vel pulsante, vixisset, et postea in servitium non veniret. Sed hoc illis prodesse non poterit, quos de ingenuis patribus et colonis mulieribus vel ancillis constiterit procreatos, nisi forte patres eorum pro filiorum capite dominis, quorum ancillas in consortio habent, aut vicaria mancipia cum peculiis aut redemtionem status eorum solverint. Si vero patres hoc se persolvisse non doceant, non poterunt matrum conditionem mutare aut mancipia dominis deperire, etiamsi de propriis dominis nascantur, nisi per manumissionem servili conditione carere non possunt. . . . . . .

4. Interpretatio. Qui viginti annos non occulte, sed publice in libertate duraverint et aliquid officii vel militiae, praesente et tacente petitore, gesserint, assertorem quaerendi eos necessitas non manebit, sed ipsi per se, si voluerint, adversus petitorem, quod libertati eorum competit, exsequentur. Circa alios vero, qui nescientibus dominis latuerint, prioris legis ordo servabitur.

IX. De his, qui a non (*al.* non a) domino manumissi sunt.

Imp. Constantinus. . . . Dat. prop. Id. Iul. . . . Interpretatio. Si aliquis mancipium manumittere praesumserit alienum et id sub praesentia principis vel in ecclesia fecerit, hac poena tenebitur, ut et manumissus a domino revocetur, et alia duo mancipia eiusdem aetatis aut sexus aut certe artificii, quod ille, qui est manumissus, scierit, dare cogatur. Si vero ille, qui manumissus dicitur, repetentem dominum sub hac praescriptione superaverit, ut iam firmitatem status sui temporibus tueatur, tunc ille, qui manumisit, non est constringendus ad poenam, dum ille, qui repetit, praeiudicium domini sui incurrerit aut taciturnitate nutrierit.

X. De libertis et eorum liberis (*ita Epit. Aeg. aliaeque pro* moribus).

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. VI. Kal. Aug. . . . Interpretatio. Quaecumque persona servilis a domino suo

---

[3]. a) *deest B.* b) ann̄ (an̄) *A* 1. *B.* c) omnem *B.* d) inquietudine *A* 2. e) inienuus *et ita infra* inien. *pro* ingen. *A* 2. f) servicio *B.* g) veniret *A* 2; veniebat *B.* h) omo *A* 1. i) codidiana *A* 1. k) ancillam *B.* l) *B;* inienuus *A* 2; inguus *A* 1. m) sed *A* 2. n) trahaere *A* 1. o) prese *A* 2; accepit *B.* p) nissi *pro* nisi si *A* 1. q) *A* 2; veccaria *A* 1; vicariam *B.* r) *B;* si cum *A* 1. 2. s) *A* 2; estatus *A* 1; statos *B.* t) redimere *B; lege:* redemerit. u) *B;* fecerint *A* 1. 2. v) *deest B.* w) antea *B.* x) ancilas *A* 1. y) inieneraverint *A* 2.

[4]. a) *deest B.* b) XXX *B.* c) ann̄, an̄ *A* 1. *B;* ann̄s *A* 2. d) presentem *A* 2. e) alico 1. f) militiae *A* 2. g) abuerit *B.* h) patronum *A* 1. i) servicio *B.* k) *B;* adicatur *A* 1. 2. l) nescienī *B.* m) *deest A* 2.

IX. a) Deis *A* 1; *hoc loco desunt, sed infra ante* Data *inserta sunt A* 2. b) su *A* 1; domino suo *A* 2. c) manu dimissi *B.* d) De his *add. A* 2; *cf. n.* a. e) pri *A* 1. *B.* f) aeclesiam *A* 1; ecłam *B;* ecclesia *A* 2. g) principe *A* 2. h) inienuum *et ita infra* inien. *pro* ingen. *A* 2. i) *B;* alterus *A* 1; alios *A* 2. k) mancipiūs quales *A* 1. l) qualem *B.* m) *ita B;* quem ingenuum (inienuum) dimisit *A* 1. 2.

X. a) Aug. *A* 1. b) quis quicumque *A* 1.

dimissus est, si forsitam postea contra suum patronum[c] superbus factus fuerit, aut si eum[d] aliquid per[e] sua[f] malicia leserit, amissa libertate[g] ad servicium revocetur[h].

XI. De vectigalibus[a] et[b] commissis.

Imp. Constantinus. Data Kal. Iul. Interpretatio. Quicumque homo[c] in qualecumque utilitatem[d] publica, si homines[e] aut carra[f] aut caballus[g] pro se aut qualecumque[h] rem conduxerit, ille, qui[i] eum[i] conduxit, quicquid[k] ei in logatione[l] promisit, omnia ei solvat; quod si non fecerit, per districtionem[m] iudicis[n] hoc solvat. Similiter et quicumque actor, si ad illos homines, qui aliquid[o] vegere debent[p], aut per se aut cum carra aut cum caballos[q], aut navigium facere, aut qualecumque rem qui[r] vegere debent, si ipse actor[s] eis plus superinposuerit, aut plus eos[t] minaverit[u], quam consuetudinem[v] habent, et si aliquas premias exinde preserit[x], ut unum plus minet[y] et alterum[z] parcat: qui hoc fecerit capite puniatur. Et ipsi[a] suprascripti[b] actores non plus quam per[c] triennium in ipsa actione[d] perdurent[d].

XII. De quinquennii[a] prescripcionem[b].

Imp. Honorius[c]. Data VIII. Kal. Iul.[d] Interpretatio. Si quis homo qualecumque rem fescalem[e] per V annos[f] inter presentes sine omne[g] censu reddito sine omne inquietudine[h] possederit[i], liceat ėi si[k] ipsas res sine fisco possidere; et iuxta legem ipsi fiscales iudices pro hoc ei in adiutorium[l] esse debent.

XIII. De re[a] iudicata.

Imp. Gratianus[b]. Data XI. Kal. Oct.[c] Interpretatio[d]. In causas inter privatos[e] homines[e], quod publice actiones non sunt, nemini liceat ad extraneum iudicem[f] ipsa[g] causa in iudicio mittere; nisi ante suum privatum iudicem eam liberet.

---

fuerit consecuta libertatem, si postea superbire coeperit aut patronum, id est manumissorem suum, laeserit, amissa libertate, quam meruit, in servitium revocetur.

XI. De vectigalibus et commissis.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. Kal. Iul. . . . Interpretatio. Vectigalia sunt, quae fisco vehiculorum subvectione praestantur, hoc est aut in litoreis locis navibus aut per diversa vehiculis merces deportant. Cuius rei conductelam apud strenuas personas triennio esse praecipit, et continuo hanc exactionem aliis iterum permittendam, qui maiorem summam praestationis obtulerint. Ex qua conductione aut exactione, si quis plus, quam praeceptum fuerit, exigere tentaverit, ita ut mercatorem vel provincialem sub hac exactione gravare coeperit, periculo capitis se noverit esse damnandum.

Cf. Epit. Aeg.: Vectigalia sunt naves, carra vel reliqua vehicula, quae fisco praestantur. Quod si exactor plus, quam praeceptum fuerit, exegerit, capite puniatur.

Epit. cod. Par. Suppl. Lat. 215: Vectigalia sunt, quae fisco vehiculorum subvectione praestantur, hoc est naves, carra vel reliqua vehicula, quae fisco praestantur. De huius rei conductela ille, qui eam in potestate habet, si plus, quam praeceptum fuerit, exegerit aut subtraxerit, capite puniatur.

[XII]. XIII. De quinquennii praescriptione.

Impp. Honorius *etc.* . . . Dat. VIII. Id. Iul. . . . Interpretatio. Quicumque rem fiscalem per quinquennium possedisse probatur, ita ut a nullo exinde fuerit expulsus, et hanc ipsam rem aliquis sibi petere a principe voluerit, possidenti in tantum lege consultum est, ut etiam tuitionem ferre possessori iudicem iusserit et competitionis constitutionem ordinaverit rescindendam; si tamen ille, qui possedit, sine ulla inquietudine per quinquennium se docuerit possidere, quia hoc spatio temporis ab eo, qui sine molestia possedit, etiam fiscum suum iussit excludi.

[XIII]. XIV. De re iudicata.

Imppp. Gratianus *etc.* . . . Dat. X. Kal. Oct. . . . Interpretatio. In causis privatorum talis ratio observetur, ut nullus alterius iudicis, nisi sui sententia teneatur.

---

c) patronem *A* 2. d) *deest B.* e) *B; deest A* 1. 2. f) suam malitiam (*corr.* malitia) *A* 2. g) *B;* libertatem *A* 1. 2. h) revertatur *A* 2. *B.*

XI. a) *B;* victicalibus *A* 1; victualibus *A* 2. b) o *add., sed del. A* 1. c) omo *A* 1. d) utilitate *B.* e) omines *A* 1. f) *ita A* 2; carta *A* 1; car̄ *B.* g) caballos *B.* h) quicumque *B.* i) qui eum *B*; quicumque *A* 1. 2. k) quidquid *A* 1. l) *A* 2; locationem *A* 1; rogacione *B.* m) *A* 2; districtrictionem *A* 1; districcionem *B.* n) iudices *A* 1. o) aliquit *A* 1. p) debēt *A* 1; debetur *A* 2. q) caballus *A* 1. r) que *B.* s) actur *A* 1. t) *deest B.* u) minaveret *A* 1. v) consuetudin̄ *B.* w) habuer̄ *B.* x) priserit *A* 1. y) menet *B.* z) *post al. m. add. A* 1. a) ipse *corr.* ipsi *A* 2. b) s̃s *A* 1. 2; suos *B.* c) *deest A* 2. d) actionem perducerent *A* 2.

XII. a) quinquinnii *A* 1. b) *A* 1; superscriptionem *A* 2; perscripcionem *B.* c) Honor. *A* 2. *B.* d) Oct. *B.* e) fiscale *B.* f) an̄n̄ (an̄) *A* 1. *B*; an̄n̄s *A* 2. g) omne sensum (*corr.* censum) reddito *A* 1; omnem censum reddito *A* 2; omne censu redditu *B.* h) inquietudinem *A* 2. i) *B;* possidere *A* 1. 2. k) *i. e.* sic, *ut videtur.* l) adiutorio *A* 1.

XIII. a) rem iudicatam *A* 2. b) Grat. *A* 2; Grac. *B.* c) Octb. *A* 1; Octub. *A* 2; Oct. *B.* d) *deest B.* e) privatus omnes *A* 1. f) iudice *A* 1. g) ipsam causam *B.*

XIV. De sentenciis ex[a] periculis recitandis[b].

Imp. Valentinianus[c]. Data XVI.[d] Kal. Ian.[e] Interpretatio. Omnes iudices specialiter sciant, ut sic inter duos causatores ipsorum causas inquirere debent[f], ut ipsi causatores tota[g] sua causa per ordinem dicant, et postea iudex sic inter eos directum[h] iudicium det. Postea vero, quodquod[i] de ipsa causa[k] inter eos per[l] legem[l] fuerit iudicatum, secundum legem nullus de ipsos se exinde mutare non potest.

XV. De fructibus et lites[a] expensis[b].

[1]. Imp. Valentinianus[c]. Data VII. Kal. Mad.[d] Interpretatio. Si aliquis homo res alienas[e] malo ordine possidet[f] aut iniuste invaserit, si exinde in iudicio[g] convictus fuerit, tam res, quam[h] iniuste tenuit, tam et fructum de ipsas res per[i] singulos annos[k], in quantum tempus eas tenuit, et usque quo in iudicio[l] convictus fuerit, in[m] dublum reddat, non tales[m], quales si[1] ipse collexit[n], sed[o] quales antea[p] ipsi homines[q], cui[r] ipsas res esse debent, per bona tempora super ipsa terra habuerint[s], excepto sumpto[t] lites, hoc est, in quantum ipsi homines[q], cui ipsa facultas esse debet, per placitos[u] cum ipsos homines causandum in suum[v] victum[w] expendiderunt[x], aut quantum pro hoc ad[y] iudices[z] conducendum[a] pro sua iusticia[b] dederunt[2]. Quod si illi homines[c], qui ipsam facultatem querunt, ipsa[d] causa vincere non potuerint, simili modo ad illos[e] homines, contra quem causaverunt, quantum ipsi in sumptum[f] lites spensaverunt[g], ipsi hoc eis[h] reddant. Nam quicumque homo[i], qui simpliciter nesciendo[k] res alienas tenuerit[l], et si de presente[m], quo ammallatus[n] fuerit, ipsas res reddiderit[o], de illa die, de quo in iudicio[p] venerint, de tunc, sicut superius diximus, solvat[q], nam non de tunc, quando ipsas res tenuit.

[2]. Item alia interpretatio. Si postea, cum inter illos directum[a] iudicium fuerit iudicatum, et iudices[b] fretum et res fuerint redditas[c], nullos[d] de ipsos postea de ipsas res recausare non possunt[e].

[XIV]. XV. De sententiis ex periculo recitandis.

1. Imppp. Gratianus, Valentinianus *etc.* . . . Dat. XVI. Kal. Iun. . . . Interpretatio. Observare iudices specialiter debent, ut in omnibus causis sententia, quae deliberata fuerit, constitutis pariter partibus recitetur, ut ab his, a quibus causa dicta est, ad integrum, quae data fuerit sententia, cognoscatur.

2. Interpretatio. Quicquid praesentibus partibus in causis fuerit ordinatum, plenissimam habebit firmitatem nec poterit immutari.

[XV]. XVI. De fructibus et litis expensis.

rem suam vel fugitivum vel per suam[c] voluntatem migrantem[d], si eum ille homo XXX annos aput[e] se habuerit, postea sicut suum proprium eum vindicavit[f]. Qui[g] si infra XXX annos inventus fuerit, a primarium dominum et cum filiis suis et cum omnem[h] suum debitum et cum suum peculium revocetur. Quod si ipse colonus mortuus fuerit, filii eius et cum suas mercedes[i] et cum sui[k] patris mercedes ad suum dominum revocetur. Colona vero, si XX[l] annos in alieno dominio[m] permanserit, ad priorem dominum non requiratur. Nam si infra XX annos inventa fuerit, si iam de alieno colono filios habuerit, cum agnitiones[n], hoc est cum tercia parte de ipsos filios[o], ad primarium dominum revocetur; quia colonum[p] due[q] partes agnicio[r] sequitur, et colona tercia[s]. Tamen, ne separacio coniugii fiat, ille, cuius colonus est, vegariam[t] mulierem det et pro illa tercia agnicionem[u], hoc est tercia de eius filios[o], aut[v] vegarius[v], aut in quale[w] rem potuerit, ad priorem dominum solvat. Nam si aliena colona aut ancilla ingenuum hominem maritum preserit[x], omnis[y] agnicio[z] mulieris ad eius dominum pertinebit.

XI. Ne colonus inscio domino suo[a] alienet peculium vel litem et[b] inferat civilem.

Imp. Valens. Data VI. Kal. Febr.[c] Interpretatio. Coloni in tantum teneantur ad dominos[d] suos constrictus[e], ut nec de terra nec de peculio[f] suo sine voluntatem[g] dominorum suorum nec vendere[h] nec donare nullo modo non habeant[i] potestatem.

XII. De longa consuetudinem[a].

Imp. Constantinus. Data IV. Id. Mar. Interpretatio. Longa consuetudo, qui utilitatibus publicis non inpedit[b], pro lege servetur.

EXPLICIT[c] THEODOSI LIBER V[c].

INCIPIUNT[a] CAPITULA LIBRORUM[b].

VI.

I. Ut dignitatis ordo servetur[a].

De libro VII[c].

I. De re[d] militari[e].

X. De inquilinis et colonis.

Imp. Honorius. . . . Dat. VI. Kal. Iul. . . . Interpretatio. Si quis colonum alienum in re sua vel in fuga lapsum vel sua voluntate migrantem triginta annos habuerit, ac si suum vindicet. Qui si intra triginta annos inventus fuerit a domino, cum filiis secundum legem sibi debitis et omni peculio revocetur. Quod si forte mortuus fuerit, filii eius cum mercedibus suis vel patris mortui a domino revocentur. Colona etiam, si viginti annis in alieno domino et iure permanserit, a priore domino non requiratur; si tamen intra viginti annos inventa fuerit et de alieno colono filios susceperit, cum agnationis parte tertia revocetur: quia colonum duae partes agnationis sequuntur. Sane ne separatio coniugii fiat, illum, cuius colonus est, vicariam mulierem et pro tertia agnatione mulieris domino compensare praecipimus. Si vero mulier iuris alieni ingenuum maritum duxerit, omnis mulieris agnatio ad eius dominium pertinebit. . . . . . .

XI. Ne colonus inscio domino suum alienet peculium vel litem inferat ei civilem (ei *deest Epitt. cod. Par. Suppl. Lat.* 215, *Guelferb. et monachi*).

Impp. Valentinianus et Valens. . . . VI. Kal. Febr. . . . Interpretatio. In tantum dominis coloni in omnibus tenentur obnoxii, ut nescientibus dominis nihil colonus neque de terra neque de peculio suo alienare praesumat.

XII. De longa consuetudine.

Imp. Iulianus. . . . Dat. IV. Kal. Mart. . . . Interpretatio. Longa consuetudo, quae utilitatibus publicis non impedit, pro lege servabitur.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER V.

---

c) sua *A* 1. d) *B;* megrantem *A* 1; migrante *A* 2. e) aput se *B;* habuit se *A* 1; habuit si *A* 2. f) vendicavit *B.* g) quod *B.* h) om̄ *A* 2. *B.* i) mercededes *A* 1. k) patres sui *A* 2. l) XXX *A* 2. m) domino *B.* n) agnaciones *B.* o) filius *A* 1. p) colonus *A* 2. q) duae *A* 2; duas *B.* r) agnacio *B.* s) terciam *A* 1. t) vegaria *B.* u) agnacionem *A* 1. v) a. v. *des. B.* w) qualem *A* 1. x) priserit *A* 1. y) om̄s *A* 1; om̄ *A* 2. *B.* z) agnacio *A* 1.

XI. a) *B;* in suo *A* 2; in sua (*rad. corr.* suo) *A* 1. b) *ita codd.* c) Fer. *B.* d) dn̄s suus *A* 1. e) constrictos *A* 2. f) peculium suum *A* 2. g) volumptate *A* 1. h) vindere *A* 1. i) habeat *A* 2.

XII. a) *A* 2; conssuetudinem *A* 1; constitucione *B.* b) inpendit *rad. corr.* inpedit *A* 2; inpendit *B.* c) Expl. Theodosi liber V *A* 2; Expl̄i Thod̄ lib̄ V *A* 1; *omnino des. B.*

Libb. VI. VII. VIII. a) Inc. — servetur *des. B.* b) *A* 2; libri *A* 1. c) *B;* VI *A* 1. 2. d) rem *A* 2. e) militare *B.*

INCIPIT LIBER VI.

I. Ut dignitates[a] ordo[b] servetur.

15 Imp. Valentinianus[c]. Data Kal. Ian.[d] Interpretatio. Si quis homo qualecumque honore[e] vel dignitatem sine principes ordinationem[f] per se ipsum presumpserit[g] prehendere ad regendum, sacrilegii[h] reus[h] habeatur; quia, sicut dignitas est illorum, qui per[i] beneficium principis[k] aliquid[l] habere merentur[1], ita et illorum sic est gravissima[m] confusio[n], qui per semetipsos aliquid presumpserit, aut per[o] principes non fuerint honorati[p]. Hii
20 vero qui sic presumunt[q], et excomunicatus sed[r] inter homines[s] et de suas res exiat[t].

EXPLICIT[u] LIBER VI.

INCIPIT LIBER VII.

I. De[a] re[b] militari.

Imp. Constantinus. Data IV. Kal. Mad. Interpretatio. Si quis homo cum[c] qualescum-
25 que homines sine causa preda fecerit, tam ille, qui fecit, quam et ille, qui cum predonibus preda diviserit[d], incendium concrematur[e].

EXPLICIT[f] LIBER VII[f].

INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER VI.

I. Ut dignitatum ordo servetur.

30 1. Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius. . . . Data IV. Kal. Iun. . . . Interpretatio. Nemo sibi honores vel dignitatem, quam a principe ipse non meruerit, praesumat, quia, sicut eis, qui meruerunt, dignitas ornamentum est, ita nota maculandi sunt, qui praesumunt.

2. Interpretatio. Si quis praesumpserit, quam non meruerit a principe dignitatem, sacrilegii reus habeatur.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER VI.

35 INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER VII.

I. De re militari.

Imp. Constantinus. . . . Dat. IV. Kal. Mai. . . . Interpretatio. Si quis cum quibuslibet hostibus praedas egerit aut praedam cum praedonibus diviserit, incendio concremetur.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER VII.

---

40 f) cyrograffis *A* 2; cyrographis *B*. g) id est *des.* *A* 2. h) cursu *A* 2. i) *deest* *A* 2. k) Dexecutoribus *A* 1; De exsecutoribus *A* 2. l) exactoribus *B*. m) quod *B*. n) laetitiae *A* 2; leticię *B*. o) et *B*. p) discripcionibus *A* 1. 2, *ubi* vel — accipiant *desunt*. q) an *B*; *correxi ex rubrica textui inserta*. r) acipiant *B*. s) *B*; libris *A* 1. 2. t) amministracionibus *B*. u) districta *A* 2. v) *B*; Daternis *A* 1; De paternis *A* 2. w) decima *A* 2. x) *B*; *deest* *A* 1 2. y) adquirant *B*.

45 VI, I. a) dignitatis *A* 2. b) orde *A* 1. c) Valent. *A* 2. *B*. d) Ienur. *A* 1. e) honorem *A* 2. f) ordinacione *B*. g) presumpserit *A* 2; presumserit preendere *B*. h) sagrilegii reu *A* 1. i) *B*; *deest* *A* 1. 2. k) principes *A* 1. l) auquid *B*. m) grevissima *B*. n) confussio *A* 2. o) *deest* *B*. p) onorati *A* 1. q) presumu|nunt *A* 1. r) *ita codd.*; *legendum est* sit, *quod e corr. praebet* *A* 2. s) omines *A* 1. t) exiet *A* 2; exseat *B*. u) Expl. — VI *des.* *B*.

50 VII, I. a) Ne *B*. b) rem *A* 2; remilitarii *pro* re m. *A* 1. c) cumque *A* 1. d) diviserat *B*; et *add.* *A* 1. 2. e) concrementur *A* 2; congremetur *B*. f) Expl. — VII. *des.* *B*.

1) Lectione codicis *B*, ut videtur, optima, a prioribus neglecta, ex verbis codicum *A* 1. 2 collectum est, officium a legis nostrae auctore beneficii nomine appellari; v. Waitz, 'D. VG.' IV, p. 216, n. 2. Quod inferioris aevi argumentum nunc obtineri non potest. Cf. commentationem meam p. 44.

INCIPIT LIBER VIII.

I. De tabulariis, locografis[a], censualibus, id est scribis.

Imp. Honorius[b]. Data VIII.[c] Kal. Apr.[d] Interpretatio. Tam in provincia[e] quam et per singulas civitates tabularii[f] vel alios[g] iudices publicos[h] ad omnes[i] vel causas publicas tractandas[k] non colonos[l] nec servos, sed ingenuos[l] et cum[m] bona fide secundum legem constituant, qui hoc agere debeant. Nam quod si colonos[n] aut servos elegerint[n], qui ipsum actum faciant, et domini eorum hoc consenserint, in quantum ipse colonus vel servus decepta fecerit aut alicui sine causa damnum intulerint[o], omnia domini eorum de suo proprio conponant; et ipsi coloni vel servi flagellati ad fiscum perveniant[p].

II.[a] De cursu[b] publico, angariis et parangariis[c].

Imp. Constantinus. Data XIII. Kal. Dec.[d] Interpretatio. Si quis homo vel actor[e] paraveretum[f] aut angaria non ostensa vectione[g] publica, qui per legem[h] facere debet, nam si superinpositam[i] per forcia[k] aut in sua[l] propria veccionem[m] menaverit, per singulos paraveretos[n] vel per singulas angarias singulas libras auri fisci viribus solvat. Quod si rector provinciae aut aliqui[p] de ipsius officium[q] alico[r] conludio[s] exinde prestare[t] voluerit, dublum[u] ex suis bonis noverit exigendum.

III.[a] De exsecutoribus[b] et exactionibus[c].

Imp. Gratianus[d]. Data III.[e] Non. Nov.[f] Interpretatio. Die[g] dominico omnis homo[h] de omne[i] causatione requiem habeat[k], ut nec privatum debitum nec publicum nullus ausus[l] sit requirere; nec nulla indicta publica[m] nec[n] privata non indicetur. Qui hoc non obser-vaverit[o], reus sacrilegii teneatur.

IV.[a] Ne[b] quid publice laetitiae[c] ex discriptione vel ab invitis accipiant[d].

Imp. Gratianus[e]. Data IV. Kal. Mad. Interpretatio. Quando aliqua publica gaudia

---

INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER VIII.

I. De tabulariis, logographis et censualibus.

1. Impp. Arcadius et Honorius. . . . Dat. VIII. Kal. April. . . . Interpretatio. Sive in solida provincia sive per singulas civitates tabularii fuerint ordinati, hoc est, qui rationes publicas tractant, ingenui a provincialibus ordinentur; coloni vel servi ad hoc officium nullatenus admittantur, quia, quibus fides publica committenda est, tales eligi debebunt, de quibus querela esse non possit. Quod si dominus colonum vel servum suum tabularium esse consenserit, pro consensu dominus hac mulcta feriatur, ut, quicquid colonus ille vel servus detrimenti admiserit, hoc dominus sine mora restituat; colonus ille vel servus verberatus fisci viribus addicatur.

II. De cursu publico, angariis et parangariis.

1. Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae Pf. P. Si quispiam paraveredum aut parangariam non ostensa evectione, quae tamen pro publica facta sit necessitate, praesumserit, periculo curatoris sive defensoris et principalium civitatum ad ordinarium iudicem dirigatur, singulas libras auri per singulos paraveredos vel parangarias fisci viribus illaturus. Qua in parte si rector provinciae atque officium eius colludium praebere voluerit, duplum ex suis bonis noverit exigendum. Dat. XV. Kal. Dec. Stilicone et Aureliano Coss.

Haec lex interpretatione non indiget.

III. De exsecutoribus et exactionibus.

1. Imppp. Gratianus *etc.* . . . PP. III. Non. Nov. . . . Interpretatio. Die solis, qui dominicus merito dicitur, omnium hominum actio conquiescat, ut nec publicum nec privatum debitum requiratnr, nulla iudicia neque publica neque privata fiant. Quod qui non observaverit, reus sacrilegii teneatur.

VIII, I. a) locograffis *A* 2; loco cyrographys *B*. b) Hoño *A* 1; Honor̄ *A* 2; Onor̄ *B*. c) *B;* VII *A* 1; VI *A* 2. d) *A* 2; Apł *A* 1; Ap̄ *B*. e) provintiam *A* 2. f) tabolarii *A* 1. g) alius *A* 1. h) plublicus *A* 1. i) om̄ *A* 1; om̄s *A* 2. k) tratandas *A* 1. l) colonus nec servus sed ingenuus *A* 1. m) con bonam fidem *A* 1. n) colonus aut servus elegerent *A* 1. o) *B;* intullerint *A* 1; intulerit *A* 2. p) pervenient *B*.

II. a) III *B*. b) curso *B*. c) parancariis *A* 1. d) Decemb. *A* 1. e) actur *A* 1. f) palaveretum *A* 1; palauretum *corr.* palauaretum *A* 2; para uretum *B*. g) vectionem publicam *A* 2. h) lege *A* 1. i) superinposita *A* 2. k) fortiam *A* 2. l) suam propriam *A* 2. m) veccione *B*. n) *ita A* 1. *B; A* 2 *ut supra n.* f. o) lib̄ *B*. p) aliquid, de *al. atram. post add. A* 1. q) officio *A* 2. r) alico *A* 1. s) conludium *B*. t) facere *A* 2. u) duplum *A* 2.

III. a) IIII *B*. b) executoribus *A* 1; excusatoribus *B*. c) accionibus *B*. d) Gratian̄ *A* 1; Grat̄ *A* 2; SECANS *B*. e) IIII *B*. f) Novem̄ *A* 1; Nob̄ *B*. g) *B;* De die *A* 1. 2. h) omo *B*. i) omni *A* 2. k) habeant *A* 2. l) sit ausus *B*. m) pobł *A* 2. n) neque *B*. o) observaberit *B*.

IV. a) V *B*. b) *B;* Nec quid *bis scr. A* 1; Nec quic *A* 2. c) lęticie *B*. d) accipiat *A* 2. e) Gratian̄ *A* 1; Grā *A* 2; Gras̄ *B*.

nunciantur, hoc est aut elevatio regis[1], aut nuptias aut barbatoria[f.2] aut aliqua alia gaudia, quod ad iudices pertinet, nihil invidum ad populum[g], nec dona nec nulla expendia, exsequantur[h.3].

V.[a] De donationibus.

[1]. Imp. Constantinus. Data VI. Non. Feb. Interpretatio. Donatio[b] aut directa[c] est, aut mortis causa conscribitur. Donatio directa est, ut res, quod[d] donat homo, de presente tradatur[e] cui donatur[f], et ab[g] ipsa die possideat[h]. Donatio mortis causa scripta est, si ille, qui donat, dum advivit[i], illam rem, quam donat, ipse possideat[h] et[k] scribat illi, cui donat: 'Si ego ante fuero mortuus quam[l] tu, istas res, que[m] tibi in donatione[n] scripsi, post meam[o] mortem ad te perveniarrt, nam non ad alios heredes meos'. Postea, si ille[p] antea fuerit mortuus, ipsas res ad illum perveniant[q], cui eas in donationem[r] scripsit[s]. Nam[t] si ille ante[u] fuerit mortuus, cui eas donavit, quam suus donator, ipsa donatio ad donatorem[v] revertat. Et[w] alia donatio[x] est, ubi donator[y] scribit[z] illi, cui donat, in[a] ipsa[b] donatione aliquas causas, qui[c] inpossibile est, quod ille postea nullum[d] modo facere potest[e]; si eas postea[a] facere non potuerit, talis[f] donatio vana est et[g] stare non potest[h]. Nam si ipsas conditiones, qui[i] dicta fuerant, cui donat adimplere potuerit, aut forsitam donatur[k] eas redimitere[l] voluerit, ut non fiant[m], donatio illa firma permaneat. Omnes donationes superius nominatas, si legitimos[n] testes non fuerint[o] firmatas, aut si Falsitia[p.4], hoc est quarta[q]

IV. Ne quid publicae laetitiae nuntii ex descriptione vel ab invitis accipiant.

Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius. . . . Dat. IV. Kal. Mai. . . . Interpretatio. Quando gaudia publica nuntiantur, nihil invitis provincialibus gratulationis nomine exigatur.

V. De donationibus.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. III. Non. Febr. . . . Interpretatio. Donatio aut directa est, aut mortis causa conscribitur. Directa donatio est, ubi in praesenti res donata traditur. Mortis causa donatio est, ubi donator, dum advivit, rem, quam donat, sibi reservat, scribens: 'Si prius mortuus fuero quam tu, res mea ad te perveniat', ut postea ad illum, cui donat, non ad heredes donatoris res donata perveniat. Quod si prius moriatur, cui res mortis causa donata est, res in iure permaneat donatoris. Est et alia donatio, ubi donator obligat illum, cui donat, ut aliquid faciat aut non faciat, id est, si aliquid iubeat fieri, quod impossibile iudicetur, aut quod honestati contrarium videatur; aut si id ordinet fieri, quod honestum est et possit impleri: quia tunc infirmatur donatio, quando conditiones honestatis possibilis impletae non fuerint. Nam si inhonestae et impossibiles conditiones ponantur, remotis conditionibus firma donatio est. Est item et alia, in qua sibi donator certum tempus possessionis reservat. Quae tamen omnes donationes superius comprehensae, si modum excesserint lege conscriptum, unde possint certae personae de immodica donatione proponere, hoc est, si quartam sibi facultatis suae donator non reservaverit, non valebunt. Sed praeterea illa donatio contra legem est, si quis rem in lite positam, quae repetitur, aut recto ordine donet aut conditionem contra bonos mores, hoc est causam cuiuslibet criminis, donator in donatione conscribat. Minoribus vero si quid fuerit per donationem a quocumque oblatum

---

f) barbatorias *B.* g) ppmt *A* 2; ptm *B.* h) exequantur *A* 2; excecantur *B.*

V. a) VI *B.* b) donatiō *A* 1. c) derecta *B.* d) qui *B.* e) tradentur *B.* f) *B*; donat *A* 1. 2. g) *B; deest A* 1. 2. h) possidet *B.* i) advivet *B.* k) et *deest A* 1; scribat et illi *A* 2; et scribet lui *B.* l) quantum *pro* q. tu *A* 2. m) *B;* quam tibi *A* 1; *des. A* 2. n) donationem *A* 2. o) mea morte *B.* p) alio *corr.* ille *A* 1. q) pervenient qui eas *B.* r) donatione *A* 1. s) *ita recte emendavit A* 2; scripsi *A* 1. *B.* t) *deest B.* u) antea *B.* v) donatore *B.* w) *deest A* 1. 2. x) donacionē *pro* d. est *B.* y) donatur *A* 1. z) scripsit illi *A* 2; scribet lui *B.* a) *deest A* 2. b) ipsam donationem *A* 2. c) quia *A* 2; que *B.* d) nullumodo *A* 1; nullo (*corr.* nullum) modo *A* 2. e) non potest *A* 2. f) et tales *A* 1. g) et *deest A* 2; estare *pro* et stare *B.* h) poduit *corr.* potuit *B.* i) que dicta *B;* doctas *pro* q. d. *A* 2. k) d. *corr.* donator *B;* donator *A* 2. l) redimittere *A* 2. m) *perperam corr.* fiat *A* 1; fiat *A* 2. n) legitimus *A* 1. o) *A* 2; fuer̄ *B*; fuerunt *A* 1. p) *ita A* 1; Falsicia *B;* Falcidia *A* 2. q) quartam partem *A* 2.

1) Auctor legis, hoc loco primo regis mentionem faciens, de Pippino rege a. 751. 'elevato', ut aliter ac de regibus Merowingis scriptores referunt, cogitasse videtur. Cf. commentationem meam p. 50 sq. De regum in clypeo elevatione cf. Waitz, 'D. VG.' II, 1, p. 166. 2) *Barbatoria* = barbae tonsio; de festivitate dicebatur, qua adolescentes primam barbam, solemni ritu ponebant. Eiusmodi etiam barbaturia illa fuisse videtur, de qua legimus in iudicio Pictavensi apud Gregorium Turon., Hist. Fr. X, 6. Cf. Ducange, s. v. barbator, barbatoria; Br. Krusch in SS. rer. Merov. I, p. 935; Stobbe, dissert. p. 28; Waitz, 'D. VG.' IV, p. 106, n. 3. 3) Conferendae sunt inferioris aevi exactiones a dominis propter filias dotandas vel filios gladio cingendos factae; v. Grimm, 'RA.' p. 298: *Si dominum de Valkenborg contingeret transire alpes seu tradere filiam suam nuptui sive sublimare filium suum in militem, petitionem potest facere;* cf. Eichhorn, 'D. Staats- u. RG.' II, p. 459; Zeumer, 'Deutsche Städtesteuern' p. 57. — Ceterum existimo auctorem legis nostrae non de nuptiis et barbatoriis regis, sed de huiusmodi gaudiis sive iudicum, sive privatorum agere. 4) De *Falsitia* Raetica cf. commentationem meam p. 20—33. et praefationem editionis huius supra p. 300 sq.

parte, donator[r] non reservaverit de res suas, ipsas donationes firmas non sunt. Nam si quarta reservata fuerit, et legitimos testes firmatas[s] fuerint, ipsas suprascriptas[t] donationes stabilis[u] sunt. Nam tamen omnem rem, qui[v] incontencionosa[w, 1] est, antequam eam[x] homo deliberet[y], nulla donationem exinde facere[z] non potest. Item[a] si ad parvulos[b], hoc[c] est, qui in[d] minore[e] etate sunt, si forsitam eis aliqua donatio facta fuerit, tutores eorum ipsam donationem[f] bene gubernent[g], ut per suas[h] negligentias ex ipsa[i] parvulorum donationem[k] nihil perdant[l]. Nam si[m] exinde per suas[n] neglegentias[n] aliquid perdiderint, sciant se ipsi tutores de suo proprio restaurandum. Nam, sicut superius diximus, in omnes donationes primis[o] nomen donatoris[p] scribat sic, postea ipsius, cui donat, postea[q] vero ipsam facultatem, quam donat, sive[r] in terris vel[s] domo sive[t] in mancipiis, qui[u] immobilia[v] sunt et gestis ligare debet; et de ipsam[w] rem tradicionem[x] faciat[y], non absconse[z], sed a[a] presente bonos homines; et ipsam[b] donationem aut in tabula aut in carta[c] scribat; et si donator[d] literas scit, ipse[e] donationem[f] suscribat[g]; et si literas non scit[h], presente plurimos[i] homines roget, qui pro eo suscribat[k]. De mobilem[l] rem, si donat homo[m], presente testes[n] tradicionem[o] faciat. Nam de illam[p] rem, quem[q] homo[m] movere[r] non potest[s], hoc est in terris vel casas, si homo[m] alicui donaverit, si usumfructum[t] reservatus non fuerit, gesta apud[u] bonos homines[v] vel curiales testes firmatas esse debent.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Qui alicui de res suas donationem[b] fecerit, aut in dotem[c] dederit, si usumfructum[d] reservaverit, si stipulatio[e] inserta non fuerit, pro traditione[f] teneatur.

VI. De revocandis donacionibus.

[1]. Imp. Constantinus. Data XII. Kal. Oct. Interpretatio. Si pater ad filium suum, in inmancipatum, donationem fecerit, et ipse filius postea patri suo aliqua[c] grave iniuria intulerit[d], ipsa[e] donatio[e], si voluerit, pater suus potestatem habeat[f] ad se revocandi[g].

---

sive collatum, tutores vel curatores eorum debent studere, ne quid firmitati donationis desit. Quod si eorum negligentia donatio ad effectum perducta non fuerit, ad eorum dispendium pertinebit, ita ut quicquid minores de donatione perdiderint, curatores vel tutores illis de propria facultate restituant. In conscribendis autem donationibus hic ordo servandus est, ut donatio nomen prius contineat donatoris vel illius, cui donatur; deinde res, quae donantur, sive in agris sive in mancipiis sive in quibuslibet rebus atque corporibus, nominatim in donatione conscribendae sunt, non occulte, sed publice, non privatim vel secrete, sed aut in tabulis aut in cartis aut ubicumque legatur facta donatio. Quam tamen donationem, si literas novit, donator ipse subscribat; si vero ignorat, praesentibus plurimis eligat, qui pro ipso subscribat; et hanc ipsam donationem gestorum solennitas et corporalis traditio subsequatur, ita ut, si mobilia donantur, praesentibus plurimis tradantur; si vero ager vel domus donatur, quod moveri non potest, ut inde donator abscedat et novo domino pateat res donata, si tamen sibi de his rebus usumfructum donator non reservaverit. Gesta vero donationum aut apud iudicem aut apud curiam alleganda sunt.

[2]. Interpretatio. Quicumque de rebus propriis servato usufructu cuilibet aliquid quacumque donatione contulerit, vel in dotem dederit, et sibi usumfructum reservet, rem tradidisse cognoscitur; quia reservatio usufructus, etiamsi stipulatio inserta non fuerit, pro traditione habetur.

VI. De revocandis donationibus.

1. Impp. Constantius et Constans. . . . Dat. XII. Kal. Oct. . . . Interpretatio. Donatio in emancipatum filium a patre facta, si laesum pater se esse probaverit, revocatur.

---

r) donatur non resevaverit *A* 1. s) firmata fuerit *A* 2; firmati fuerint *B*. t) s̄s̄ *A* 1; suas *B*; *deest A* 2. u) stabiles sunt *B* 1; firmas permaneant *A* 2. v) quae *A* 2. w) contenciosa *B*. x) ea *B*. y) et *add. A* 1. z) facare non potuit *B*. a) ITEM ALIA *B*. b) parvulus *A* 1. c) id *A* 1. d) *deest A* 2. e) minorem etatem *B*. f) donatione *A* 1. g) cobernent *A* 1. h) s. neglientias *A* 1; sua neglegencia *B*. i) ipsas *B*. k) donatione *A* 2. l) perdat *A* 2. m) *deest A* 1. n) suas neglientias *A* 1; suas n. *A* 2; sua neglegenciā *B*. o) primus *corr.* primis *B*. p) donatores *A* 1. q) p. vero *B*; posteūo (= poste vero) *A* 1; vero *deest A* 2. r) si *A* 2. s) aut *A* 2. t) *B*; aut *A* 1; vel *A* 2. u) quia *A* 2. v) inmobilia *A* 2; movilia *B*. w) ipsa re *A* 2; ipsa rem *B*. x) tradiccionem *B*. y) faciant *A* 1. z) absconsę *A* 2. a) ad *B*; *deest A* 2. b) ipsam donotionem *A* 1; ipsa d. *B*. c) cartas *B*. d) donatur *A* 1. e) ipsam *A* 2; et ipse *B*. f) donaciones *B*. g) s̄s̄ *B* (*cf. infra n.* k); scribat *A* 1. 2. h) sciet *B*. i) plurimus *A* 1. k) *B*; scribat *A* 1. 2. l) mobile rem (*corr.* re), *A* 2; movilie rem *B*. m) omo *A* 1. n) t̄t̄ *et ita saepius A* 2. o) tradiccionem *B*; donationem *A* 2. p) illa re *A* 2; illa rem *B*. q) quam *A* 2. r) novere *B*. s) potuit *B*. t) ususfructus *A* 2. u) aput *B*. v) omines *A* 1.

[2]. a) *deest B*. b) donationes *A* 2. c) dote *B*. d) usufructum *A* 2. e) stibulatio *A* 1; estipulacio *B*. f) traditionem *A* 1; tradiccione *B*.

VI. a) VII *B*. b) hoctb̄ *A* 1. c) aliquam gravem iniuriam *A* 2. d) *B*; intollerit *A* 1; fecerit *A* 2. e) ipsam don̄ *A* 2. f) habet *B*. g) revocare *B*.

1) *Incontencionosa*, si haec lectio, ut existimo, praeferenda est lectioni *contenciosa* codicis B, adiectivum barbarice ex *in contentione* formatum significat rem, quae 'in contentione' est.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Si quicumque ingenuus homo filios[b] non habuerit[c] et forsitam ad[d] suos[e] libertos de suas res donationem fecerit, si postea forsitam filios[f] habuerit, donatio ad libertos[g] facta in[d] omnibus vacua[h] permanebunt.

[3]. Item alia interpretatio[a]. Si mater filio suo donacionem fecerit, si postea ipse filius matri sue graves iniurias intulerit[b], si ipsas[c] iniurias mater in iudicio[d] probare[e] potuerit, si voluerit, ipsa mater potestatem habet ipsam donationem[f] ad se revocandi. Et si post mortem mariti sui ad secundas nuptias venerit, per[g] nulla occansione[h] donacionem[i] filio facta non[k] poterit rumpere, servatis suprascriptis[l] legibus, qui[m] sub[n] titulo Secundis nuptiis continetur[1].

[4]. Item[a] alia interpretatio. Si quis homo filio[b] aut filiae aut nepoti[c] ex filio vel pronepoti[d] ex neptiae, si ei aliquid in tempore emancipacionis[e] donaverit, nisi probatas in iudicio[f] graves iniurias, quod ei ille, cui donavit, factas habeat[g], nam pro alia causa ipsa donatio iterum[h] rumpere non potest[i].

VII. De revocandis liberis.

Imp. Valentinianus[a]. Data XI. Kal. Sep.[b] Interpretatio[c]. Si pater filium suum mancipaverit, et ipse filius patri suo postea graves iniurias intulerit[d], si exinde in iudicio[e] convictus a patre suo fuerit, amissa mancipatione in familia[f] revertatur[g].

VIII.[a] De his[b], qui aministrantibus[c] vel publicum officium gerentibus destracta[d] sunt vel[e] donata.

Imp. Constantinus. Data XIV.[f] Kal. Iul.[g] Interpretatio. Si quis homo[h], qui iudicem vel actorem publicum obsecunt[i], si forsitam aut per forciam aut per sua[l] tima[2] qualemcumque[m] hominem[n] sibi aut strumenta aut aliqua[o] alia carta preciperit facere, tales cartas, si factas fuerint, vacuas permaneant; similiter et male vindutas[q] res ad vinditorem[q] revertant, et precium non recipiat[r], si iustum non dederit.

---

2. Interpretatio. Si quis filios non habens bona sua vel partem bonorum libertis donaverit, et is, qui donaverat, filios postea habuerit, donationes in libertis factae ad integrum vacuantur.

3. Interpretatio. Si quis filius donatione matris aliquid fuerit consecutus et eam postmodum laeserit, probatis in iudicio laesionis causis, donationem mater, si voluerit, in integrum revocabit. Quod si mater haec, quae filio donavit, ad secundas nuptias transierit, contra donationem per quamcumque occasionem veniendi nullam habeat potestatem, servatis de reliquo legibus, quae sub titulo De secundis nuptiis continentur.

4. Interpretatio. Si quis filio, filiae, nepoti ex filio vel pronepoti ex nepote emancipationis tempore aliquid donaverit, id nisi probatis in iudicio manifestis offensarum causis revocare non poterit.

VII. De ingratis liberis.

Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus. . . . Dat. V. Kal. Sept. (*Epit. monachi:* XV. Kal. Sept.) . . . Interpretatio. Filii emancipati, si iniuriam patri gravem, quae probari possit, intulerint et convicti fuerint hoc fecisse, rescissa emancipatione in familiam revocentur.

VIII. De iis, quae administrantibus vel publicum officium gerentibus distracta sunt vel donata.

Imp. Constantinus A. ad Veronicianum vicarium Asiae. Post alia: Damus provincialibus facultatem, ut, quicumque sibi a numerariis, qui diversis rectoribus obsequuntur, conquesti fuerint aliquas venditiones extortas, irritas inanesque efficiant, et male vendita ad venditoris dominium revertantur, amissione etiam pretii illicitis ac detestandis emtoribus puniendis. Dat. XIV. Kal. Iun. Optato et Paulino Coss.

---

[2]. a) *deest B.* b) filius *A* 1. c) habuerint *A* 1. d) *deest A* 2. e) suus libertus *A* 1. f) *A* 2; filius *A* 1; illos *B.* g) *B;* pro libertum *A* 1. 2. h) vacuas *B.*

[3]. a) *deest B.* b) intullerit *A* 1. c) ipsa *A* 1. d) iudicium *A* 2. e) provocare *A* 1. f) donāc *A* 2. g) *B;* pro *A* 1. 2. h) *A* 2; ocansionem *A* 1; occasione *B.* i) donatione *A* 1; donāc *A* 2. k) rumpere non potuit *B.* l) s̄s̄ *B;* scriptis *A* 1. 2. m) que *B;* cui *A* 2. n) sup *A* 1.

[4]. a) I. a. i. *des. A* 2; interpr. *deest B.* b) filium *A* 1. c) *A* 2; nepotes *A* 1; nepote *B.* d) pronepote *B.* e) *B;* emancipationes *A* 1; inmancipacionis *A* 2. f) iudicium *A* 2. g) habeantur *B.* h) rumpere n. p. iterum *A* 2. i) podest *B.*

VII. a) Valen. *A* 1; Valent. *A* 2; Valt. *B.* b) Sepmb̄ *A* 1. c) *deest B.* d) intullerit *A* 1. e) iudicium *A* 2. f) familiam *A* 2. g) revereantur *B.*

VIII. a) VIIII *B.* b) is *A* 1. c) administrantibus *A* 2. d) *B;* detracta *A* 1. 2. e) *des. B.* f) XIIII *A* 1; XIII *A* 2; XVIII *B.* g) Iuĺi *A* 1. h) omo *A* 1. i) obsequnt *A* 1. k) forcia *B.* l) sua thima *A* 1; suam timam *A* 2; sua t e m a *B.* m) qualecumque *A* 1. n) ominem *A* 1. o) aliquam aliam cartam p. *A* 2; aliqua alia car̄ preciperet *B.* p) vendutas *A* 2; venditas *B.* q) venditorem *A* 2; venditore *B.* r) *B;* recipiant *A* 1. 2.

1) Cf. supra III, 8. 2) *Tima* = timor; cf. Ital.: 'tema', Francogall. ant.: 'temie', Hispan.: 'tema'.

IX.[a] De maternis bonis et maternis[b] generis et crecione[c] sublata.

[1]. Imp. Constantinus. Data V. Kal. Agus.[d] Interpretatio. Patres, qui res filiorum suorum iussi sunt gubernare[e], in quantum melius possunt[f], sic eas gubernent[g]. Nam nec vindere[h] nec donare alteri homini[i] licenciam non habeat; quod si fecerit, videat ille, cui vindiderit[k] aut donaverit, non filiorum res accipissent[l], aut scientes aut nescientes; sed interrogent patrem et filios[m], si[n] filiorum res in suam[o] retinet[p] potestatem, ut probet[q] suum esse, quod tradidit, ut postea filii exinde suspicionem[r] non habeant; et ad[s] patrem fidiiussorem[t] vinditorem[u] percipiant, ut[v] patre vivo[w] damnum emptori non faciant. Quia si[x] hoc non fecerit[y], mortuo patre licet filiis[z] res[a] suas de qualecumque homine, si vinditas[b] aut donatas a patre[c] fuerint, ipsis[d] filiis in suo dominio revocare.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Matres[b] res, quem filii[c] debent habere, mortua uxore[d], lex novella constituit, quantum aut quamdiu pater usufructum exinde habere debeat[e]. Nam nec vindere[f] nec donare pater non habeat potestatem; nisi in tantum, si mortua matre[g] et pater postea filium suum emancipaverit, ipse filius terciam[h] partem de res matris suae[h], quod ei advenerit, patri suo exinde[i] pro dono dare debet ipsius gratia[k] querendum.

[3]. Item alia interpretatio[a]. Pater uxore[b] mortua si filios[c] habuerit, et unus de filiis[d] emancipatus mortuus fuerit, omnem porcionem eius, quod de matre[e] sua[e] habere debuerat, omnia sua porcionem pater suus recipiat. Si forsitam ipse pater aliam[f] uxorem[f] duxerit, ipsa filii mortui porcionem ad fratres[g] mortui reddat; nisi in tantum, si aliquid ipse mortuus filius de foras[h] adquesivit, hoc pater in perpetuo[i] sibi vindicavit.

[4]. Item alia interpretatio[a]. Uxore mortua, si maritum super se dimiserit, et omnes[b] filius[c] in potestate[d] patris reliquerit[e], pater de filiorum res, quod mater eorum dimisit,

---

IX. De maternis bonis et materni generis et cretione sublata.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. XV. Kal. . . . Interpretatio. . . . ut patres, qui filiorum res gubernare iussi sunt, negotia eorum summo studio et integritate agere procurent, ut nihil per negligentiam eorum filiis pereat. . . . Res filiorum patribus alienare non liceat, hoc est nec vendere nec donare. Quod si fortasse praesumserint, emtor, vel qui donator accesserit, grandi se sollicitudine et cura custodiant, ne filiorum res a patre venditas aut donatas accipiant, aut scientes aut etiam nescientes; sed compellant patrem, qui venditor vel donator fuerit, et filiorum res in sua retinet potestate, ut probet suum esse, quod tradidit. Etiam ut suspicionem suam possit abstergere, fideiussorem a patre venditore percipiat, qui obligatione rerum suarum damnum emtori non faciat: quia defuncto patre licet filiis res suas a quibuscumque personis, sive venditae sive donatae a patre fuerint, in suum dominium revocare.

2. Interpretatio. Materna bona filiorum defuncta uxore pater ita possideat, ut usumfructum de his habeat; sed quantum aut quam diu habeat, lex novella constituit; distrahendi tamen aut donandi ex his nullam pater habeat potestatem. Sane si filium mortua matre emancipaverit, de bonis maternis, id est de emancipati filii portione, ipse filius muneris causa de maternis bonis tertiam offerat portionem, quae tamen in ipsius proprietate mansura est, ita ut eam pater bonis viris dividentibus consequatur. Si tamen tantum patris nomen ad hoc adduci potuerit, ut rem filiorum impia cupiditate suscipiat aut aliis derelinquat, studere tamen filios decet, ut id, quod parentibus causa emancipationis obtulerint, servitio et pietate recipiant.

3. Interpretatio. Pater uxore mortua filiorum bona ita possideat, ut ex his ei nec vendere aliquid liceat nec donare nec quolibet alio ordine alienare. . . . Sane si quae extraneorum donatione vel munere filiis in familia positis facultates accesserint, vel alii parentes, quam qui supra nominati sunt, contulerint, id totum patribus acquiratur, ut faciendi ex hoc quod voluerint habeant potestatem.

[3]. 6. Interpretatio. Si amissa matre, patre superstite unus vel una de filiis, sive emancipatus sive non emancipatus, sine filiis moriatur, pater mortuo filio in totam illius portionem iure succedit. Quod si aliam uxorem duxerit, haec, quae de maternis bonis mortuus filius derelinquit, pater usufructuario tantum ordine possidebit; post eius obitum ad fratres mortui ex eodem matrimonio natos, quod ille de maternis bonis habuit, revertatur. Aliunde vero filio, qui moritur, acquisita in proprietate patria residebunt. . . . . . .

[4]. 5. Interpretatio. Uxor si superstite marito defecerit et omnes filios in patris potestate dimiserit, pater de maternis filiorum bonis usumfructum habeat usque ad illud tempus, quod lex novella constituit. Quod si post matris

---

IX. a) X *B.* b) paternis *A* 2. c) *B;* creacionis *A* 1. 2. d) Aug. *A* 2; Ag. *B.* e) *B;* gobernari *A* 1; gubernari *A* 2. f) podunt *B.* g) *A* 2; gobernent *A* 1; gubernant *B.* h) vendere *A* 2. *B.* i) omini *A* 1. k) vendiderat *A* 2; vendiderit *B.* l) accepissent *B.* m) filius *A* 1. n) *deest B.* o) sua *A* 2. p) reteneant *B.* q) provet *A* 1. r) suspicione *B.* s) a patre *B.* t) fideiussorem *A* 2; filios (*corr.* filius) sororem *B.* u) venditore *A* 2. *B.* v) et *B.* w) vivum *A* 1. x) sic *A* 1. y) fecerint *A* 2. z) filios *A* 2. a) re *B.* b) venditas *A* 2. *B.* c) patrę *B.* d) ipsi filii *A* 2.

[2]. a) *deest B.* b) matris *B.* c) filiis *A* 1. d) uxorem *A* 2. e) debeant *A* 1. f) vindere *corr.* vendere *A* 2; vendere *B.* g) *B;* matrem *A* 1; mater *A* 2. h) de res patris suae tercia parte *A* 2; tercia porcionem de r. m. sue *B.* i) pro dono exinde *A* 2. k) grām *A* 2; gracia *B.*

[3]. a) *deest B.* b) uxorem mortuam *A* 2. c) filius *A* 1. d) filios *A* 2. e) *ita A* 1. *B;* matrem suam *A* 2. f) alia uxorem *A* 2; alteram mulierem *B.* g) fratri *B.* h) foris *B.* i) perpetuum *A* 2.

[4]. a) *deest B.* b) om̄ *A* 1; omnis *B.* c) filios *A* 2. d) potestatem *A* 2. e) relinquerit *A* 2.

usumfructum[f] exinde[g] habeat usque ad illum tempus, quod lex novella constituit. Quod si post matris[h] obitum aut plures[i] aut unum filium pater emancipaverit[k], de illorum porcionem triantem accipiat[l] pater eorum et in perpetuo habeat. Quod si viva matre[m] pater unum vel plures filios[n] inmancipaverit aut filias, quia non potest matre[o] viva filiorum 5 porcionem pater vindicare; nam post matris mortem, si pater supervixerit, terciam[p] partem vindicavit; id est per singulos[q] filios de matris hereditatem de ipsi[r] emancipati filii, de unum[s] medium, de duos[t] tercia, de tres quartam[u] porcionem[v], duminter[1] vixerit pater, in usumfructum[w] possideat. Quod si alteri filii viva[x] matre ad[y] patrem emancipati[z] fuerint et alteri non emancipati, tam de[a] emancipatis vel non de[b] emancipatis[b], sicut superius 10 scriptum est, a patre servetur. Quod si[c] mortua uxore[d] filii[e] non fuerint, et nepotes vel neptes[f] ex filiis avos paternos[g] habuerint, qui[h] omnes in avi potestatem consistunt. Si vero ex ipsis nepotibus avus[i] eorum emancipare voluerit, tercia similiter sicut[k] et pater de filiorum similiter portionem accipiat. Hoc vero et pronepotibus[l] lex ista constituit[m].

X.[a] De bonis, que[b] filiis familias ex matrimonium[c] adquirantur.

15 Imp. Theudosius[d]. Data VI. Id. Novemb.[e] Interpretatio. Quidquid[f] attus[g,2] vel avus[h] vel atta[i,2] aut amita materna[k] ad nepotes vel pronepotes suos per testamentum aut per qualecumque causam[l] firmum eis[m] donaverint[n], hoc patri non adquirunt[o], sed[p] omnia in eorum maneat[q] dominationem, ut exinde libera habeant potestatem[r] facere quod[s] voluerint[t]

EXPLICIT THEODOSI[u] LIBER VIII.

20 INCIPIUNT[a] CAPITULA DE LIBRO IX.

I. De acusationibus[b] et subscriptionibus[c].

II. De custodia[d] reorum.

III. Ne preter crimen magestatis[e] servus dominum vel[a] patronum libertus[f] seu familiares[g] acusit[h].

---

25 obitum filios vel filium pater emancipaverit, de eorum portionibus, quos liberos facit, trientem a filiis pro collata libertate percipiat iuri suo perpetuo vindicandum. Quod si superstite matre pater filium vel filios emancipaverit, quia non potest matre viva de filiorum portionibus vindicare tertiam portionem, necesse erit, ut post matris obitum, si superstes pater fuerit, a singulis emancipatis filiis virilem, id est de uno mediam, de duobus tertiam, de tribus quartam percipiat portionem in usumfructum, quoad usque vixerit, possidendam. Quod si aliqui filii viva matre a patre emancipati fuerint, 30 et aliqui fortasse non fuerint, circa emancipatos vel non emancipatos eadem, quae superius comprehensa est, a patre forma servetur. Quod si mortua uxore filii non fuerint, et nepotes vel neptes ex filiis avus paternus habuerit, qui omnes in avi potestate consistunt, eadem, quae de filiis, et circa nepotes in omnibus forma servetur. At vero si aliquos ex ipsis nepotibus avus emancipare voluerit, tertiam similiter, sicut et de filiorum partibus, accipiat portionem. Nam et de pronepotibus similiter observari lex ista constituit.

35 X. De bonis, quae filiis familias ex matrimonio acquiruntur.

Impp. Theodosius et Valentinianus. . . . Dat. VIII. Id. Nov. . . . Interpretatio. Sicut id, quod avus vel avia materna nepotibus, pronepotibus positis in patris potestate donaverint, patri non acquiritur, ita et quicquid maritus uxori vel uxor marito in patris potestate positis donaverint aut testamento dimiserint, id ad patris dominium minime pertinebit, sed hoc sibi filii ad integrum vindicabunt.

40 EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER VIII.

---

f) usufructum *A* 2. g) sibi *add.* *A* 2. h) patris *B.* i) sunt *add.* *B.* k) inmancipaverit *B.* l) *B;* accipiant *A* 1. 2. m) matrem *A* 2; maī (= mater) *B.* n) filius *A* 1. o) *B;* maī viva *A* 1; mater vivam *A* 2. p) tertiam *A* 2. q) singulus filius *A* 1; filios *deest* *B.* r) ipsius *B.* s) uno *B.* t) duus *A* 1. u) *B;* quarta *A* 1. 2. v) porcione *A* 2. w) usufructu *A* 2. x) vivam matrem *A* 2. y) aut *A* 2; ad p. *des.* *B.* z) *B;* man- 45 cipati *A* 1. 2. a) demancipatis *A* 2; de mancipato *B.* b) demancipatis *A* 1. 2; de emancipato *B.* c) *deest* *B.* d) uxorem *A* 2. e) fili *B.* f) *B;* nepte *A* 1; neptiae *A* 2. g) paternus *A* 1. h) *B;* quia *pro* qui omnes *A* 1. 2. i) avos *A* 1. k) sicut — similiter *des.* *B.* l) protepotibus *B.* m) constitui *A* 2.

X. a) XI *B.* b) q: *B;* qui *A* 1. 2. c) matrimonio *A* 1. d) Thodo *A* 1; Theud *A* 2; Teudos *B.* e) Novbr *A* 1; Novb *A* 2; Nō *B.* f) Quicquid *A* 2. g) adtus *A* 1. h) avos *A* 1. i) ata *A* 2. k) maternam *A* 2. 50 l) causa *B.* m) ei *B.* n) donaveri· *(sic)* *B.* o) aquirunt *B.* p) set *A* 2. q) maneatur *B.* r) potestate *A* 2. s) que *B.* t) *B;* voluerit *A* 1. 2. u) Theod lib VIII *A* 1; Theudosī lib VIII *A* 2; lib Teodosī VIII *B.*

Lib. IX. a) *deest* *B.* b) accusacionibus *B.* c) suscriptionibus *B.* d) custodiam *A* 2. e) magistatis *A* 1. f) livertus *A* 1. g) familiaris *B.* h) *corr.* acuset *A* 2; accusat *B.*

1) Cf. supra p. 345, n. 1. 2) Cf. supra p. 353, n. 1. 2.

IV. De adulteris.
V. Si quis eam, cuius tutor fuerit, corruperit[i].
VI. De muliere[k] ingenua[l], qui suum servum maritum duxerit[m].
VII. De via[n] publica vel privata.
VIII. De privati carcere[o] custodia[p].
IX. De emendacione[q] servorum.
X. De emendacione[q] propincorum[r].
XI. De infantibus oppressis[s] vel de[t] se ipsis defendentibus[u].
XII. De parricidio[v].
XIII. De malificis[w].
XIV. De eo, qui filios[x] involat alienos.
XV. De falso.
XVI. De eo, qui alium[y] hominem per violenciam[z] de sua facultate[a] excutit[b].
XVII. De falsa moneta.
XVIII. Quicumque[c] solidum minorem[d] fecerit.
XIX. De raptum[e] virginum vel viduarum.
XX. De rapto[f] vel matrimonio sanctaemoniales[g].
XXI. De iudicibus, qui alios[h] per vim opprimunt[i] vel tollunt.
XXII. De[k] his[k], qui latrones vel in[l] aliis criminibus reus[m] occultaverit[n].
XXIII. De[k] his[k], qui plebem audent contra publicum colligere[o] disciplina.
XXIV. De famosis[p] libellis.
XXV. De questionibus[q].
XXVI. Ut intra[r] annum criminales[s] accio terminetur[t].
XXVII. De ablucionibus.
XXVIII. De indulgentiis criminum.
XXIX.[u] De calumniatoribus, id[v] est, cuius[w] causa non est.
XXX. De poenis[x].
XXXI. Ne sine[y] iusso[z] principis certis iudicibus[a] liceat confescari[b].
XXXII. De bonis perscriptorum[c] seu damnatorum.
XXXIII. De sentenciis[d] passis et exiliatis et liberis eorum.
XXXIV. De[k] his[k], qui ad ecclesiam[e] confugiunt.

INCIPIT LIBER TEODOSI[f] IX.

I. De accusationibus[a] et subscriptionibus.

[1]. Imp.[b] Constantinus. Data[c] prid.[d] Non.[e] Decemb. Interpretatio[f]. In qualecumque provincia, si homo capitanium[g] crimen, aut unde homo mori debeat, super[h] alicum miserit, ab ipsos iudices, qui in ea provincia aut in illo loco sunt, iudicetur, ubi ipsum crimen admissum est; nam non aput[i] eos, ubi[k] ipse homo[l] inhabitat, qui illum crimen fecit.

INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER IX.

I. De accusationibus et inscriptionibus.

1. Imp. Constantinus. ... Dat. prid. Non. Dec. ... Interpretatio. Quicumque damnabile vel puniendum legibus crimen admiserit, non se dicat in foro suo, id est in loco, ubi habitat, debere pulsari; sed ubi crimen admissum est, ab eius loci iudicibus vindicetur, nec de eius persona ad principem referatur.

---

i) corruper̄ *A* 1. 2. k) *A* 2; mulie *A* 1; mulierem *B*. l) inienua *A* 2. m) privata *add.* *A* 1. n) *ita codd.* o) carceris *A* 2. p) custodiam *A* 2; *deest B*. q) emendationem *A* 2. r) propinquorum *B*. s) opressis *A* 1. t) *B*; *deest* *A* 1. 2. u) defend̄ *A* 1. 2. v) patricidio *B*. w) malificiis *corr.* m. *A* 2; maleficis *B*. x) filius i. alienus *A* 1; filios involant alienis *B*. y) halium *B*. z) violencia *B*. a) facultatem *A* 2. b) excusserit *B*. c) De his quicumque *A* 2. d) minore *A* 2. e) *B*; raptam *A* 1; rapta *A* 2. f) raptu *B*. g) sanctimoniales *A* 2; sanctemonial̄ *B*. h) alius *A* 1. i) *B*; op̄munt *A* 1; opp̄munt *A* 2. k) Deis *A* 1. l) *B*; malis *pro* in aliis *A* 1. 2. m) reos *B*. n) occulcaver̄ *B*. o) collegere *A* 1; disciplinam colligere *A* 2. p) fanosis *A* 2. q) quescionibus *B*. r) infra *B*. s) criminal̄ *B*. t) liberetur *B*. u) XXIIIIIIIII *A* 1. v) id est — est *post* criminum *(c. XXVIII) inserunt* *A* 1. 2. w) cuiis *A* 1. x) penis *B*. y) sire *B*. z) iussu *corr.* iusso *A* 2. a) iudib. *A* 1. b) *B*; conf. *A* 1; con̄sta *A* 2. c) *ita* *A* 1. 2 *pro* proscriptorum; per se scripto *B*. d) sentencis pasis *A* 1. e) aeclesiam *A* 1. f) Teodosī *B*; *deest* *A* 1. 2.

I. *(Deest tit. inde a voce* homo *in fine cap.* 1. *B)*. a) acus. *A* 1. b) Cons. imp. *A* 1. c) Danda *B*. d) *B*; II *A* 1. 2. e) n̄n̄ *A* 1; nō *B*. f) Interpretatur *B*. g) capitania *B*. h) su *B*. i) apud *A* 2. k) non ubi *A* 1. 2. l) *abhinc deest B*.

[2]. Item alia interpretatio. Femina sua propria causa agere potest; nam extranea[a] causa nullo[b] modo agere potest[c].

[3]. Item alia interpretatio. Quicumque[1] homo ad alterum hominem iratus alico[a] crimen inposuerit, habeat spacium post crimen dictum post tres dies, si ille in ipsa causa perduraverit, ut dicat: 'Ego qui[b] dixi, hoc probare possum', ut ipsum crimen super illum homine[c] alium vencat[d. 2]. Si postea ipsum crimen, quod[e] dixit[e], probare non potuerit[f], reus criminis adesse debeat, et talem[g] penam habeat, quales ille debuerat[h], super quem ipsum[i] crimen dixit. Quod si forsitam se ipsum penetuerit[k], et dixerit[l]: 'Hanc crimen iratus dixi, nam hoc eum[m] probare non possum', exinde det sacramentum. Si hoc fecerit, postea pro hoc non teneatur in culpa.

[4]. Item alia interpretatio. Quicumque homo ad[a] alterum hominem de homicidio[b] aut de capitaneo[c] crimine repotaverit, si ingenuus[d] est et ad alium ingenuum talem causam reputat, si ei[e] per sacramentum non crediderit, iudex non eum ante discuciat, nisi prius subscribat[f] se ipsum ille, qui eum acusat[g], aut de sua[h] facultate aut capitale[i] pena sustenéat[k], qualem voluerit ei facere, quem[l] acusat. Sic postea iudex illum, qui acusatur[m], in trebalio[n. 3] mittat; si ibidem[o] ipsum crimen non fuerit confessus, postea ille, qui eum acusavit[p], sciat, se aut suam facultatem amittere aut pena[q], quam[r] posuerat, solvidurum aut in ipso trebalio[s] dubla[t] pena sustinere. Similiter si quicumque homo alienum servum de capitale crimine amallaverit[u], et ei ad sacramentum non crediderit, nisi[v] subscribere[w. 4] eum vult, de presente plebat[5], hoc est subscribat[x] suum servum[6] alterum talem, quales[y] ille est, cui reputat: sic iudex illum, cui de ipsa culpa reputat, in trebalio[z] mittatur; si in ipso trebalio ipsa culpa confessus non fuerit et illum flagellatum servum dominus suus recipiat, et illum alium servum, qui contra illum subscriptus[a] est, habeat.

[5]. Item alia interpretatio. Ubi homines culpabiles in carcere missi fuerint, non

---

2. Interpretatio. Feminis nisi in sua suorumque causa quemquam accusare non liceat, quia susceptione alienarum causarum legibus prohibentur. . . . . . .

3. Interpretatio. Si quis iratus crimen aliquod temere cuilibet obiecerit, convicium non est pro accusatione habendum, sed permisso tractandi spatio, id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur. Quod si fortasse resipiscens post iracundiam, quae dixit, iterare aut scribere fortasse noluerit, non ut reus criminis teneatur.

[4]. 8. Interpretatio. Quicumque alium de homicidii crimine periculosa vel capitali obiectione pulsaverit, non prius a iudicibus audiatur, quam se similem poenam, quam reo intendit, conscripserit subiturum: et si servos alienos accusandos esse crediderit, se simili inscriptione constringat, futurum, ut supplicia innocentum servorum aut poena capitis sui aut facultatum amissione compenset.

[5]. 10. Interpretatio. Rei non multo tempore in carcere vel in custodia teneantur, sed celeriter aut innocentes absolvantur, aut si convicti fuerint criminosi, sententia puniantur.

---

[2]. a) extraneam causam *A* 2. b) *A* 2; nullu *A* 1. c) *A* 2; possunt *A* 1.

[3]. a) aliquo *A* 2. b) *corr.* quae *A* 2. c) hominem *A* 2. d) vincat *A* 2. e) *ita correxi;* codix̄ *A* 1 *pro* cod (= quod) dix̄; cui dix̄ *A* 2, *ubi* cui *post superscr.* f) poterit *A* 2. g) tale poena *A* 2. h) habere *add. A* 2. i) ipse *A* 2, *ubi* ips *in loco raso.* k) penituerit *A* 2. l) dix̄rit *A* 1. m) *ita* *A* 1. 2.

[4]. a) adulterum *pro* ad a. *A* 1. b) homicidium *A* 2. c) capitaneum crimine reputaverit *A* 2. d) inienuus *A* 2. e) per ei *A* 2. f) suscribat *A* 1. g) accus. *hic et infra A* 2. h) suam facultatem *A* 2. i) *ita emendavi;* qui tale *A* 1. 2. k) *corr.* sustineat *A* 2; *expectaveris:* sustinere. l) *ita emendavi;* quam *A* 1. 2. m) *ita correxit Canc.;* acusat *A* 1. 2. n) traballio *corr.* treballio *A* 2. o) ubidem *A* 1. p) acusavet *A* 1. q) poenam *A* 2. r) quē *A* 1. s) treballio *A* 2. t) dupla *A* 2. u) ammallaverit *A* 2. v) = sed. w) *A* 2; supcribere *A* 1. x) subscriba *A* 1. y) qualem *corr.* quales ille *A* 1. z) treballio *A* 2. a) supcriptus *A* 1.

1) Cf. Capit. Remedii c. 11. et infra tit. 27. 2) I. q. convincat; cf. Ducange s. v. vincere. 3) *Trebalium*, al. *trepalium, treballium, trabalium* = tormenta, 'Pein'. Cf. infra tit. 10. et Concil. Autissiodor. c. 33: *Non licet presbytero nec diacono ad trepalium, ubi rei torquentur, stare.* V. Ducange s. v. trepalium; Diez, 'Etym. WB.' I, s. v. 'travaglio'. De vapulando auctor legis nostrae cogitavit. Cf. infra *in ipso trebalio dubla pena sustinere* et *flagellatum servum* et tit. 10, ubi pro *verberibus corrigere* dicit *in trabalio mittere.* 4) *Subscribere* hoc loco significat se subscribendo obligare, scilicet eodem modo ac supra scriptum est de accusando ingenuo. 5) *Plebat* = *plebiat,* a plebire, plevire = fideiubere, securitatem vel fidem facere, Francogallis et Provintialibus: 'plevir'; cf. *plebium* = plegium, securitas, fideiussio, vadimonium, ut intelligendum est in Pacto pro tenore pacis, c. 11: *si (servus) a quocumque inculpatur ad sortem, aut ad plebium promoveatur, aut ipse precius domino reformetur.* Cf. Ducange s. vv. plegius (plivium, plivire, plevire), plebeium, plebium; Diez, 'Etym. WB.' II c, s. v. 'plevir'. 6) *Subscribere servum* hic et infra intelligendum est: subscribendo (sc. cautionem) servum vadimonio constituere.

multum tempore eos ibidem tenere debent; nisi[a] de presente expellantur foras; et si culpabiles sunt, secundum suam culpam eos iudicentur; et si culpa non habuerint, liberi abscedant[b].

II. De custodia[a] reorum.

[1]. Imp. Constantinus. Data Non. April.[b] Interpretatio[c]. Barones hac mulieres, si crimen equale habunt, non in una carcere mittatur.

[2]. Item[a] alia interpretatio. Qualequumque[b] culpa vel hominem, si iudex eum in carcere mittere iusserit, si exinde[c] reus per neglegentiam[d] de ipso custode fugiret, sciat se[e] ipse[e] custor[f], ut ipsum reum presentare debeat; et si eum presentare non potuerit, tale pena susteneat[g], sicut ille reus patire debuerat[h].

[3]. Item alia interpretatio. Omnes dominicis diebus, qui in carceribus sunt constricti[a], iudex eos foras sub costodia[b] expellere faciat; et forsitam[c] aliquis christianus pro reverencia[d] Christi aliquod[e] substancia[f] eis porrigunt[g], et iusta[h] comodo[i] eis oportit[k], iudex eos sub custodia[l] in balneo lavare faciat. Si quis iudex hoc non fecerit, pena, qui lex ipsa constituit, solvat.

III. Ne preter crimen magistatis[a] servus dominum[b] vel patronum libertus seu familiares acuset.

Imp. Valentinus[c]. Data Id. Mar. Interpretatio. Si quis servus dominum suum aut libertus patronum suum acusare voluerit[d], nisi forsitam probare potuerit[e], quid ipse dominus aut ipse patronus contra Deum blasfemasset[f], aut paganus[g] eos probare potuerit, de tale acusatione[h] licenciam habeant. Et si vero dixerint[i], ipse libertus aut servus sine omne[k] iniuria liberi abscedant; nam si de hoc mentierint, aut si forsitam de alia qualecumque causa libertus patronum aut servus dominum suum ad qualecumque iudice[l] accusaverint, de presentem[m] in ipsa ora[n] acusationis iudex eos capite punire faciat.

IV. Ad legem[a] Iulia de adulteris.

[1]. Imp. Constantinus. Data III. Non. Febr. Interpretatio. Si quacumque[a] femina habuerit taberna in domo[b] sua, si sua ancilla miserit, qui ipsum vinum vindere[c] debeat, si

---

II. De custodia reorum.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. Non. Apr. . . . Interpretatio. Viri et mulieres, etiamsi criminis aequalitate iungantur, non tamen in unius carceris custodia teneantur.

2. Interpretatio. Si de carcere reus fugerit, ab eo, cui est traditus, requiratur; qui si eum non potuerit praesentare, noverit negligens custos, illius se aut damnum aut poenam, qui fugerit, subiturum.

3. Interpretatio. Omnibus dominicis diebus iudices sub fida custodia de carceribus reos educant, ut eis a christianis vel a sacerdotibus substantia vel alimonia praebeatur, et ad balneum praedictis diebus sub fida custodia religionis contemplatione ducantur. Si qui iudices hoc implere neglexerint, poenam, quam lex ipsa constituit, cogantur implere.

III. Ne praeter crimen maiestatis servus dominum vel patronum libertus seu familiaris accuset.

1. Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus. . . . Dat. Id. Mart. . . . Interpretatio. Servus dominum accusans non solum audiendus non est, verum etiam puniendus, nisi forte dominum de crimine maiestatis tractasse probaverit.

2. Interpretatio. Si servus dominum aut amicus vel domesticus sive libertus patronum accusaverit vel detulerit cuiuslibet criminis reum, statim in ipso initio accusationis gladio puniatur: quia vocem talem exstingui volumus, non audiri, nisi forte dominum aut patronum de crimine maiestatis tractasse probaverit.

IV. Ad legem Iuliam de adulteriis.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. Non. Febr. . . . Interpretatio. Tabernae domina, hoc est uxor tabernarii, si in-

---

[5]. a) = sed *(ut saepius)*. b) *sequuntur in utroque codice:* Item alia interpretatio. Barones — mittatur, *sequenti ex titulo perperam a scriptoribus huc transposita.*

II. *(Tit. deest B).* a) custodiam *A* 2. b) Apł *A* 2. c) Item alia interpretatio. Barones — mittatur *in codicibus hoc loco des.; cf. supra n.* b *ad tit. praecedentem.*

[2]. a) Item alia *in codd. des. hoc loco; cf. not. praeced.* b) Qualecumque culpam *A* 2. c) exind *A* 1. d) glienciam *A* 1. e) sipse *A* 1. f) custur *A* 1. g) sustineat *A* 2. h) depuerat *corr.* d. *A* 1.

[3]. a) constrictricta *A* 1. b) custodiam *A* 2. c) si *add. A* 2. d) reverentiam *A* 2. e) aliqua *A* 2. f) substantia *A* 2. g) porrigant *A* 2. h) *i. e.* iuxta. i) quomodo *A* 2. k) oportet *A* 2. l) custodiam *A* 2.

III. *(Tit. deest B).* a) magestatis *A* 2. b) suum *add. A* 2. c) Valeñ *A* 1. d) voluerint *A* 1. e) potuerint *A* 1. f) blasphemasset *A* 2. g) *corr.* paganos *A* 2. h) accusationem *A* 2. i) dixerit *A* 2. k) omnem iniuriam *A* 2. l) iudicem *A* 2. m) presente *A* 2. n) hora *A* 2.

IV. *(Tit. deest B).* a) *A* 2; quicuque *A* 1. b) domum suam *A* 2. c) *corr.* vendere *A* 2.

ipsa domina sua in adulterio[d] fuerit deprehensa, maritus suus exinde eam acusare non[e] potest. Nam si ipsa ancilla, qui ipsum vinum vindit[f], in adulterio[d] fuerit deprehensa, pro hoc eam dominus suus eam acusare non potest. Nam quod si ipsa domina mulier, cuius vinus[g] est, illa taberna[g] per se ipsa vindederet[h] et in adulterio[d] fuerit deprehensa, pro hoc 5 exinde eam acusare non potest maritus suus.

[2]. Item alia interpretatio. De adulterio extranea mulierem[a] nullus acuset, nisi propinqui, ad quem pertinet, hoc est frater germanus et frater patruelis, patervos et consubrinus[b]; et tamen, si, antequam eam homo acusat, criminaverit, potest ei veniam inpetrare. Nam alteri, qui ante supscripcionem[c] non criminaverit, veniam non accipiant. Nam mari- 10 tus ex suspicionem[d] uxorem suam acusare licit[e].

[3]. Item alia interpretatio. Si contigerit, ut per suspicionem homo ad suam mulierem de adulterio[a] repotet[b] vel de tale acusat, quod suum maritum occidere voluisset, similiter si maritus suam mulierem sine culpa occidere voluerit aut forsitam fecerit: pro tale causam[c] debet iudex cotidiana familia[d], qui semper in casa cum ipsus[e] suus dominus[e] 15 conversant, districtus[f] discutere, ut, quodquod exinde sciunt, verum dicere debeant, pro quale causam aut uxor maritum aut maritus uxorem occidisset.

[4]. Item alia interpretatio. Nec[a] Iudeus[b] christiana, nec[a] christianus Iudea ducat uxorem; quod si duxerit, quicumque homo potest exinde acusare, et sicut de adulterio[c], sic de eos vindicetur.

20 [5]. Item alia interpretatio. Quicumque masculus cum masculo concubuerit, ignibus conburantur[b].

[6]. Item alia interpretatio. Qui in adulterio acusati sunt, si propinqui aut amici eos excusaverint, si postea forsitam post alico[a] tempore ipsa[b] causa, qui ante celata aut excusata fuerat, foras proierit, velut manifestus adulterus[c] ponire[c] placuit.

25 V. Si quis eam[a], cuius tutor fuerit, corruperit.

Imp. Constantinus. Data II. Kal. Apr. Interpretatio. Ubi primum puella annus

---

venta fuerit in adulterio, accusari potest; si vero eius ancilla vel quae ministerium tabernae praebuit, in adulterio fuerit deprehensa, pro vilitate dimittetur. Sed et ipsa tabernarii uxor, si tam vilis ministerii officium egerit et in adulterio fuerit deprehensa, accusari non potest a marito.

30 2. Interpretatio. In adulterio extraneam mulierem nullus accuset, sed propinqui, ad quorum notam pertinet, hoc est frater germanus, frater patruelis, patruus et consobrinus, qui tamen ante inscriptionem, si accusata acquieverit, possunt per satisfactionem veniam promereri. Reliqui ab accusatione prohibentur. Maritis sane etiam ex suspicione accusare permissum est.

3. Interpretatio. De adulterio uxorum mariti per tormenta familiae utriusque, hoc est suae et uxoris, quaerere 35 permittuntur; si tamen illo tempore, quo admissum dicitur, haec ipsa mancipia praesentia aut in eadem domo fuisse probantur. Similiter et si mortem sibi ab uxore adultera maritus paratam fuisse conqueratur, utriusque familiae discussione quaeri licet. Similiter etiam familiae utriusque poena quaerendum est, si maritus mortem uxori qualibet ratione paraverit.

4. Interpretatio. Nec Iudaeus christianam, nec christianus Iudaeam ducat uxorem. Quod si fecerit, cuiuslibet 40 accusatione velut in adulteros vindicetur.

5. Omnes, quibus flagitii usus est, virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia (nihil enim discretum videntur habere cum feminis), huiusmodi scelus spectante populo flammis vindicibus expiabunt. . . . Haec lex interpretatione non indiget.

Cf. Epit. cod. Par. Suppl. Lat. 215: Si flagitiosissimum scelus masculus in masculum perpetraverit, coram populo 45 huiusmodi facinus flammis vindicibus expiabunt.

[6]. 7. Interpretatio. Qui in adulterio accusantur et se propinquitatis aut amicitiarum excusatione defenderint, si fortasse quolibet tempore secretum crimen publica coniunctione prodiderint, eos velut manifestos adulteros puniri placet.

V. Si quis eam, cuius tutor fuerit, corruperit.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. II. Non. April. . . . Interpretatio. Ubi primum puellae sub tutore viventes ad

---

50 d) adulterium *A* 2. e) *delendum videtur.* f) vendit *A* 2. g) *aut:* illa taberna est, vinum, *aut:* cuius viri est illa taberna, *legendum videtur.* h) vendiderit *A* 2.

[2]. a) muliere *A* 2. b) consubrinos *A* 2. c) subscriptionem *A* 2. d) suspictionem *A* 2. e) licet *A* 2.

[3]. a) adulterium *A* 2. b) reputat *A* 2. c) causa *A* 2. d) familiam *A* 2. e) ipsos suos dominos *A* 2. f) districtos *A* 2.

55 [4]. a) ne *A* 2. b) Iudeos *A* 1. c) aulterio *A* 1.

[5]. a) masculum *A* 2. b) conburentur *A* 2.

[6]. a) aliquo *A* 2. b) ipsam causam *A* 2. c) adulterius punire *A* 2.

V. *(Tit. deest B).* a) ea *A* 2.

nuptiales[b] venerit, qui maritum prehendere possat, si patrem aut matrem non habuerit, nisi sub[c] tutore viventem[c] fuerit, si[d] aliquis[e] eam in coniugio[f] prendere voluerit, non antea se ad illa coniungat, quam eius virginitas[g] ab ipso tutore fuerit adprobata. Nam si ab ipso[h] tutore eius virginitas[i] violata fuerit, ipse tutor[k] in exilio mittatur[l], et eius facultates fiscus[m] adquirat.

VI.

Item[a] alia interpretatio. Quicumque mulier ingenua suum servum ad maritum priserit[b], ipsa mulier occidatur, et illum servum ignibus concremetur[c]. Licet ad familiam de tale crimine sua domina acusare; si hoc probare ipsa familia potuerint, libertatem accipiant; nam si hoc probare non potuerint, puniantur. Et ipsa mulier si hoc fecerit, eius facultas, si de alio legitimo marito[d] infantes habuerit, ad[e] ipsos infantes perveniant; et si infantes non fuerint[f], ad propincos[g] revertant.

VII.[a] Ad lege Iulia de vii[b] publica et privata.

[1]. Imp. Constantinus. Data XV. Kal. Mad. Interpretatio. Si ingenuus homo convictus fuerit ante iudicem, quod alicui evidenter[c] violenciam[d] sine culpa intullisset[e], capite puniatur. Et quod si ibidem ambe partes homicidium[f] factum fuerit, in illum vindicetur, qui ipsam violenciam intulit.

[2]. Similiter si aliquis super alium[a] violentiam dicit, si hoc ante iudicem probare non potuerit[b] super eum, quod ei aliqua violencia[c] fecisset, tale[d] pena susteneat, quale ille debuerat sustinere, quem[e] violentum esse dixit.

[3]. Item alia interpretatio. Servi, si nescientibus dominis suis alicui violentiam fecerint, puniantur; et si domini eorum hoc consenserint, dignitatem suam amissa notati infamiae deputentur; servi vero, qui talem causam ad suus[a] dominus consentierint, in metallo deputentur.

VIII. De privati carcere custodia[a].

Imp. Theodosius[b]. Data II. Id. Mad. Interpretatio. Si quis iudex, qui violentis[c]

---

annos pervenerint nuptiales, et quicumque petitor accesserit, non prius puella iungatur, nisi virginitas illius, quod a tutore servata sit, fuerit approbata. Nam si ab ipso tutore convincitur eius violata virginitas, statim exsilio deputetur, et res illius omnes fiscus usurpet.

VI. De mulieribus, quae se servis propriis iunxerint.

Interpretatio. Si qua ingenua mulier servo proprio se occulte miscuerit, capitaliter puniatur. Servus etiam, qui in adulterio dominae convictus fuerit, ignibus exuratur. In potestate habeat huiusmodi crimen quicumque voluerit accusare. Servi etiam aut ancillae, si de hoc crimine accusationem detulerint, audiantur; ea tamen ratione, ut, si probaverint, libertatem consequantur, si fefellerint, puniantur. Hereditas mulieris, quae se tali crimine maculaverit, vel filiis, si sunt ex marito suscepti, vel propinquis ex lege venientibus tribuatur.

VII. Ad legem Iuliam de vi publica et privata.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. XV. Kal. Mai. . . . Interpretatio. Convictus in iudicio de evidenti violentiae crimine capite puniatur, nec sententiam iudicis qui damnatus est qualibet appellatione suspendat; et si fortasse homicidia ab utraque parte commissa fuerint, in illum vindicetur, qui, ut alium per caedem expelleret, violenter ingressus est.

2. Interpretatio. Si quis adversarium suum ita apud iudicem crediderit accusandum, ut se asserat violentiam pertulisse, ad probationem rei eum convenit attineri; quod si probare non potuerit, quem dixerat violentum, eandem poenam suscipiat, quam ille, quem impetit, convictus potuisset excipere. . . . . . .

3. Interpretatio. Si servi inscio domino confessi vel convicti fuerint violentiam commisisse, addicti tormentis gravibus puniuntur. Si vero iubentibus dominis violentiae crimen admiserint, domini, qui illicita praeceperunt, notantur infamia et nobilitatis vel honoris sui dignitatem tenere non possunt. Servi autem, qui talibus dominorum furoribus paruerunt, in metallum detruduntur. . . . . . .

---

b) *corr.* nuptialis *A* 2. c) *A* 2; sup tua reviventem *A* 1. d) et si *A* 2. e) aliq (= aliqui) *A* 1. f) *corr.* coniugium *A* 2. g) *ita emendavi;* ingenitas *corr.* ingenuitas *A* 1; ingenuitas *A* 2. h) ipsa *A* 2. i) ūrginitas *A* 1. k) ipsi tutores *A* 1. l) mittantur *A* 1. m) fiscos *A* 1.

VI. *(Tit. deest B).* a) I. a. *des.* *A* 2. b) preserit *A* 2. c) congremetur *corr.* c. *A* 2. d) maritum *A* 2. e) ab *A* 2. f) habuerit *A* 2. g) propinquos revertat *A* 2.

VII. *(Tit. deest B).* a) VI *A* 2. b) via *A* 2. c) evident̄ *codd.* d) violentia *A* 2. e) intulisset *A* 2. f) omicidium *A* 1.

[2]. a) alterum *A* 2. b) potuerint *A* 1. c) violentiam *A* 2. d) talem poenam sustineat *A* 2. e) *A* 2; qui *A* 1.

[3]. a) suus (*corr.* suos) dominos *A* 2.

VIII. *(Tit. deest B).* a) costodia *A* 1. b) Theodo *A* 1; Theud *A* 2. c) violentes *A* 2.

homines scienter aut de carcere aut sic loco dimittunt, ut ipsa causa diligenter non inquirant, tale pena exinde habeant ipsi iudices, sicut in superiore legem[d] scriptum est.

IX. De emendacionem servorum.

Imp. Constantinus. Data X. Kal. Mad. Interpretatio. Si quis homo, dum suum servum 5 pro homicidii[a] culpa in custodiam habuerit, et ipse servus ibidem mortuus fuerit, dominus eius pro ipsa culpa homicidii[b] non teneatur obnoxius.

X. De emendacione propincorum[a].

Imp. Valentinus. Data II. Kal. Novemb. Interpretatio. Si aduliscentes infantes aliquid minutas culpas fecerint, dimittant eos in potestatem dominorum suorum vel ad patrem 10 suum aut ad propinquos[b], ut ipsi[c] eos in private per verbum discuciant, ut forsitam per blanda verba eis veritatem dicunt[d]. Quod si per verba non potuerint, mittant eos in trabalio[1]; quod nec sic per hoc non potuerint veritatem cognuscere[e], postea, si gravis[f] culpa fuerit[f], ad discussionem iudicis tradatur.

XI. Ad lege Cornilia de sicariis.

15 [1]. Imp. Valentinianus[a]. Data V. Kal. Feb.[b] Interpretatio. Si vir aut mulier[c] sua voluntate infantem[d] negaverit[e], rei homicidii[f] teneatur.

[2]. Item alia interpretatio[a]. Si quicumque[b] homo aut nocturnis horis[c] aut diurnis armatus forsitam alius[d] homines aut de terra ambulantes aut in sua casa asalire voluerit, et si ipsi homines suas causas[2] aut se ipsos defendendos, illum, qui eum adsalierit, occise-20 rint, nulla[e] mala exinde habeant, et illum, qui ivi[f] occisus est, pro rei latronis[g] mortem habeantur.

XII. De parricidio.

Imp. Constantinus. Data XVII. Kal. Decemb. Interpretatio[a]. Si aliquis patrem aut

---

VIII. De privati carceris custodia.

25 Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius. . . . Dat. prid. Kal. Mai. . . . Ista lex interpretatione non indiget. *Textus legis ex interpretatione VII, 3 sumptus est, ubi post* detruduntur *leguntur:* Ceterum non liceat iudicibus discussionem violentiae differre vel dimittere vel donare; qui si probaverint violentiam et non statim vindicaverint, noverint se periculum subituros. Viles autem personae, quae bis aut frequenter admisisse violentiam comprobantur, constituta legibus poena supra scripta omnimodis feriantur.

30 **IX. De emendatione servorum.**

Imp. Constantinus. . . . Dat. XIV. Kal. Mai. . . . Interpretatio. Si servus, dum culpam dominus vindicat, mortuus fuerit, dominus culpa homicidii non tenetur.

X. De emendatione propinquorum.

Impp. Valentinianus et Valens. . . . Dat. prid. Kal. Dec. . . . Interpretatio. Propinquis senioribus lege permittitur 35 errorem vel culpas adolescentium propinquorum patria districtione corrigere, id est, ut, si verbis vel verecundia emendari non possint, privata districtione verberibus corrigantur. Quod si gravior culpa fuerit adolescentis, quae privatim emendari non possit, in notitiam iudicis deferatur.

XI. Ad legem Corneliam de sicariis.

1. Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus. . . . PP. VII. Id. Febr. . . . Interpretatio. Sive vir, sive mulier 40 infantem necaverit, rei homicidii teneantur.

2. Interpretatio. Quoties ad faciendam rapinam aliquis aut iter agentem aut domum cuiuslibet nocturnus exspoliator aggreditur, huiusmodi personis, quae vim sustinent, damus etiam cum armis licentiam resistendi, et si pro temeritate sua occisus (*Epit. monachi:* ibidem occisus) fuerit ille, qui venerit, mors latronis ipsius a nemine requiratur.

Cf. Epitt. Aeg. et monachi: Si quis ad faciendam *etc.*

---

45 d) lege *A* 2.

IX. *(Tit. deest B).* a) omicidii *A* 1. b) homecidii *A* 1.

X. *(Tit. deest B).* a) propinquorum *A* 2. b) provincos *A* 1. c) ipse *A* 1. d) *corr.* dicant *A* 2. e) cognoscere *A* 2. f) graves culpas fuerint *A* 2.

XI. *(Tit. deest B).* a) Valent. *A* 1; Valentin. *A* 2. b) Febri *A* 1. c) muliēr *A* 1. d) infante *A* 1. 50 e) *i. e.* necaverit. f) omicidii *A* 1.

[2]. a) *deest A* 2. b) quiscumque *A* 2. c) oris *A* 1. d) alios *A* 2. e) nullam malam *A* 2. f) *ita emendavi* (= ibi); uii *A* 1; *deest A* 2. g) latrone morte *A* 2.

XII. *(Tit. deest B).* a) *deest A* 2.

1) Cf. supra IX, 1, 4. 2) *Causae* = res.

matrem aut fratrem aut sororem aut filium aut filiam aut alium suum propinquum[b] occiserit, factum de corio saccum, quod colleus dicitur, et ibidem ipsum homicidam[c] mittatur[d], et cum ipso serpentes includantur, et, si prope est mare, in ipso[e] mare eum dimergatur[f]; si mare prope non est, in laco aut in profundo gurgo dimergantur, ut nullo tempore eius corpore non obtineat sepultura. 5

XIII. De malificis et mathimaticis et ceteris similibus.

[1]. Imp. Constantinus. Data XV. Kal. Iul.[a] Interpretatio. Malefici[b] vel incantatores vel missores tempestatum vel hiis[c], qui per invocationem demonum mentes hominum turbant, hii vero omne penarum genere[d] puniantur.

[2]. Item alia interpretatio. Quicumque sacrificia demonum celebraverint vel incan- 10 tacionum demones invocaverint, capite puniantur. Similiter quicumque in invocationem demonum vel in divinus[a], ariolus appellant, vel in aruspices, qui aguria cablant[1], crediderint, capite puniantur.

XIV. A lege Favia, hoc est, qui filius[a] involant alienus.

Imp. Constantinus. Data Kal. Aug.[b] Interpretatio. Quicumque homo filium alienum 15 involaverit[c] —.

XV. Ad lege[a] Cornilia, de falso.

Imp. Constantinus. Data IV. Kal. Feb.[b] Interpretatio. Si curiales[c] de alicuius morientis voluntatem[d] aliquid scripserit aut quaelibet[e] de publico[f] documentum scripserit, si falsum fecerit et accusatus fuerit, prius ipsa[g] culpa conponat. Et si postea convictus fuerit, hono- 20 rem[h] perdat; nam de curia sua non exeat.

XII. De parricidio.

Imp. Constantinus. ... Dat. XVI. Kal. Dec. ... Interpretatio. Si quis patrem, matrem, fratrem, sororem, filium, filiam aut alios propinquos occiderit, remoto omnium aliorum genere tormentorum, facto de coriis sacco, qui culeus nominatur, in quo cum missus fuerit, cum ipso etiam serpentes claudantur; et si mare vicinum non fuerit, in quolibet 25 gurgite proiiciatur, ut tali poena damnatus nullo tempore obtineat sepulturam.

XIII. De maleficis et mathematicis et ceteris similibus.

1. Imp. Constantinus. ... Dat. X. Kal. Iun. ... Interpretatio. Malefici vel incantatores vel immissores tempestatum vel ii, qui per invocationem daemonum mentes hominum turbant, omni poenarum genere puniantur.

[2]. 3. Interpretatio. Quicumque nocturna sacrificia daemonum celebraverit vel incantationibus daemones invoca- 30 verit, capite puniatur.

[2]. 2. Interpretatio. Quicumque pro curiositate futurorum vel invocatorem daemonum vel divinos, quos hariolos appellant, vel haruspicem, qui auguria colligit, consuluerit, capite punietur.

XIV. Ad legem Fabiam, hoc est, qui filios involat alienos.

Imp. Constantinus. ... Dat. Kal. Aug. ... Interpretatio. Hi, qui filios alienos furto abstulerint et ubicumque 35 transduxerint, sive ingenui, sive servi sint, morte puniantur.

XV. Ad legem Corneliam de falso.

1. Imp. Constantinus. ... Dat. III. Kal. Febr. ... Interpretatio. Si quis curialis voluntatem morientis aut quodlibet publicum documentum scripserit et de falsitate accusatur, seposita primitus dignitate, si necesse fuerit, subdatur examini; qui, si convincitur, a curia non expelletur, sed curiae dignitate privabitur, id est, ut honoratus esse non 40 possit. . . . . . .

---

b) propinqū *A* 2. c) omicidam *A* 1. d) mittantur *A* 2. e) ipsum *A* 2. f) dimergantur *A* 2.
XIII. (*Tit. deest B*). a) Iuři *A* 1. b) Malifici *A* 2. c) his *A* 2. d) generi *A* 1.
[2]. a) divinitus *A* 1; divinos *A* 2; *supplendum videtur:* quos.
XIV. (*Tit. deest B*). a) filios i. alienos *A* 2. b) Agus. *A* 1. c) *omissa ex ipsa interpretatione supplenda sunt.* 45
XV. (*Tit. deest B*). a) legem *A* 2. b) Febri *A* 1. c) curialis *A* 2. d) voluntate *A* 2. e) quelibe *A* 1. f) puplico documento *A* 2. g) ipsam culpam *A* 2. h) onorem *A* 1.

1) Haud satis certum esse videtur, utrum *cablant* pro veri verbi cuiusdam forma habendum, an ex corruptela ortum sit. Schupfer I, p. 26 et III, p. 18, verba Italica: *cabalare, cabaloni* et *cabalisti* conferenda existimat; quibus tamen similia verba etiam in aliis linguis Romanicis inveniuntur; v. Diez, 'Etym. WB.' I, s. v. Cabala. Conferendum fortasse est *auguria* (vel *aguria*) *colunt*, quod in librorum poenitentialium locis ex eadem lege Romana Visi- 50 gothorum sumptis legitur. V. Ducange ed. Favre I, p. 150; Wasserschleben, 'Die Bussordnungen der abendländischen Kirche' p. 393. 481.

[2]. Item alia interpretatio. Si aliquis homo in cuiuslibet[a] scripturis, tam in civile quam in criminali, non falso[b] crimen dixisset, si[c] ipsa carta vera esse dicatur, si ante iudicem venerint, et ille, qui acusat, falso crimen in carta dixerit, det iudex acusatori espatium, ut deliberet. Si postea revenire voluerit[d] ad iudicem et causa[e], que[f] dixit, recausare voluerit, in potestatem iudicis erit, aut de eum suscriptionem[g] facere, aut si loco[h] discutere, ut probet ille, qui querit. Et si probare non potuerit, talem[i] damnum susteneat, qualem[i] ille, si convictus fuisset, debuerat sustinere.

XVI. Victum[a] civiliter agere et criminaliter possit.

Imp. Valentinus. Data prid. Kal. Iun.[b] Interpretatio. Sunt cause permixte[c], civiles pariter[d] et criminales, et possunt ipsas causas dividere, ut primus[e] civiles et postea criminales agatur[f]. Quicumque homo de rem[g] suam per violenciam fuerit eiectus[h] et rem[i] tultam[i] habuerit, si primis voluerit de ipsa causa ante iudicem acusare, de presente[k] eum[l] de ipsam[m] rem revestire faciat, et postea secundum legem inter eos derectum[n] iudicium det, ut suam rem, quam perdiderat, per legem per ipsius beneficium habeat; et si forsitam ipse acusator aliena[o] re malo ordine tullerit[p], cum lege reddatur.

XVII. De falsa moneta.

Imp. Constantinus. Data XII. Kal. Mart.[a] Interpretatio[b]. Quicumque adulterum monetarium protullerit, si ipse monetarius[c], qui acusatus est de ipsa moneta, convictus fuerit, ut eam adulterasset, igne incendatur.

[XVIII[a]].

Item alia interpretatio[b]. Quicumque soldum minorem fecerit aut circinnaverit[c] aut adultera[d] moneta fecerit, capite puniatur.

XIX.[a] De raptu[b] virginum vel viduarum.

[1]. Imp. Constantinus. Data II. Kal. April. Interpretatio. Si quiquumque[c] homo

---

[2]. Interpretatio. De falso potest et criminaliter et civiliter agi: civiliter, cum aliquis quibuslibet scripturis non falsi crimen obiecerit, sed veritatem scripturae se velle quaerere dicit. Nam si ad iudicem venerit accusator et falsi crimen intenderit, iudex tribuat accusatori spatium, ut deliberet, utrum criminaliter agere an civiliter velit. Qui si reversus ad iudicem in obiecto falsitatis crimine perseveraverit, in potestate iudicis erit, utrum inscriptionem celebrari velit, an obiectum crimen sine inscriptione discutere. Quod cum iudex de obiectione falsitatis audierit, seu inscriptione habita, seu omissa, aut in accusatum, si falsitas approbatur, aut in accusatorem, si falso obiecerit, proferatur ex lege sententia.

XVI. Victum civiliter agere aut criminaliter posse.

Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus. . . . Dat. prid. Id. Ian. . . . Interpretatio. Sunt causae permixtae, civiles pariter et criminales, et possunt hae causae ita dividi, ut prius civilis, deinde criminalis agatur, si voluerit accusator, ita ut, si quis de re sua fuerit violenter expulsus et rem ablatam civili primitus maluerit actione repetere, momentum sibi restitui petat, et si de eius proprietate is, qui expulsus est, civiliter fuerit superatus, criminali postmodum actione servata, recepto primitus momento, potest postmodum impetere violentum. De testamento etiam, si quis commendatum a testatore testamentum in fraudem heredis fortasse suppresserit, et id heres scriptus iudicio restitui petit, testamento per iudicium momenti beneficio restituto, potest postmodum de suppresso testamento criminalem proponere actionem. Et reliquis similibus causis similis actio tribuatur.

XVII. De falsa moneta.

Imp. Constantinus. . . . Dat. XII. Kal. Mart. . . . Interpretatio. Praemium accipiat quicumque adulterum monetarium prodiderit, et is, qui proditus est, si de monetae adulteratione convictus fuerit, ignibus concremetur.

XVIII.

Interpretatio. Quicumque solidum circumciderit aut adulterum supposuerit aut falsam monetam fecerit, capite puniatur.

XIX. De raptu virginum vel viduarum.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. Kal. April. . . . Interpretatio. Si cum parentibus puellae nihil quisquam ante

---

[2]. a) cuiuslibe *A* 1. b) falsum *A* 2. c) nisi *rad. corr.* si *A* 1. d) volueř *A* 1. e) causam *A* 2. f) q: dix̄ *A* 1; quem d. *A* 2. g) subscriptionem *A* 2. h) locum *A* 2. i) tale d. sustineat quale *A* 2.

XVI. *(Tit. deest B).* a) Victu *A* 2. b) Iuni. *A* 1. c) premixte *A* 1. d) *deest A* 2. e) *corr.* primos *A* 2. f) agantur *A* 2. g) re sua *A* 2. h) deiectus *A* 2. i) totam *A* 1. k) presenti *A* 2. l) cum *A* 1. m) ipsa re *A* 2. n) decretum *corr.* derectum *A* 1. o) alienam rem *A* 2. p) tulerit *A* 2.

XVII. *(Tit. deest B).* a) Mar̄ *A* 1. b) *deest A* 2. c) monatarius *A* 1.

XVIII. *(Tit. deest B).* a) *deest codd.* b) *deest A* 2. c) circinaverit *A* 2. d) adulteram monetam *A* 2.

XIX. *(Tit. deest B).* a) XVIII *codd.* b) rātū *A* 1. c) quiscumque *A* 2.

cum parentibus puelle de eius coniugio nihil firmaverit, et si forsitam aliquis[d] presumserit[e] et cuiusquumque[f] filia vel vidua ad[g] raptum traxerit, si ei ipsa puella consenserit, ambo pariter puniantur. Si vero aliquis de amicis vel familia aut de vicinos[h] ipsorum vel nutrices eius ad hoc raptum consilium dederunt[i] aut locum ad rapiendum fecerint aut oportunitatem necessariae eis dederint, remissum plumbum in buccas eorum mittatur. Si 5 vero puella invita tracta fuerit, et si vocem[k] non fecerit aut non clamaverit, ut vicini aut parentes eam liberare possint, ipsa puella de parentorum[l] facultate nihil habeat, et raptore convicto[m] iudex eum occidere faciat; et quod si raptor cum parentes puelle absconse pagaverit[n. 1], aut conposicionem acciperint[o], si quicumque[p] de ipsorum familia[q] hoc ad iudices[r] dixerit, si servus est, Latina accipiat libertatem, et si Latinus est, civemque[s] Romana[t] acci- 10 piat libertatem. Parentes vero puelle, qui raptori in tale[u] causa consenserint, in exilio deputentur; alii vero, qui raptori consenserint aut solacium prebuerint, sive viri, sive femine sint, si exinde convicti fuerint, ignibus concrementur.

[2]. Item alia interpretatio. Si acusacionem de raptum[a] ante V annos[b] nemo fecerit[c], si[c] V anni quida[d] ordinem transierint, post V annos[e] exinde acusandi non habeat[f] 15 causam, et postea[g] ipse coniugius[h] firmus permaneat, et filii ex eis[i] legitimi[k] sint[k].

XX. De raptum[a] vel matrimonium[b] sanctimonialis[c] et virginum vel viduarum.

Imp. Constantinus. Data XII. Kal. Sep.[d] Interpretatio. Si quicumque[e] homo sacrata[f] Deo aut virginem vel vidua forsitam rapuerit, si postea eos convenerit, ut in coniugio[h] 20 coniuncti sint, ambo pariter puniantur. Nam si aliquis ad sacrata[f] Deo de matrimonio vel dicere ausus fuerit aut ea[i] in coniugio[h] prehendat[k], capitale[l] sentencia feriatur[m].

XXI. A lege Iulia de repetendorum[a].

Imp. Gracianus. Data XVIII. Kal. Febr. Interpretatio. Omnes iudices sciant, ut, quid-

---

definiat, ut eam suo debeat coniugio sociare, et eam vel invitam rapuerit vel volentem, si raptori puella consentiat, 25 pariter puniantur. Si quis vero ex amicis aut familia aut fortasse nutrices puellae consilium raptus dederint aut opportunitatem praebuerint rapiendi, liquefactum plumbum in ore et in faucibus suscipiant, ut merito illa pars corporis concludatur, de qua hortamenta sceleris ministrata noscuntur. Illae vero, quae rapiuntur invitae, quae non vocibus suis de raptore clamaverint, ut vicinorum vel parentum solatio adiutae liberari possent, parentum suorum eis successio denegetur. Raptori convicto appellare non liceat, sed statim inter ipsa discussionis initia a iudice puniatur. Quod si fortasse raptor 30 cum parentibus puellae paciscatur, et raptus ultio parentum silentio fuerit praetermissa, si servus ista detulerit, Latinam percipiat libertatem, si Latinus fuerit, civis fiat Romanus. Parentes vero, qui raptori in ea parte consenserint, exsilio deputentur. Qui vero raptori solatia praebuerint, sive viri, sive feminae sint, ignibus concrementur.

2. Interpretatio. Si accusationem raptus vel per metum vel per voluntatem per quinquennium quisquam distulerit, a die raptus expleto quinquennio, accusandi ultra non habeat potestatem, sed post quinquennium nec de tali con- 35 iunctione raptoribus aliquid opponatur, et filii omnes legitimi habeantur.

XX. De raptu vel matrimonio sanctimonialium virginum vel viduarum.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. XI. Kal. Sept. . . . Interpretatio. Quicumque vel sacratam Deo virginem vel viduam fortasse rapuerit, si postea eis de coniunctione convenerit, pariter puniantur.

2. Imp. Iovianus A. ad Secundum Pf. P. Si quis non dicam rapere, sed vel attentare matrimonii iungendi causa 40 sacratas virgines vel viduas, volentes vel invitas, ausus fuerit, capitali sententia ferietur. . . . . .

XXI. Ad legem Iuliam repetundarum.

1. Imppp. Gratianus. . . . Data XVIII. Kal. Febr. . . . . . .

2. Interpretatio. Omnes iudices sciant, quicquid male rapuerint, si ipsi non reddiderint, a suis heredibus esse reddendum. 45

---

d) aliquid *A* 1. e) presumpserit *A* 2. f) cuiuscumque filiam vel viduam *A* 2. g) a *A* 1. h) vicinis *A* 2. i) dedeř *A* 2. k) *corr.* voces *A* 1. l) parentum *A* 2. m) convictum *A* 1. n) peccaverit *A* 2. o) acceperint *A* 1. p) quiscumque *A* 2. q) familiam *A* 2. r) iuđ *A* 2. s) civemꝗ *A* 2; civemquo *A* 1. t) Romanum *A* 2. u) tali *A* 2.

[2]. a) raptu *A* 2. b) ann̄ *A* 1; ann̄s *A* 2. c) faceret se *A* 1. d) quedam *A* 2; *lege:* quieto; *cf. infra p.* 400, *n.* 1. e) ann̄ *A* 1. 2. f) habeant *A* 2. g) postea *A* 1. h) coniuiugius *A* 1. i) eas *A* 1. k) licite misent *A* 1. 50

XX. *(Tit. deest B).* a) raptu *A* 2. b) *ita emend. Canc.;* patrimonium *A* 1; patrimonio *A* 2. c) sāecmuniales *A* 1. d) Septƀr *A* 1. e) quiscumque *A* 2. f) sacratam *A* 2. g) viduam *A* 2. h) coniugium *A* 2. i) eam *A* 2. k) prehendere voluerit *A* 2. l) capitali *A* 2. m) feriantur *A* 1.

XXI. *(Tit. deest B).* a) repentendorum *A* 2. 55

1) *Pagare* = pacare, Francogall.: 'payer', quod verbum proprie significat: pacisci, deinde: compositionem solvendo pacisci, tunc: componere, solvere. Cf. Diez, 'Etym. WB.' I, s. v. Pagare.

quid[b] alicui malo ordinem tullerint, si ipsi[c] hoc non reddiderint, ipsorum heredes hoc reddere debeant[d].

XXII. De his[a], qui latrones vel in[b] aliis criminibus reos[c] occultaverint.

Imp. Constantinus. Data III. Kal. Mar. Interpretatio. Quicumque homo sciendum in domo[d] sua latrones aut furones[e] susciperit aut celare voluerit, et si hoc iudici dicere neglexerit: si ingenuus aut pauper homo est, fustigetur; si vero melior homo est, ad arbitrium iudices[f] damnetur; si[g] vero[g] publicus aut privatus actor[h] nesciente dominum suum hoc fecerit, incendio[i] concremetur[k].

XXIII. De his, qui plebem[a] audent contra publicum[b] collegere disciplina[c].

Imp. Constantinus. Data III. Kal. Ian.[d] Interpretatio[e]. Si quis populum ad sidicionem[f] concitaverit, damnis gravissimis subdetur[g] turmentis.

XXIV. De famosis levellis[a].

Imp. Constantinus. Data IV. Kal. April. Interpretatio. Si quis homo falsa[b] carta aut qualecumque scriptura ad cuiuscumque damnum in secreto scripserit, si eam in publico[c] aut ante iudice[d] adduxerit[e], illum[f] vero, contra quam scripta est, non nocebit. Et si eum invenire potuerit, qui tale[g] carta fecit, si ipsa causa probare non potuerit, quod scripserat[h], fustigetur.

XXV. De questionibus.

Imp. Gratianus[a]. Data VI. Kal. April. Interpretatio. In diebus quadraginsime[b] pro reverentia relegionis[c] omnes criminales causas conquiescant.

XXVI. Ut intra annum criminalis[a] actio terminetur.

Imp. Archadius[b]. Data III. Kal. Iul. Interpretatio. Omnes criminales causas, qui per scripta[c] amallantur, infra anni spacium finiantur[d]. Et quod si inter ipsos causatores ante

---

XXII. De his, qui latronibus vel aliis criminibus reos occultaverint.

Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius. . . . Dat. III. Kal. Mart. . . . Interpretatio. Si quis sciens in domo sua latronem susceperit aut eum occultare voluerit aut eum iudici tradere fortasse neglexerit, si ingenua et vilior persona est, fustigetur, si vero melior, damno ad arbitrium iudicis feriatur; si vero actor aut procurator inscio domino hoc fecerit, incendio concremetur.

XXIII. De his, qui plebem audent contra publicam colligere disciplinam.

Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius. . . . Dat. XIII. Kal. Ian. . . . Interpretatio. Si quis populum ad seditionem concitaverit, damnis gravissimis subiacebit.

XXIV. De famosis libellis.

1. Imp. Constantinus. . . . PP. IV. Kal. April. . . . Interpretatio. Qui famosam cartam ad cuiuscumque iniuriam et maculam conscripserit, in secreto aut in publico affixerit inveniendamque proiecerit, illi, contra quem proposita est cartula, non nocebit nec famae eius aliquid derogabit. Sed si inveniri potuerit, qui huiusmodi cartulam fecit, constringatur, ut probet, quae conscripsit; qui si etiam quae scripsit probare potuerit, fustigetur qui infamare maluit quam accusare.

XXV. De quaestionibus.

Imppp. Gratianus *etc.* . . . Dat. VI. Kal. April. . . . Interpretatio. Diebus quadragesimae pro reverentia religionis omnis criminalis actio conquiescat.

XXVI. Ut intra annum criminalis actio terminetur.

1. Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius. . . . Dat. IV. Id. Iul. . . . Interpretatio. Quicumque inscriptione praemissa cuiuscumque criminis reum accusare voluerit, ab eo die, quo inscripsit, intra annum peragat propositam actionem. Qui si distulerit, infamis effectus, bonorum suorum quarta parte mulctabitur.

---

b) quidquod *A* 2. c) ips *A* 1. d) debeunt *A* 2.
XXII. *(Tit. deest B)*. a) is *A* 1. b) malis *pro* in aliis *A* 2. c) reus *corr.* reos *A* 2. d) domum suam *A* 2. e) forones *A* 1. f) iudicis *A* 2. g) sive *codd.* h) actur *A* 1. i) incendium *A* 2. k) congremetur *A* 1; concrementur *A* 2.
XXIII. *(Tit. deest B)*. a) plebe *A* 2. b) puplicum *A* 1. c) disciplinam *A* 2. d) Ianur. *A* 1. e) *deest* *A* 2. f) s. *corr.* sedicionem *A* 2. g) subdantur tormentis *A* 2.
XXIV. *(Tit. deest B)*. a) *ita* *A* 1. 2; *sed corr.* libellos *A* 2. b) falsam cartam a. q. scripturam *A* 2. c) publicum *A* 2. d) iudicem *A* 2. e) aduxerit *A* 2. f) illo *corr.* illu *A* 2. g) talem cartam *A* 2. h) scripserit *A* 1.
XXV. *(Tit. deest B)*. a) Grã *codd.* b) quadragesime *A* 2. c) religionis *A* 2.
XXVI. *(Tit. deest B)*. a) criminales *A* 2. b) Archadi *A* 1; Archad *A* 2. c) scriptam *A* 2. d) finiatur *A* 1.

iudicem convenerint, ut ipsa causa prolongare debeant, hoc facere per iussionem iudicis[e] possunt. Nam secundum legem non possunt, ut[f] infra annum[g] ipsa causa non terminetur[h]. Et si forsitan ille, qui querit, ipsa causa vel crimen infra anni spacium, qui[i] dixit, si probare non potuerit, ille absolutus est, quem appellavit; et ille, qui ipsam accusavit, in infamia deputetur[k], ut[l] quarta parte bonorum suorum amittat. Et si talis persona est, quem[m] infamare aut notare non possint, in exilio mittatur.

XXVII.[a] De ablucionibus.

Imp. Constantinus. Data VI. Kal. Sep.[b] Interpretatio. Si quicumque[c] homo alterum hominem[d] de qualecumque causa ad iudicem acusaverit, si exinde se postea penituerit ille, qui acusavit, et dixerat: 'Ego scripcionem feci nec illa causa, qui[e] super eum dixi, probare non possum', si ipsa causa dimittere voluerit[f], hoc facere potest. Si forsitam postea iudex illum hominem, qui acusatus fuit, de ipsam causam culpabilem invenerit, si criminales[g] causa est, si exinde convictus fuerit, iudex eum licenciam exinde[h] habeat[h] persequendi.

XXVIII. De indulgenciis criminum.

Imp. Archadius[a]. Data V. Kal. Mar. Mediolano. Interpretatio. Sacrilegus, adulter monete[b], reus raptor, sepulcri[c] violator, adulter[d] incesti, venificus, malificus, homicida[e] diebus Pascae[f] nullatinus[g] absolvantur. Alii, qui in[h] minore crimine[i] fuerint detenti, venerabiles[k] dies Pascae[l] in omnibus absolvantur.

XXIX. De calumniatoribus.

Imp. Gracianus[a]. Data III. Kal. Ian.[b] Interpretatio. Calumniatores sunt, qui[c] causas a se non pertinentes sine mandato causare presumunt. Calumniatores sunt, qui cum iusto iudicio de quacumque causa ante iudice[d] convictus fuerit et ipsam causam iterum recausare temptaverit[e]. Calumniatores sunt, quod ad illos non pertinet, et petunt aut in iudicio proponunt. Calumniatores sunt, qui sub[f] nomine fisci facultates querent[g] alienas et innocentes quietus[h] esse non permittunt. Calumniatores sunt, qui falsa deferentes contra cuius-

---

[2]. Interpretatio. Iudices, qui inscriptione praemissa criminalia negotia audire coeperint, a die inscriptionis, si inducias aut accusator aut reus petierit, intra annum praestare debebunt, ut haec actio intra anni curriculum finiatur. Quod si accusator intra annum, quae proposuit, probare distulerit, absoluto reo, poenam suscipiat lege superiori comprehensam. Quod si talis persona sit, ad cuius deformitatem infamia non pertineat, exsilio deputetur. Tamen si inter accusatorem et reum ita iudice praesente convenerit, ut pro instructione utriusque partis anni integri induciae tribuantur, debet a iudice non negari, futurum ut pars, quae post inducias fuerit superata, districtiori sententia feriatur.

XXVII. De abolitionibus.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. VI. Kal. Dec. . . . Interpretatio. Si quem poenituerit accusare criminaliter et inscriptionem fecisse de eo, quod probare non potuerit, si ei cum accusato innocente convenerit, invicem se absolvant. Si vero iudex eum, qui accusatus est, criminosum esse cognoverit, et inter reum et accusatorem per corruptionem de absolutione reatus convenerit, is, qui reus probatur, remoto colludio, poenam excipiat legibus constitutam.

XXVIII. De indulgentiis criminum.

Imppp. Gratianus *etc.* . . . Dat. V. Kal. Mart. Mediolano Arcadio A. I. et Bautone Coss. Interpretatio. Sacrilegus, adulter, incesti reus, raptor, sepulcrorum violator, veneficus, maleficus, adulterator monetae, homicida diebus Paschae nullatenus absolvantur. Reliqui omnes, quos minorum causarum culpa constringit, diebus venerabilibus Paschae specialiter absolvantur.

XXIX. De calumniatoribus.

1. Imppp. Gratianus *etc.* . . . Dat. III. Kal. Ian. . . . Interpretatio. Calumniatores sunt, quicumque causas ad se non pertinentes sine mandato alterius proposuerunt. Calumniatores sunt, quicumque iusto iudicio victi causam iterare tentaverint. Calumniatores sunt, quicumque quod ad illos non pertinet petunt aut in iudicio proponunt. Calumniatores sunt, qui sub nomine fisci facultates appetunt alienas et innocentes quietos esse non permittunt. Calumniatores etiam

---

e) iudices *A* 2. f) in *corr.* ut *A* 1, *ubi* in *add.* g) annō *A* 2. h) terminentur *A* 2. i) quae *A* 2. k) deputentur *A* 2. l) *ita codd.; Canc. emend.* et. m) quae *corr.* quem *A* 2.

XXVII. *(Tit. deest B).* a) XXXVIII *A* 1. b) Sepmbr *A* 1. c) quiscumque *A* 2. d) ominem *A* 1. e) quae *A* 2. f) voluerint *A* 2. g) criminalis *A* 2. h) h. e. *A* 2.

XXVIII. *(Tit. deest B).* a) Archd *A* 1. b) monetę *A* 1. c) sepulchri *A* 2. d) adult ingesti *A* 1. e) omicida *A* 1. f) Pasci *A* 1; Paschę *A* 2. g) nullatenus *A* 2. h) *deest A* 1. i) crimina *A* 1. k) venerabilis *A* 2. l) Pasche *A* 2.

XXIX. *(Tit. deest B).* a) Graciā *A* 1; Grā *A* 2. b) Ianuār *A* 1. c) qua *A* 1. d) iudicem *A* 2. e) temptaverint *A* 1. f) *ita emend. Canc.;* suo *codd.* g) quęrent *A* 2. h) q. *corr.* quietos *A* 2.

quumque[i] innocentes personas principum animus ad iracundia[k] commovere presumunt[l]. Hii omnes, qui tales causas minant, infames[m] vel notati in exilio deputentur.

XXX. De penis[a].

[1]. Imp. Constantinus. Data V. Non. Novembr. Interpretatio. Cum iudex qualecumque hominem de qualecumque crimine discutere voluerit, non antea iudicium det, quam omni veritate[b], aut de homicidio[c] aut de adulterio aut de malificium[d], de ipso malefactore si commississet[e], cognuscat.

[2]. Item alia interpretatio. Cum iudex qualecumque hominem in culpa invenerit, non antea eum iudicet, quam hoc ad suum domino[a] vel ad suo seniore nunciet.

[3]. Item alia interpretatio. Si princeps[a] aut qualecumque hominem pro quacumque culpa morire[b] aut occidere preciperet, illi, qui facere debent, non statim hoc faciant, quod irati domini ordinant, sed XXX dies ipsum hominem in occulto reservent; forsitam supvenit[c] pietas domini sui vel iustissima amica.

[4]. Item alia interpretatio. Si aliquis[a] qualecumque hominem ad iudicem de qualecumque crimine acusaverit, si ille, qui acusatus est, convictus fuerit, secundum legem ipsum iudicetur. Nam heredes ipsius, qui culpabilis[b] exinde non sunt, nulla calumnia pro illo crimine non[c] incurrant.

XXXI. Ne sine iusso principis certis iudicibus liceat confiscari.

Imp. Theodosius[a]. Data X. Kal. Febr. Interpretatio. Nullus iudex presumat de qualecumque privato[b] hominem suas res pro fiscale nomine[c] scribere aut occupare; sed secundum quale[d] culpa ipse homo habuit, det super eum iudicium[e]. Nam ex[f] fiscale occasionem[g] eum damnare non debet.

XXXII. De bonis persçriptorum[a] seu damnatorum.

[1]. Imp. Valentinianus[b]. Data VII. Kal. Decemb. Interpretatio. Si quis homo pro qualecumque crimine damnatus fuerit, bona ipsius, quod habuit, sui filii accipiant, nisi tan-

---

sunt, qui falsa deferentes contra cuiuscumque innocentis personam principum animos ad iracundiam commovere praesumunt. Qui omnes infames effecti in exsilium detrudentur (*Epit. Guelferb.*: infames effecti exilio depotandi).

XXX. De poenis.

1. Imp. Constantinus. . . . Data III. Non. Nov. . . . Interpretatio. Iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reus ipse fateatur, aut convictus aut per innocentes testes vel per conscios criminis sui aut homicidium aut adulterium aut maleficium commisisse manifestius convincatur.

2. Interpretatio. Si quando aliquae maiores personae aut alicuius dignitatis viri vocantur in crimen, iudex ad rerum dominos referat, ut de huiusmodi personis quid fieri debeat dominorum praeceptio iusta constituat.

3. Interpretatio. Si princeps cuiuscumque gravi accusatione commotus quemquam occidi praeceperit, non statim a iudicibus, quae ab irato principe iussa sunt, compleantur, sed triginta diebus, qui puniri iussus est, reservetur, donec pietas dominorum, iustitiae amica, subveniat.

4. Interpretatio. Poena illum tantum sequatur, qui crimen admisit. Propinqui vero, affines vel amici, familiares vel noti, si conscii criminis non sunt, non teneantur obnoxii. Nemo de propinquitate criminosi aut de amicitiis timeat, nisi qui scelus admiserit.

XXXI. Ne sine iussu principis certis iudicibus liceat confiscare.

Imp. Theodosius. . . . Dat. X. Kal. Febr. . . . Interpretatio. Nullus iudicum privatas facultates fisci nomine proscribere aut occupare praesumat, sed ad rerum dominos referat causam, pro qua hoc aliquis mereatur, et quod iussum fuerit, observetur.

XXXII. De bonis proscriptorum seu damnatorum.

1. Impp. Valentinianus et Valens. . . . Dat. VII. Kal. Dec. . . . Interpretatio. Si quis pro crimine suo occidi

---

i) cuiuscumque *A* 2. k) iracundiam *A* 2. l) pressūmunt *radendo corr.* p. *A* 1. m) infamnes *A* 1; infamines *A* 2.

XXX. *(Tit. deest B)*. a) poenis *A* 2. b) veritatem *A* 2. c) omicidio *A* 1. d) maleficium *A* 2. e) commisisset cognoscat *A* 2.

[2]. a) dominum vel ad suum seniorem *A* 2.

[3]. a) princips *A* 1. b) moriret *A* 1. c) subvenit *A* 2.

[4]. a) aliqui *A* 1. b) culpabiles *A* 2. c) nulla non *A* 1.

XXXI. *(Tit. deest B)*. a) Thođo *A* 1; Tħe *A* 2. b) privatum *A* 2. c) hominem *A* 2. d) culpa quale *A* 2. e) iudiciium *A* 1. f) n̄ *(eras.)* ex *A* 1; et *A* 2. g) occansione *rad. corr.* occasione *A* 2.

XXXII. *(Tit. deest B)*. a) *ita ex indice titulorum emendavi;* ps rescriptorum *A* 1. (*corr.* p̄s r.) 2. b) Valen. *A* 1; Valent. *A* 2.

tum si de crimen[c] magistatis acusatus fuerit et convictus, postea sui filii ipsius facultatem habere non possunt.

[2]. Item alia interpretatio. Si quicumque homo per sua culpa de alico[a] crimine damnatus fuerit aut occisus, si uxorem prignantem[b] dimiserit, ipsa mulier de presente ad iudices vel ad[c] curiales de suo concepto dicat, ut postea hereditates patris damnati ipse infans recipere possit.

[3]. Item alia interpretatio. Si quicumque homo ingenuus[a] pro sua culpa damnatus fuerit, uxor eius sua[b] facultatem da sui mariti facultatem[c] separet et dotem, quam[d] ei suus maritus vel eius parentes dederunt[e. 1], et quod ei ante nupcias in donatione[f] pro coniunctionem[g] dedit, ipsa[h] sibi vindicet, nec in mariti crimine uxor non oblicetur.

XXXIII. De sententiis[a] passis et prestitutis et liberis eorum[b].

Imp. Constantinus. Data XVIII. Kal. Octubr. Interpretatio. Si quicumque[c] homo ingenuus[d] in exilio per suam culpam missus fuerit, et si filium mancipatum in plena[e] etate ad domum suam dimiserit, liceat ad ipsum filium res patris sui gobernare[f]. Quod si exinde ipse filius aut per testamentum aut per alia cartam per qualecumque necessitatem aliquid expendiderit de ipsa facultate[g], secundum sentenciam Papiani hoc pater, si reversus fuerit, requirere ei non potest; nam alias suas res, si reversus fuerit, in integro recipiat. Nam quod si parvulos infantes, qui infra annis sunt, ad domum dimiserit, quando in exilio missus fuit[h], si postea exinde reversus fuerit, omnem[i] facultatem suam ab integritatem recipiat. Et quod si ipsi filii parvuli cuicumque exinde aliquid dederint, ipse pater omnia in suo dominio revocetur. Et quod si pater aut prodicus, hoc est sine sua[k] mente, aut neglegens[l] aut eversor[m] aut libidinosus esse convincitur et per hoc res filiorum devastare debet[n], postea ipsi filii, tamquam mortuo patre, sub tutorem vel curatorem cum res suas regantur[o].

XXXIV. De his[a], qui ad ecclesiam[b] confugiunt.

Imp. Constantinus. Data X. Kal. Apr.[c] Interpretatio. Quicumque culpabilis[d] ad eccle-

---

vel damnari meruerit, crimen cum auctore deficiat, bona vero eius ad filios vel ad heredes legitimos pertinebunt; nisi forte maiestatis crimine damnatus sit aliquis, quorum etiam filios de bonis damnati patris fieri iubemus alienos.

2. Interpretatio. Si quicumque damnatus praegnantem reliquerit uxorem, statim mulier de conceptu suo iudicem vel curiales contestetur, ut, cum pepererit, in bonis damnati posthumus, id est post mortem patris natus, succedat.

3. Interpretatio. Quicumque damnari proscribique meruerit, ab eius facultatibus bona uxoria sequestrentur, ita ut et dotem, quam marito uxor aut eius parentes obtulerunt, et donationem, quam ante nuptias pro coniunctione susceperat, uxor retineat, sibique vindicet a bonis proscriptae facultatis aliena, quia mariti crimine uxor non potest obligari.

Cf. Epitt. Aeg. et cod. Par. Suppl. Lat. 215: Mulier vero defuncti dotem vel donationem in se factam vindicet *etc.* — *Epit. Lugd.*: . . . dotem, quam illi (*sc.* uxori) aut parentibus obtulit proscriptus, donationem ante nuptias etiam retineat sibique vindicet.

XXXIII. De sententiam passis et restitutis et liberis eorum.

Imp. Constantinus. . . . Dat. XVIII. Kal. Oct. . . . Interpretatio. Si quis pater in exsilium missus filium in maiore aetate reliquerit, quaecumque de bonis propriis gessit filius, iuxta sententiam Papiniani rata et firma permaneant, nec contra aut testamentum aut transactionem filii reversus pater venire permittitur. Sane cum redierit pater, si filium vivum invenerit, filium in ius suum paterna potestate recipiet. Ceterum quod de rebus propriis absente patre filius gessit, reversus pater revocare non poterit. Quicquid vero filii in annis minoribus constitui fecerint, penitus non valebit; qui tamen si pro aetate vel absentia patris aut tutores aut curatores acceperint, reversus pater filios, repulsis curatoribus vel tutoribus, cum omni facultate recipiet; ea tamen conditione, ut rem filiorum ita administret ac regat, ut non solum detrimenta non sentiant, sed studio patris res et facultas proficiat filiorum. Quod si pater aut prodigus aut negligens aut eversor aut libidini deditus esse convincetur et filiorum res impie ac dementer vastare ac dilapidare cognoscetur, filii talis patris, tamquam eo mortuo, sub tutore aut curatore consistant. . . . . . .

XXXIV. De his, qui ad ecclesias confugiunt.

Impp. Theodosius et Valentinianus. . . . Dat. X. Kal. April. . . . Interpretatio. Ecclesiae ac loca Deo dicata

---

c) crim̃ *A* 1.

[2]. a) aliquo *A* 2. b) pregnante *A* 2. c) a *A* 1.

[3]. a) inienuus *A* 2. b) suam *A* 2. c) facultate *A* 2. d) quem *A* 1. e) dederint *A* 1. f) donationem *A* 2. g) coniugntionem *A* 1. h) ipsa l *A* 1.

XXXIII. (*Tit. deest B*). a) sentia *A* 1. b) *deest A* 2. c) quiscumque *A* 2. d) inienuus per suam culpam in exilio *A* 2. e) plenam aetatem *A* 2. f) gubernare *A* 2. g) facultatem *A* 2. h) *ita codd.* i) omnia *A* 2. k) suam mentem *A* 2. l) negligens *A* 2. m) eversur *A* 1. n) *in loco raso A* 1. o) regatur *A* 1; regtur *A* 2.

XXXIV. (*Tit. deest B*). a) is *A* 1. b) aecl. *pro* eccl. *hic et infra A* 1. c) Aprls *A* 1. d) culpavit *A* 2.

1) Auctorem legis dotem Germanicam pro Romana interpretationis posuisse monendum est.

siam confugium fecerit, liceat[d] ei, sive in ecclesia[e], sive in portica ecclesiae, sive per tota atria, salvi esse debeant; et nullus presumat per sua[f] forcia, quomodo de ecclesiam nec trahere[g] non debet, sic nec de ipsa atria, ut ne forsitam per timorem in ipsas ecclesias non faciunt causas inlicitas aut sordidas[h]; sed liceat eis ipsa atria pro suas[i] necessitates securus ambulare, ut nulla arma secum habere non debeant. Et quod si[k] se in sua[l] arma confidere voluerint ad[m] defensare et ipsa arma ad ipsos custodes non conmendaverint[n], sed super se ipsa arma habere voluerint, liceat ab aliis armatis eos de ipsa ecclesia[e] foras extrahere. Nam si simpliciter sine sua arma secum non habuerint et iuxta altare manere voluerint, si quis eos postea per sua forcia de ipsa ecclesia trahere[o] voluerit, sciat se capitale suplicium[p] esse damnandus.

EXPLICIT THEODIS.[q] LIBER IX.

INCIPIUNT[a] CAPITULA DE LIBRO X.

I. De iure fisci.
II. De conlocationem[b] fundorum.
III. De actoribus[c], procuratoribus vel conductoribus[d] rei publice[e].
IV. De peticionibus[f] et ultro datis et dilatoribus, et qui in[g] crimen[h] magistatis[i] inventus fuerit.
V. Si peticiones[k] socius sine hereditatem[l] defecerit[m].
VI. De avocato[n] fisci.
VII. De fisci[o] debitoribus.
VIII. De debitum non habentibus unde reddere.
IX.[p] De tesauris[q].
X. De quirendis[r] tesauris[s].

INCIPIT[t] LIBER X.

I. De iuris fisci[a].

Imp. Constantinus. Data XV. Kal. Iul.[b] Interpretatio. Agros vel mancipia, aut quodquod de fescale causa per verbum regis[c, 1] ad qualecumque hominem donatum fuerit, liceat ei in perpetuum possidere ipsam rem.

---

reos, qui ibidem compulsi timore confugerint, ita tueantur, ut nulli locis sanctis ad direptionem reorum vim ac manus afferre praesumant; sed quicquid spatii vel in porticibus vel in atriis vel in domibus vel in areis ad ecclesiam adiacentibus pertinet, velut interiora templi praecipimus custodiri, ut reos timoris necessitas non constringat circa altaria manere et loca veneratione digna polluere. Sane si qui ad loca sancta confugerint, arma, si qua secum portaverint, mox deponant, nec se existiment magis armorum praesidio quam sanctorum locorum veneratione defendi. Quod si deponere arma noluerint et sacerdoti vel clericis non crediderint, sciant se armatorum viribus extrahendos. Si vero extrahere de locis sanctis quemlibet reum quacumque ratione quis tentaverit, noverit se capitali supplicio esse damnandum.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER IX.

INCIPIT LIBER X.

I. De iure fisci.

Imp. Constantinus. . . . PP. XVI. Kal. Ian. . . . Interpretatio. Quicumque agri atque mancipia quibuscumque personis de fisci nostri iure donantur, apud eos, quibus donata sunt, sine suspicione aliqua volumus permanere, contra ordinatores domorum dominicarum poena proposita, si contra praeceptionem facere cognoscuntur.

---

d) licead *A* 1. e) ecclesiam *A* 2. f) suam fortiam *A* 2. g) tragere *A* 1. h) sorditas *A* 1. i) sua necessitatem *A* 2. k) ei *A* 2. l) sā *A* 1. m) aut *A* 2. n) comendaverit *A* 2. o) tracre *A* 1. p) supplicium *A* 2. q) The *A* 2.

Lib. X. a) I. c. *des. B.* b) conlocation̄ f. *A* 1; conlacione fundarum *B.* c) autoribus *B.* d) conducatoribus *A* 2. e) pū *A* 1. 2; publi *B.* f) pdicionibus *corr.* pedicionibus *A* 1. g) in *deest* *A* 2. h) crim̄ *codd.* i) maiestatis *A* 2. *B.* k) peticionis *B.* l) ereditatem *A* 1; hered *B.* m) *B*; def. *A* 1. 2. n) avocatus fesci *A* 1. (*corr.* fisci) 2. o) fesci *corr.* fisci *A* 2. p) X *A* 1. q) thesauris *A* 2. *B.* r) querendis *B.* s) thesauris *A* 2. t) *rubrica cum ipso libro deest B.*

1. *(Tit. deest B).* a) fici *A* 1. b) Iulias *A* 1. c) reg̃ *A* 2.

1) Cf. infra X, 5 et supra III, 19, 2. De 'verbo regis'; cf. Waitz, 'D. VG.' IV, p. 189, n. 2.

II. De conlocationem fundorum iures enfetivoce[a] et rei publice et templorum[b].

Imp. Valentinianus. Data V. Kal. Iul.[c] Interpretatio. Omnes curiales hoc sciant, ut nullus presumat de extraneas civitates aut de altera[d] loca terra prehendere[e] aut conducere, ut forsitam pro[f] illa occansionem[g] servicia vel publicum[h] non faciant; nam qui per qualecumque modo sic priserit[i] aut conduxerit, non valebit.

III. De actoribus, procuratoribus vel conductoribus rei publice.

[1]. Imp. Constantinus. Data III. Non. Feb.[a] Interpretatio. Si quis iudex vel actor[b] alicum[c] hominem res per forcia[d] aut per malo ingenio tullerit[e], aut eum[f] aliquis sine culpa predaverit[g], si[h] ille homo[i] hoc ad principem sugesserit, princeps[k] postea illum, qui talem[l] ordinem ipsum hominem condamnavit[m], ignibus congremetur[n].

[2]. Item alia interpretatio. Hoc constitutum est, ut actores de domos dominicis[a] nullis necessitatibus turbetur nec nullis iniuribus fatigentur ab eos, qui ante publicum actum fecerunt[b], in tanto[c], ut racionabilem aut necessarium est; nam alio modo rectores provinciarum opremere[d] eos non presumant.

IV.[a] De peticionibus ut[b] ultro datis et dilatoribus.

[1]. Imp. Constantinus. Data Kal. Sept.[c] Interpretatio. Dilatores sunt, qui absconse ad principem de aliorum facultates male favellant, ut ipsi homines[d] sine legem suas res perdant; dilatores sunt, qui absconse a[e] principem de alteros homines[f] tales causas supermitent[g], ut ipsi homines[f], qui culpas non habent, penas habeant. Princeps[h] a tales dilatores[i], qui hoc faciunt, secundum legem linguas[k] ipsorum per secutores[l] capullentur; et si exinde convicti fuerint, capite puniantur.

[2]. Item alia interpretatio. Si quis homo in crimen[a] magistatis inventus fuerit, se-

---

II. De locatione fundorum iuris emphytheutici et rei publicae et templorum.

Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus. . . . Dat. VI. Kal. Iul. . . . Interpretatio. Omnibus curialibus conducendorum rei publicae agrorum ac saltuum licentia denegetur, illo specialiter observando, ut nullus curialis vel de extraneis civitatibus agros ac loca supra scripta sub qualibet conductione suscipiat, ne sub hac occasione servitia curiae debita non impendat.

III. De actoribus et procuratoribus et conductoribus rei privatae (*Epit. cod. Par. Suppl. Lat.* 215: rei publicae et privatae; *Epitt. Guelf., Lugd., monachi:* rei publicae *pro* rei priv.).

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. III. Non. Mart. . . . Interpretatio. Quicumque ab actore dominico vel procuratore fuerit alicuius iniuriae improbitate vexatus, de eorum calumniis vel depraedationibus ad principem convolare debebit. Quae res si potuerit approbari, eos, qui circa provinciales talia facere ausi sunt, placuit incendio concremari, quia graviorem poenam principes constitui voluerunt in eos, qui sui iuris sunt et sua debent custodire mandata.

2. Interpretatio. Iulianum principem bene ac salubriter statuisse certissimum est, ut actores domus dominicae nullis necessitatibus turbarentur aut fatigarentur iniuriis, quas eis frequenter rectores provinciarum per suggestiones principalium facere consuessent. Cuius facti constitutionem in tantum rationabilem et necessariam iudicamus, ut firmam permanere iubeamus.

[IV]. V. De petitionibus et ultro datis et delatoribus.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. et PP. in foro Traiani Kal. Dec. . . . Interpretatio. Delatores dicuntur (*Epit. mon.:* sunt), qui aut facultates prodiderint alienas aut caput impetierint alienum. Quicumque delator cuiuslibet rei exstiterit, in ipso proditionis initio a iudice loci correptus continuo stranguletur, et ei incisa radicitus lingua tollatur, ut si quis proditor futurus est, nec calumnia nec vox illius audiatur.

[1]. 2. Interpretatio. Custodientes iustitiam nomen persequimur delatorum, ita ut, cum agniti et convicti fuerint delatores, gladio puniantur.

[2]. 4. Interpretatio. Quisquis in crimine maiestatis inventus fuerit et punitus, bona eius fiscus acquirat, ita ut

---

II. *(Tit. deest B).* a) enfeci voce *A* 2; *lege:* enfiteutici. b) temporum *A* 1. 2; *sed* templorum *corr. al. m. A* 1. c) Iul̄i *A* 1. d) altare *corr.* altera *A* 2. e) prendere *A* 2. f) per *A* 2. g) *ita, sed* n *eras. A* 2; hocansionem *A* 1. h) publ. *A* 2. i) preserit *A* 2.

III. *(Tit. deest B).* a) Februa. *A* 1. b) auctur *A* 1. c) alicū h. *A* 1; alicui homini *A* 2. d) fortiam *A* 2. e) tulerit *A* 2. f) eus *corr.* eum *A* 1. g) pretaverit *A* 1. h) sile *corr.* si ile *A* 1. i) omo *A* 1. k) princips *A* 1. l) tale *A* 2. m) condemnavit *A* 2. n) concrementur *A* 2.

[2]. a) dominici *A* 1. b) fecer̄ *A* 1. 2. c) tantum *A* 2. d) oppremere *A* 2.

IV. *(Tit. deest B).* a) V, *et ita in titt. seqq.* VI *pro* V, VII *pro* VI *etc. A* 1. b) *ita uterque codex pro* et. c) Septembris *A* 1; Sep. *A* 2. d) omilnes *A* 1. e) ad *A* 2, *quod etiam intelligendum est.* f) omines *A* 1. g) supermintent *A* 1. h) princips *A* 1. i) delatores *A* 2. k) linguā *A* 1. l) sequitores *A* 1.

[2]. a) crim̄ *A* 1. 2.

cundum legem puniantur, et eius facultatem fiscus adquirat; et nemo presumat de ipsam[b] facultatem a principem[b] querere. Quod si postulaverit, nihil accipiat et violator[c] legis teneatur. Nam tamen si[d] princeps[d] nullum petentem[e] de ipsam facultatem aliquid cui donaverit, in perpetuo ipsa donatio firmam[f] obteneat[g] firmitatem.

V. Si peticiones socius sine hereditatem[a] defecerint.

Imp. Constantinus. Data XII. Kal. April. Interpretatio. Si ad quicumque[b] duo homines rex unam rem ad ambos commune de fesco[c] dederit, si unus de ipsis mortuus fuerit, nec filius[d] nec proximus[d] non dimiserit, nec testamentum fecerit, postea ille, qui cum eo in commune fescale beneficium habuit[e], porcionem mortui de ipsam[f] rem sibi recipiat[g].

VI. De avocato[a] fisci.

Imp. Constantinus. Data Id. Nov.[b] Interpretatio. Illi[c], qui fiscum regis exigunt[d], tales esse debent, ut per sua[e] negliencia de ipso fisco[f] minus non exigant[g], nisi quod iustum est, nec plus exigere non presumant, nisi quod iustum est.

VII. De fesci[a] debitoribus.

Imp. Valen. Data II. Non. Iul. Interpretatio. Si quis homo mortuus fuerit et brevis scriptus aut de fisco aut alius[b] debitores suos dimiserit, si testes non fuerint, qui de hoc ipsus[c] debitores convincant, aut cautiones[d] scriptas de hoc inventas non fuerint: per illos breves, qui sic loco fecit, ipsa debita nec sui[e] heredes nec nullus homo inquirere non potest.

VIII. De fidem[a] et iure aste.

Imp. Valentinianus[b]. Data III. Kal. Iul.[c] Interpretatio. Si quis homo ad alterum[d] hominem aut de fisco aut alico[e] alium debitum[f] debet, et forsitam alia pecunia non habet[g], unde[g] ipsum debitum reddat, nisi terram[h] suam vindiderit, pro[i] talem occansionem ille,

---

nullus aliquid ex eius facultatibus sibi velut munificentiae iure audeat postulare. Et si aliquis contra leges crediderit postulandum, nec id, quod petiit, accipiat et violator legis habeatur. Si quid tamen nullo petente, proprio arbitrio de talibus bonis cuiquam dederimus, donatio huiusmodi firma permaneat.

[V]. VI. Si petitionis socius sine herede defecerit.

Imp. Constantinus. . . . Dat. XII. Kal. April. . . . Interpretatio. Si aliquis ex iis mortuus fuerit, ad quos nominatim munificentia nostra processit, et nec testamentum fecisse, nec filios reliquisse cognoscitur, placet, ut portionem eius is, cum quo pariter defunctus accepit, id est socius eius, acquirat; merito enim socius praefertur, ubi filii nulla persona intervenisse cognoscitur. *Epitt. Aeg. et cod. Par. Suppl. Lat.* 215: Si duo competierint rem fiscalem, et unus sine filiis vel testamento moriatur. . . . . .

[VI]. VII. De advocato fisci.

Imp. Constantinus. . . . Dat. VI. Id. Nov. . . . Interpretatio. Hi, qui fisci nostri commoda vel utilitatem tuentur, hanc debent custodire mensuram, ne negligentes circa ea, quae nobis iure debentur, exsistant, et ne provincialibus calumniatores, dum aliquid ab iis iniuste fisci nomine repetunt, approbentur.

[VII]. VIII. De fisci debitoribus.

Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus. . . . Dat. prid. Non. Iul. . . . Interpretatio. Si prolati breves vel a quocumque dimissi inveniantur, in quibus sibi quicumque aliquos faciat debitores, nullis cautionibus prolatis neque aliis evidentibus documentis, nullam adscripti breves obtineant firmitatem.

[VIII]. IX. De fide et iure hastae.

Imppp. Valentinianus *etc.* . . . Dat. XIII. Kal. Iul. . . . Interpretatio. Si quicumque publici debiti enormitate constringitur, ut non possit hoc ipsum debitum, nisi vendita propria facultate, dissolvere, in eiusmodi debito hanc ex-

---

b) ipsa facultate a principe *A* 2. c) violatur *A* 1. d) sprinceps *A* 1. e) poetentem *A* 2. f) firma *A* 2. g) obteat *A* 1.

V. *(Tit. deest B)*. a) herreditatem *A* 1. b) qcumque *A* 1; quemcumque *A* 2. c) fisco *A* 2. d) *corr.* filios nec proximos *A* 2. e) habuerit *rad. corr.* habuit *A* 1. f) ipsa *A* 2. g) *ita uterque codex.*

VI. *(Tit. deest B)*. a) avoto *uterque codex.* b) Novbri *A* 1. c) Ille *A* 2. d) *ita emendavit Canc.*; exibunt *uterque codex.* e) suam negligentiam *A* 2. f) fiscum *corr.* fisco *A* 2. g) exigunt, *ut videtur, corr.* exigant *A* 1.

VII. *(Tit. deest B)*. a) fisci *A* 2. b) aut alius *bis scr., sed del.* *A* 1; aut alios *A* 2. c) ipsos debitos (*corr.* debitores) *A* 1. d) cationes *A* 1. e) suis *uterque codex.*

VIII. *(Tit. deest B)*. a) fidem *A* 2. b) Valen. *A* 1; Valentinus *A* 2. c) Iuli *A* 1. d) adulterum *A* 2. e) aliquo *A* 2. f) debito *A* 2. g) habeunt de *A* 1. h) terra sua vendiderit *A* 2. i) per tale occansionem (*rad. corr.* occasionem) *A* 2.

cui debitor est, ipsa terra a minore precium non presumat recipere, nisi quantum ipsa terra valet, nec per tale ingenium ille, qui alteri[k] debet, damnum de facultatem suam habeat.

IX. De tensauris[a].

Imp. Gracianus[b]. Data VI. Kal. Feb.[c] Interpretatio. Si quis homo[d] aut aurum aut aliqua[e] alia rebustura[f.1] in sua propria terra invenerit, ad nullum hominem exinde dare non debet, nisi ipse sibi in integro vindicetur. Nam si quis homo in alterius terra aut aurum aut aliqua rebustura[g] invenerit, quartam[h] portionem illi, cuius[i] terra[i] est, exinde reddat.

X.[a] De metallis et metallariis[b].

Hoc est, ut nullus presumat[c] sub alterius fundamentum, ubi ipse homo edificium[d] habet, nec aurum nec nulla rebustura querere, nisi per eius convenientia, cuius edificium[e] est, nec propter ipsam[f] reposturam[f] illum edificium alterius distruat[g.2].

EXPLICIT THEUDOSIANUS[h] LIBER X.

INCIPIUNT[a] CAPITULA DE LIBRO XI.

---

actores formam servare debebunt, ut non ita rem praecipitent, ut res minore, quam valeat, pretio distrahatur, nec tales sub quolibet colludio provideant emtores, ut et debitor proprietatem perdat, et parum fiscus acquirat.

[IX]. X. De thesauris.

Imppp. Gratianus *etc.* . . . Dat. VII. Kal. Febr. . . . Interpretatio. Si quicumque thesaurum in sua terra invenerit, ei ex integro quod inventum est acquiratur, et nullam calumniam pertimescat. Si vero in loco alieno thesaurum casu invenerit, eum, qui loci dominus est, in quartam inventarum rerum debet admittere. . . . . . .

[X]. XI. De metallis et metallariis.

Interpretatio. Quicumque metallum dicentes latere sub alienis aedificiis quaelibet saxa vel marmora effodienda crediderint, ut per eos fundamentorum firmitas incipiat vacillare, his inquisitionis huius licentiam denegamus, ne, dum nobiliores lapides se quaerere asserunt, aut vendere aut subvertere aliena fundamenta praesumant.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER X.

---

k) alterum *A* 2.

IX. *(Tit. deest B).* a) thesauris *A* 2. b) Gratin. *A* 1; Grac. *A* 2. c) Febru *A* 1. d) omo *A* 1. e) aiqua *A* 1. f) *ita infra;* robustura *A* 1; robusta ré *A* 2. g) robustura *A* 2. h) quarta *A* 2. i) cuiustera *A* 1.

X. *(Tit. deest B).* a) *num. deest A* 1, *ubi inseruntur:* Item alia interpretatio. b) metellariis *A* 2. c) presum|mat *A* 2. d) ędificium *A* 2. e) hedificium *A* 2. f) ipsa rebustura *A* 2. g) destruat *A* 2. h) Thudosianus *A* 1; Theudosi *A* 2.

Lib. XI. a) I. c. *des. B.* b) annona *B.* c) sensu *A* 2. d) poss̄ *B.* e) inflicantur *B.* f) apellacione *corr. fortasse ex* apellacionibus *B.* g) *B;* consalatiō *A* 1; consol̄ *A* 2. h) *B;* appellationem *A* 1. 2. i) renuit *B.* k) testamento *B.* l) recusat *B.* m) trumentorum *A* 2. n) *B;* causationes *A* 1. 2.

1) *Rebustura* i. q. *repostura.* Ita id quod reponitur dicitur, i. e. thesaurus; Ital. 'repostura'. Cf. repostarius = thesaurarius, Ducange s. v. Repositum 1.

2) Apparet auctorem nostrum aliter atque antiquam legem, etiam hic non de metallis, sed de thesauris agere.

INCIPIT[o] LIBER XI.

I. De annona[a] et tributis.

Imp. Valen. Data VI. Kal. Iul.[b] Interpretatio. Si quis homo de facultatem suam, quam habet, si forsitan exinde aut fiscum aut aliut[c] publicum aut laboratum[1] a parentes reddere debet, si ipse tributus ei graves[d] est ad solvendum, ipsam[e] facultatem, unde illum tributum reddere debuit, dimittat ad alius[f] suus heredes, qui ipsum tributum de ipsa facultatem reddere debeant[g].

II. Sine censum vel reliqui fondu[a] conparare non possint[b].

[1]. Imp. Iulianus. Data XIV. Kal. Mar. Interpretatio. Si quis homo de alterum[c] hominem fundum, hoc est terra, conparaverat[d], aut ei donatum fuerit, nullo modo eam sine censum, quod de ipsa terra exire debet, conparare potest[2].

[2]. Item alia interpretatio. Si quis homo per alico[a] tenore terram adquesierit, de presente de hoc exactores fiscales noticia faciat et promittat se, ut omnem tributum de ipsa terra reddere debeat, sicut et ille, qui eam antea[b] tenuit. Si hoc fecerit, illum, qui eam[c] antea tenuit, ipsum tributum non requiratur.

III. De exactionibus.

[1]. Imp. Constantinus. Data XV. Kal. Iun. Interpretatio[a]. Quicumque homo terra habuerit, unde fiscum solvere debeat, si ipsum censum dare non potuerit, ille exactor[b], qui ipsum fiscum tollere debet, ipsa terra, unde ipse census exire debet, vindat[c], et ille, qui ipsam[d] terram conparaverat, in perpetuo firma possideat.

[2]. Item alia interpretatio. Si exactores publici a populo acusati fuerint, ut eorum aliquid capitanea mala fecissent aut aliquid[a] de publico plus quam debuerant exegissent; si exinde convicti fuerint, in eorum loco alius[b] meliores mittantur, et secundum legem illi moriantur, et de eorum res quadruplum ad ipsos, cui male fecerunt[c], reddantur. Iudices

---

INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER XI.

I. De annona et tributis.

2. Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus. . . . Dat. IV. Id. Iul. . . . Interpretatio. Hi, qui heredes testamento scripti sunt, hereditariorum agrorum onus, id est tributum, cogantur agnoscere. Quod si hereditatem sibi damnosam credunt, cedant his omnibus rebus, quae eis de hac ipsa hereditate poterunt provenire.

II. Sine censu vel reliquis fundum comparari non posse.

1. Imp. Iulianus. . . . Dat. XIV. Kal. Mart. . . . Interpretatio. Fundum nullus audeat comparare, sed omnes pro his agris, qui ad eos quoquo modo pervenerint, publici canonis impleant functiones. Nec de solutione tributi cuicumque liberum sit pacisci, sed sive donetur ager, sive vendatur, factus dominus integra rei tributa suscipiat.

2. Interpretatio. Quicumque cuiuslibet rei dominium quolibet ordine acquisierit, continuo pro ea parte, qua possessor effectus est, publicis libris nomen suum petat adscribi, ac se promittat tributum agri, cuius possessor est, soluturum, ut, remota de auctore, id est de priore domino, inquietudine, in praesentem dominum solutio transferatur.

[III]. IV. De exactionibus.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. XV. Kal. Iun. . . . Interpretatio. Quicumque agrorum suorum tributa implere contemnent, agri eius, qui tributa sua contemnet exsolvere, ab exactore vendantur, et qui comparaverint, firmissimo iure hoc ordine emta possideant.

2. Interpretatio. Haec lex hoc praecipit, exactores ad exigendas tributarias functiones idoneos esse mittendos, ita ut, si de his populi accusatio ulla processerit, id est querela deposita fuerit, in eorum locum alii dirigantur, ut habita diligenti inquisitione, si in dispendia provincialium de superexactionis crimine convinci potuerint, et capitali periculo

---

o) *rubrica cum ipso libro deest B.*

I. *(Tit. deest B).* a) anona *A* 2. b) Iuł i *A* 1. c) alium *A* 2. d) gravis *A* 2. e) ipsa *A* 2. f) alios suos *A* 2. g) debeat *A* 2.

II. *(Tit. deest B).* a) fonducunt parare *corr.* fondu conparare *A* 1; terra conparare *A* 2. b) possent *corr.* possint *A* 1. c) altero *A* 2. d) conparaverint *corr.* –verit *A* 2.

[2]. a) aliquo *A* 2. b) ante *A* 1, *ubi* ea *post add.* c) ea *A* 2.

III. *(Tit. deest B).* a) *deest A* 2. b) exactur *A* 1. c) vendat *A* 2. d) ipsa terra *A* 2.

[2]. a) aliqui *A* 1. b) alius *corr.* alios *A* 2. c) fecer̄ *codd.*

1) Dubitare possis, quid sit *laboratum a (= ad?) parentes reddendum.* Fortasse ad reditus parentibus, facultate filio tradita, ad vitae tempus ex 'laborato' solvendos spectat ('Altentheil, Leibzucht').

2) Cf. supra III, 1, 2 et infra XVIII, 9.

vero provinciarum, si hoc sapuerunt[d] et ipsos exactores bene non inquisierunt[e], ut de eos, sicut iussum est, iusticia[f] faciant, XXX libras auri illi solvantur[g].

IV. Ne damna provincialibus infligantur.

Imp. Valentinianus[a]. Data II. Kal. Oct.[b] Interpretatio. Si quicumque[c] homo in qualecumque iudiciaria[d] positus est, similiter et illi, qui iudices provinciarum obsecunt aut illorum actuum[e] agunt, nisi forsitan rusticius[f] homines per qualecumque malum ingenium contra rationem damnaverit, aut si eorum mancipium aut caballum aut bovem in sua propria utilitatem per[g] forcia minaverit aut[h] aliqua exenia eos sine culpa sibi dare extorserit, si ipse iudex hoc fecerit et ipsa exenia preserit, obtimo[i] exilio deputetur; et si hoc non reddiderit, facultatem rerum suarum amissionem damnabitur.

V.

Item alia interpretatio. Nullus iudex vel exactor[a] a provintiales[b] homines plus exactare non debent, nisi quantum ipsi per rationem dare debent, aut quod in pollitico[c] scriptum habent. Nam si plus exigerint[d], pena superiore supiaceat[e], et hoc, quod super tullit[f], in quadruplum conponat.

VI. De apellationem[a] et penis eorum et consolationem[b].

[1]. Imp. Constantinus. Data IV. Non. Nov.[c] Interpretatio. Quicumque homo alterum hominem de capitale culpa a iudice[d] acusaverit[e], iudex vero et[f] illum, qui[g] acusat[e], et illum, quem[g] acusavit[e], ambus[h] sub custodia[i] mittantur, dum ante iudicem ambo pariter veniant, ut diligenter inquiratur[k], si ipse, qui acusatus[e] est, culpam[l] habeat, aut non habeat. Quod si de ipsa culpa convictus fuerit, quale iudicium iudex ei dare voluerit secundum legem, talem adtendat. Et si[m] de ipsa culpa convictus non fuerit, ille, qui eum ad iudicem acusavit, similem[n] penam accipiat. Nam hoc observandum est, ut, antequam iudex veritatem cognuscat[o], quod ipse homo[p], qui acusatus est, dum eum culpabilem non invenerit[q], sub

---

subiaceant, et ex eorum facultatibus in quadruplum quae sunt superexacta reddantur. Iudices vero provinciarum triginta librarum auri se poena noverint feriendos, si haec, quae statuta sunt, implere neglexerint.

[IV]. V. Ne damna provincialibus infligantur.

Impp. Valentinianus et Valens. . . . Dat. prid. Kal. Oct. . . . Interpretatio. Si quicumque ex his, qui provinciarum rectoribus coniunguntur aut militant, vel qui agunt in diversis officiis principatus, vel quicumque sub occasione publici actus videntur esse terribiles, rusticano alicui necessitatem servitii, velut sui iuris mancipio imposuerint, aut servum ipsius aut bovem in sui operis utilitatem transtulerint, sive xenia aut quaelibet munera crediderint exigenda, vel si oblata non recusaverint, ultimo exitio deputantur et rerum suarum amissione damnantur.

[V]. VI.

Interpretatio. Haec lex hoc praecipit, nihil debere a provincialibus de superindicticiis titulis peti, nisi ea tantum, quae a rerum dominis indicta constiterit. Et hoc iubet, ut quicumque aliquid superexigendum crediderit, quadrupli redhibitione componat. Sed et ad ordinarios iudices hanc inquisitionem iubet excurrere, ut etiam, si quid in provinciis eorum a quibuscumque personis aut curialibus factum est, etiam eos similis damni poena castiget.

[VI]. VIII. De appellationibus et poenis earum et consultationibus (*Epitt. Guelferb., Lugd., monachi et multi codices Epit. Aeg.*: consolationibus).

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. III. Non. Nov. . . . Interpretatio. Ista lex hoc praecipit, non debere appellantem aut carceris custodia aut cuiuslibet iniuriae afflictione constringi, exceptis tamen criminalibus causis, in quibus similis accusantem et accusatum conditio poenae custodiaeque constringit, et eorum appellationes dicit debere recipi, sed ita, ut qui appellaverit, in custodia teneatur, quousque ad alium iudicem crimina obiecta perveniant, ut discussis ad integrum omnibus, aut de absolutione aut de damnatione accipiat sententiam finitivam.

[1]. 2. Interpretatio. Lex ista hoc iubet, non debere iudices provinciarum assertiones appellantium ad suam iniuriam revocare, quia hoc nec novum nec alienum a iudiciis esse cognoscitur; et ideo hoc iubet, ut liceat litigatori

---

d) sapuer̄ *codd.* e) inquisier̄ *codd.* f) iustitiam *A* 2. g) solvatur *A* 2.

IV. *(Tit. deest B).* a) Valenti. *A* 1; Valen. *A* 2. b) Octub. *A* 1. c) quiscumque *A* 2. d) iudiciariam *A* 2. e) *ita uterque codex.* f) rusticiis *A* 2. g) pro *A* 2. h) ut *A* 2. i) optimo *A* 2.

V. *(Tit. deest B).* a) exactur *A* 1. b) probintiales *A* 1. c) *i. e.* polyptico. d) exeger̄ *A* 2. e) subiaciat *A* 2. f) tulit *A* 2.

VI. *(Tit. deest B).* a) appellationem *A* 2. b) conlationem *A* 2. c) Novb̄r *A* 1. d) iudicem *A* 2. e) accus. *pro* acus. *A* 2. f) et — acusat *in marg. post add.* *A* 1. g) qui *A* 1; quem *A* 2. h) ambos *A* 2. i) custodiam *A* 2. k) inquirat *A* 2. l) culpa *A* 2. m) *deest* *A* 1. n) simile *A* 2. o) cognoscat *A* 2. p) omo *A* 1. q) invennerit *A* 1.

liberam custodiam ambulet, ut nec in carcere nec in custodia[r] mittatur, sed ad agendam causam suam liber observet.

[2]. Item alia interpretatio. Lex ista hoc precepet[a], ut qui in criminalibus[b] causis, ubi[c] vita[c] ambe partes[d] in dubio devocatur, licet unum alterum apellare[1], nec apellandi vox non denegetur, et[e] quem in suplicii[f] sentenciae advenerit, eum teneatur obnoxius.

[3]. Item alia interpretatio. Si alicui homini[a] videtur, ut de sua causa iniuste[b] convictus fuisset, de ipsa causa iterum ante tercium mensem adversario suo noticiam[c] faciat, et infra ipsos tres menses ante iudicem ipsam causam deliberent. Nam si tres menses tacuerit[d], penam[e], qua[e] in lege ei data[f] fuerit, adimpleat.

VII. Si pendente apellatione[a] mors intervenerit[b].

Imp. Constantinus. Data XIII. Kal. Iun. Interpretatio. Si quis homo ad alterum hominem[c] de aliqua iure causam[d] amallaverit[e], et ille, qui amallatus[e] est, mortuus fuerit, si postea ipsius heredes exinde acusati fuerint, quatuor[f] menses ad ipsam[g] causam inquirendum spacium ei detur, ut ne forte per neglegenciam[h] damnum[i] patiatur.

VIII. Quorum apellationes non recipiantur[a].

Imp. Constantinus. Data XV. Kal. Mad. Interpretatio. Si quicumque persona de criminale causa acusatus fuerit, aut de homicidio[b] aut de magnis criminibus, de ipso crimine a principem[c] dicendum[d] est, ut bonorum personarum iudicia[e] ante principem[f] finiantur[2].

IX.

Item alia interpretatio. De publicas[a] causas, qui fescales[b] sunt, ubi exinde causacio orta fuerit, nulla dilatacio exinde non proponatur, quia dominicas causas sine omne dilatacione[c] fenitas esse debent.

---

vitiatam causam appellationis remedio sublevare. Hoc etiam specialiter praecepit, ut appellator nec in carcerem nec in quamcumque custodiam redigatur, sed agendum negotium suum liber observet.

[2]. 3. Interpretatio. Lex ista hoc praecipit, ut etiam in criminalibus causis, ubi vita utriusque partis in dubium devocatur, liceat appellari, nec appellandi vox denegetur ei, quem in supplicium sententia destinarit.

[3]. IX, 1. Interpretatio. Lex ista hoc praecipit, ut, si quis videtur iniuste in causa sua victus, reparatis ante tertium mensem temporibus, quae appellationi videntur fuisse concessa, statim hoc ipsum in adversarii sui notitiam deducere procuret, et intra tempora, quae appellationi constituta sunt, de hoc ipso negotio is, qui appellavit, ut sibi credit competere, agere non moretur. Quod si facere neglexerit, sententia, quae adversus eum lata fuerat, perseveret, et data executione in omnibus compleatur.

[VII]. X. Si pendente appellatione mors intervenerit.

Imp. Constantinus. . . . Dat. XIII. Kal. Iun. . . . Interpretatio. Si pendente adhuc appellatione mors intervenerit litigatoris appellantis, heredibus eius, qui appellavit, quatuor menses ei, cuius auctor mortuus est, ad tractandum negotium debere praestari, nec eum debere ad dicendam causam praecipitari, ne per ignorantiam litis, quam non ad integrum tractavit, damnum videatur incurrere.

[VIII]. XI. Quorum appellationes non recipiantur.

1. Imp. Constantinus. . . . Dat. Non. Nov. Treviris, Acc. XV. Kal. Mai. . . . Interpretatio. In civilibus causis vel levioribus criminibus, quae legibus non tenentur inserta, appellationi constituta legibus dilatio praestanda est, et suspendenda est per appellationem sententia iudicantis. At vero homicidis, adulteris et reliquis, quos lex ista comprehendit, si convicti confessique fuerint et appellare voluerint, dilatio denegetur, sed statim in manifestis criminibus convicti iudicis est sententia proferenda, aut certe de magnis criminibus et maioribus personis ad principis est notitiam deferendum.

[IX]. XI, 2. Interpretatio. In manifestis fiscalibus debitis nulli penitus appellationem debere praestari, quia non oportet publicae rei commodum qualibet dilatione suspendi.

---

r) custodiam *A* 2.

[2]. a) precepit *A* 2. b) crimínealibus *A* 1. c) *ita emendavi;* ob de victa *uterque codex.* d) partis *A* 2. e) *corruptum ex* ei *interpretationis.* f) supplicii *A* 2.

[3]. a) omini *A* 1. b) iniustae *A* 2. c) noticia *A* 2. d) taaguerit *corr.* taguerit *A* 1. e) poena quam *A* 2. f) dada *A* 1.

VII. *(Tit. dcest B).* a) appellationem *A* 2. b) intervennerint *A* 1. c) homonem *A* 1. d) causa *A* 2. e) ammall. *pro* amall. *A* 2. f) quattuor *A* 2. g) ipsa causa *A* 2. h) negligentiā *corr.* neglegentia *A* 2. i) damnu *A* 2.

VIII. *(Tit. deest B).* a) recipiatur *A* 1; decipiantur *A* 2. b) omicidio *A* 1. c) principe *A* 1. d) licendum *A* 2. e) iudicis *corr.* iudicia *A* 1. f) principe finiatur *A* 2.

IX. *(Tit. deest B).* a) pliblicas *A* 1. b) fiscales *A* 2. c) dilatationem finitas *A* 2.

1) Verbum 'appellare' pro 'interpellare' accipiendum est; cf. H. Brunner, 'Zeugen- u. Inquis.-Beweis' p. 58.
2) Cf. supra II, 1, 12 et commentationem meam p. 40.

X.

Item alia interpretatio. Si quis homo ad unum iudicem de sua causa iudicium acciperit, et si postea de ipsam[a] causam ad alium iudicem simile iudicium reciperit, si ipsum iudicium aptare noluerint, si iterum ante tercium iudicem[b] ipsa causa[c] prosequere voluerit: ipsa causa ammittat[d], et ille suus adversarius ipsam[e] rem, unde ipsa causa agitur, recipiat.

XI. 5

Item alia interpretatio. Si aliquis[a] contra hunc factum testamentum apellare[b], vedare[c] voluerit, ut non debeat scriptum heredem ad ereditatem[d] venire, si in tale parte iudex apellatoribus[b] consentire voluerit, si[e] hoc fecerit, tam ipse iudex, quam ipse, qui apellaverit[b], XX libras auri in fisco exsolvat[f].

XII. De fide[a] testium et cartarum, id est strumentorum. 10

Imp. Constantinus. Data IV. Non.[b] Mad. Interpretatio. De unam[c] rem hec lex vetat, ut nullus homo presumat de unam rem plures cartas facere, aut vindicionem aut donationem aut censionem[d]; sed de unam rem una carta homo facere debet. Nam si de una rem plures cartas factas fuerint, omnia rumpantur, quia inpugnantes cartulas[e] hec lex vetat.

XIII. 15

Item[a] alia interpretatio[a]. Quicumque homines ad sacramenta danda[b] ante iudicem[c] venerint, antequam de ipsa causa eos[d] interrogentur[e], iurati dicant, ut in nullam[f] falsitatem non iurent, sed quod rectum sciunt dicant. Sic postea iudex, quem honestiores et meliores et plus iustas personas viderit, nisi si minor numerus sit, ipsa pars iurare[d] debet[1]. Nam si unius homines[g] sacramentum, quamvis alta persona[h] sit, non ei credatur. 20

XIV.

Item alia interpretatio. Si quis homo qualecumque carta in iudicio presentaverit, si ei iudicatum fuerit, ipse eam per sacramentum firmare debet, que legitima carta sit[2]. Quod si eam firmare non potuerit, ipsa carta pro falsitatem teneatur.

[X]. XIII. Interpretatio. Si quicumque in una causa duobus iudiciis fuerit superatus et adhuc eandem agendi pertinaciam voluerit retinere et iterum appellandum esse putaverit, in adversarium eius continuo possessio transferatur. 25

[XI]. XI, 5. Interpretatio. Haec lex specialiter praecipit, ut, si quis a quocumque conditum testamentum per appellationem differre voluerit, ut non debeat reserari, et scriptum heredem ab adeunda hereditate suspendere, et in hac parte iudex appellatori voluerit praebere consensum, ut quo minus scriptam voluntatem non sequatur effectus: tam ipse iudex quam is, qui appellaverit, viginti libras auri fisco cogatur exsolvere. 30

[XII]. XIV. De fide testium et instrumentorum.

1. Imp. Constantinus. . . . Data IV. Non. Mai. . . . Interpretatio. Si quis multiplici scriptura contractum suum munire cupiens de una re venditionem et donationem proferat vel quaecumque alia documenta, omnia rescindantur, quia impugnantes se cartulas lex haec vetat admitti.

[XIII]. XIV, 2. Interpretatio. Testes, priusquam de causa interrogentur, sacramento debere constringi, ut iurent, se nihil falsi esse dicturos. Hoc etiam dicit, ut honestioribus magis quam vilioribus testibus fides potius admittatur. Unius autem testimonium, quamlibet splendida et idonea videatur esse persona, nullatenus audiendum. 35

[XIV]. XIV, 3. Interpretatio. Quicumque scripturam in audientiam protulerit, veritatem eius probare iubeatur, quia hoc in omnibus causis statutum est, ut scripturam prolator affirmet. Nam si is, qui scripturam protulit, eius non adstruxerit veritatem, ut falsitatis reum esse retinendum. 40

X. *(Tit. deest B).* a) ipsa *A* 2. b) iudice *A* 2. c) causam *A* 2. d) amittat *A* 2. e) ipsa *A* 2.

XI. *(Tit. deest B).* a) quis *(eras.)* aliqui *A* 1. b) appell. *pro* apell. *A* 2. c) vedare *codd. pro* vetare, *ante quod verbum* et *supplendum videtur.* d) hereditatem *A* 2. e) sic *A* 1. f) exolvat *A* 2.

XII. *(Tit. deest B).* a) fidem *A* 2. b) nos *A* 2. c) una rem haec *A* 2. d) *ita codd.; fortasse:* cessionem. e) cartolas *A* 2. 45

XIII. *(Tit. deest B).* a) Item — int. *des. A* 2. b) dandam *A* 1. c) iudices *A* 2. d) *ita codd.* e) interrogetur *A* 2. f) nulla *A* 1. g) hominis *A* 2. h) personasset *(rad. corr.* persona set) *pro* p. sit *A* 1.

XIV. *(Tit deest B).*

1) Cf. H. Brunner, 'Zeugen- u. Inquis.-Beweis' p. 43. 2) Ipse, qui cartam obtulit, eam sacramento suo cum duodecim sacramentalibus probare debuit secundum capitula legis Salicae extravag. B, c. 3 (ed. Behrend p. 122). Cf. H. Brunner, 'Schwurgerichte' p. 65; 'Carta und Notitia' p. 16 (Commentt. in hon. Mommseni p. 583); H. Bresslau, 'Urkundenbeweis u. Urkundenschreiber' in 'Forsch. z. D. Gesch.' XXVI, p. 6 sq. 50

XV.

[1]. Item[a] alia interpretatio. Si aliquis[b] homo[c] alterum hominem[c] ad[d] iudicem de qualecumque causa[e] absconse accusaveret[f], ad illum solum non credatur; nisi ambe partes inter se conprobationem[g] faciant.

5 [2]. Item alia interpretatio. Si contra presbiterum maior[a] crimen dictum fuerit, ad ipsum presbiterum sine alico[b] soplicio corpores[b] credatur; nam si[c] postea, cum ei creditum fuerit, super[d] ipsa causa fuerit conprovata[e], pro ipso mendatio reus[f] criminis teneatur. Nam alii clereci[g], si[h] de qualecumque maiore causam[i] accusati fuerint et convicti, sicut alii[k] seculares iudicentur[1].

10 [3]. Item alia interpretatio. Lex hoc precepet[a], ut provacio[b] non a possessore[c], qui rem possedit[d], sed ad illum, qui querit, ille[e] debet probacionem optinere[f]; nisi tantum interrogare[g] debet antea possidentem[h], si ex sua persona[i] aut ex[k] successionem[k] ceperit[l] possidere.

[4]. Item alia interpretatio. Omnis homo in iudicio pro causam[a] suam tales testes 15 presentare debet, cui fide[b] reprovata non est; sed idonias[c] personas[d] in sua[e] causam[f] quilibet homo[g] presentare debet.

EXPLICIT THEOD.[h] LIBER XI.

INCIPIUNT[a] CAPITULA DE LIBRO XII.

INCIPIT[c] LIBER XII.

I. Decurionibus.

[1]. Imp. Constantinus. Data Id. Mar. Interpretatio. Iudices publici alios curiales, que[a] sub se habent, non eos dimittant per malo ingenio in alias operas vacare, nisi suam[b]

---

25 [XV, 1]. XIV, 4. Interpretatio. Quoties quilibet accusator aliquid de adversario suo eo absente suggesserit, ei ante discussionem utriusque partis penitus non credatur.

[2]. XIV, 5. Interpretatio. Presbyteri citra iniuriam quaestionis, id est sine supplicio corporali, possunt testimonium dicere. Alii vero clerici, qui eorum ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum adhibiti fuerint, sicut leges praecipiunt, audiantur; ita ut salva sit contra presbyteros falsi actio, si in aliquo docebuntur fuisse mentiti; quia magis 30 poena digni sunt, quibus cum lex reverentiam praestet, suae professionis immemores in mendacii crimine deteguntur.

[3]. XIV, 6. Interpretatio. Lex ista hoc praecipit, ut probatio non a possessore, sed a petitoris partibus requiratur, quia omnem probationem ab eo quaeri debere dicit, qui petitam rem desiderat obtinere, non ab illo, qui se iuste tenere contendit; praeter illum tantum casum, ubi interrogari necesse est possidentem, utrum ex sua persona, an ex successione coeperit possidere.

35 [4]. XIV, 7. Interpretatio. Quicumque testes necessarios habet, dummodo idoneos, qui non sint causae aut culpae participes, studeat, qualiter eos suo sumtu, ubi causa dicenda est, debeat exhibere.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER XI.

INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER XII.

I. De decurionibus.

40 1. Imp. Constantinus. . . . PP. Id. Mart. . . . Interpretatio. Nullus iudex vacationem indebitam tribuat curiali, nec eum de suo officio studeat liberare. Nam si ita tenuis cuiuscumque curialis et exhausta facultas est, ut ei publici oneris necessitas non credatur, ad principis iussit referri notitiam. *Cf. Epit. cod. Par. Suppl. Lat.* 215: Nullus iudex curialem ab officio dimittere praesumat immunem.

XV. *(Tit. deest B).* a) I. a. *des. A* 2. b) aliqui *A* 1. c) om. *pro* hom. *A* 1. d) ad iudicem *deest A* 2; 45 *cf. n.* e. e) ante iudicem *add. A* 2. f) accusaverit *A* 2. g) conprobationes *A* 2.

[2]. a) maiur *A* 1. b) aliquo suplicium corporis *A* 2. c) *post add. A* 1. d) si, *ut videtur, erasum A* 1. e) conprobata *A* 2. f) reos *A* 1. g) clerici *A* 2. h) se *corr.* si *A* 2. i) causa acusati *A* 2. k) aliis *A* 1.

[3]. a) precepit *A* 2. b) probatio *A* 2. c) possesore *e corr. A* 1. d) posse det *e corr. A* 1. e) *aliquid, fortasse* q (= qui) *add., sed eras. A* 1. f) optinere *corr.* obtinere *A* 2. g) interogare *A* 1. h) posidente *A* 1. 50 i) p̄sona *A* 1. k) exocessione *A* 1. l) coeperit *A* 2.

[4]. a) causa sua *A* 1. b) fidere provata *A* 1; fidem reprobata *A* 2. c) idoneas *e corr. A* 2. d) presonas *A* 1. e) *lit. add., sed eras. A* 1. f) causa *A* 2. g) omo *corr.* homo *A* 1. h) Theud. *A* 2.

Lib. XII. a) *deest A* 1. b) *corr.* Decurionibus *A* 2. c) Incipit — potuerint *(in fine §. 1. tit. I) des. B.*

I. a) quae *A* 2. b) sua *A* 2.

55 1) Cf. R. Sohm, 'Die geistl. Gerichtsbarkeit im fränk. Reiche', in 'Z. f. Kirchenr.' IX, p. 265, n. 226.

curam faciant. Nam si facultatem parvam[c] habuerint[d] et illam[e] curam agere non potuerint, a[f] principem[g] suum exinde noticiam[h] faciant.

[2]. Item[a] alia interpretatio. A[b] curialem hominem non licet suam civitatem dimittere, in qua natus est, et[c] in alia civitatem[d] habitare aut curam agere[a]; nam si hoc fecerit, in ambas civitates serviat[e], in una[f] pro curie[g] sue debitum et in alia[h] pro qua re ibidem habitet aut pro qualecumque honore[i], quod[k] ibi recepit[l].

[3]. Item alia interpretatio. Minores[a] etates, hoc sunt pupilli, qui infra annis[b] sunt, ante XVIII annos[c] in cura publica nullus[d] presumat[e] eos mittere, nisi[f] si necessitas fuerit, pro ea causa utilitatem publicam[h] facere debeant.

[4]. Item alia interpretatio. Si curiales[a] in culpa inventus fuerit, iudices super eum pacienciam debent[b] habere[b], ne in ipsa tormenta[c] deficiant. Quod si sic ipsi iudices non fecerint, pro illo curiale[d] ipse iudex V libras auri solvat[e] et pro illa curia, quam ipse agebat, X libras auri in fisco conponat.

[5]. Item[a] alia interpretatio. Curiales[b] homo[c], qui duodecim[d] filios[e] legitimos habuerit, et ipse pater fuerit tredecimus[f], omnem curiam ei vel publicum ei concedatur, ut non eam[g] agat, et insuper coram bonos[h] homines honoratus[i] esse debeat.

[6]. Item alia interpretatio. Si quis homo, qui filia curiales[a] a coniugium preserit[b], si de eius facultatem aliquid aut per testamentum aut per qualecumque carta[c] habuerit, post mortem[d] uxoris sue ad ipsa curia agendi[e] teneatur obnoxius.

[7]. Item alia interpretatio. Gesta[a], hoc est omnis[b] carta, sic firma esse potest[b], si cum aliis testes III curiales eo[c] firmaverint.

II.[a] De susceptores, prepositis et arcariis.

[1]. Imp. Gratianus[b]. Data VI. Kal. Sep.[c] Interpretatio[d]. Curiales, qui fiscum aut

---

2. Interpretatio. Si quicumque curialis de ea, in qua natus est, civitate ad aliam transire voluerit, conditionem curiae debitam nullatenus possit evadere, nec si hoc ipsum mereri interposita supplicatione tentaverit, nec ullo argumento necessitates aut servitia civitatis suae pro eo, quod habitationem mutare voluit, possit evadere. Nam quicumque hoc fecerit et se in aliam civitatem transtulerit, hoc iubet, ut in utraque serviat civitate, id est in una pro conditione nascendi et in alia pro habitandi voluntate deserviat.

3. Interpretatio. Minores decem et octo annorum aetate curiales nec nominari a quibuscumque nec ad servitia applicari debere; quia hoc lex sufficere credit, ut a decem et octo annis necessitati publicae, si necesse fuerit, applicentur, ita ut, si qui infra hanc aetatem ante nominati iam fuerint, absolvantur.

[4]. 5. Interpretatio. In correctione curialium certam patientiam iudices debent retinere, ut in corpore vel in sanguine curialium non facile audeant desaevire. Nam si qui contra hoc fecerit, ipse quidem iudex quinque libras auri et officium eius decem auri libras fisco inferre cogantur.

[2]. a) terra [insimul] *A* 2. b) habuē *A* 2. c) il[lus illi] *A* 2. d) porcion[em] *A* 2. e) mt. *pro* ment. *A* 1. f) m[en]titus *A* 2. g) duplo *A* 2.

[3]. a) vendiderit *A* 2. b) habente *A* 2. c) aut de peculium suum aut de arteficio suo *A* 2. d) comparavit *A* 2. e) emtur *A* 1.

XV. *(Tit. deest B).* a) *deest* *A* 1. 2.

XVI. *(Tit. deest B).* a) *periit* *A* 2. b) alterterum *A* 1; *per.* *A* 2. c) [vind. et ille] *A* 2. d) [vind. — fidem] *A* 2. e) con[paravit] *A* 2. f) ser[vum vin]didit *A* 2. g) empto[ri re]ddat *A* 2. h) [ser]vus *A* 2.

[2]. a) quae *A* 2. b) *legendum videtur:* ab eo, cuius n. c. tulit. c) tulit *A* 2. d) *A* 2; recipiatur *A* 1.

XVII. *(Tit. deest B).* a) *deest* *A* 1; XV *A* 2. b) ille *add.* *A* 2; *intelligendum videtur:* ad illum se teneat. c) debitur *A* 1. d) fideiusso[rem] nec — exin[de tenere] nullatenus po[test] *A* 2.

XVIII. *(Tit. deest B).* a) *deest* *A* 2. b) [Item ali]a. [Filius — pote]state [par. s. sine pa]rentum voluntate [ad matrimo]nium se i. n. p[ossunt] *A* 2.

1) Aliter atque ipsa Pauli sententia lex servis facultatem tribuit, ut semetipsos de peculio vel artificio suo redimant. 2) De regula iuris Germanici, ad quam haec spectant, cf. Stobbe, 'D. Privatrecht' I, §. 41, praecipue n. 1. 3) Cf. supra p. 411, n. 1.

[2]. Item alia. Quicumque homo[a], vir et mulier, qui in coniugium[b] iuncti sunt, si aliquis[c] de illos[d] mentem suam perdiderit aut furebundus fuerit, aut aliquas[e] tales his similia causa, per hoc se dimittere non possunt; nisi tantum per illas causas se dimittere possunt, quod in superiorem[f] legem scripta sunt[1].

[3]. Item alia. Si libertus suam patronam aut patroni filiam in coniugium prehendere presumserit[g], in carcere mittatur aut in metallo deputetur. 5

XIX.[a]

[1]. Item alia. Quicumque homo, qui puellam ad uxorem preendere[b] debet, et ad ipsum[c] sponsum aliqua tales[d] occasio advenerit, ut ipsa die ad ipsas nupcias esse non possint, sui parentes vel sui amici ipsam puellam[e] ad domum sui sponsi ducere possunt; nam 10 feminam, si ad suam[f] domum illa die non fuerit, quando[g] nupcias facere debent, ad domum puelle sponsum parentes puelle adducere non possunt.

[2]. Item alia. Quicumque homo, qui uxorem non habent, in illo tempore concobina habere non potest.

XX. 15

[1]. Item alia. Quicumque homo, qui dotem ad suam sponsam facere volet, dotem et ante nupcias et post nupcias facere potest.

[2]. Item alia. Quicumque homo, qui dotem ad suam uxorem facit, dum in coniugio sunt, omnes[a] fructus agri, qui ipsam dotem conscriptum est, ad maritum pertinet. Et si separare[b] voluerint, ipsa femina exinde habere nulla non potest. 20

XXI.

[1]. Item alia. De donationem inter maritum et uxorem. Licet in superiorem titulum[2] scriptum est, ut nulla donatio per nullum modum inter maritum et uxorem de eorum facultatem stare non potest, nam tamen in superiorem legem[2] scriptum est, ubi aliquis de illos ad transitum venerint, donationem inter se facere possunt; tamen in ipsam 25 donationem et agrum et mancipia et omnia nominativum[a] scribere debunt, et dicat: 'Istut volo habere, sicut et me et sic te, quod heredes meos'.

[2]. Item alia. Quicumque ingenuus homo, qui ad suam ancillam ingenuitatem pro-

---

[XVIII, 2]. XX, 4. Interpretatio. Si qui matrimonium sani contraxerint, et uni ex duobus amentia aut furor accesserit, ob hanc infirmitatem coniugia talium solvi non possunt. 30

[3]. XX, 6. Interpretatio. Libertus, si ad coniunctionem patronae vel patroni filiae adspirare tentaverit, in metallum detrudatur.

[XIX, 1]. XX, 5. Interpretatio. Si vir in peregrinis aliqua fuerit occupatione detentus, absente eo constituto die possunt nuptiae celebrari, ut ab amicis vel parentibus eius puella suscepta ad domum mariti ducatur. Nam sicut viro absente hoc ordine possunt nuptiae celebrari, ita femina absente non possunt. 35

[2]. XXI. Interpretatio. Qui uxorem habet, eo tempore concubinam habere prohibetur, ne ab uxore eum dilectio separet concubinae.

[XX, 1]. XXII, 1. Interpretatio. Dos dicitur, quae a parte sponsarum viris datur; quae tamen potest ante nuptias aut post nuptias dari.

[2]. XXIII, 1. Interpretatio. Fructus agri dotalis manente coniugio ad maritum pertinent; sed et illius anni, 40 quo matrimonium divortio separatur, ad maritum pertinere certissimum est.

[XXI, 1]. XXIV. De donationibus inter virum et uxorem.

6. Interpretatio. Si inter maritum et uxorem matrimonii tempore mortis causa fuerit facta donatio, morte unius convalescit. Nam in donationibus, quae mortis causa fiunt, haec verborum solennitas custoditur: 'Illum agrum aut illam domum te malo habere quam me, te quam heredes meos'. 45

[2]. XXV, 4. Interpretatio. Si ea mulier, quae per fideicommissum manumitti iussa est, fideicommissario in praestanda libertate, quae ei mandata est, moram faciente pepererit, qui natus est, ingenuus nascitur; quia fideicommissarii tarditas ingenuitati eius obesse non potest.

[XVIII, 2. 3]. a) [homo] *A* 2. b) [con]iugium *A* 2. c) ali[quis] *A* 2. d) illis *A* 2. e) alias *A* 2. f) superiori lege *A* 2. g) presu[mse]rit *A* 2. 50

XIX. *(Tit. deest B, inde a media* §. 1. *deest A* 2 *cf. n.* e*)*. a) XVII *A* 2. b) prehendere *A* 2. c) ip[sum] *A* 2. d) occasio talis *A* 2. e) [pu]ella ad domu, *reliqua, exceptis vestigiis verbi* possunt, *des. A* 2. f) sū *c.* g) quado *c.*

XX. *(Cod. A 1)*. a) om̄ *c.* b) se parare *pro* se sep. *c.*

XXI. *(Cod. A 1)*. a) *e corr.* nominati::uum *c.*

1) Cf. III, 16. 2) *Titulus superior* et *lex superior* non ad locum huius ipsius legis Curiensis referendi 55 esse videntur, sed ad fontem, ex quo hausit auctor, scilicet ad integrum tit. 24. libri II. Pauli Sent.

miserit facere, et antequam ei cartam faciat, ipsa mulier infantem habuerit, ipse infans ingenuus nascitur[b] et ingenuus permanebit.

XXII.

Item alia. Si quacumque ingenua mulierem suus maritus dimiserit, si ipsa mulier se prignantem sentierit, infra dies XXX ipsa causa notum faciat, ut suum ventrem videre possint, quae[a] et illa pregnans sed[b], et[b] sic postea ei custodes mittantur, ut quae dum ipsum infantem peperit, ut facultatem, quod de patris sui habere debet, non perdat. Quod si mulier hoc notum non fecerit, ipse infans, qui ex ea natus fuerit, de hereditatem patris sui nihil habeat; et ipsa mulier quinque obsetrices secum habeat, dum ipsum infantem excepit, qui pro ea testimonium tent[c], ut ipse infans adulter[d] non sit nec adpositius[e]. Et quod si ipsas obsetrices infantem pro infantem adposuerint, summo supplicio paciatur.

XXIII.

Item alia. Si cuiuscumque ancilla conceptum habuerit et postea ingenua dimissa fuerit, filius eius postea ingenuus permanebit.

XXIV.

Quicumque homo si in hoste adprehenssus fuerit aut in captivitatem ductus fuerit, si filios aut alios heredes dimiserit, post quantum tempore reversus fuerit, omnes[f] res suas in integrum recipiatur.

XXV.

[1]. Item alia. Quicumque homo, qui servum suum ingenuum dimittere voluerit, aut in die Dominico aut in festivitatem sanctorum hoc faciatur.

[2]. Item alia. Nullus homo filium suum nec mancipare nec uxorare[g] eum invitum non potest, nisi sua[h] ipsius filii fuerit voluntas.

XXVI.

Item alia. Uxorem suam homo in adulterium deprehensa eam occidere potest, si illum[i], qui eam[k] adulterabat, in domum suam potuerit invenire.

XXVII.

[1]. Item alia. Si aliquis homo cum patre filiorum inimicicias grandes habuerit, ille homo tutilla de res filiorum eius non potest recipere ad gobernandum.

[XXII]. XXV, 5. Sententia. Si mulier divortio facto gravidam se sciat, intra tricesimum diem viro denuntiare debet vel patri eius, ut ad ventrem inspiciendum observandumque custodes mittant; quibus missis, partum mulieris omnimodo coguntur agnoscere.

Interpretatio. Si quaecumque mulier matrimonio per divortium dissoluto praegnantem se esse senserit et hoc in notitiam mariti vel patris eius detulerit, ut ad inspiciendum vel observandum ventrem suum custodes mittant; quos dum miserint, partum mulieris, id est, nativitatem sui heredis compelluntur agnoscere.

6. Interpretatio. Si post divortium praegnantem se mulier marito non indicaverit vel custodes ad observationem ventris missos custodire non permiserit, potest pater vel avus eum, qui natus fuerit, non nutrire. Sed negligentiam matris statutum est ei, qui natus est, in successione patris nocere penitus non debere, quin post mortem patris sine dubio succedat.

[XXIII]. XXV, 1. Sententia. Si serva conceperit et postea manumissa pepererit, liberum parit; id enim favor libertatis exposcit.

Epit. Guelf.: Si ancilla post concepit manummittatur, liberum parit.

[XXIV]. XXVI, 1. Sententia. Pater ab hostibus captus desinit habere filios in potestate; postliminio vero reversus tam filios quam omnia sui iuris in potestatem recipit, ac si nunquam ab hostibus captus sit.

[XXV, 1]. XXVI, 3. Sententia. Emancipatio etiam die feriato fieri potest.

[2]. XXVI, 5. Sententia. Filiusfamilias invitus emancipari non cogitur.

[XXVI]. XXVII, 1. Sententia. Inventam in adulterio uxorem maritus ita demum occidere potest, si adulterum domi suae deprehendat.

[XXVII, 1]. XXVIII, 1. Interpretatio. Si cum patre minorum aliquis graves inimicitias habuisse cognoscitur, a tutela pupillorum merito excusatur, ne inimico paterno parvulorum defensio committatur.

---

b) nacitur *c.*

XXII—XXVII. *(Cod. A 1)*. a) quẹ et *c., fortasse pro* quod. b) sedet *c.*; *lege:* sit et. c) *ita pro* dent *c.* d) adulī *c.* e) adpositibus *c.*; *an* adpositicius? *Haenel.* f) oms̄ *c.* g) uxorem, *superscr.* ra *c.* h) suam *corr.* sua *c.* i) illam *corr.* illum *c.* k) *correxi*; eum *c.*

[2]. Item alia. Si tutor de res orfanorum, quas gobernare debet, exinde aliqui[a] fraudaverit, in dublo eum restituat.

XXVIII.

[1]. Item alia. De furonibus. Quatuor[1] genera sunt furtuorum. Unum dicitur manifesti, alterum dicitur concepti vel dicitur ne manifesti, quartum dicitur oblati. Manifestus fur[b] est, quem super ipsum furtum homo prehendere potest. Ne manifestus fur[c] est, qui ipsum furtum, quem factum habet, ut super ipsum furtum deprehensus non fuerit, sed ipsum furtum negare non potest. Concepti fur est, si aput eum homo scrutinium miserit et invenerit. Oblati fur est, qui ipsam rem, quem involat, et ipsa rem aut commendat aut donat in alterius potestatem, per se ipsam rem homo invenire non possat aput eum.

[2]. Item alia. Si alicui furtum factum fuerit, et ille, cui factus est, ipsum furtum inquirere non potuerit, heredes eius illum requirere possunt; nam ille, qui ipsum furtum fecit, ipse iuxta legem conponat; nam eius heredes exinde nullum malum non paciantur.

[3]. Item alia. Si cuicumque servus alicui furtum fecerit, et ipsum furtum suus dominus conponere noluerit, ipsum servum pro ipsum furtum, quam ei fecit, tradere debeat.

[4]. Item alia. Si alicuius servus cuicumque furtum fecerit, antequam ipsum furtum conponat, ingenuus dimissus fuerit, ipsum furtum, quem fecit, solvat; et si vinditus fuerit ille, qui eum conparavit, aut furtum conponat aut ipsum servum reddat.

[5]. Item alia. Ille, qui furtum fecerit, vel qui facere consentit, aut qui ei consilium dederit, ad unam conposicionem tenebitur.

[6]. Item alia. De furtis. Manifestum furtum in quadrublo solvat et ipsam rem, quam involavit, in caput conponat. Concepti vero furtum[d] in dublo solvat et ipsam rem, quam involavit, similiter in caput conponat. Oblati vero furtum in triblo solvat et ipsam rem, quam involavit, similiter in caput conponat.

[7]. Item alia. Si cuiuscumque servus aut inmancipatus filius qualecumque rem suam ad furtum perdiderit, nec ipse servus nec filius ipsam rem requirere non potest; nisi dominus aut pater eorum ipsam rem de ipso hominem, qui eam involavit, requiratur.

[8]. Item alia. Quicumque homo, duminter[2] suum furtum querit, si alicui damnum fecerit, ipsum damnum dublo restituat.

[XXVII, 2]. XXXI. Sententia. Dolo tutoris curatorisve detecto, in duplum eius pecuniae condemnatione conveniuntur, qua minorem fraudare voluerunt.

Epit. Aeg.: Quicquid tutor minoribus fraudaverit, in duplum restituat.

Epit. Guelf.: Si tutor per dolo quid pupillo fraudavit, in duplum eius pecuniam condemnandus est.

[XXVIII]. XXXII. De furtis.

[1]. 2. Sententia. Furtorum genera sunt quatuor: manifesti, nec manifesti, concepti et oblati.

[1]. 3. Sententia. Manifestus fur est, qui in faciendo deprehensus est, et qui intra terminos eius loci, unde quid sustulerat, deprehensus est, vel antequam ad eum locum, quo destinaverat, perveniret.

[1]. 4. Sententia. Nec manifestus fur est, qui in faciendo quidem deprehensus non est, sed eum furtum fecisse negari non potest.

[1]. 5. Sententia. Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quaesitum et inventum est.

[1]. 6. Sententia. Oblati actione is tenetur, qui rem furtivam alii obtulit, ne apud se inveniretur.

[2]. 10. Interpretatio. Furtorum genera heres eius, qui furtum pertulit, persequi potest; eius vero heredes, qui furtum fecerat, ad poenam criminis teneri non possunt.

[3]. 11. Interpretatio. Si servus alicui furtum fecerit vel damnum dederit, si dominus eius pro eo reddere noluerit, tradere eum vindictae pro qualitate facti debebit.

[4]. 12. Interpretatio. Si servus furtum fecerit et postea aut manumissus aut venditus fuerit, aut is, qui manumissus est, pro furti redhibitione tenebitur aut emtor eius; quia noxa semper caput sequitur.

[5]. 14. Sententia. Non tantum, qui furtum fecerit, sed etiam is, cuius opera aut consilio furtum factum fuerit, furti actione tenebitur.

[6]. 16. Interpretatio. Furti manifesti poena quadrupli est et ipsius rei, quae est sublata, redhibitio.

[6]. 17. Sententia. Furti concepti actio adversus eum, qui obtulit, tripli est poena et ipsius rei restitutio.

[7]. 21. Interpretatio. Si filiofamilias vel servo furto aliquid sublatum fuerit, ad patrem vel dominum furti actio pertinebit; quia merito eis haec actio datur, ex quorum personis solent aliquoties conveniri.

[8]. 23. Interpretatio. Si, cum furtum quis quaerit, damnum alicui dederit vel iniuriam fecerit, secundum legem Aquiliam in duplum damni illati redhibitione mulctatur.

XXVII, 2. XXVIII. *(Cod. A 1)*. a) aliq̧ *c.* b) furarē (= furor est) *c.* c) fur:::ē *e corr. c.* d) trā (= terra) *add. c.*

1) Cf. supra XXII, 13. 2) Cf. supra p. 345, n. 1.

[9]. Item alia. Quicumque alterius fructum involaverit, ipsum fructum in dublo conponat; et qui alterius arborem incidit, similiter faciat.

[10]. Item alia. Qui alterius cartam involaverit, quantum in ipsa carta contenit pro furtum tenebitur.

5 [11]. Item alia. Si cuiuscumque servus alterum hominem furtum fecerit, et dominus eius nescierit[b], ipsum furtum ad dominum eius requirendum non est.

[12]. Item alia. Quicumque homo, qui servum suum ingenuum dimittit, postea ipse dominus eius in paupertatem ceciderit, ille libertus eius ipsum dominum suum usque ad diem mortis sue et adiuvare et nutrigare eum debeat.

10 EXPLICIT LIBER PAULI II.

INCIPIUNT[a] CAPITULA DE LIBRO XXV.

I. De fratribus maiores et minores[b] aetate[c].
II. De duos heredes.
III. De liberto.
15 IV. De filio inmancipato, qui vadit in bello.
V. Qui servo alieno libertatem fecerit.
VI. De[d] eo, qui ad duos homines de[e] unam rem[e] II cartas fecerit.
VII. De eo, qui moriens testamentum fecerit.
VIII. De eo, quem sua familia occiderit[f].
20 IX. De testamento heredes[g].

INCIPIT[h] LIBER III.

I. De fratribus.

[1]. Interpretatio. Quicumque homo contra duos fratres, qui unus de illus[a] iam fuerit in aetatem et alter adhuc parvulus infra annis[b], ille frater senior et suam causam et sei 25 fratris iuniores respondere potest.

[2]. Item alia. Si unus liber duus patronus habuerit, et unus de ipsus patronis mortuus fuerit, iuxta legem ad illum patronum, qui vivit, ipse quemquod[c] ad ambos patronus debuerat reddat.

II.[d]

30 Item alia. Duo heredes si libertus parentorum suorum habuerint, si forsitam unus de

---

[XXVIII, 9]. XXXII, 24. Sententia. Sive segetes per furtum sive quaelibet arbores caesae sint, in duplum eius rei nomine reus convenitur.

[10]. 26. Interpretatio. Qui tabulas aut cautiones furto abstulerit, ad eam summam redhibitionis, quam tabulae vel cartae sublatae continent, furti actione tenebitur.

35 [11]. 27. Sententia. Servus, qui in fuga est, a domino quidem possidetur, sed dominus furti actione eius nomine non tenetur; quia in potestate eum non habet.

[12]. XXXIII, 1. Interpretatio. Si quis ita fuerit manumissus, ut nec donum nec operas patrono praestare deberet, et patronus eius egens fuerit effectus, eum pro modo facultatum suarum pascere et sustentare compellatur.

EXPLICIT LIBER II.

40 INCIPIT PAULI SENTENTIARUM LIBER III.

[I, 1]. I. Interpretatio. Si quis contra duos fratres, id est unum puberem, cuius aetas curatorem habere potest, et alterum impuberem causam habeat, si frater, qui senior est, propter personam fratris minoris, ne causam dicat, se voluerit excusare, ille, qui senior est, pro sua persona vel causa respondere compellitur. Quod etiamsi curatorem non habeat, adhibere sibi cogetur; nam adultus se per personam pupilli penitus non excusat.

45 [2]. II, 2. Interpretatio. Si libertus duos patronos heredes scripserit, et unus ex ipsis patronis vivente liberto mortuus fuerit, ad illum patronum, qui superest, quod ambobus dimiserat pertinebit.

[II]. II, 3. Sententia. Libertorum hereditas in capita, non in stirpes dividitur, et ideo, si unius patroni duo sint liberi, alterius quatuor, singuli viriles, id est aequales, portiones habebunt.

XXVIII, 9—11. a) n̄escierit *c.*

50 Lib. XXV. *Index titulorum deest A 2.* a) I. c. *des. B.* b) *B;* minore *A 1.* c) etates *B.* d) Deo *pro* De eo *A 1.* e) de u. r. *des. B.* f) *B;* occiderint *A 1.* g) hered̄ *B.* h) *Textus libri deest A 2. B.*

I. II. *(Cod. A 1).* a) illu *c.* b) an̄s *c.* c) *lege:* quidquid. d) *deest c.*

illus habuerit duos libertus, et ille alter habuerit quatuor, si ipsi liberti sine heredes mortui fuerint, ipsorum hereditas in integro ad ipsorum patronus revertitur.

III.[a]

[1]. Item alia. Si libertus per carta dimissus fuerit, de suam hereditatem, quod in eius carta continet, sine voluntatem patroni sui nec sine patroni filii ad alterum hominem ipse libertus de ipsas res nulla dare non potest; quod si fecerit, ipsi patroni licenciam habeant ipsas res suo iure vindicare.

[2]. Item alia. Pueri post XIV annus aetatis sue testamentum facere possunt; feminas vero post XII annus qualecumque carta facere possunt.

IV.

[1]. Item alia. Filios inmancipatus de illam rem, quod in oste adquiritur, cui voluerit exinde carta facere potest.

[2]. Item alia. Cecus homo testamentum facere potest, quia quod directum est et audire et intellegere potest.

[3]. Item alia. Furiosus homo, dum in proprium sensum suum est, testamentum facere potest.

[4]. Item alia. Qui in hoste prisus est et in captivitatem ductus est, dum in ipsa captivitate est, testamentum facere[b] non potest, quia servus alterius est; nam antequam captivetur et cum ad suum proprium reversus fuerit, testamentum facere potest.

[5]. Item alia. Quicumque homo, qui per aliqua culpa aut in exilio aut in carcere missus fuerit, testamentum facere potest.

[6]. Item alia. Gentiles, qui Latinum non intellegunt nec Latinum non fabellant, tamen sensum[c] habent ad intelligendum, illi vero testamentum facere possunt.

[7]. Item alia. Prodicus, hoc est fraganarius[1], si voluerit, testamentum facere potest.

[8]. Item alia. Ubi duo heredes sunt, antequam dividant, sine commune convenientiam testamentum facere non possunt.

[9]. Item alia. Quicumque homo, si testamentum fecerit, medietatem facultatem suae

---

[III, 1]. III. Interpretatio. Si libertus aliqua ex bonis suis hoc animo alienaverit, ne ad patronum vel filios patroni inter hereditaria corpora perveniant, id, quod hoc ordine per fraudem alienatum constiterit, potest a patrono vel filiis ipsius revocari.

[2]. IV, 1. Sententia. Testamentum facere possunt masculi post impletum quartumdecimum annum, feminae post duodecimum.

IV, [1]. 3. Sententia. Filiusfamilias, qui militavit, de castrensi peculio tam communi quam proprio iure testamentum facere potest. Castrense enim peculium est, quod in castris acquiritur vel quod proficiscenti ad militiam datur.

Epit. Aeg.: Quicquid filiofamilias aut armis in castris acquiritur vel quod ei proficiscenti ad militiam datur, potest facere testamentum.

[2]. 4. Sententia. Caecus testamentum potest facere, quia accire potest adhibitos testes et audire sibi testimonium perhibentes.

[3]. 5. Sententia. Furiosus tempore intermissi furoris testamentum facere potest.

[4]. VI, 1. Interpretatio. Qui ab hostibus captus fuerit, in captivitate positus, quia servus est, non potest facere testamentum. Sed si quod testamentum ante fecit, si redierit, iure postliminii valet; si ibidem defecerit, beneficio legis Corneliae, qua lege etiam legitimae tutelae hereditatesque firmantur, valet.

[5]. VI, 2. Interpretatio. Qui pro aliquo crimine ad tempus aut in insulam relegatur aut in metallum deputatur, quia perpetuam damnationem non habet et testamentum facere potest, et si quid ei ex testamento derelictum fuerit, obtinebit.

[6]. VI, 6. Sententia. Ex his, qui ad testamentum adhibentur, si qui sint, qui Latine nesciant vel non intelligant, sed tamen sentiant, cui rei intersint, adhibiti non vitiant testamentum.

[7]. VI, 5. Sententia. Prodigus, recepta vitae sanitate ad bonos mores reversus, et testamentum facere et ad testamenti solennia adhiberi potest.

[8]. VI, 9. Interpretatio. Quoties in testamento evidenter, heres qui sit scriptus, non exprimitur, nulla firmitas est heredis; nam si evenit, ut testatori amici plures uno nomine nuncupentur, debet testator, quem de illis heredem appellat, rebus evidentibus declarare.

[9]. VI, 12. Interpretatio. In quot vult uncias testator assem suum in diversos heredes dividere potest, ut faciat,

---

III. IV. *(Cod. A 1).* a) *deest c.* b) face *c.* c) sensuum *c.*

1) Huius vocis vim originemque non habemus cognitam.

per XII uncias, hoc est per XII uncias porciones, aut ad aeclesiam aut ad propincos dividere potest; et illa alia medietatem, quod superest, si ad qualecumque hominem facere voluerit, liberam habeat potestatem.

V.

5 Item alia. Qui ad servum alienum libertatem fecerit, ipsa libertas stabilis esse non potest; et si aliquid dederit in ipsam libertatem, hoc ipse servus habere debet.

VI.

Item alia. Quicumque homo, qui ad filium suum et ad extranium hominem de facultatem suam ad ambus cartam fecerit et filiam habuerit, ille filius et ille extraneus ad illam 10 filiam de suas porciones, quod per cartam acciperunt terciam partem ei dent; quod si duo fratres fuerint et tercius extraneus, et ad[a] totus tres equales cartas factas fuerint, illi duo fratres de suam porcionem ad suam sororem terciam dent, et ille extraneus illam suam porcionem, hoc est illam mediam facultatem, in integro sibi vindicavit.

VII.

15 Item alia. Quicumque homo, dum in morte est constitutus, si testamentum fecerit et per suam scienciam uxorem suam prignantem habuerit et postea, si vivo patre infans natus fuerit, et ipsum testamentum pater eius non remutaverit, ipse testamentus est vel esse non potest. Nam si post patris mortem ipse infans natus fuerit, et testamentus factus fuerit, ipse testamentus firmus permanebit.

20 VIII.

Item alia. Qualecumque hominem, qui suam familiam per qualecumque ingenio occisserit, ipsius heredes suam facultatem ante[b] eam[b] inter se non dividant, quam de ipsa familia vindicta faciant.

IX.[c]

25 [1]. Item alia. Quicumque homo alico heredem scribit in suo testamentum, et circa finem mortis sue ipsi heredes ei contra directum aliqua grave iniuriam fecerit, si voluerit, ille, qui ipsum testamentum fecit, propter illas iniurias ipsum heredem de sua facultatem exeredare potest.

[2]. Item[d] alia. Si quis homo, qui in testamentum heres scriptus est, sciat se, ut post 30 mortem ipsius, qui illum testamentum fecit, ipsam hereditatem, quam ei fecit, de presente

---

si voluerit, et XV et XX uncias et in maiori numero; aut certe, si voluerit, et in minori potest, hoc est, aut VII aut IX aut quot voluerit in minori modo uncias facere potest. Si vero XII uncias impleverit, id est, totum assem, in testamento suo, et postmodum alteri dicat: 'Ille heres mihi esto', et non dicat, in quot uncias; quia nihil impleto asse in hereditate remansit, illi, qui in XII uncias heredes nominatim instituti sunt, medietatem tollunt et medietatem ille, qui post impletum 35 assem heres est posterior sine portione aliqua nominatus. . . . . . .

[V]. VI, 13. Interpretatio. Si servum alienum aliquis data libertate heredem instituerit, institutio quidem facta valebit; sed libertas alieno servo data valere non poterit.

[VI]. VI, 14. Interpretatio. Si quis filium suum et extraneum aequis partibus testamento scribat heredes, filia praetermissa tantum de portione germani sui, quantum de extraneis revocabit. Si vero duo filii fuerint heredes scripti, 40 filia praetermissa duobus fratribus tertiam tollit et extraneis dimidiam.

[VII]. VI, 15. Interpretatio. Si pater moriens in testamento suo, sciens, uxorem praegnantem se habere, ita scribat, ut, si qui filii post mortem ipsius nati fuerint, heredes sint; si post mortem patris nati fuerint, valeat testamentum. Nam si post testamentum vivo patre nati fuerint, et testamentum pater non mutaverit, rumpent testamentum.

[VIII]. VII, 1. Interpretatio. Quicumque a familia sua occisus fuerit, hereditas illius ab herede adiri non potest, 45 nisi prius de familia quaestio fuerit ventilata, et mors occisi fuerit vindicata.

Epit. Aeg.: Quicumque a familia sua fuerit occisus, hereditas illius non dividatur, antequam mors illius vindicetur.

[IX, 1]. VII, 10. Interpretatio. Heredi scripto, qui aliquid contra ultimam defuncti fecerit voluntatem, ut indigno aufertur hereditas; si tamen nihil contra leges in eius testamento fuerit comprehensum.

[2]. VII, 13. Sententia. Scriptus heres, ut statim in possessionem mittatur, iure desiderat. Hoc post annum iure 50 impetrare non poterit.

[2]. VII, 14. Sententia. In eo testamento, quod nec, ut oportuit, oblatum nec publice recitatum est, heres scriptus in possessionem mitti frustra desiderat.

V—IX. *(Cod. A 1).* a) d *corr., ut videtur,* ad *c.* b) *pro* ante eam *lege:* antea, c) *numerum ad §. sequentem praebet c.* d) VIIII. Item *c.*

recipiat. Nam si infra ipsum annum ipsa hereditatem non reciperit, nec in suum testamentum ante propincus recitatum non fuerit, de ipsam hereditatem postea non habeat potestatem.

[3]. Item alia. Qui testamentum facit et forsitam unum[a] de suis heredes in ipsum testamentum non scribit, pro illo solo ipse testamentus non rumpitur; sed dare ei potest, ad eum, qui in ipso testamentum non est scriptus, de mobilem rem, hoc est de auro et argento aut de peculium aut de alia quicumque mobile rem, si voluerit, dare ei potest.

[4]. Item alia. Qui testamentum facit, omnia et ex omnibus de suam facultatem, tam terris quam mancipiis vel pecoribus, et omnia, tam mobile quam inmobile, quid ad vitam hominis pertinet, in suo testamentum scribere debit[1]; et si ad eclesias vel ad extraneos[b] homines vel aut ad servus aut quid ad suos ministeriales donat, omnia quid in sua potestatem habet ille, qui testamentum facit, omnia in ipso testamentum scribere debit.

[5]. Item alia. Si quis testamentum fecerit et in ipsum testamentum cui voluerit et aliquit donaverit et postea alterum testamentum fecerit, et si illum priorem testamentum non ruperit, ille secundus testamentus non valebit, sed ille prior testamentus firmus permaneat.

[6]. Item alia. Si quicumque mulier ingenua ad filium suum carta facere voluerit aliquantum de sua facultatem, hoc facere potest, et[c] super ipsa carta remanet cum fratres suus dividat.

EXPLICIT PAULI LIBER III.

INCIPIUNT[a] CAPITULA DE LIBRO XXVI.

IX, [3]. *Incertum est, ad quod caput fontis haec pertineant.*

[4]. *Auctor ante oculos habuisse videtur totum titulum IX, praecipue fortasse hanc sententiam:*

28. Sententia. Fundo cum omni instrumento rustico et urbano et mancipiis, quae ibi sunt, legato, tam suppellex quam aeramentum, itemque argentum et vestes, quae ibi paterfamilias instruendi gratia habere solet, debebuntur, item ea mancipia, quae usui patrifamilias esse solent, itemque aves et pecora, quae instruendarum epularum gratia in fundo comparata sunt, exceptis his, quae ibi custodiae causa deposita sunt.

Cf. etiam alias nonnullas sententias, ex. gr.:

51. Sententia. Suppellectile legata, capsae, armaria, non solum librorum, aut quae vestis ponendae gratia parata sint, debebuntur, sed et byssina et crystallina et argentea et vitrea vasa, tam escaria quam pocularia, et vestes stratoriae legato cedunt.

60. Sententia. Avibus legatis, anseres, phasiani, gallinae et aviaria debebuntur. An autem phasianarii et pastores anserum, voluntatis quaestio est.

61. Sententia. Dulcibus legatis, sapa, defrutum, mulsum, dulce etiam vinum, palmae, caricae, uvae passae debebuntur. Sed in hoc quoque voluntatis est quaestio, quia et in specie pomorum comprehendi possunt.

62. Sententia. Frugibus legatis, tam legumina quam hordeum et triticum continentur.

63. Sententia. Veste legata, ea cedunt, quae ex lana et lino texta sunt; item serica et bombycina; quae tamen induendi, operiendi, cingendi, sternendi iniciendique causa parata sunt. Pelles quoque indutoriae continebuntur.

[5]. 76. Interpretatio. Si quis facto testamento, in quo aliquibus legata reliquerat, aliud postmodum fecerit testamentum et illa legata, quae priori testamento dederat, abstulerit vel codicillis fortasse removerit, si illud prius testamentum post mortem testatoris prolatum fuerit, et legata heres scriptus absolverit, quae in posteriore testamento vel codicillo remota sunt, is, qui ex priori testamento legatum consecutus est, reddere iubetur, quod sequentibus scripturis ostenditur fuisse sublatum.

[6]. XI, 3. Interpretatio. Ea, quae mater superstes filio per legitimam scripturam donavit in Falcidiam ei post mortem matris a germanis suis non possunt imputari; sed in partem sibi debitam salva donatione succedit.

EXPLICIT LIBER TERTIUS.

[IX, 3—6]. a) vivu *c.* b) extraneas (a *punctis appositis del.*) *c.* c) *supplendum videtur* quod.

Lib. XXVI. *Indicem titulorum praebent A* 1. *B.* a) I. c. *des. B.* b) donatione *B.* c) testamentu *A* 1; testamento *corr.* -tum *B.* d) fec̄ *B.* e) alterius *B.* f) libertate fecit (*corr.* facit) *B.*

1) Cf. de hac lege commentationem meam p. 36 sqq. et supra praef. p. 297.

INCIPIT[n] LIBER IV.

I.

[1]. De dotem. Qui dotem ad suam uxorem facit, postea eam in suo testamento confirmare potest.

[2]. Item alia. Surdum et mutum et per testamentum et sine testamentum hereditatem collegere debet.

[3]. Item alia. Quicumque homo in infirmitatem positus est et cuicumque de sua facultatem aliquid donare voluerit et forsitan carta nec facere nec firmare potest, tamen ante testes ingenuus per hec verba sine carta donare potest, si ad ipsos testes dicit: 'Rogo, peto, volo, mando, deprecor, cupio, iniungo, desidero quoque et inpetro vos, mei dulcissimi amici, ut ad istum hominem testimonium portetis, ut et ista causa de meas res habeat, quas ego ei ante vos per meum verbum dono'. Si hec omo in die mortis sue fecerit, hoc sine carta firmum habere potest.

II.

Item alia. Qui testamentum facit, et suas res [et[a]] extraneas per ipsum testamentum dare potest; sed pro illas extraneas res de suas res similis ad illum hominem dimittit, cuius res extraneas scribit in suo testamento.

III.

Item alia. Quicumque ad suos homines libertatem facit et postea testamentum fecerit, omnes illius libertus sicut ingenuus in suo testamento scribere debet.

IV.

[1]. Item alia. Qui testamentum facit, et si filium suum in ipso testamento heredem

---

INCIPIT PAULI SENTENTIARUM LIBER IV.

I, 1. Interpretatio. Uxori, cui maritus testamento suo dotem, quam ab ea accepit, legati titulo dereliquit, ex ea fideicommissum, hoc testator si iubeat, dare non cogetur; quia non de mariti bonis aliquid consequitur, sed quod dederat recepisse videtur.

[2]. 4. Interpretatio. Si a quocumque per testamentum surdus aut mutus heres fuerint instituti aut ab intestato fortasse successerint, si quid aut per testamentum aut per legitimum numerum fideicommissi nomine, ut dare debeant, fuerint delegati, id dare omnimodis compelluntur.

[3]. 5. Interpretatio. Qui fideicommissum cuicumque dimittit, potest his verbis ad eum, cui reliquerit, loqui: 'Volo tibi de rebus meis illud esse donatum', aut: 'Spero a te, ut illa re digneris esse contentus'. Quod tamen debet aut testamenti serie aut testium professione constare.

[3]. 6. Sententia. Fideicommittere his verbis possumus: 'rogo, peto, volo, mando, deprecor, cupio, iniungio'. 'Desidero' quoque et 'impero' verba utile faciunt fideicommissum. 'Relinquo' vero et 'commendo' nullam fideicommissi pariunt actionem.

Interpretatio. Si quando fideicommissum relinquitur, precativis verbis relinqui potest, ut roget quis, iniungat, petat, speret, ut id, quod fidei suae commissum est, ad eum, quem testator voluit, sicut iniunxit, ita faciat pervenire. Nam si dicat quis: 'Dimitto hoc illi', vel: 'Commendo', quia verba directa sunt, fideicommissi locum habere non possunt.

[II]. I, 7. Interpretatio. Per fideicommissum unusquisque potest tam proprias res quam alienas dimittere. Sed si suas dimiserit, ipsae, quae relictae sunt, dantur; si vero alienas, aut aestimationem dimissae rei dare, aut ipsas redimere et dare heres, cuius fidei commissum est, iure compellitur.

[III]. I, 16. Sententia. Quoties libertis fideicommissum relinquitur, ad eos tantummodo placuit pertinere, qui manumissi sunt vel qui in eodem testamento libertatem intra numerum legitimum consecuti sunt.

Interpretatio. Si quando libertis fideicommissum relictum fuerit, his debetur, qui manumissi sunt, vel eis, qui intra legitimum numerum libertatem fuerint consecuti. . . . . . .

[IV, 1]. I, 12. Interpretatio. Si ita fideicommissum filiofamilias relinquatur, ut cum emancipatus a patre fuerit vel

---

g) homnem facultatem suam *B.* h) *B;* noluerit *corr.* voluerit *A* 1. i) morit q: (= que) *A* 1; mori quod *B.* k) *ita B;* fac̄ *A* 1. l) liberatorum *B.* m) heres *A* 1; hered̄ *B.* n) *Textus totius libri huius deest A* 2, *usque in mediam §. 2. tit. IV. deest B.*

I—IV, [1]. *(Cod. A).* a) *supplendum videtur.*

dimittere voluerit, opportit ei, ut ipsum filium antea mancipare debeat; quod si mancipatus non fuerit, senior de ipso testamento esse non potest.

[2]. Item alia. Si quiscumque persona de suo testamento ad qualecumque straneum hominem aliquam rem exinde dedit, et postea, si ipsius heredes, qui illam rem dedit, ad alium hominem et ipsam rem vindiderit, si ipse homo hoc sciendum conparaverit, quod[a] 5 ipsa res alteri[b] fuisset donata, ille, qui eam conparavit, hoc habere non potest; sed ipse eam[c] recipiat, cui per testamentum scriptum est.

V.

Item alia. Quicumque homo, qui testamentum fecerit et qualecumque heredem sibi instituerit, aut ecclesiam[a] aut forsitan extraneum hominem, si voluerit, hoc facere potest; 10 sed[b] videat, quod ad suos heredes per suum[c] testamentum[c] quartam porcionem dimittat. Si plus dimittere voluerit, in sua[d] est potestate[d]; nam minus de quarta[e] dimittere non debit[f, 1].

VI.

[1]. Item alia. Qui in suo testamento straneum[a] hominem sibi[b] heredem scribit[c], et postea ipsius parentes, qui testamentum faciat[d], dividere cum eo noluerint[e], ipse extranius[f] 15 eos ante iudicem mittat; et postea per mandatum iudicis cum ipso, aut[g] voleant aut non voleant[g], dividant.

[2]. Item alia. Si quicumque mulier ingenua post mortem mariti sui testamentum fecerit et postea infantem habuerit, si alium testamentum non fecerit, ille infans, qui postea natus est, testamentum priore[a] rumpet. 20

VII.

[1]. Item alia. Quicumque omo[a] ingenuos omne[b] suam facultatem, cuicumque voluerit[c], donare licencia[d] abeat; set tamen quartam ad eredes[e] dimittat.

[2]. Item[a] alia. Omnes sciant, ut post mortem ipsius, qui testamentum facit, illi[b] heres[b] ipsum testamentum ante iudices aperiatur[c] et ante eos legere faciant[d], et qui ipsum 25

---

cum sui iuris factus fuerit, fideicommissum relictum, quocumque modo patria potestate fuerit liberatus, id, quod relictum est, ei iure debetur.

[IV, 2]. I, 15. Interpretatio. Si rem, quae per fideicommissum alicui relicta est, cuicumque heres vendiderit et eam sciens relictam alii aliquis comparaverit, fideicommissarius in possessionem sibi deputatam mitti iure deposcit.

[V]. III, 3. Interpretatio. Lex Falcidia similiter et Pegasianum senatusconsultum, facta hereditarii debiti ratione 30 et separatis his, quae in honorem Dei ecclesiis relinquuntur, quartam hereditatis ex omnibus ad scriptum heredem censuit pertinere.

[VI, 1]. IV, 3. Interpretatio. Si is, qui heres scriptus est et alteri hereditatem restituere iussus est, adire hereditatem dissimulet, potest fideicommissarius obtinere, ut is, qui heres in hoc ordine scriptus est, et hereditatem adire et restituere iubeatur. 35

[1]. IV, 4. Interpretatio. Qui hereditatem, quam restituere iussus est, adire dubitabat, si eam suscipere compulsus fuerit, integram eam fideicommissario reformare compellitur.

[2]. V, 2. Interpretatio. Si mulier post factum testamentum filium pepererit et testamentum nato filio non mutaverit, filius praeteritus de inofficioso matris testamento agere potest.

[VII, 1]. V, 5. Interpretatio. Si pater filium ex asse heredem instituat et per fideicommissa aut legata heredi- 40 tatem ipsam totam diversis distribuat, filius contra patris testamentum de inofficioso agere non potest, quia quartam sibi aut per legem Falcidiam aut per senatusconsulti beneficium retinebit.

[1]. V, 6. Interpretatio. Quoties Falcidia filiis computanda est, de asse hereditatis primo loco defuncti debita detrahuntur et expensa, quae in funere eius praestita est. Sed et collatae libertates nihilominus debebuntur. Et sic liberis Falcidia, id est uniuscuiusque portionis quarta portio, debetur. 45

[2]. VI, 1. Sententia. Tabulae testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes vel maxima pars eorum adhibeatur, qui signaverint testamentum, ita ut, agnitis signis, rupto lino, aperiatur et recitetur atque ita describendi exempli fiat

---

[IV, 2]. a) *hac voce denuo incipit textus cod. B, ubi in margine:* PAULI·IIII· b) alio *B.* c) eas *B.*

V. (*Hic titulus et reliqui omnes usque ad finem legis exstant in codd. A* 1. *B, des. A* 2). a) ęclesiam *A* 1. b) *deest B.* c) suo testamento *B.* d) suam et potestatem *B.* e) par̄ (= parte) *add. A.* f) debet *B.* 50

VI. a) extraneum *B.* b) *B; sive A* 1. c) scribet *B.* d) fac̄ *B.* e) *B;* voluerit *A* 1. f) extraneus *B.* g) vellint nollint *pro* aut — non voleant *B.*

[2]. a) priorem *B.*

VII. a) homo ingenuus *B.* b) omnem *B.* c) *B; si v. A* 1. d) licenciam habeat *B.* e) hered̄ *B.*

[2]. a) *deest B.* b) ille heredes *B.* c) aperiantur *corr.* aperiatur *B.* d) faciat *B.* 55

1) Est quarta illa portio, quam Raeti Falsiciam dicere soliti sunt.

firmaverunt[e] suas suscripciones[f] recognuscant[f], et cui alique[g] donavet[g], aut si livertus[h] fecit, de ipsum testamentum exinplarias tollantur, et unusquisque sua[i] firmitatem secum portet[k], et[l] illum testamentum super segillatum[m] in regestorio domenico[n. 1] reponatur.

VIII.

5 **[1]. Item alia. Qui testamentum alterius pro[a] qualecumque ingenio falsaveret[b] ad[c] legem Cornilie iudicetur[d], tam ille, qui eum fraudavet[e] aut delivet[e], quam omnes[f], qui in tale[g] scelus[g] ei conssenciunt[h].**

[2]. Item alia. Si cuicumque testamentus fraudatus fuerit, infra annum illum requirere debet, ut postea suam causam[a] non perdat.

10 **[3]. Item alia. Patruus et agnatus, quod in lege dicitur, illi sunt, qui ad patrem pertinent, oc[a] est fratrem[b] patris vel alii patres[c] propinqui; nam qui ad matre[d], pertinent, illi dicuntur abuncoli[e] et cognati.**

IX.

[1]. Item alia. Ille homo, qui sic moritur, qui testamentum[a] non faciat[b], sua ereditas[c] 15 **ad suos filios debet pervenire; et si filii non sunt, ad suos propincos[d], qui de patre sunt, ipsa hereditas perveniat. Nam ipsa hereditas ad feminas venire non potest[e], excepto[f] si mascoli[g] non fuerint, parentes matres[h] tunc in ipsa hereditate succedant[i. 2].**

[2]. Item alia. Qui per testamentum suam facultate[a] inter suus[b] heredes non dividet, si vero multi heredes sunt, et post morte[c] parentum[c] suorum alteri[d] de ipsis volunt devi- 20 **dere[e] et alteri[d] per malum ingenium forsitan[f] non volunt dividere, lex taliter precipit[g], ut illi, qui dividere non volunt, suam porcionem[h] perdant, et illi, qui dividere volunt, et suas et illorum porciones[h] in integro adquirant.**

---

potestas, ac deinde signo publico obsignatum in archium redigatur, ut, si quando exemplum eius interciderit, sit, unde peti possit.

25 *Cf. Epit. Guelf.*: Testamentum quomodo aperire dibiat. Hoc modo: subscriptores testes, qui signaverint, ut agnitis, signis, aperiatur, et exinde exemplaria fieri et sic in arcivo reponi.

2. Sententia. Testamenta in municipiis, coloniis, oppidis, praefectura, vico, castello, conciliabulo facta, in foro vel basilica, praesentibus testibus vel honestis viris, inter horam secundam et decimam diei recitari debebunt exemploque sublato ab iisdem rursus magistratibus obsignari, quorum praesentia constat aperta.

30 [VIII, 1]. VII, 1. Sententia. Qui testamentum falsum scripserit, recitaverit, subiecerit, signaverit, suppresserit, amoverit, resignaverit, deleverit, poena legis Corneliae de falsis tenebitur, id est, in insulam deportatur.

[1]. VII, 2. Sententia. Non tantum is, qui testamentum subiecit, suppressit, delevit, poena legis Corneliae coercetur, sed et is, qui sciens dolo malo id fieri iussit faciendumve curavit.

[2]. VII, 6. Sententia. Edicto perpetuo cavetur, ut, si tabulae testamenti non appareant, de earum exhibitione 35 interdicto reddito intra annum agi possit, quo ad exhibendum compellitur, qui supprimit. Tabularum autem appellatione cartae quoque et membranae continentur.

[3]. VIII, 1. Interpretatio. Agnati sunt, qui per virilem sexum descendunt; cognati autem, qui per femineum. Et ideo patrui vel patruorum filii et agnati et cognati sunt; avunculi vero et eorum filii cognati sunt, non agnati.

40 [IX, 1]. VIII, 3. Interpretatio. Feminae, nisi fratribus consanguineis, intestatis aliter cum agnatis succedere non possunt; quia nec cognati masculi ad successionem intestatorum vocantur, nisi quando agnatos deesse constiterit. Sane deficientibus agnatis, cum cognati succedunt, possunt feminae cum viris, quae aequalis gradus sunt, iure succedere.

[2]. VIII, 7. Interpretatio. Si quando multi heredes legitimi fuerint derelicti, et aliqui eorum hereditatem praetermiserint vel adire noluerint, portiones eorum, qui omiserint vel adire noluerint, his legitimis, qui adierint, acqui- 45 runtur. . . . . .

---

e) firmaverͣ *B.* f) subcripciones recognoscant *B.* g) aliquid donavit *B.* h) libertos *B.* i) suam *B.* k) *B;* portent *A* 1. l) *B;* ut *A* 1. m) sigillatum *B.* n) dominico *B.*

VIII. a) per *B.* b) falsaverit *B.* c) a lege Cornilia *B.* d) indicetur *B.* e) fraudavit aut delevit *B.* f) oms̄ *B.* g) *B;* talem excelus *A* 1. h) *ita e corr. A* 1; consenciunt *B.*

50 [2]. a) causa *B.*

[3]. a) hoc *B.* b) patrem *add. B.* c) patris *B.* d) matrem *B.* e) avunculi *B.*

IX. a) taestamentum *B.* b) facit *B.* c) hereditas *B.* d) propinquos *B.* e) poē *A* 1. f) exepto *A* 1. g) masculi *B.* h) matris *B.* i) succedunt *B.*

[2]. a) facultatem *B.* b) sui hered̄ *B.* c) mortem parentorum *B.* d) alii *B.* e) dividere *B.* f) forsitan̄ 55 n̄ volunt *A* 1. g) precep̄ *B.* h) porc̄i *B.*

1) Verba *regestorium domenicum* hoc loco ad archivum episcopale referenda esse videntur. 2) Cf. Schupfer II, p. 39; v. Salis, Lex Rom. Cur. p. 171, et commentationem meam p. 33.

X.

[1]. Item alia. De[a] ius liberorum. Interpretatio[a]. Mulier ingenua, aut[b] que[b] civinca[c] Romana liberta dimissa est, tunc est ius liberorum consecuta, cum aut III aut IV partus[d] habuerit. Quod si gemellus[e] infantes habuerit, pro uno partu reputetur[f]; nam si III aut quatuor vices non peperit, ius liberorum habere non potest[g]. Quod si ipsa mulier talem infantem habuerit, qui tota membra sic non habeat, sicut[h] alteri homines, ipse partus pro libero non amittatur. Nam si digitus[i] duplos aut aures[k] habuerit, ipse partus pro libero reputabitur[l].

[2]. Item alia. Infans, qui in septimo[a] aut[b] in decimo mense natus fuerit, pro legitimo[c] partu reputabitur. Et cive[d] Romana ingenua, si quatuor filios legitimum[e] tempus natus[f] vel sano[g] corpore peperit, ius liberorum habet et testamentum facere potest[h].

XI.

[1]. Item alia. Si duo heredes unum servum habuerint[a] insimul, si unus de illos heredes ipsum servum sine illius alii conveniencia[b] liberum demiserit[c], tollet ipsum servum de sua potestate ille, qui eum liberum dimisit, et totus[d] ipse servus cum omnem[e] suam facultatem illius est[f], qui eum ingenuum[g] dimittere[h] noluit[i].

[2]. Item alia. Si cuiuscumque servus ante iudicem venerit, et ipse servus de qualecumque causa incusatus[a] fuerit, et si eum aut in carcere[b] aut in[c] catenis aut in trabalium[d] miserit, et unde acusatus[a] fuerit et[c] exinde culpabilis non fuerit, pro illa pena, que[e] sine culpa[f] sustenuit[g], liberum demittatur[h].

[3]. Item alia. Qui in suum[a] testamentum extraneum hominem heredem scribit et ipsum hominem rogat, ut alicum denominativum suum servum ingenuum faciat, quod si ille omo[b] mortuus fuerit, quem[c] rogavit illum servum ingenuum dimittere, sui heredes, si noluerint, post eius mortem inviti ipsum servum ingenuum dimittant.

[4]. Item alia. Quicumque homo, cum ad mortem venerit, si voluerit, de[a] suos servus[b], qui ei placuerit, postquam eum liberum fecerit, potest eum tutorem a[c] filiis suis dimittere, qui eorum facultates[d] gobernare debeat[e].

[X, 1]. VIII, 8. Sententia. Matres tam ingenuae, quam libertinae cives Romanae, ut ius liberorum consecutae videantur, ter et quater peperisse sufficiet, dummodo vivos et pleni temporis pariant.

[1]. VIII, 9. Sententia. Quae semel uno partu tres filios edidit, ius liberorum non consequitur; non enim ter peperisse, sed semel partum fudisse videtur; nisi forte per intervalla pariat.

[1]. VIII, 10. Sententia. Mulier, si monstrosum aliquid aut prodigiosum enixa sit, nihil proficit; non sunt enim liberi, qui contra formam humani generis converso more procreantur.

[1]. VIII, 11. Sententia. Partum, qui membrorum humanorum officia ampliavit, quia hac ratione aliquatenus videtur effectus, matri prodesse placuit.

[2]. VIII, 12. Sententia. Septimo mense natus matri prodest; ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, ut aut septimo pleno aut decimo mense partus maturior videatur.

[2]. VIII, 14. Sententia. Libertina ut ius liberorum consequi possit, quater eam peperisse sufficit.

XI, 1. Interpretatio. Si aliquis servum communem manumiserit, eundem manumittendo nec Latinum nec civem Romanum facere potest; et ideo portio eius manumissori perit et alteri domino ex integro, quasi eius tantum proprius fuisset, acquiritur.

[2]. 3. Sententia. Tormentis apud praesidem subiectus et de nulla culpa confessus ad iustam libertatem perduci potest.

[3]. XII, 2. Interpretatio. Si testator fideicommisso servum iusserit manumitti, et ita evenerit, ut, antequam manumissio daretur, is, cuius fidei commissa libertas est, moriatur, heres eius ad manumissionem praestandam, quam auctor suus daturus erat, iure compellitur.

[4]. XII, 3. Interpretatio. Si quis moriens servis suis libertatem dandam filiorum fidei commiserit eosque filiis suis tutores esse praeceperit, hoc ordine fideicommissa libertas aliquatenus impeditur; quia nec pupilli sine tutoris auctoritate servos manumittere possunt, et qui tutores a patre nominatim relictos habent, alios tutores habere non possunt......

X. a) De — Interpr. *des. B.* b) autq (= autqui) *A* 1; autq: (autque) *B.* c) civemque *B.* d) partos *B.* e) gemellos *B.* f) reputatur *B.* g) podent *B.* h) et *add. B.* i) digitos *B.* k) aure *B.* l) conputabitur (cput.) *B.*

[2]. a) septo *B.* b) *deest B.* c) legetimo *corr.* legitimo *B.* d) civem *B.* e) *B;* legitimus *corr.* legitimos *A* 1. f) natos *B.* g) sana *corr.* sano *A* 1. h) *B;* possunt *A* 2.

XI. a) insimul habuerint *B.* b) *B;* conventu *A* 1. c) dimiserit *B.* d) *B;* totum ipsum servum *A* 1. e) omnia *B.* f) *deest B.* g) liberum *B.* h) dimitere *A* 1. i) voluit *B.*

[2]. a) accusatus *B.* b) carcerem *B.* c) *deest B.* d) trevalio *B.* e) quod *B.* f) culpam *B.* g) sustinuit *B.* h) dimittatur *B.*

[3]. a) suo testamento *B.* b) homo *B.* c) *B;* qui *A* 1.

[4]. a) *deest B.* b) servos *B.* c) ad *B, quod intelligendum est.* d) facultatem gubernare *A* 1. e) debeat *B.*

[5]. Item alia. Quicumque homo, qui per testamentum servus[a] suus libertus[a] facit et postea forsitan per cuticellos[b], hoc est per alias cartas, alteros[c] suos servus[d] liberos dimiserit, si plus homines ad numerum[e] liberos dimiserit, quam lex Fufia[f], hoc est lex Caninea[g], continet, postea illi liberti revertantur[h] ad servicium[i], qui per cuticellus[b] sunt liberi di-
5 missi, nam non illi, qui per testamentum sunt liberi dimissi.

XII.

Item alia. De numero[a] servorum manummittendorum. Interpretatio. Quantus[b] liceat ad qualecumque personam[c], quamvis grande[d] familia[d] habeat, plus ei non licet liberos dimittere, quam in lege Fufia[e], hoc est Caninea[f], dicit[g]; hoc[h] est: qui duos ser-
10 vus[i] habet, unum liberum dimittat et unum non; et qui X habet, V liberos dimittat[k] et V non; et qui plus habet usque ad XXX, terciam partem[l] liberos dimittat et duas non; et qui C mancipia[m] habet, quartam partem[n] de ipsas[o] liberas potest[p] dimittere et tres[q] partes non; et qui quingentus[r] servus habet, C ingenuus[s] dimittere potest, hoc est quintam[t] par-
tem[u], nam illas quattuor[u] partes non; et nec, si[v] quamvis maiorem[w] numerum servorum
15 habeat, plus de hoc numero ingenuare non potest.

EXPLICIT PAULI SENTENCIARUM[x] LIBER IV.

INCIPIUNT[a] CAPITULA[a] DE LIBRO XXVII.

INCIPIT LIBER V.

I. De liberali causa.

[1]. Interpretatio. Quicumque homo ingenuus, si per qualecumque necessitate filios

---

35 [5]. XIII, 2. Interpretatio. Quoties per testamentum et codicillum libertates dantur, qui in codicillo manumissi sunt, sive ante testamentum factus sit codicillus, sive postea et testamento confirmatus sit, posteriori loco tamen habendi sunt, qui per codicillos fuerint manumissi. Et ideo computatis primum, qui testamento manumissi sunt, tum illi, qui in codicillis manumissi numerantur. Et si maior numerus per codicillum, quam in lege Fusia Caninia continetur, illi libertatem perdunt, qui in codicillo super legitimum numerum manumissi inveniuntur.

40 [XII]. XIII, 4. Sententia. Lege Fusia Caninia cavetur, ut certus servorum numerus testamento manumittatur: subductis igitur a duobus usque ad decem pars dimidia, a decem usque ad triginta pars tertia, a triginta usque ad centum pars quarta, a centum usque ad quingentos pars quinta. Plures autem quam centum ex maiori numero servorum manumitti non licet.

EXPLICIT PAULI SENTENTIARUM LIBER IV.

---

45 [5]. a) servos suos libertos *B.* b) codicellos *B.* c) alios *B.* d) servos *B.* e) mumerum *A* 1. f) Fafia *B.* g) Caninia *B.* h) reū|tantur *B*; reū|tuntur *A* 1. i) servicio *B.*

XII. a) numerum *B.* b) Quantos *B.* c) psona *B.* d) grandem familiam *B.* e) Fafia *B.* f) Caninia *B.* g) dic̄ *A* 1; dicet *B.* h) h. e. *des. B.* i) servos *B.* k) dim̄ *codd.* l) par̄ *codd.* m) mancipias *B.* n) *B*; pat̄ *A* 1. o) ipsos liberos *B.* p) d. p. *B.* q) trē *A* 1; III *B.* r) D servos *B.* s) ingenuos *B.* t) *B*;
50 V par̄ *A* 1. u) *B*; IIII par̄ *A* 1. v) *B*; sic *A* 1. w) *B*; moior numerus *A* 1. x) sen̄ *A* 1; senten *B.*

Lib. XXVII. *(Hic liber deest A 2).* a) *des. B.* b) conparaver̄ *A* 1. c) racōē pleb̄ *B.* d) banno *corr.* damno *A* 1. e) alium hominem *B.* f) mallare *B.* g) maiores *B.* h) repeditione *B.* i) *B*; Deo *A* 1. k) *B*; ligavē *A* 1.

suos vindiderit[a], ipsorum ingenuitatem vindere[a] non potest. Sed quando ipsos filios suos, aut si[b] ipse se redimere voluerint, hoc facere possunt et ingenui permanebunt.

[2]. Item alia. Si quicumque[a] iudex qualecumque ingenuum ominem[b] in causas[c] fiscales conligaverit, pro hoc suam ingenuitatem non perdat.

[3]. Item alia. Si quicumque ingenuus homo propter forciam[a] de malos homines per suam voluntatem se ipsum ad alterum hominem commendaverit et ipse dixerit: 'Pro servo tibi volo esse, et tu me libera de malorum ominum[b] potestate aut de illorum forcia', pro tale commendacione[c], si hoc fecerit, suam ingenuitatem non perdat[d, 1].

II.

[1]. Item alia. Si servus homo qualecumque rem conparaverit, ipsam rem abere[a] non potest[b] nec vendere nec donare, nisi si ipsa[c] vendiccione ad suum dominum presentaverit, et per commiatum[d] domini sui hoc fecerit; nam si dominus[e] eius licenciam ei non dederit, hoc abere[a] non potest.

[2]. Item alia. Quicumque homo qualecumque facultate[a] aut per carta[b] aut per qualecumque legitima[c] causa adquesierit et exinde cum alico[d] hominem[e] ante iudice causacionem habuerit, si per directum[f] ipsa[g] rem habuerit, quod adquesierit[h], inter absentes homines per XX annos hoc vindicare[i] potest; nam inter presentes per X annos hoc vindicabit[k] et postea in perpetuo possidere[l] potest.

III.

Item alia. Si quis contra rationem turba[a] hominum collegerit[b], et si cuicumque homini malum fecerit, omnia in duplum[c] ei conponat[d]. Quod si homines ibidem[e] aut mortui aut plagati fuerint, hoc iudex secundum legem exinde iusticiam faciat.

IV.

[1]. Item[a] alia[a]. Quicumque homo per suam voluntatem alicui homini aut per incendium aut per ruinam aut per naufragium aut per raptum qualecumque[b] damnum fecerit, si

---

INCIPIT PAULI SENTENTIARUM LIBER V.

I. De liberali causa.

1. Sententia. Qui contemplatione extremae necessitatis aut alimentorum gratia filios suos vendiderint, statui ingenuitatis eorum non praeiudicant; homo enim liber nullo pretio aestimatur. Iidem nec pignori ab his aut fiduciae dari possunt; ex quo facto sciens creditor deportatur. Operae tamen eorum locari possunt.

[2]. 3. Sententia. Descriptio ingenuorum ex officio fisci inter fiscalem familiam facta ingenuitati non praeiudicat.

[3]. 4. Sententia. Qui metu et impressione alicuius terroris apud acta praesidis servum se esse mentitus est, postea statum suum defendenti non praeiudicat.

Epit. Aeg.: Non praeiudicat ingenuitati, si pauper potenti coactus acquieverit dicere: 'Servus tuus sum'.

II, [1]. 2. Interpretatio. Per liberas personas, quae nobis nulla conditione obligatae sunt, acquirere nihil possumus. Sed per procuratores acquiri nobis possessionem certum est. Nam si aliquid absente domino fuerit comparatum, non aliter ei acquiritur, nisi hanc ipsam venditionem sibi acceptam dominus esse consenserit.

[2]. 3. 4. Interpretatio. Viginti annorum non requisitam possessionem, si tamen iustum possidendi initium intercessisse probatur, possessori prodesse certum est. Iustum autem initium est emtionis, hereditatis, donationis, legati, fideicommissi et ceterarum rerum similium, quae per legitimas scripturas atque contractus ad uniuscuiusque dominium transire noscuntur. Huius autem rei praescriptio inter praesentes decennii est, inter absentes vero vicennii computatur.

III, 1. Interpretatio. Si aliquis collecta multitudine aut concitata seditione damnum cuicumque intulerit, si pecuniae damnum fiat, dupli redhibitione componitur; nam si corpus alicuius vel membra caede pulsata fuerint, huiusmodi admissum a iudice vindicatur.

[IV, 1]. III, 2. Sententia. Quidquid ex incendio, ruina, naufragio navique expugnata raptum, susceptum suppres-

---

I. a) vend. *pro* vind. *B.* b) se *B.*
[2]. a) homo *add. B.* b) hominem *B.* c) causa fiscale *B.*
[3]. a) forcia *B.* b) hominum *B.* c) conmandatione *corr.* c. *A* 1; commendacionem *B.* d) perdet *B.*
II. a) habere *B.* b) poest *A* 1. c) ipsam vendicionem *B.* d) comiatum *B.*
[2]. a) facultatem *B.* b) car̄ *B.* c) legitimam causam *B.* d) *B*; aliqua *A* 1. e) homine *B.* f) rectum *B.* g) ipsam re *B.* h) adqsivit *B.* i) vendicare *B.* k) *ita correxi*; vindicabis *A* 1; vendicavit *B.* l) possideƀ *B.*
III. a) turbam *B.* b) colligerit *B.* c) *B*; dublu *A* 1. d) conp̄ *B.* e) ibi *B.*
IV. a) *des. B.* b) raptum vel qualecumque *add. B.*

1) Cum hoc loco convenit formula Turonensis 43 (LL. Form. p. 158): *Qui se in alterius potestate commendat*, ubi is, qui se commendat, profitetur se 'ingenuili ordine serviturum'. Cf. commentationem meam p. 45; H. Brunner, 'D. RG.' I, p. 207.

infra annum exinde ante iudicem venerit, ille, qui hoc fecit, in quadrublum[c] solvat; et si post transitum anni exinde eum acusaverit[d], in[e] simbulo[e] reddatur.

[2]. Item alia. Quicumque homo sine causa cum turba hominum manu[a] collecta villas alterius distruxerit[b], capite puniatur.

5 [3]. Item alia[a]. Furones[b] vel raptores[b] in carcere[c] vel in alia vincula[d] damnentur.

V[a].

[1]. Item alia. De[b] incendio. Interpretatio[b]. Si quis alicui homini per[c] suam voluntatem[c] incendium fecerit, mala[d] pena susteneat[e]; et si per suam voluntatem ipsum[f] incendium non fecerit, illum damnum, quod fecit, in dublo[g] conponat.

10 [2]. Item alia. Si quis homo ad alterum hominem iniuriam fecerit, in arbitrio iudicis sit, quomodo exinde iudicium det, aut conponere debeat.

VI.

De calumniatoribus. Interpretatio. Hoc sunt calumniatores: omnes, qui, alteri[a] homini causas[b] conturbant pro[c] malo ingenio, aut qui[d] falsitatem de altero hominem[e] ad 15 iudicem portaverit, ut alterum hominem sine culpa noceat. Illi, qui hoc faciunt, aut in exilio mittantur aut capite puniantur.

VII.

Item alia. Qui carta[a] falsa[1] contra qualecumque hominem fecerit, ut eum noceat, aut in exilio aut in carcere mittatur.

20 VIII.

[1]. Item alia. Qui alterum hominem sine causa maledicit[a], in contumilio[b] deputetur aut fustigetur.

[2]. Item alia. Si alterius servus ad quemcumque[a] hominem aut aliquod contumilium intulerit aut grave[b] iniuriam fecerit, in custodia[c] mittatur. Nam si libertus hoc fecerit, 25 alicos[d] tempus in custodia[e] mittatur et postea in suo proprio revertatur.

---

sumve fuerit, eo anno in quadruplum eius rei, quam quis suppresserit, celaverit, rapuerit, convenitur; postea vero in simplum.

[2]. III, 3. Sententia. Hi, qui aedes alienas villasve expilaverint, effregerint, expugnaverint, si quidem id turba cum telis coacta fecerint, capite puniuntur. . . . . . .

30 [3]. III, 5. Sententia. Fures vel raptores balnearum plerumque in metallum aut in opus publicum damnantur. . . . . . .

[V, 1]. III, 6. Interpretatio. Si aliquis malitiae studio incendium miserit, de hoc crimine convictus poenis gravissimis iubetur interfici. Quod si per negligentiam factum incendium comprobatur, damnum, quod cuicumque illatum fuerit, resque, quae incendio perierit, dupli satisfactione sarciatur.

35 [2]. IV, 1. Sententia. Iniuriam patimur aut in corpus aut extra corpus *etc.*

[2], IV, 6. Sententia. Iniuriarum actio aut lege aut more aut mixto iure introducta est. Lege duodecim tabularum de famosis carminibus, membris ruptis et ossibus fractis.

[2]. IV, 7. Sententia. Moribus, quoties factum pro qualitate sui arbitrio iudicis aestimatur, congruentis poenae supplicio vindicatur.

40 [VI]. IV, 11. Sententia. Qui per calumniam iniuriae actionem instituit, extra ordinem punitur; omnes enim calumniatores exsilii vel insulae relegatione aut ordinis amissione puniri placuit.

[VII]. IV, 15. Sententia. Qui carmen famosum in iniuriam alicuius vel alia quaelibet cantica, quo agnosci possit, composuerit, ex auctoritate amplissimi ordinis in insulam deportatur. . . . .

[VIII, 1]. IV, 18. Sententia. Maledictum itemque convicium publice factum ad iniuriae vindictam revocatur; quo 45 facto condemnatus infamis efficitur.

[2]. IV, 20. Sententia. Servus, qui iniuriam aut contumeliam fecerit, si quidem atrocem, in metallum damnatur, si vero levem, flagellis caesus sub poena vinculorum temporalium domino restituitur.

---

c) quadruplum *B.* d) accusaverit *B.* e) simpliciter *pro* in s. *B.*

[2]. a) in unu *B.* b) destruxerit *B.*

50 [3]. a) *deest B.* b) furores vel latrones *B.* c) carcerem *B.* d) uiincula *B.*

V. a) *deest codd.* b) De inc. Int. *des. B.* c) p. s. v. *des. B.* d) mala pena *B.* e) sustinebit *B.* f) *deest B.* g) duplum *B.*

VI. a) alio *B.* b) causam *B.* c) per *B.* d) *B;* quid *A* 1. e) homine *B.*

VII. a) cartam *B.*

55 VIII. a) maledixerit *B.* b) contumelio *B.*

[2]. a) quecumque homine aliqua contumelia *B.* b) gravem *B.* c) custodiam *B.* d) aliquos *B.*

1) Monendum est auctorem legis de carta falsata agere, Paulo de 'carmine famoso' loquente.

IX.

Item alia. Quicumque homo ad[a] suo adversario ante iudicem per terciam vicem adcusaverit[b], unde inter eos intencio fuerit, et ille, quem acusat[c], nec per verbo[d] nec per sigillum[1] ante iudicem venire noluerit, iudex ipsum sicut contumacem iudicare debit[e].

X. 5

Item alia. Qui post longum tempus alterum hominem de qualecumque causa amallare voluerit, inter presentes infra X annos[a] hoc admallare[b] potest, inter[c] absentes vero[d] infra XX annos[e] amallet. Nam[f] postea causa[g] sequere non potest.

XI.

[1]. Item alia. De maiores causas[a]. Interpretatio. Si ille homo ad presens non 10 fuerit, contra quem causatur, pro hoc iudex eum condamnare non debit[b].

[2]. Item alia. Si duo homines aut de facultatem aut de qualecumque rem inter se intencionem habuerint, et ipsam facultatem unus de illos infra annum[a] sex[b] aut VII menses possederit[c], et postea ille alter homo ipsam facultatem ei[d] per forciam tullerit[e] et eam tres aut quatuor menses habuerit, si postea ante iudicem venerint[f], ipse[g] eam[g] recipiat, qui 15 plures menses illam infra ipsum annum tenuit, et postea ante iudicem suam causam agant, et cui ipsa facultas per legem pertinet, ipse illam habeat.

[3]. Item alia. Nullus homo nec via publica nec aqueductum publicum conturbare non[a] debet. Quod si fecerit, sicut lex dicit, conponat.

[4]. Item alia. Quicumque alienam qualecumque rem per forciam tullerit[b], iuxta 20 legem reddatur[c].

XII.

Item alia. Si quis homo de suas res aut undecumque carta[a] donationes alicui fecerit,

---

[IX]. V, 6. Interpretatio. Quicumque tribus auctoritatibus iudicis conventus vel tribus edictis ad iudicium fuerit provocatus aut uno pro omnibus peremtorio, id est, quod causam exstinguit, fuerit evocatus et praesentiam suam apud 25 eum iudicem, a quo ei denuntiatum est, exhibere noluerit, adversus eum, quasi in contumacem, iudicari potest. . . . . . .

[X]. V, 8. Sententia. Res olim iudicata post longum silentium in iudicium deduci non potest, nec eo nomine in duplum revocari. Longum autem tempus, exemplo longae praescriptionis, decennii inter praesentes et inter absentes vicennii computatur.

[XI, 1]. V, 9. Sententia. In causa capitali absens nemo damnatur, neque absens per alium accusare aut accu- 30 sari potest.

[2]. VI, 1. Interpretatio. Interdicta dicuntur, quasi non perpetua sententia, sed ad tempus interim dicta, hoc est a iudice, momentum priori reddere possessori; id est, ut si, quis possidens intra anni spatium, quod amisisse videtur, praesentibus litigatoribus, iudice ordinante recipiat et postmodum, si voluerit, tam de vi quam de rei proprietate confligat. Nam si talis casus emerserit, ut adventiciam quolibet titulo rem novus possessor adeat et eam maiore parte anni, id est 35 plus quam sex mensibus, teneat, et ab alio haec res, quam tenuit, auferatur et ille, qui abstulit, quatuor aut quinque mensibus teneat, si intra ipsum annum de momento fuerit actum, priori possessori, qui maiore parte anni possedit, res a iudice partibus praesentibus merito reformatur, ita ut de negotii qualitate partes sequenti actione confligant. Sin vero, qui abstulit, maiori parte anni possedit ante iudicium, momenti beneficium reddere non compellitur.

[3]. VI, 2. Sententia. Ut interdictum, ita et actio proponitur, ne quis via publica aliquem prohibeat. Cuius rei 40 sollicitudo ad viarum curatores pertinet, a quarum munitione nemo exceptus est. Si quis tamen in ea aliquid operis fecerit, quo commeantes impediantur, demolito opere condemnatur.

Epit. Aeg.: Ut viam publicam alicui nullus prohibeat et aquarum munitioni nemo insidietur. Si quis tamen in eo aliquid operis fecerit, de destructo opere condemnatur.

[4]. VII, 6. Interpretatio. Si ex rebus, quas violenter aliquis occupavit, quaelibet quacumque occasione perierint 45 aut arserint vel servi violenter occupati mortui fuerint, quamlibet fraude illius, qui occupavit, id, quod perit, factum non videatur, tamen ab ipso, quaecumque perierint, reddenda sunt, qui rem iuris alieni violenter visus est occupasse.

IX. a) *deest B.* b) causaverit *B.* c) accusat *B.* d) verbum *B.* e) debet *B.*
X. a) *B;* annus *A* 1. b) mallare *B.* c) *B;* in *A* 1. d) *deest B.* e) aññ *codd.* f) ñ *B.* g) causam *B.*
XI. a) caūs *B.* b) potest *B.* 50
[2]. a) annū *B;* aññ *A* 1. b) VI vel VII *B.* c) possident *B.* d) *deest B.* e) tulerit *B.* f) *B;* vennerint *A* 1. g) *B;* ipseam *A* 1.
[3. 4]. a) *B; deest A* 1. b) tulerit *B.* c) reddat *B.*
XII. a) car donacionis *B.*

1) De conventione per sigillum facta v. Lex Vis. II, 1, 18. 19; Lex Alam. XXII, 2. XXVII, 1—3; Lex Baiuw. II, 13; Capit. Aquisgran. a. 809. c. 14, LL. Cap. I, p. 149; Cart. Sen. 26, LL. Form. p. 196; Memorie di Lucca V, 3, nr. 1786. Cf. C. G. Homeyer, 'Richtsteig Landrechts' p. 428; R. Sohm, 'D. Reichs- und Ger.-Verfass.' I, p. 115, n. 47; H. Brunner, 'Schwurgerichte' p. 79, n. 1. 55

et postea[b] ille, qui donavit, ipsas res habere voluerit, ad illum epistola rogaturia[c] mittat, cui de suas res donationem fecit, ad quantos annos[d] ipsas res ei tenere liceat. Nam de quod alteri[e] de suas res homo donationem facit, postea per possessionem ipsas res, quas[f] donavit, tenere non potest[1].

XIII.[a]

[1]. Item alia. Qui alterius hominem sine culpa ligaverit aut detenuerit aut in carcerem miserit, secundum[b] legem Fafiam[c] puniatur et secundum[d] presentem legem[d] ad estimationem iudicis[e] poenam vel conposicionem feriendus est.

[2]. Item alia. Si quis homo pro[a] qualecumque debito[a] alicui cautionem fecerit, in ipsa caucionem[b] scribere debet, si aut campum aut pratum[c] aut casa[d] aut peculium dat; nam neque[e] uxorem neque[e] filios nec colonos nec servos in ipsa[f] cautionem ei publicare non potest.

EXPLICIT[g]* PAULI LIBER QUINTUS FELICITER.

*) *Cod. B:* EXPLICIT LIBER LEGUM.

ADDITAMENTA CODICIS S. GALLI (A 1), QUAE VULGO CAPITULA REMEDII DICUNTUR[2].

INCIPIUNT CAPITULA.

[XII]. VII, 8. Interpretatio. Si quando alicuius precibus exorati aliquid cuicumque possidendum ad tempus praestitum fuerit, et ad primam admonitionem hoc ipsum reddere noluerit, datur adversus eum interdictum, et actio iusta proponitur. Quae actio civilis est, velut si de commodato agatur, ut res ita praestita sine aliqua difficultate reddatur; quia pro beneficio suo pati quemcumque iniuriam non oportet.

[XII]. VII, 9. Sententia. Precario possidere videtur, non tantum qui per epistolam vel qua alia ratione hoc sibi concedi postulavit, sed et is, qui nullo voluntatis indicio, patiente tamen domino possidet.

[XIII, 1]. VII, 12. Interpretatio. Si quicumque hominem liberum ligaverit, absconderit, incluserit aut, ut id fieret, solatium praebuerit, adversus eum legis Fabiae actio datur, id est, ut exhibeatur is, qui in clusura aut in vinculis detinetur ab eo, qui fecisse convincitur, aut secundum legem Fabiam puniendus est, aut secundum aestimationem iudicis poena nummaria feriendus est.

[2]. VII, 14. Interpretatio. Si quis debitor creditori suo talem fecerit cautionem, ut omnia ei, quae in bonis suis habet, vel quae habiturus est, oppignorasse videatur, in tali conditione nec concubina nec filius naturalis nec alumnus nec ea, quae in usu quotidiano habet, obligata videri possunt, nec momentum, si creditor petat, de his rebus, quas superius diximus, accipere potest.

Epit. Aeg.: Nec concubina nec filius naturalis nec ea, quae in usu quotidiano habet, quis obligare potest, nec creditor quidem contra hoc nullatenus repetere potest.

EXPLICIT PAULI SENTENTIARUM LIB. V.

---

b) si postea *B.* c) rogatoria amittat *B.* d) añ *B.* e) alio *B.* f) quem *B.*

XIII. a) *num. deest A* 1; XII *B.* b) *B;* sexundum *A* 1. c) Fufia p. *A* 1; Fafia puniantur *B.* d) *deest B.* e) ut decet *B.*

[2]. a) per q. debitum *B.* b) caucione *B.* c) partum *B.* d) casam *B.* e) nec *B.* f) *B;* ipso *A* 1. g) *deest haec subscriptio cod. B, ubi praemissis verbis* Item alia *sequuntur Interpretatio legis Rom. Vis. ad Paul. Sent. I,* 15, 3. *et Epit. Aeg. Nov. Val. III.* 8, *quibus subiecta est subscriptio sub asterico addita.*

1) Cf. H. Brunner, 'D. RG.' I, p. 201, n. 38. 2) Cf. supra p. 304.

[I].

Ut Dominicis diebus, sicut cannones continentur, cum omne devotione observentur, nullus, nisi[a] quod ad nitorem domus vel victui diei illo pertenuerit, facere presumat. Quod si quis fecerit, ab scultaizio[b] sive maiore, qui locello illo prefuerit, emendatum fiat taliter, ut omnes[c] res illas, quae operatae fiunt, una cum presbitero[d] plebis illius pauperibus distribuantur. Quod si qui boves iuncxerint, ipsos boves pauperibus dentur[1]. De hac enim culpa ista tantum[e] statuimus disciplina, quia, quantum quis in hanc perseveraverit ignavia, tantum amplius sustentantur pauperum inopia. Quod si scultaizius[f] vel maior, qui loco illo prefuerit, emendare neglexerit, presbiter, qui in ipsa valle fuerit, excommunicatus sit[g], quam cito potuerit, domno Remedio innotiscere festinet. Et presbiter iam dictus omne Dominico venture sollemnitate[h] populo adnuntiet, et ut sciant omnes[c], quale feria et si usque vesperum, sive etiam usque missas debeant celebrare. De opera vero, quae abstinere decrevimus, iste sunt: arare, secare, excutere, vannare[2], vineam facere, roncale, sepe, nogarios[3] battere, lovolone[4] collegere, lavendarias cosire[5], cerbisa facere, falce batere[6], fabricare vel aliut magisterium[7] facere, et reliqua horum similia.

[II]. De maleficiis vel sacrilegia.

Ut si malificus vel sacrilegus in populo inventus fuerit, primum scalvetur, mittatur pice capiti eius, ponatur super asinum et batendo ducatur[i] circiter per vicos. Si secundo hoc fecerit, excidatur ei linguam et nasum. Si usque tertio perpetraverit, in potestate stet iudicum et laicorum.

[III]. De homicidio.

Ut nullus de Romanis hominibus, qui ad domnum Remedium episcopum pertinent, ausus sit unus alium occidere; si quis fecerit, condamnetur. Si casu[k] quis per rixa aut per aliqua contentione, quod de ante habuerunt, pares alterum occiderit, causa rei inquiratur a iudicibus et secundum culpa emendetur. Quod si quis nulla ex causa, nisi per odii fomitem vel per invidia alium occiderit, prima vice conponat, secunda exorbetur. Quod si evenet causa, que a domno episcopo vel a iudicibus potestate accipiat oculos suos redimere, et post hanc consecutam misericordia tertio perpetraverit homicidium, potestas iudicum et laicorum sit de eo, qualiter puniatur. Si quis[l] de senioribus quinque ministribus occiderit, id sunt camararius, butiglarius, senescalcus, iudicem publicum, comestabulum, qui de hos quinque occiderit, de qualecumque linia fuerit, ad CXX solidos[m] fiat reconpensatus. Qui scultaizium aut[n] reliquum capitanium ministeriale occiderit, inquiratur, de quale linia fuit, et ita conpositus fiat: si ingenuus fuit, fiat conpositus ad CXX solidos, si autem servus fuit, fiat conpositus[o] ad solidos XC. Si vassallum domnicum de casa sine ministerio aut iunior in ministerio fuit, et domnus eum honoratum habuit, si ingenuus fuit, fiat conpositus[o] ad solidos XC, si servus ad LX. Item de patrianos qui ingenuum hoc modo occiderit, LX solidos conponat[o, 8], qui libertum XL, qui servum XXX. Quod si quis in civitate aut castello[p] aut in aliqua curte, ubi domnus ipse fuerit, homocidium fecerit, conponat, quem occidit, hoc modo, sicut superius eum conscripsimus, et propter quod infra castellum vel curte hoc fecerit, ubi domnus ipse fuerit, addat in domnico solidos LX.

Si quis spatam traxerit in domnica casa, hora, qua ipse domnus episcopus ibi[q] fuerit, abscidatur[r] ei ipsa manus; quod si in alio loco traxerit, et non fuerit in presentia domni, sed tamen, quia ipse domnus in civitate[s] vel curte illa fuerit, fiat battutus. Hoc tamen statuimus, ut omnes[c] has dictas iurgias a iudicibus prumtissime inquirantur, considerantes culpam atque personam et omnem eventionem rei.

[I—III]. a) ni *corr.* nisi *c.* b) scultazio *corr.* scultaizio *c.* c) om̄ *c.* d) pb̄ro *et ita semper abbrev. c.* e) tantū (tan w̄), *ita aperte c., neque vero* can. V, *ut edd.* f) scultaizius *e corr.* (u *primum post add.,* t *e corr.*) *c.* g) nisi *supplendum videtur.* h) lollemnitate *c.* i) dicatur *corr.* ducatur *c.* k) quasu *corr.* casu *c.* l) q̃ *c.* m) solid, sold *vel* sol *semper c.* n) et ut *corr.* aut *c.* o) conp̄ *c.* p) castellum *corr.* castello *c.* q) ipi *corr.* ibi *c.* r) abstidatur *corr.* abscidatur *c.* s) civitā *c.*

1) Cum hoc loco et cum sequentibus cf. praecipue L. Baiuw. App. 1, LL. III, p. 335. 2) I. e. vanno frumentum purgare. 3) Nogarius = nux (arbor). Cf. Ducange s. v. Nogueria. 4) Avellanae, 'Haselnüsse'? (Planta). 5) Haenel: i. e. lavandriam sarcire ('Wäsche flicken'). Quod tamen minime concesserim; lavendariae sunt vasa ad lavandaria lavanda necessaria, 'Waschgefässe'. Cf. Ducange s. v. Lavandarius. 6) Haenel: i. e. falcem malleo tundere ('tengeln'). 7) Ducange s. v. Magisterium 6: Opera quam subditus domino suo praestare tenetur. 8) Cf. H. Brunner, 'D. RG.' I, p. 254.

[IV]. De periurio.

Si quis in periurio cupiditatis aut infidelitatis quis inventus fuerit, primum fiat battutus et decalvatus missa pice. Si secundo hoc fecerit, vapulet, notetur eum in fronte cum calido ferro et recludatur in carcere, quamdiu placuerit senioribus, et deinceps non recipiatur eum in testimonio. Si tertio perpetraverit, potestas de eo sit iudicum et laicorum. Si quis de supradictos istos periurios super alium voluerit mittere et non potuerit adprobare, si servus fuerit, conponat[a] solidos VIII, si libertus X, si ingenuus XV. Hoc illi inferat, cui periurium supermittere voluit.

[V]. De inlicita coniugia.

Ut nulli inlicitam liceat habere uxorem. Si quis reclamaverit, quod vim accepisset uxorem, aut illa virum, si infra XV diebus reclamaverit, in sua maneat potestate, 'nubat cui vult, tantum in Domno'[1]. Si autem transactis in coniugio XV diebus aut noctibus, et nulli suam adnotaverit violentiam, non querat solutionem, habeat cui se coniunxit, adtestante Paulo apostolo, qui ait: 'Alligatus es uxori; noli querere solutionem'[2]. Quindecim enim hos proposuimus dies, eo[b] quod per experimentum didicimus, parentum stulticia ante maturitatis suae tempore suasionibus atque terroribus coniungere, non illorum consentiente expontanitatem. Et hoc statuimus, ut nullus ante XII annos[c] pueros copulare ausus sit.

[VI]. De rapto.

Si quis[d] puellam rapuerit, si liber liberam rapuerit, conponat cui[e] nocuit solidos LX, si servus ancillam, conponat solidos XXX, si servus liberam, LX conponat solidos, et rapta reddatur. Et si liber ancillam, serviat cum ipsa, si eam voluerit; quod si dixerit, quod eam nescisset esse ancillam, et cum lege potuerit facere, permaneat liber, tamen soluto precio, id est solid. LX.

[VII]. De adulterio.

Si quis adulterium fecerit, qui adhuc non est in matrimonio, cum illa, qui virum non habet, fiat battutus aut conponat solidos XII. Si secundo hoc fecerit, vapulet et recludatur in carcere, quamdiu placuerit senioribus. Si tertio hoc perpetraverit, vapulet, recludatur in carcere et XII conponat solidos. Si ipsam voluerit, accipiat eam uxorem. Si quis uxorem habens adulteraverit cum illa, qui virum non habet, prima vice vapulet, et conponat solidos XII. Si secundo hoc fecerit, vapulet et recludatur in carcere et conponat solidos XII. Si tertio hoc fecerit, vapulet similiter et in carcere recludatur et XVIII conponat solidos.

[VIII]. De violencia.

Si quis[d] sanctimonialem aud virginem Deo sacratam violaverit seu viduam aut alterius uxorem, conponat solidos LX. Simili modo de hoc scelere faciant sive servi sive liberi. Si autem fuerit cum consensu, liber conponat sol. XXIV, servus XII, et si servus cum libera XII, et si liber cum ancilla similiter. Si secundo hoc fecerit, vapulet et conponat, sicut supra scriptum est. Si tertio, vapulet et in carcere recludatur et conponat, quod superius diximus. Si quis uxorem alterius transtulerit liber libero, LX conponat sol., servus servo XXIV, si servus libero XXX, similiter et liber servo. Et si iuratum ex ipsis quis domino habuit et fugire cum illa voluit, si deprehensus fuerit, fiat ei, sicut fieri debet, qui periuravit, soluto precio. Si secundo hoc fecerit idem, et de fugire et de alterius uxorem conponat, sicut prius, et fiat battutus et missus in carcere; quod si uxorem aliam non habuit, castretur. Si tertio hoc perpetraverit, potestas iudicum et laicorum sit de eo. Tam viri quam femine, qui supradictas adulterationes faciunt, equali subiaceant sententiam propter fortia virorum[3].

[IX]. De furto.

Si quis furtum fecerit, secundum quod in lege nostra[e.4] scriptum est, ita omnia solvat ad integrum.

[V—IX]. a) conpō *c. et ita vel* conpō *infra pro* conponat. b) et *ead. man. corr.* eo *c.* c) an̄ *c.* d) q̃ *c.; cf. supra p.* 442, *n.* k. e) nā *c.*

1) 1. Cor. 7, 39. 2) 1. Cor. 7, 27. 3) Dubium est, quid sibi velint haec verba. 4) Cf. supra XXIV, 28. Minus recte F. Schupfer I, 14 sq. legem hic et infra allegatam Mosaicam esse suspicatus est. Cf. H. Brunner, 'D. RG.' I, p. 364, et commentationem meam p. 49.

[X]. De falso testimonio.

Si quis testimonium falsum dixerit, quia omnes fratres sumus in Christo, fiat secundum legem nostram[a] condemnatus, sicut fieri debuit ille[b], quem nocere voluit[1].

[XI]. De rixa.

Si quis alteri criminosum verbum dixerit in rixa, aut ei probet, quod verum dixisset, aut iuratus faciat, quod per iram dixisset et verum illum non sciat[2], et post tale sacramentum fiat battutus aut redemat suum dossum ad VI solidos. Si pagare volunt de suo gradu, potestatem habeant. Quod si de infidelitate aut de homicidium dictum fuit, non eis liceat obmutiscere, sed inquiratur prumptissime.

[XII]. De oppressione[c] pauperum et reclamaciones.

Ut nullus ausus sit in ambacto suo pauperum oppressiones exercere[3] vel malo ordine de qualecumque rem distringere aut inquietare. Quod si quis fecerit, pauper ille licentiam habeat ad domnum venire et suam inquietudinem reclamare[d] et dicere. Quod si quis fuerit, qui eum prohibeat ad domnum venire, conponat solidos III. Et unusquisque in ambacto suo omnes iusticias facere et omnes malicicias emendare non neglegat, set utiliter decertet. Quod si non fecerit, fiat degradatus de suo ministerio et in illius locum alterum constituatur; maiores vero culpas senioribus iudicibus presententur, ut omnes[e] adventiones rei a senioribus iudicibus prumptissime inquirantur, considerantes culpam atque persona, quo orta vel gesta fuerit, et secundum illorum consideratione omnia definiantur, ne aliquis sine culpa condamnetur.

Statuimus enim, ut omnis[e] presbiter habeat brevem istum semper haput se, et in unoquoque mense duas vices legat eum coram omni populo et explanet eum illis, que illi bene possint intellegere, unde se debeant emendare vel custodire.

[X—XII]. a) nam *c.* b) ill̶ *c.* c) oppressiō *c.* d) redamare *c.* e) om̄ *c.*

1) Cf. supra IX, 1, 3. 4; 14, 2; XI, 6, 1. 2) Cf. supra IX, 1, 3. 3) Cf. supra I, 6, 3.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

(Maiores numeri paginas, minores quinas lineas indicant).

CORRIGENDA.

P. 293, *l.* 4. *lege: 'col. b' pro 'col. a'.*

p. 322, *l.* 18 *sq. lege:* civincum *secundum cod. A* 1 *pro* civemque, *quae codicis B lectio in notam remittenda est.*

p. 374, *l.* 10. *emendandum videtur:* civinca Romana accipiat libertatem *pro* civemque Romana *etc.*

p. 380, *l.* 21. *legendum videtur:* persecutores *pro* per secutores; *cuius tamen loci vis incerta est.*

HANNOVERAE, TYPIS CULEMANNORUM.